BIBLIOTHÈQUE NATIONALE PARIS

Digitized by Google





Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

400938

LAMBERTI BOS

ELLIPSES

GRAECAE

CVM

PRIORVM EDITORVM

SVISQVE OBSERVATIONIBVS

EDIDIT

GODOFREDVS HENRICVS SCHAEFER

LIPSIAE cIↃIↃccccVIII

IN LIBRARIA WEIDMANNIA

LONDINI APVD J. PAYNE ET MACKINLAY

ET W. H. LVNN

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTHÈQUE DU PALAIS DES ARTS DE LYON
LEGS
G. PRUNELLE
1853

BENEVOLO LECTORI

S. D.

NICOL. SCHWEBELIVS.

Quantam quamque insignem utilitatem, ad Graecae linguae indolem penitius perspiciendam, afferre soleat adcuratior ellipseos cognitio atque doctrina; omnibus eiusdem cultoribus non potest non esse cognitum atque exploratum: ut adeo actum agere merito viderer, si id pluribus in praesenti denuo vellem commonstrare. Quare numquam intermoritura laude dignissimus merito censendus est sollertissimus ille Mysterii Ellipseos Graecae perscrutator Bosius, qui sparsam ante se hic illicque utilissimam hanc doctrinam, ex antiquis Graeciae thesauris, summo studio curaque congessit; eoque facto aditum ad intimos Graeci sermonis recessus auspicato reclusit. Dici sane non potest, quanto plausu, quanta adprobatione aureolum istum libellum, quam primum in lucem publicam prodiit, exceperint omnes, quibus praestantissimae huius linguae cultura curae est cordique; adeo ut vel

Digitized by Google

principes in Graeca litteratura viri illum non diurna solum nocturnaque manu versandum, sed penitus ediscendum memoriaeque infigendum commendarint. Quamquam igitur haud facile quisquam, ut opinor, reperietur, qui eximiam libelli huius utilitatem in dubium vocare sustineat: contra ea tamen non paucos fore arbitramur, qui intempestiva quadam religione adducti verebuntur, ne novis illis subinde factis accessionibus libellus in nimiam molem excrescat; eaque, ipsorum iudicio, sinistra ac nimis sollicita diligentia, studiosae iuventutis ardor magis infringatur, quam excitetur. Quodsi autem eos potius respiciamus, qui seriam adcuratamque utilissimae huic linguae operam navare cupiunt, tantum abest, ut opera illa, quae in excolenda magis magisque Ellipseos Graecae doctrina collocatur, dici possit supervacua; ut potius ad pleniorem Musarum Graecarum intelligentiam adquirendam nihil utilius cogitari posse videatur, quam si eadem novis subinde exemplis ex veterum Graecorum monumentis perficiatur, et quantum fieri potest, absolvatur. Neutiquam enim tironibus in Graecorum scriptorum lectione nondum satis versatis, teste experientia, tam subactum est ingenium, ut exemplorum similitudinem ubique perspicere, eademque ad sedes quasi suas et fontes revocare valeant; cum etiam viros in hac lingua ceteroquin exercitatissimos reperiamus, qui in veterum monumentis explicandis ad eiusmodi scopulos saepe offenderunt, longissimeque hinc a vero

Digitized by Google

verborum sensu aberrarunt. Unde sane tot falsae atque inanes in depravatis locis restituendis coniecturae; tot textus corruptiones; tot glossae, auctorum verbis temere insertae, originem traxerunt. Ut ne vero auctoritate nostra hac in re niti videamur, aliquot saltem exempla eruditis viris dudum observata, non abstrusa quidem illa et recondita, sed ubivis fere obvia atque pervulgata, in medium proferemus: in quibus non tirones, sed viri in Graeca litteratura, omnium iudicio, facile principes in errores prolapsi fuerunt. Frequentissima in veterum scriptis est ellipsis verborum *ἰέναι*, *ἀπιέναι*: neque tamen secius *ἑλληνικώτατος* Kusterus in illis Aristophanis Ran. v. 1312. *Ἐγὼ μὲν οὖν ἐς τὸ βαλανεῖον βούλομαι*, glossam librarii, *ἀπελθεῖν*, suo adsensu comprobare non dubitavit: id quod eo magis mirum videatur, cum nos Germani quoque eadem ellipsi dicere soleamus: *ich will ins Bad*, s. *gehen*. Ubique regnat ellipsis v. *πρᾶγμα*: nihilominus tamen Benedictus illa Luciani in Quom. conscrib. sit histor. c. 50. *ἢν κατεπείγῃ*, verterat: si festinet, cum reddere debuisset: si res urgeat. Sic apud eumdem in Philopseud. c. 14. illa, *ἐν Γλαυκίου*, sub. *οἴκῳ*, perperam reddidit: in Glaucia, pro apud Glauciam, vel in Glauciae domo. Quid vulgatius ellipsi v. *ἑαυτόν*? nihilo minus tamen Budaeus et Henr. Stephanus, quanta in Graeca litteratura nomina! apud Athenaeum L. XIII. p. 603. *ἀναχλάσας* esse pro *ἀναχλασθείς*, et *ἀναχλᾶν* in passiva significa-

Digitized by Google

tione nonnumquam accipi censuerunt: cum sit potius ellipsis vocum *πρὸς ἑαυτὸν*, ut variis exemplis comprobavit Berglerus ad Alciphronis L. I. ep. 28. Sic apud Philostrat. de vit. Apollon. L. I. c. 7. *δεδώκασι* male Morellus mutavit in *ἔδοξαν*, cum subaudiri debeat *ἑαυτούς*. Nec minus apud eumdem de vit. Sophist. L. II. 2. *μυρίαις*, sub. *δραχμαῖς*, viri quidam eruditi perperam in *κυρίαις* mutare conati sunt. Ipse cl. Bosius affirmat, inter verba Graeca nullum inveniri, quod frequentius per ellipsin omittatur, quam v. *εἶναι*: et tamen viri non mediocriter eruditi, Faber et Schefferus, illa Aeliani V. H. L. II. 25. *Καὶ ὁμολογοῦσι τοῦ αὐτοῦ μηνὸς πάντα*, sollicitare conati fuerunt. Quis denique nescit, tam Graecos, quam Latinos tertiis personis verborum saepius uti, suppresso nomine, quod ad explendum sensum requiritur? fuerunt tamen viri eruditi, qui ellipticam hanc loquendi rationem, e. g. Matth. V. 11. 15. et alibi, pro Ebraismo temere habuerunt: cum creberrima illa ellipsis v. *ἄνθρωποι* eos ab errore hoc tueri potuisset. Nec vero mirum, id in Graecis accidisse, cum eiusdem vocis ellipsis apud Latinos quoque multos in errorem induxerit; uti Burmannus ad Phaedr. L. III. Prol. ostendit. Plura facile exempla vel ex ipso hoc libro addi possent, nisi allata rem satis abundeque, ut opinor, comprobarent. Recte adeo cl. Iohnson in not. ad Sophocl. Aiac. v. 41. ad v. *ὅπλων* ita scripsit: sub. *ἕνεκα*. Praepositio sexcentis in locis deest, nec tamen pige-

Digitized by Google

bit admonere meum lectorem: pueris enim scribo. Quare cum certum sit, pleniorem ellipseos tractationem, pluriumque exemplorum accessionem, Graecarum litterarum studiosis omnino utilem esse, et in lectione veterum scriptorum versantibus, multis in locis commentarii vicem praestare posse: equidem haud dubitandum mihi existimavi, a viris doctis iam allata exempla meis quoque observationibus qualibuscumque augere, eoque studiosae iuventutis commoda amplificare. Praeterea vero id mihi negotii datum existimavi, ut pluribus in locis ratione ellipseos harmoniam, quae inter Graecam et Latinam linguam intercedit, variis ex scriptoribus Latinis exemplis ostenderem atque comprobarem: quae quam necessaria sit ad solidam quoque Latinae linguae cognitionem obtinendam, omnes, qui ultra vulgus sapiunt, norunt. Quae cum ita sint, vehementer laetatus sum, cum vir amplissimae eruditionis laude conspicuus, Elias Palairetus, Ioanni Bangorae, reverendo Londinensium Episcopo, a sacris et in regia aula vicarius, mihi, id quod quidem etiam antea ex praefatione, operi ipsius de Ellipsi Latina praemissa, cognovi, per litteras quoque significavit, se item, iam aliquot abhinc annis, animum ad novam utilissimi huius libelli editionem plurimis observationibus et titulis auctam adpulisse, lubenterque sua mecum communicaturum, si praesenti editioni inserere vellem: pro quo insigni humanitatis atque benevolentiae exemplo me ipsi publice

Digitized by Google

obstrictum profiteor. Quamquam vero hac humanissime mihi facta copia atque facilitate ex voto frui haud licuit; propterea quod, cum ipsius litterae ad me perferrentur, praesens editio a typothetis iam ad finem paene erat perducta: nullo tamen modo fieri patiar, ut id studiosae iuventutis commodis fraudi esse possit. Quin potius, ut istae doctissimi viri accessiones, adpendicis loco, primo quoque tempore in lucem publicam proferantur, omne studium curamque adhibebo. Interea hisce fruere, benevole Lector, et vale.

Dabam Norimbergae, Nonis Ianuar. A. 1763.

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO
S. D.
LAMBERTVS BOS.

In omnibus pene linguis frequens est Ellipsis, sive talis sermo, in quo quis ad sensus ἐντέλειαν et integritatem vocabula quaedam expectat, quae familiari usu aut loquendi celeritate, aut brevitatis studio omitti solent. Huiusmodi autem loquendi brevitatem sectatos esse quam maxime Graecos, e scriptis eorum satis liquet. Ita enim scripserunt, ut nullus fere sit versus, in quo non appareat βραχυλογίας studium, omisso modo uno, modo duobus, modo pluribus vocabulis, quae ad plenam orationem, legitimam et analogicam structuram necessario requiruntur. Id quod non parum ornamenti huic linguae adfert: nam quanto plura intelligenda relinquuntur, tanto ornatius et elegantius ea dicuntur. Veruntamen hi in oratione defectus nobis, qui non vernaculam habemus hanc linguam, sed qui magno labore ac studio

Digitized by Google

eiusdem cognitionem nobis comparare debemus, non levem pariunt difficultatem: et quo maior sit ea ἔλλειψις, eo gravior oritur difficultas. Hinc est, quod vel eruditissimi Interpretes, qui non satis perspectum habuere τὸ τῆς ἐλλείψεως μυςήριον, vehementer saepe numero, sive in Commentariis, sive in Versionibus suis hallucinati sint, eruentes longe alium a scopo ipsorum Auctorum sensum, et novam plane atque inauditam verbis Graecis significationem tribuentes. Sic ἐν Φιλίᾳ aliquando verterunt, in amicitia, ubi intellecta voce γῇ verti debebat, in pacato, sc. solo, et τὸν ἐπιτάφιον, funeris laudationem, ubi sign. funebres ludos, τὸν ἐπιτάφιον ἀγῶνα. Ἀπὸ τοῦ κρατίςου reddiderunt nonnunquam, a supremo, a potentissimo, quum sit ἀπὸ τοῦ κρατίςου, sc. θυμοῦ, ab optimo animo, id est, ingenue, sine dolo. Πάσαις κρατεῖν, omnes vincere, quum sit πάσαις ψήφοις κρατεῖν, omnibus sive communibus calculis obtinere. Cuiusmodi errores, ex Ellipsios ignoratione ortos, suo loco plures adnotabimus. Nemo igitur, qui Graecas Musas vel a limine salutavit, non videt, quam cognitu necessarium sit Arcanum Ellipsios ei, qui cum fructu literas Graecas tractare velit: absque eo enim nunquam ad abdita illarum literarum penetrare se poterit, nunquam felices in iis progressus faciet, neque ad certam earundem cognitionem perveniet. Contra ea, qui probe versatus fuerit in doctrina Ellipsios, nae is maiore cum fructu libros

Digitized by Google

Graecorum leget, et solidiorem sibi Graecae Linguae cognitionem acquiret, idque et faciliore multo methodo, et certiore fundamento, quam fieri vulgo assolet. Nam facile carebit plurimis Grammaticorum regulis, exceptionibus, et observationibus, quarum pleraeque falsae, insulsae, ieiunae et inanes sunt, quaeque discentium memoriam non mediocriter aggravant, et legentibus taedium et fastidium pariunt. Praeterea obscuris multis Auctorum locis lucem afferet Ellipsios notitia. Quum igitur videretur mihi hoc ipsum desiderari in Graecis, (licet de Ellipsi Graeca iam quaedam tradidissent Viri docti, ut H. Stephanus in Appendice, Glassius in Grammatica Sacra etc.) quod laudabiliter in Latinis fecere Viri eruditissimi, Franciscus Sanctius in Minerva et Gasper Scioppius in Grammatica Philosophica*): curam meam et studium huc contuli, ut ellipticas loquendi formas, quae mihi in legendis Auctoribus Graecis occurrebant, seorsim adnotarem diligenter, et supplendo necessaria ad plenam structuram referrem, easdemque, ubi integras reperiebam, subiungerem, sequutus in hoc fere ordinem Viri modo laudati, Francisci Sanctii, *κατ' ἀλφάβητον* disponendo voces, quae intelligendae relinquuntur. Ad haec in commodum iuventutis *Φιλέλληνος* subtexui indicem, in quo quaeri possunt dictiones et phrases ellipticae.

*) Prodiit et Zittaviae in 8vo Casp. Scioppii Arcanum grammaticum de ellipsi, cum adnotationibus Phil. Munckeri. MICH.

Digitized by Google

Ceterum in secunda hac editione quaedam addidi, mutavi, correxi, quae in priore omissa aut minus accurate dicta videbantur. Vale, Ben. Lect. et labori nostro, si videtur, fave. Dabam Franequerae, Nonis Iuniis cIↃIↃccxii.

Digitized by Google

PRAEFATIO

EDITIONIS TERTIAE.

LECTORI

S. D.

C. SCHOETTGENIVS.

Annus fere est, quum Bibliopola huius libelli editionem se procurare velle aperuit, et si quid ad eam locupletandam apud me esset, id secum communicarem, rogavit. Non noveram, quisnam huius rei fuerit auctor, facile autem reputare potui, istam tam praeclari opusculi in terris nostris editionem non posse non cum studiosae iuventutis commodo esse coniunctissimam. Conquiro ergo undique ex meis scriniis, quae ipsi augendo conducebant; aliquos praeterea bonos scriptores horis succisivis pervolvens. Et ex his operis natae sunt istae observationes, quas huic novae editioni subiectas vides. Interea vero, dum eas congero, placuit amicorum suasu ad Celeberrimum huius libri Auctorem litteras exarare, ne ipso plane nescio opusculum hoc apud nos excuderetur. Antequam vero ab ipso quidquam responsi ferrem, en nova libelli ad nos adfertur editio, ab ipso Auctore

Digitized by Google

procurata. Hanc etiam subsecutae sunt illius litterae, quae id testatae sunt, non admodum gratum fore tum Auctori, tum Franequerano bibliopolae, si nova editio, et quae prelum exercere vix desierat, apud nos recuderetur. Nec tamen erat, quod nos a nostro proposito quidquam absterrere potuisset. Notum enim, priorem huius libelli editionem in his nostris oris tam fuisse raram, ut paucissimis eam vel videre saltem contigerit. Quum vero e re studiosae iuventutis utique sit, tales ipsi libros in manus dari, non male de ipsa meretur bibliopola, apud quem aequo satis pretio sufficiens exemplarium copia poterit inveniri. Exhibemus ergo Tibi, Lector benevole, posteriorem huius libri editionem, hoc ipso anno prodeuntem, nostris qualibuscunque additionibus auctiorem. Has non ipsi Auctoris labori interserere voluimus, ne quid alterutri nostrum imputaretur, quod ab ipso profectum non est, sed eas infra lineam subductam posuimus. Invenies quaedam novos prae se titulos ferentia, quaedam vero observationibus Auctoris addita. In singulis ita me gessi, ne moles libri nimium excresceret, neque tamen quidquam, quod a me observatum erat, omitteretur. Neque hoc diffiteri possum, esse in his, quae Viro Excellentissimo, et in hoc literarum genere versatissimo, Christiano Friderico Boernero, humaniorum litterarum apud nos Professori celeberrimo, debentur. Is pro ea, qua me prosequitur, humanitate exemplar suum, cui multa adscripserat, mecum commu-

Digitized by Google

nicavit, noluit tamen pro modestia sua singulis nomen suum adscribi. Meis ergo ea inserui, sed ita, ut publice hoc beneficii genus grato agnoscam animo. Indices, quum antea unus tantum esset, addidi duos, unum dictorum biblicorum, alterum Auctorum citatorum et explicatorum. Factum id est eorum caussa, qui diligenter eiusmodi auctores, praecipue vero libros Novi Foederis, evolvunt, ut facile occurrat, sicubi quaedam Ellipsis lateat. Tuum ergo iam est, Lector, ea, quae a me profecta sunt, calculo tuo vel probare vel improbare. Ego interea mihi abunde satisfeci, si uni saltem vel alteri Novi Testamenti loco lucem adfundere potui. Tu vero vale, et mihi fave. Lipsiae mense Martio, cIↃIↃccxiii.

Digitized by Google

PRAEFATIO
EDITIONIS QVARTAE.

En Tibi, Lector Benevole, quartam huius opusculi editionem post duas Belgicas, et unam Lipsiensem, qualibuscunque curis nostris excusam. Circa quam quidem editionem nostram notandum est, eam non secundam esse, sed tertiam, quae ad secundam Auctoris Celeberrimi Franequerae cIↃIↃccxii. editam expressa, et annotationibus nostris aucta est. Caussa, cur id moneamus, haec est: Belgae in Catalogo Operum Lamberti Bos post memoratam primam editionem sic ponunt: „Et cum Annotationibus Schoettgenii, Lips. 1711. iterum editae et ab Auctore quibusdam locis auctae, Franeq. A. 1712. 12.“ (a) Fucum igitur fecit Lectoribus, quisquis haec ita scripsit, et persuadere omnibus voluit, editionem Auctoris nostra fuisse posteriorem, quod longe secus est: nam editio nostra prodiit non An. 1711. sed 1713. Miror

(a) Histoire Critique de la Republ. des lettres Tom. XIV. p. 355.

Digitized by Google

igitur, quod quidam ex Germanis nostris (b) sibi hac in parte imponi passi sunt, et quod illi per malitiam scripserunt, per incuriam secuti sunt. Poterant enim titulum editionis nostrae quotidie oculis usurpare. Sed haec iam dimittimus.

Non immerito autem mihi gratulor, quod haec editio nostra et annotationes, quas tunc adsperseramus, eruditorum plausum consecutae sint. Sic enim Auctores Summe reverendi Relationum Innocuarum iudicarunt, libellum hunc multis locis Script. Sacrae lumen accendere, quod aliunde frustra petas, quorsum praecipue observationes meae pertineant: ac proinde ab omnibus Theol. Studiosis sedulo evolvendum esse, utpote quem iisdem brevibus quidem, sed maiorem in modum commendent. (c) In Academiis quibusdam Theologi pariter et Philologi eundem publice commendarunt, quia in Philologia Sacra utique utilitatem suam exhibet. Haec non ideo adduco, quod me laudari tantopere gaudeam; sed tantum, ut illi, qui solis auctoritatibus reguntur, habeant, quod expendant, neque inventis frugibus glandes in deliciis habeant.

In Scholis sane merebatur hic libellus iuventuti maiorem in modum commendari, longe sane melius, quam Syntaxis illa Posseliana, quae huc usque tantopere celebrata fuit. Nam

(b) Nova litteraria Lips. Germ. a. 1717. p. 331.

(c) Relat. Innocent. A. 1713. p. 695.

* *

Digitized by Google

haec regulas profert sine ratione, et contra omnem linguae Graecae indolem, quo fit, ut lingua ista iuventuti sit longe difficilior. Auctor vero noster omnia facillima methodo cum rationibus profert, quas exemplis optimorum Auctorum confirmat. Proinde, quum hic omnia melius fluant, iuventuti scholasticae merito eundem commendat Celeberrimus Helmstadiensium Theologus Io. Fabricius. (d)

Superest, ut paucis indicemus, quid in hac nova editione a nobis praestitum sit. In ipso textu Auctoris pauca quaedam immutata sunt. Quum enim nos in editione tertia secundam ad verbum exprimeremus, non observatum a nobis fuit, ipsum quaedam omisisse, quae in prima posuerat. Potuit fieri, ut ipse mentem mutaverit, adeoque omittenda illa duxerit. Quia tamen vidimus, Summe reverendum Wolfium in Curis Philologicis N. T. semel atque iterum ad illa provocasse, digna illa iudicavimus, quae in textum revocarentur. Factum est illud a nobis, sed ita, ut illae observationes uncis includerentur, et in annotationibus nostris Lector de hac re moneretur. Ceterum annotationes nostras auximus, et novas quasdam, praecipue ad N. T. illustrandum facientes addidimus. Hoc qualicunque labore nostro, Lector, fruere, et nobis fave. Dab. Dresdae d. 4. Augusti cIↃIↃccxxviii.

(d) In denen wohlgemeinten Anmerkungen von Verbesserung des Schulwesens. Helmst. 1726. 8.

Digitized by Google

PRAEFATIO

EDITIONIS QVINTAE.

LECTORI ΦΙΛΕΛΛΗΝΙ

S.

IO. FR. LEISNERVS.

Graecarum literarum studium satis late nostro hoc tempore efflorescere, suosque ei non solum laudatores esse, verum etiam cultores, vel hic de ellipsi graeca libellus signo est, quem tam avide emtum a graecarum literarum studiosis constat, ut quintae eius editioni manus admovenda fuerit. Etsi vero Lamb. Bos, et Christ. Schoettgenius, viri doctissimi, et de graecis literis praeclare meriti, nihil propemodum reliqui fecerint, quod pertineret ad hanc de ellipsi graeca doctrinam perpoliendam, tamen ubi librarius consilium nobis suum de adornanda nova huius libelli editione aperuisset, videbamur nobis ex lectione eorum, quae Kusterus ad Aristophanem, Dukerus ad Thucydidem, Clarkius ad Homerum, et praeter hos Iensius et Auctores observationum miscellanearum passim docuerunt, ea didicisse et observasse, quibus utilitati lectorum consuli, simulque ad commendationem et gratiam novae

huiusce editionis conferri aliquid posset. Precibus igitur librarii, cupientis, ut etiam nunc hic libellus partem aliquam nostra opera plenior auctiorque prodiret, deesse noluimus. Et eo studiosius hoc negotium suscepimus, quod multos doctores, eosque non infimi ordinis, non sine caussa permultum huic de ellipsi graeca doctrinae tribuere intelligebamus. Quod si illi graecae linguae ingenium nosse putandi essent, qui immensam vocabulorum vim ita memoria tenent, ut, quae vis illis sit et potestas subiecta, sine haesitatione, atque sine ulla mora perspiciant, et quasi in numerato habeant; profecto omnes illi iuventuti iniuriam iniungerent, eique temere ac praeter necessitatem molestiam exhiberent, qui eam ad alios, quam ad Lexica, libros amandarent, egoque omnibus doctoribus auctor essem, ut, quicquid reliquorum librorum est, de puerorum manibus excuterent, denunciaremque identidem, solis Lexicis nos esse contentos debere, ceteris libris de ellipsi, de verbis mediis, de idiotismis graecae linguae, de particulis, et si qui sunt alii, supersedendum esse. Nunc, ut norunt omnes paullo humaniores, ratio cuiusvis linguae fere ita comparata est, ut quam minimam illius partem is intelligat, qui vocabula duntaxat intelligit. Itaque satis mirari non possum, et inventos fuisse, et nunc inveniri, qui eos pro linguae graecae peritissimis venditent, ex quorum scriptis nihil aliud colligas, quam eos praeter elementaris grammatices praecepta, eam fere omnium vocum graecarum vim,

Digitized by Google

quae in Lexicis traditur, probe intellexisse, cetera vero, quae ad naturam graecae linguae pertinent, ignorasse. Quia graeca lingua una cum latina proprie inter eas linguas pertinet, quae eruditae non solum habentur, verum etiam sunt, hoc est, inter eiusmodi linguas, quae sine magnae eruditionis praesidio, sine cognitione historiae veteris, rituum et opinionum olim receptarum, imo sine philosophiae veteris et grammatices sublimioris accurata notitia intelligi nequeunt; haud dubie longe maiori, quam solo vocabulorum apparatu, iis, qui ad aliquam laudem graecarum literarum adspirant, opus est. Idcirco non illi solum bene de graecis literis merentur, qui graecorum veterum historiam, antiquitates, ritus, opiniones, cetera, sive in suis ad graecos auctores observationibus, sive editis peculiaribus libris, explicant; verum etiam hi *τῶν Φιλελλήνων* utilitati consulunt, qui difficiliora simulque vulgo neglectiora grammatices capita, cuiusmodi hoc de ellipsi est, ex instituto tractant.

Quantum adiumenti ad graecos auctores rectius et intelligendos et enarrandos doctrina ellipsium adferat, quantum vero in interpretandis iisdem scriptoribus hallucinati fuerint, vocum omissarum ignari, aut certe non satis curiosi, hoc aliquot exemplis vicit in praemissa huic libello praefatione Lamb. Bos. Sunt ad manum permulta, quae iis adiicere possemus, verum ne nimii videamur, paucis contenti erimus. Polyaenus I. 17. *οἱ Μεσσήνιοι — τὴν νίκην οὐ διὰ μα-*

Digitized by

κροῦ Λακεδαιμονίοις ἔδωκαν. Interpres haec ita reddidit: Messenii victoriam non exiguam Lacedaemoniis dederunt. Male. *ἡ νίκη οὐ διὰ μακροῦ* non est victoria magna, vel victoria non exigua. Quid ergo? in hac forma loquendi *οὐ διὰ μακροῦ* supprimitur *τὸ χρόνου. οὐ διὰ μακροῦ* ergo est brevi, cito. Cuiusmodi locos plures suppeditabunt etiam Perizonius ad Aelian. V. H. Cap. XXI. Lib. X. et Kuhnius ad Pausan. Boeotic. Cap. XXVIII. p. 467.

Equidem praeter hanc causam reperio duas alias, cur doctrina ista non negligenda sit, unam, quod detegendis malis emendationibus utilis sit, impediatque, quo minus auctorum locos, quibus sua constat sanitas et integritas, mutilos esse ac depravatos credas: alteram, quod quasi viam saepe monstret ad locos male affectos integritati restituendos. Prioris generis exemplum est locus Aeliani V. H. I, 14. ubi in locutione *ἄρχει ἀδίκων*, i. e. prior lacessit, perperam *τὸ χειρῶν* excidisse Wolfius putat, locoque suo reponendum. Nam praeterquam quod Kuhnius vulgatam simulque elegantem istius vocis ellipsin in ista phrasi esse monet, id Paul. Leopardus Emendat. X, 12. multis quoque exemplis probat. Et quum cygni manibus careant, videtur necessitas Aeliano fuisse istam voculam omittendi.

Ita fuerunt, qui medicinam adhibendam putarent Hesychii loco non male affecto: *Ἀξόξενοι. οἱ γένει μὲν προσήκοντες, ἐπὶ δὲ τῆς ἀλλοδαπῆς γεγονότες.* Hic primum aliquid omissum esse recte videt Lamb. Bos, Obs. Crit. c. XXXVI, p. 157.

Digitized by Google

Sed putat addendum *τῇ πόλει* post *προσήκοντες*; deinde Stanleius ad Aeschylum Suppl. 361. Hesychii locum citans, pro *ἐπὶ δὲ τῆς* legendum coniicit *ἐπὶ δὲ γῆς ἀλλ. γ.* Sed in *ἀλλοτρία*, *ἀλλοδαπὴ*, *ξένη* etc. saepe per ellipsin reticeri *ἡ γῆ*, ex nostro libello notum est. Et pro *τῇ πόλει* post vocem *προσήκοντες* videtur potius esse subintelligendum *τῷ ἄξει*, quod voce *ἀξόξενοι* continetur, ut docet vir doctus Obs. Misc. Vol. I. T. III. p. 424. ubi observationem praeclaram, et permultis locis Hesychii recte intelligendis utilem proponit, scilicet Hesychium illud verbum vel substantivum omittere, quod in voce ipsa, de qua agit, latet, ideoque supplendum, brevitatis causa, relinquere lectori.

Verba *ἰέναι*, *ἔρχεσθαι*, *ὁρμᾶν*, aliaque simili potestate, solere saepe abesse ornandae orationis causa, infra docebitur. Id quod cum non observasset H. Stephanus, immerito depravatum existimavit locum Xenophontis Hell. II. *ἐκέλευσεν ὁ τῶν τριάκοντα κήρυξ τοὺς ἕνδεκα ἐπὶ τὸν Θηραμένην.* H. Stephanus *τὸ ἐκέλευσεν* mutandum censet in *ἐκάλεσεν.* Sed mutatione nihil opus est. Supplendus infinitivus *ἰέναι.* Vid. Obs. Misc. Vol. IV. p. 282. et p. 358. Si plura desideras, adi easdem Observationes Miscellaneas, et quidem Vol. V. T. III. p. 85. nec non recentissimos Thucydidis interpretes ad VI, 54.

Sed quam facile ellipsios ignoratio seducere possit, ut locos auctorum, qui nullo vitio laborant, mutilos esse, vel depravatos credamus, suo exemplo doctissimus et *ἑλληνικώτατος*

Kusterus docet ad Aristoph. Plut. 468. qui, cum de σχήματι illo ἀναντιαποδότῳ, de quo etiam Bos suo loco agit, exposuisset, subiungit haec: „Ceterum ellipsis haec eo magis notanda est, quod, qui eam ignorant, facile existimare possint, ἀπόδοσιν illam incuria librariorum apud scriptores forte omissam esse: quod ipsum me aliquando per errorem putasse, non diffitebor." Quemadmodum autem ellipsium ignoratio malas interpretationes et emendationes nonnunquam peperit: ita contra observationi ellipsium saepe id debuisse viros doctos animadvertimus, ut locos corruptos felicissime restituerent. Exemplo locus Xenoph. Ephesii esse potest, qui Obs. Misc. Vol. V. p. 25. emendatur.

Hactenus, quantum doctrina de ellipsibus ei utilitati sit, qui veteres auctores legit et explicat, ostensum est; nunc, quantum honori ac famae auctorum consulat, paucis expediemus. Neminem fugit, quoties et veteres auctorum enarratores, et nostrae aetatis grammatici, ubi ex praeceptionibus suis nullam idoneam quarundam formarum loquendi rationem reddere possunt, ad soloecismum, aut certe, si modestiae laudem tuendam putant, ad σολοικοφανὲς confugiant, priscisque auctoribus, omnium leporum omnisque elegantiae parentibus, teterrimam hanc orationis pestem affingant. Sed mihi religionem eorum valde placere profiteor, qui non nisi timide ac dubitanter sibi faciendum esse censent, ut illis sermonis vitia exprobrent. Deinde nemo esse iustius negaverit, grammati-

Digitized by Google

corum cavillationes ad veterum scripta, quam haec ad istas exigere. Praeterea, etsi eos interdum libenter lego, qui similia in linguis observant, nobisque *ἀναλογίαν* identidem inculcant, propterea quod linguarum studium facilius efficiunt: frustra tamen eos laborare certo scio, qui de tota aliqua lingua tanquam scientia praeceptis coercenda cogitant, quia usus nunquam grammaticorum regulis ita adstringi potest, quin saepe iis se solutum esse ostendat. Itaque consuetudo quam saepissime tuenda est, quae, si non in omnibus, ut Varro putat apud Gell. II, 25. tamen in multis dominatur. Denique ubi ipsorum grammaticorum praeceptiones rationem ac viam quasi monstrant, veteres auctores contra impactum ipsis soloecismi crimen defendendi, hanc viam cupidissime sequi consentaneum esse ducimus, et ad officium nostrum pertinere. Huic officio nunc non deerimus. Videamus locos veterum, qui grammaticis soloecismi, aut *ἀντιπτώσεως* nomine videntur suspecti esse. Homerus Il. K. v. 43.

Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη κρείων Ἀγαμέμνων·
Χρεὼ βουλῆς ἐμὲ καὶ σὲ, διοτρεφὲς ὦ Μενέλαε.
Hunc autem respondens allocutus est rex Agamemnon:
Opus est consilio et mihi et tibi, Iovis alumne, o Menelae.

Ad ea verba: Χρεὼ βουλῆς ἐμὲ καὶ σὲ, ita Scholiastes anonymus: Χρεία συμβουλῆς ἐμοὶ καὶ σοί. ἔξι δὲ σολοικισμὸς παρὰ τὰς πτώσεις ἀντὶ τοῦ ἐμοὶ καὶ σοί. Eustathius autem: Ἔξι δὲ τὸ μὲν ἐμὲ καὶ σὲ, ἀντίπτωσις ἀντὶ τοῦ ἐμοὶ καὶ σοί.

Digitized by

H. Stephanus denique censet esse accusativum pro dativo. Id quod a soloecismo quid differat, me non videre, cum Ioh. Iensio Lect. Luc. II, 4. fateor. Nec satis habet Scholiastes ille anonymus hoc sermonis vitium uno loco in Homerum coniicere; grassatur eadem in eum audacia ad Ιλ. I. v. 603.

— οὔ τί με ταύτης
Χρεὼ τιμῆς —

— minime mihi hoc
Opus est honore —

Schol. *οὐ χρείαν ἔχω τῆς τε τῶν Ἑλλήνων καὶ τοῦ Ἀγαμέμνονος τιμῆς. Καί ἐξι σολοικισμὸς παρὰ τὰς πτώσεις.* Neque audiendi sunt, qui Homero dicunt excidisse his locis *σολοικόν τι* imprudenti. Nam eandem loquendi formam adhibuit etiam alibi et saepius e. g. Ιλ. I. v. 75. Ιλ. Λ. 605. Ιλ. Σ. 406. Odyss. A. 225. ut non possit non, qui eam vitiosam et soloecam putat, Homero ignorantiam aut certe turpem negligentiam tribuere, atque in uno duobusque locis alios reprehendere ac damnare plurimos. Sed qua tandem ope Homerum contra has Grammaticorum criminationes defendemus? Auxilium ab ellipsi petemus, eaque in re exemplum Donati, pariter veteris, sed circumspectioris grammatici imitabimur, qui ad Eun. IV, 7, 19. decantatissimum locum:

Omnia prius experiri verbis, quam armis, sapientem decet,

admittendo ellipsin verbi agere post armis, Terentium suspicione *ἀναχολουθίας* liberat. Scilicet in omnibus adductis et indicatis Homeri locis,

Digitized by

si subaudias verbum aliquod cum acutissimo Clarkio, sive *ἱκάνειν*, sive *βιάειν*, salva res erit, habebimusque, quod de Homero ab iniuriis et cavillationibus Grammaticorum vindicato nobis gratulemur. Nos autem Homerum ita interpretantes nihil fingere ab eius mente alienum, eo minus dubitationis habet, quod ipse ille poetarum parens ac princeps alterutrum illorum verborum passim solet adiicere. Ἰλ. κ. v. 172.

Ἀλλὰ μάλα μεγάλη χρειὼ βεβίηκεν Ἀχαιούς.
Verum valde magna necessitas oppressit Achivos.

et Ἰλ. κ. v. 118.

— χρειὼ γὰρ ἱκάνεται οὐκέτ' ἀνεκτός.
— necessitas enim urget non iam tolerabilis.

et cum accusativo personae expresso Odyss. ε. v. 189. ubi poeta Calypso ita facit loquentem:

Ἀλλὰ τὰ μὲν νοέω καὶ Φράσσομαι, ἅσσ' ἂν ἐμοίπερ
Αὐτῇ μηδοίμην, ὅτε με χρειὼ τόσον ἵκοι.
Sed ea quidem dispicio, et suadeo, quaecunque mihi ipsi
Utique suaderem, si quando necessitas me tantopere urgeret.

His observatis non est, quod nobis in posterum aut a veteri Scholiasta anonymo, aut ab Eustathio, aut denique ab H. Stephano, aliisque imponi hoc nomine patiamur. Itaque modesti et considerati iudicis laudem auferre meretur Ioh. Iensius, qui in Lect. Luc. II, 4, p. 156. de illis Homeri locis ita sentit: „An vero revera haec locutio sit soloeca, non iudico.“ Paucis verbis interiectis addit: „Forte quaedam est ellipsis, cuius ratio sit nondum plene perspecta.“ Quin

Digitized by

rectissime Iensius totam rem ope ellipsios esse expediendam coniecerit, ea, quae de locis illis Homeri, praeeunte Clarkio, monuimus, dubitare nos non sinunt. Sed maiorem, certe evidentiorem, iniuriam Homero insert idem ille Scholiastes anonymus ad Ἰλ. Δ. v. 503.

— *τὸν δὲ σκότος ὅσσ' ἐκάλυψε.*

Illum autem tenebrae oculos cooperuerunt.

Scholiastes: *σολοικισμὸς*, inquit, *παρὰ τὰς πτώσεις. ἔδει γὰρ εἰπεῖν, τοῖς δὲ σκότος ὅσσ' ἐκάλυψε. τούτου δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς τὸ σκότος ἐκάλυψεν.* Qua crisi nihil falsius, nihil iniquius fingi potest. Utitur enim Homerus solemni illa et maxime ab omnibus fere scriptoribus frequentata ellipsi, atque ita commode supplenda: *τὸν δὲ σκότος ἐκάλυψε κατὰ τὼ ὄσσε.* Eum autem tenebrae, quantum ad oculos, cooperuerunt. Quod vero Homero evenit, ut non satis sibi cavisse a soloecismo diceretur, idem impune ferendum Thucydidi et Apollonio Rhodio erit, nisi Scholiastas eorum eiusdem, quo ceteros, temeritatis condemnemus. Thucydides II, 57. *Ξυνέβη δὲ τοῖς Κρησὶ τὸν Γέλαν Ῥοδίοις ξυγκτίσαντας, μὴ ξὺν τοῖς ἀποίκοις, ἀλλ' ἐπὶ τοὺς ἀποίκους ἥκοντας μετὰ μισθοῦ ἐλθεῖν.* Accidit, ut Cretenses, qui cum Rhodiis Gelam condiderant, non a suis colonis starent, sed contra suos colonos praeter eorum opinionem mercede allecti militarent. Scholiastes ad hunc locum *τὸ ξυγκτίσαντας* pro *ξυγκτίσαι* poni vult, et quum Thucydides IV, 2. et IV, 50. similiter casum

participii in alium ab eo, qui praecesserat, mutat, Scholiastes id fieri putat per enallagen casuum, sed in priori loco rectius suppleas ἐλλειπτικῶς omissum accusativum αὐτοὺς, et in posterioribus ista enallage facile carebimus, ubi ellipsin alicuius accusativi orationi convenientis admiseris. Apollonii Rhodii hic locus est I, 440.

Ὑμῖν μὲν δὴ μοῖρα θεῶν χρειώ τε περῆσαι
ἐνθάδε κῶας ἔχοντας. — —

Interpres Graecus, oportuisse, inquit, ἔχουσι pro ἔχοντας poni. Sed quod apud Homerum Ἰλ. ά. v. 541. et apud Thucydidem saepius faciendum est, ut pronomen secundae personae suppleatur, idem etiam fac hoc loco, et supple ante περῆσαι itidem pronomen secundae personae, sed in numero multitudinis ὑμᾶς, et ista interpretis veteris crisi facile supersedebis.

Iam quod ad ἀναχόλουθα attinet, etsi ea non tantam, quantam soloecismi, maculam orationi inferunt, nec tantum dedecus conciliant scriptoribus, usuque ipso defenduntur, et auctoritate et exemplis nobilissimorum scriptorum satis frequentibus comprobantur; imo etsi genera quaedam ἀναχολούθων a Demetrio Phalereo μεγαλοπρεπῆ vocantur, sublimitatique orationis interdum convenire dicuntur a Clarkio ad Homerum Ἰλ. β. 681. aliisque et veteribus et recentioribus interpretibus; occurrunt tamen τῆς ἀναχολουθίας exempla, quae immerito talia videri possunt, ubi ab ellipsi alicuius verbi admittenda non abhorreas. Ut meam sententiam exemplo aliquo explicem, provocare lubet ad locum Homeri Ἰλ. β. v. 681.

Digitized by

Νῦν δ' αὐτοὺς, ὅσσοι τὸ Πελασγικὸν Ἄργος ἔναιον.
Nunc vero istos, quotquot Pelasgicum Argos habitabant.

Quod in loco constructionem *ἀνακόλουθον* admittit Clarkius saepe a nobis laudatus. Sed quid, si hic per ellipsin esse omissum verbum aliquod, e. g. *λέξω*, diceremus; aut si ex eo, quod quamvis longo intervallo praecedit, v. 484. *ἔσπετε νῦν μοι, Μοῦσαι*; aut denique ex v. 493. verbum *ἐρέω* repeteremus? Vid. Eustath. ad Ἰλ. *β*. v. 353. et Voss. ad Catull. p. 296. quorum alter Homerum, alter Catullum, et alios quosdam veteres scriptores, admittendo ellipsin, contra soloecismum defendit.

Quotquot autem, et qualiacunque sunt, quae ex observatione ellipsium promittere tibi potes, quae profecto non sunt parva: tamen quum huncce libellum novis accessionibus locupletare instituteremus, magis eorum iudicium veriti sumus, quibus nimia in hoc genere adhibita diligentia displicet, quam quibus nulla satis est. Itaque patientius, et aequiori animo eorum reprehensiones feremus, qui sibi immodica ellipsium undique congestarum multitudine fastidium creari profitebuntur, quam quibus nulla satietas adferri potest. Namque ut in multis aliis, ita in huius generis argumentis praecipue cavendum est, ne magis patientiam lectorum, quam nostram diligentiam exercere videamur. Certe omnia exempla, exempla autem? immo omnia genera ellipsios nimis verbose persequi, non est necessarium. Nam in omnibus artibus, ubi tradita sunt cuius-

Digitized by Google

que artis difficillima, reliqua, quia aut faciliora sunt, aut similia, tradi non necesse est. Neque hoc unquam evenisse gnavis et industriis pictoribus aut sculptoribus credibile est, ut, quum multarum formarum similitudines exprimere magistrorum praeceptis et exemplis adiuti didicissent, quo minus etiam alias formas pingerent aut sculperent, etiamsi non didicissent, sua imperitia prohiberentur. Qui scriptores veteres suis observationibus illustratos edunt, aut cumulandis illis observationibus parcunt, quarum similes iam ante attulerunt, aut indignationem doctorum in se derivant, ubi vel centies dicta repetunt, vel similia identidem inculcant. Namque, ut hoc utar, si quis me docuit, κακῶς adverbium pro loco mutare significatum, et quamquam generatim male denotat, saepe tamen partem malorum indicare, et quidem eam partem, quae convenit rei, de qua sermo est; ideoque, prout κακῶς vivere dicitur, vel scortator, et leno, vel avarus, vel inops, ita esse vel libidinose et impure, vel sordide et avare, vel denique exiliter, minimeque laute vivere: si quis igitur haec me docuit, ei vitio ego quidem non dederim, si eandem observationem repetere paulo post negligat, ubi v. c. miles dicitur male loco cedere, aut emptor aliquid male redimere. Nam similitudo, quae inter has et superiores locutiones intercedit, potest quemlibet non prorsus hebetis ingenii admonere, quum miles male dicitur loco cedere, tum male esse ignave; quum emptor male redimere aliquid, male esse ni-

mis magno pretio. Similiter arbitror in hac ellipsium doctrina, qui hunc libellum non perfunctorie, sed ea cura et ratione perlegerit, ut magnam eius partem quasi animo comprehendat et veluti imbibat, eum de praetermissis ceteris vel generibus vel exemplis ellipsium non anxie, quid statuendum sit, quaesiturum esse. Quae enim ellipses traditae non sunt, ex iis, quae traditae sunt, nullo negotio assumet, easque suae exercitationi et similitudini relictas esse, non aegre feret. Nam, quum omnes fere natura sic comparati simus, ut perfundamur aliqua voluptate, quoties ipsi aliquid vel invenimus, vel inventis addidimus: relinquendum aliquid sane lectorum nostrorum diligentiae et exercitio, nec committendum est, ut illis honestissima haec oblectatio et liberalissima voluptas intempestiva nostra sedulitate subtrahatur. Novi quam plurimos, qui se crebris pleonasmis, illius praesertim generis, cuiusmodi sunt hi Aeliani I, 31. V. H. *ὢν ἐν γεωργίᾳ καὶ περὶ γῆν πονούμενος*: II, 45. *Φιλοπόνως καὶ Φιλέργως*: XII, 64. *τὰ προλεχθέντα ἀνέφλεγεν αὐτὸν καὶ ἐξῆπτεν*: novi igitur, qui talibus pleonasmis se dicunt offendi, ellipticis locutionibus non offendi. Quam aliam huius rei esse causam dicemus, nisi hanc, eos, qui elliptice loquuntur, videri plus suis vel lectoribus vel auditoribus tribuere, quam qui pleonastice; qui pleonasmos adferant, supervacanea dicere, non via brevissima incedere, ostentare verborum copiam et luxuriam, videri lectoribus tarditatem quandam et imbecillitatem ingenii

Digitized by Google

exprobrare, quasi nil, nisi alio atque alio modo, propositum capere possint?

Similitudo autem multarum ellipsium tanta est, multaeque *βραχυλογίαι* ita ad certum aliquem modum, et ad unum veluti exemplum adstrictae sunt, ut facile uno capite comprehendere, simulque una regula, quid sentiendum de illis, aut qui explicandae sint, expedire possis. Quis ignorat Graecos compendiose dicere, *εἰς διδασκάλου* sc. *σχολὴν* vel *διατριβὴν Φοιτᾷν*; *εἰς Ἀσκληπιοῦ* sc. *ἱερόν*; *εἰς Τροφωνίου* sc. *μαντεῖον*, seu *ἄντρον*; *εἰς Πλάτωνος* sc. *Ἀκαδημίαν*; *εἰς δημιουργῶν* sc. *ἐργαστήριον*; *εἰς ἄρχοντος* sc. *οἶκον* vel *δόμον*. Quae exempla omnia quis non hoc commune habere animadvertit, quod in illis nomen loci alicuius per ellipsin subticeatur, quo in loco *διατρίβουσι*, sive Dii sive homines. Porro, quum dicitur: *ἐπ' ἀμφότερα καθεύδειν* sc. *ὦτα*; *ἐπ' ἀμφοτέρων βαίνειν* sc. *ποδῶν*; *ἀντλεῖν ἀμφοτέραις* sc. *χερσὶν*, nemo non propter similitudinem exemplorum colligit, cum membra corporis dicenda sunt, quorum duo nobis sunt, ut oculi, aures, manus, pedes, Graecos post quaedam adiectiva nomina illorum membrorum fere omittere. Ita Graeci *ταυρείην* sc. *δοράν*; *κυνέην* sc. *περικεφαλαίαν*; *τοῖς ὀξίνοις Φυσᾶν* sc. *αὐλοῖς*; *παρδαλέην* sc. *βύρσαν* vel *δοράν*; *Φορεῖν ἁλουργῆ* sc. *ἱμάτια*. Quae locutiones in eo conveniunt, quod in iis Graeci adiectiva materiam, ex qua aliquid factum est, denotantia ponant, et res ipsas inde factas elliptice omittant.

Si quis plura huius rei exempla desiderat,

* * *

Digitized by Google

is consulat Iac. Perizonium ad Aelian. V. H. X, 21. Icnsium Lucian. Lect. I, 8. p. 86. sq. et III, 6. p. 344. et in epistol. ad Graev. Lect. Luc. subiuncta p. 411.

Quod si quis de ceteris etiam ellipsibus ad communia quaedam genera revocandis cogitaret, is numerum ellipsium discendarum minueret, memoriaeque discentium consuleret, iisque hoc prodesset, ut, quum paucas ellipses didicissent, plurimas tamen scirent. Accedant igitur ad lectionem huius libelli aliqua graecae linguae notitia tincti et lectionem eius cum ipsorum graecorum auctorum lectione coniungant, simulque, quae de similitudine ellipsium admonuimus, ante oculos sibi ponant. Qui ita hoc libello utentur, illi non multum desiderabunt omnia ellipsios aut genera aut exempla. Alia ratio eorum est, qui huiusmodi libellis tanquam lexicis volunt uti. Hos indignari toties, non est mirum, quoties in ellipticum loquendi genus in scriptore aliquo obvium incidunt, de quo hic nihil expositum est. Sed quantae molis volumina procudenda essent, si horum votis satisfactum cuperemus! Libellus hic informandae ad graecam elegantiam iuventuti scriptus est, cuius generis libelli ut extra angustos terminos evagentur, non est conditione ulla permittendum.

Sed ad has causas, quamobrem de hoc libro nimis augendo non magnopere laborarem, accedit et alia, et quidem praecipua, in eo posita, quod, cum viros me longe doctiores animadvertissem, cum sibi ellipses eruisse viderentur,

Digitized by Google

interdum offendisse et lapsos esse, mihi vehementer cavendum putarem, ne nimis ambitioso undique ellipses congerendi studio fictas ellipses pro veris adferrem. Nam, quod illis accidit, qui proverbia, qui ritus et opiniones veterum aliaque id genus collegerunt, ut saepe modum excederent, nimioque studio, quod quaerebant, ubique inveniendi, non raro deciperentur, ac deciperent; idem ne mihi quoque usu veniret, timebam, si nihil antiquius habuisse, nihilque tam metuisse viderer, quam ne liber hic nimis brevis esset. Ellipses autem fictas voco, quum vocabula dicuntur omissa esse, quae ad plenam orationem, sensusque integritatem non sunt necessaria. Tales fitas ellipses non solum alii docti viri pro veris et genuinis interdum habuerunt, sed ipse etiam Lamb. Bos, id quod nunc exemplis quibusdam probabo.

Antequam vir doctissimus Lud. Kusterus libellum egregium de vero usu verborum mediorum apud Graecos ederet, saepe contigit, ut viri cetera linguae graecae peritissimi vim verborum mediorum non satis animadverterent. Id quod suo etiam exemplo doctissimus auctor noster semel iterumque comprobat. Ubi verbi causa agit de ellipsi praepositionum, sub ἀπὸ in locutione: ἀπέχεσθαι κακῶν, putat deesse, et praepositionem ἀπὸ, et nomen χεῖρας, vel etiam ἑαυτὸν, ut plena et integra phrasis sit: ἀπέχεσθαι ἑαυτὸν ἀπὸ κακῶν. Sed hanc ellipsin non admittent, qui norunt, verbis mediis eam, quam Kusterus iis adstruxit, inesse vim, ut scilicet actio-

Digitized by Google

nem cum passione mixtam, sive actionis in ipsum agentem reflexionem designent. Nam secundum hanc observationem *ἀπέχομαι* in medio idem est, quod *ἀπέχω ἐμαυτόν*. Vid. Kusterus de verb. p. X. edit. Lugd. B. Quod si in *ἀπέχεσθαι* subaudiendum esset pronomen reciprocum, simili iure aliquis apud Homerum Ἰλ. α. v. 199. vocem *ἑαυτὸν* in *ἐτράπετο* i. e. se convertit retro, supplendum diceret, et Ἰλ. γ. v. 141. in *καλυψαμένη* pariter *ἑαυτήν*. Sed, uti diximus, ea iam vis est et natura verbi medii, ut *ἡ καλυψαμένη* per se significet, quae se ipsam cooperuit. Conf. Ἰλ. ξ. 174. ϑ'. 199. et ad hos locos Clarkium.

Quod si quis cum Kustero facit, is idem dixerit de ellipsi vocis *ϛέρνον* in *κόπτεσθαί τινα*. Nam *κόπτομαι* in medio per se significat proprie me percutio, pectus meum percutio, plango, et quia id lugentes facere solent, lugeo. *Κόπτεσθαί τινα* autem cum accusativo, sensu praegnanti, significat, *κοπτόμενον πενθεῖν τινα*, plangendo aliquem lugere. v. Kuster. l. c. III. p. 9. Exemplum ex Luciano, ubi additur *ϛέρνα*, non est, quod quemquam a sententia hac dimovere debeat, cum, quia distinctionis gratia, vel pleonastice additum esse potest, tum, quia auctoritas scriptorum illius aetatis, qua Lucianus vixit, hac in re valde exigua, vel potius nulla est, quippe qui in adhibendis verbis mediis ab usu veterum discesserunt.

Si iudicio H. Stephani standum esset, in *αἴρεσθαι* etiam, i. e. portare, subaudiri opor-

Digitized by Google

teret, ἐπ' ὤμων, vel ἐπὶ κεφαλῆς; sed haec ellipsis propter easdem causas inter quaesitas pertinet. Τὸ αἴρομαι in medio est per se, mihi aliquid impono portandum, et ex consequenti, porto. v. Kuster. p. 19.

Qui in locutionibus: μέμνημαι ποιήσας, ἀγαπῶν με διατελεῖ, οὐ λήξω χαίρων, αἰσθάνομαι διαμαρτὼν, et similibus, verbum εἶναι deesse putant, nae illi nimio ellipses eruendi studio, ubi ellipses non sunt, ibi vident. Si qua vox per ellipsin omittitur, ea etiam, si non reapse interdum additur, addi tamen sine barbarismi nota potest. At, quaeso, quam inelegan-ter, immo barbare eum locuturum diceremus, qui pro eo, quod Aelian. V. H. IX, 41. habet: μέμνησο ἄνθρωπος ὤν, memento te esse hominem, scriberet, μέμνησο εἶναι ἄνθρωπος ὤν, vel pro eo, quod Aristoph. Plut. 945. Γινώσκω, inquit, ἥττων ὢν πολὺ ὑμῶν, ita diceret: Γινώσκω εἶναι ἥττων ὢν πολύ. Cuiusmodi graecorum locutiones illi longe rectius explicant, qui in iis linguae idiotismum admittunt, graecosque non solum accusativum, uti latini fere, sed etiam nominativum, immo ceteros casus iungere infinitivis; nominativum, inquam, et quidem tum, quum nominativus aliquis vel praecedit, vel in praecedentibus supprimitur; pro infinitivis autem in eiusmodi locutionibus Graecos frequenter etiam uti participiis. Qua de re pluribus agit Iensius Lect. Luc. I, 7. p. 72. sq.

Nihil ambigo, eos etiam fingere ellipses, qui, ubi nominativi absoluti occurrunt, ibi deesse

verbum substantivum dicunt. Exemplo sit locus Eccles. II, 16. Αἱ ἡμέραι ἐρχόμεναι, τὰ πάντα ἐπελήσθη. i. e. futuro tempore omnia oblivioni traduntur. Hic substituit verbum ἦσαν Lamb. Bos, ut sit: αἱ ἡμέραι ἐρχόμεναι ἦσαν. Quam explicationem scio duriorem plerorumque iudicio esse, quam ut possit placere. Αἱ ἡμέραι ἐρχόμεναι sunt nominativi absoluti, seu consequentiae, pro τῶν ἡμερῶν ἐρχομένων. Quidam codices habent, ταῖς ἡμέραις ταῖς ἐρχομέναις, eodem sensu, quia Graecis etiam dativi consequentiae non sunt inusitati.

Sed quum videam, etiam Iac. Perizonii, viri nostra laude longe maioris, eo animum inclinare, ut in illis participiis, qui in nominativo absolute sine verbo ponuntur, et pro genitivis absolutis, nostra quidem sententia, adhibentur, putet intelligi verbum substantivum posse; iuvat breviter exponere, cur a nobis impetrare nequeamus, ut illam sententiam probemus. Ne quis igitur temere a tantis viris nos dissentire existimet, age paucis accipe, lector, quibus potissimum rationibus confidamus. Primum, quemadmodum optimi graecorum scriptorum non abhorrent a dativis et accusativis absolutis: ita nec nominativos absolutos genio graecae linguae repugnare, certum habemus. Quae enim, quaeso, idonea ratio esset, cur quis dativos et accusativos consequentiae, non autem nominativos admitteret? Dari autem tales, tam dativos, quam accusativos, ostendit Sylburg. ad Pausan. p. 930. 931. Exempla accusativorum consequentiae habes etiam apud

Digitized by Google

Xenoph. *Ἀπομνημον.* II. c. 2. §. 13. et c. 3. §. 3. Quid si quis dicat, in accusativis illis absolutis subaudiendum esse *μαθόντες*, vel *μαθὼν*, aut *εἰδότες*, vel *εἰδώς*? Id si dicat, non solum istam ellipsin omnibus locis convenire negabimus, verum etiam dativos consequentiae urgebimus, nisi cui, etiam in his ellipsin aliquam, v. c. praepositionis *σὺν*, confingere, in mentem veniat. Verum, ut liberaliter agamus, novimus omnes, qua sint inter grammaticos auctoritate Sylburgius et Kusterus, quorum neuter nominativos consequentiae admittere dubitat. Ille nobiscum sentit ad Pausan. Attic. c. 14. p. 35. hic vero ad Aristoph. Plut. 277. Porro Kusterus se ea in re alios locupletissimos auctores sequi ostendit, Scholiastas Sophoclis et Aristophanis, Suidam et Corinthum de dialecto attica. His accedit, multos inveniri eiusmodi nominativos, quos vocabulo grammaticis dudum familiari absolutos voco, quos, si quis per ellipsin verbi substantivi explicandos putat, is nulla ratione se expediturus videtur. Apponam locum Polyaeni II. c. 3. in Epaminonda n. 15. *οἱ δὲ* (Epaminondae milites) *αὖ κατὰ τὸ μέσον πεδίον ὄντες, ὁπότε ὁ καπνὸς μετὰ τῆς ὁμίχλης διεσκεδάσθη, οἱ Θεσσαλοὶ τῆς διαβάσεως τῶν πολεμίων ἤσθοντο.* Qui quum in media planitie essent, postquam fumus cum nube evanuit, Thessali, sc. hostes Epaminondae, transitum hostium senserunt. Ubi *οἱ δὲ — — — ὄντες* pro *τῶν δὲ — — — ὄντων.* Durissimum autem haud dubie esset, nec ullo modo ferendum, si quis subintel-

Digitized by Google

ligendum hoc loco verbum substantivum esse diceret. Neque est, quod cum Casaubono ad h. l. hoc durius esse dictum, existimemus, aut solos illius aetatis sophistas hoc καινοπρεπείας σχήματι mirifice delectatos dicamus. Ab hac enim loquendi forma nec vetustissimos, nec optimos auctores, Sophoclem, Euripidem, Aristophanem, alios abstinuisse certum est. Denique, si huiusmodi constructionum ratio penderet ab ellipsi, veteres grammatici quidam non agnoscerent in illis τὸ σολοικοφανές. Eurip. in Phoeniss. 290.

Μέλλων δὲ πέμπειν μ' Οἰδίπου κλεινὸς γόνος
Μαντεῖα σεμνὰ, Λοξίου τ' ἐπ' ἐσχάρας.
Cumque esset me missurus Oedipi filius inclytus
Ad venerandum oraculum Apollinis et penetralia.

Schol. Μέλλων δὲ πέμπειν, σολοικοφανὲς τοῦτό ἐξιν. ἔδει γὰρ εἰπεῖν, μέλλοντος πέμπειν με Οἰδίποδος κλεινοῦ γόνου. Quorsum hoc? ut colligamus: si elliptice in talibus loquendi formis locuti poëtae essent, veteres grammaticos non fuisse commissuros, ut soloecismum illis aut certe σολοικοφανὲς tribuerent.

Vocabula quaedam esse alicubi per ellipsin omissa, viri docti saepenumero ex eo praeclare probant, quod alibi diserte addita legantur. Sed cave hanc rationem ubique valere existimes. Occurrunt enim vocabula vocabulis uno in loco pleonastice adiecta, quae alibi omittuntur. Id quod quoties fit, toties haud dubie errant, qui ita argumentantur: Hic additur haec vel illa vox, illic omittitur, ergo per ellipsin omittitur.

Digitized by Google

Exemplo rem planam faciamus. Lucianus in Navigio: *οἱ δὲ νῦν πλούσιοι, πρὸς ἐμὲ Ἶροι.* Qui nunc sunt divites, illi Iri sunt, si mecum conferantur, vel si cogitando ad me referantur. Cuiusmodi in locutionibus deesse vel *ἐξετάζεσθαι*, vel *ἀντικρίνεσθαι*, vel *παραβάλλεσθαι*, recte monuerunt Bos in *ἐξετάζεσθαι*, et Iensius Lect. Luc. I, 5. Addo, hanc brevitatem nec a Latinorum scriptorum consuetudine alienam esse. Cic. de Orat. II, 25. Persium non curo legere — Laelium Decimum volo, quem cognovimus virum bonum et non illiteratum, sed nihil ad Persium. Ubi nihil ad Persium, i. e. nihil ad Persium si cogitando referatur. Similiter loquitur Terent. Eunuch. II, III, 69. Livius verbum conferre non secus ac Graeci interdum *παραβάλλεσθαι* adhibet. XXIX, 17. non possumus dissimulare, nos multa foeda indigna — passos esse. Sed quid illa sunt collata cum iis, quae hodie patimur? Potuisset brevius efferre: quid illa sunt ad ea, quae hodie patimur? Sed Graeci praepositioni *πρὸς* saepe praemittunt *ὡς*. Lucian. in Contemplant. *Τυφλὸς ὁ Λυγκεὺς ἐκεῖνος ὡς πρὸς ἐμέ.* Plura vide apud Iens. Lect. Lucian. I, 15. Quid ergo? Hoc puto constare, si quis putet, illic ellipsin voculae *ὡς* esse, ubi deest, propterea, quod alibi diserte addatur, eum falli, quum alibi non tam deficiat, quam alibi abundet.

Sed est etiam praeter hanc alia causa, cur non ubique locum esse putemus isti, quam dixi-

Digitized by Google

mus, argumentationi. Nam una vox admittit non raro variarum vocum ellipses. In ζύγιος subintelligendum modo Ζεὺς, modo ἵππος, modo, si Hesychio credendum, ὁ τρίτος ἐρέτης. Ita in θαλάμιος intelligi debet interdum ἐρέτης, interdum ναύτης; in θαλαμία autem interdum κώπη, remus, ut apud Aristoph. Acharn. 552. interdum ὀπή, foramen, quod additur ab Aristoph. Ran. 1106. Ad quae si quis non satis attendit, is periculo expositus est, ellipses fingendi, vocemque aliquam elliptice positam per aliam supplendi, quae illi quidem non per se, sed tamen hic et nunc repugnat. Exemplo potest esse locus Aristophanis Acharn. 552. ubi vox θαλάμιος, quae defective posita, ut modo docuimus, diversis modis suppleri potest. Scholiastes igitur d. l. eam supplet per ναύτης, quam vocem posse omitti, ex Hesychio constat, immo quae apud Thucydidem et Athenaeum revera in θαλάμιος omittitur. Nihilominus eam deesse Scholiastes male putat in dicto loco Aristophanis, cum vox τροπουμένων, quae ibi voci θαλαμίων iungitur, non nautis, sed ipsis remigibus conveniat, quippe quum τὸ τροποῦσθαι vel τροπώσασθαι, nihil sit aliud, quam τὸ τὴν κώπην πρὸς τὸν σκαλμὸν δῆσαι, remum loro ad scalmum alligare, ut Kusterus docet ad Aristoph. Acharnenses. Quocirca laudatus Kusterus merito Scholiastem reprehendit et κωπῶν omissum potius esse, quam ναυτῶν demonstrat. Huc pertinet, quod in Περσικὰ modo μέλη seu ᾄσματα sint, modo ὑποδήματα subaudienda. Quum, quae Bosius in voce χρόνου docet, in

Digitized by Google

προϊόντος apud Theocr. Idyll. XIV. deesse χρόνου, diligentius considero, simulque seriem carminis apud Theocritum paullo accuratius perpendo, facere nequeo, quin eiusdem erroris Bosium accusem, cuius paullo ante Scholiastem Aristophanis regum agebam. Verum est, Xenophontem addere χρόνου, sed verum etiam illud est, saepe πότου alios scriptores addere, Athenaeum, Iosephum, Achillem Tatium, qui pro προϊόντος τοῦ πότου habet προβαίνοντος τοῦ πότου. Vid. Observ. Miscell. Vol. V. T. 3. p. 62. Subscribendum illic Scholiastae potius est, qui προϊόντος explicat προκόπτοντος τοῦ πότου, quam vel interpreti, vel Bosio nostro. Etsi enim occurrunt loci, ubi χρόνου intelligi potest: series tamen Idyllii satis declarat, hunc locum inter illos non pertinere.

Etiam illae ellipses possunt quaesitae videri, quum voces omissae dicuntur esse, quae ἀπὸ κοινοῦ, h. e. ex proxime praecedentibus assumi, et repeti, et in memoriam legentis revocari possunt. Itaque ipse Scholiastes Thucydidis ad I, 35. fingere ellipsin putandus est, ubi post verbum βοηθεῖν deesse ait χρή. Nam haec ellipsis supervacua, quia praecessit δίκαιον, quod repeti debet. Idem iudicium ferendum est de observatione Scholiastae ad hunc Thucydidis locum, qui legitur II, 33. καὶ τῆς ἄλλης Ἀκαρνανίας τῆς περὶ θάλασσαν ἔξιν ἃ χωρία βουλόμενοι προσποιήσασθαι καὶ πειραθέντες, ὡς οὐκ ἠδύναντο, ἀπέπλεον ἐπ' οἴκου. Cum autem nonnulla etiam reliquae Acarnaniae oppida maritima sibi adiungere vellent, cumque rem ten-

Digitized by Google

tassent, postquam voti compotes fieri non potuerunt, domum reverti coeperunt. Schol. *ὡς οὐκ ἠδύναντο, λαβεῖν δηλονότι.* Sed repete potius *ἀπὸ τοῦ κοινοῦ* verbum *προσποιήσασθαι*, et per illud defectum supple. Ita in *κινδυνεύω τοῦ ἀνδρὸς* apud Xenoph. Ephes. vir doctus in Obs. Misc. Vol. V. T. 3. p. 63. potius ex antecedenti repetendum existimat *ἀφαιρεθῆναι*, quam ellipsin admittendam. Ad hoc genus pleraque illa pertinent, quae in Indice ad Perizonii Aelian. sub: Ellipsis maior, leguntur. Verba autem ex praecedentibus assumenda non semper diserte, sed nunc alio modo, nunc alia persona etc. posita praecedunt. Aristoph. *Ἐκκλησ.* 774. *Ἀλλὰ λαμβάνειν ἡμᾶς μόνον δεῖ νὴ Δία. Καὶ γὰρ οἱ Θεοί*: supple ex praecedenti *λαμβάνειν*, sed mutato modo, et persona ad subiectum, ad quod refertur, accommodata *λαμβάνουσι.* Conf. *Ἐκκλησ.* 790. Thucyd. VII, 69. III, 55. V, 80. VI, 76. Dionys. Halic. de Struct. Orat. Sect. XXII. p. 190. ed. Upt.

Rarius accidit, ut non ipsum illud nomen substantivum, quod praecedit, sed aliud alio genere, sed eiusdem vel cognatae certe significationis, repetendum sit. Adscribamus locum ex Dionys. Halic. de Struct. Orat. Sect. IV. p. 36. ubi ex Hegesia hunc adfert locum: *Οὐ γὰρ μικρὰν ἐς Θηβαίων ὕδωρ ἔπτυσεν ὁ Διόνυσος. Ἡδὺς μὲν γάρ ἐστι, ποιεῖ δὲ μαίνεσθαι.* Ubi *ἡδὺς* videtur referendum ad *ὕδωρ*, sed quia ratio generis hoc non sinit, vocabulum cognatae significationis ex *τῷ ὕδωρ* repetendum est, sc. *ποταμὸς*, aut simile. Talia exempla pete ex Thucyd. II, 47. Xenoph.

Digitized by Google

'Απομν. I, 4. §. 18. Pausan. VIII, 8. Kuster. ad Aristoph. Plut. v. 291. p. 7. Saepius fit, ut ex verbis praecedentibus nomina cognatae significationis repetenda sint. Aristoph. Equit. v. 50. *ἐκδικάζειν μίαν* sc. *δίκην*. Sic *πλήττειν δέκα* sc. *πληγάς*. Aristoph. 'Εκ. 588. *Γεωργεῖν πολλὴν*, sc. *γῆν*. Lucian. in Toxaride: *Καὶ ὁπότερος ἂν ἐν τούτοις κρατῇ, καὶ ἀμείνους παράσχηται τοὺς Φίλους, αὐτός τε νενικηκὼς ἔξαι, καὶ τὴν αὐτοῦ ἀνακηρύξει, κάλλιστον ἀγῶνα καὶ σεμνότατον ἀγωνισάμενος.* Hic subaudiendum est *νίκην*, quasi esset, *αὐτός τε νενικηκὼς ἔξαι, καὶ τὴν αὐτοῦ νίκην ἀνακηρύξει.* Plures locos suppeditabit Iensius Lect. Luc. I, 8. p. 86. sq. His observatis, quid de Euripidis loco ab auctore nostro sub *ὄνομα* allato statuendum sit, ipse Lector B. per se intelliget. Utuntur autem eadem sermonis brevitate Latini, e. g. Sallust. Catil. XVIII. ubi vid. G. Cortius.

Apud Latinos scriptores nonnunquam ex praecedentibus adiectivis substantiva cognatae significationis repetenda omittuntur. Celsus l. I. c. 1. — athletici cibi supervacui. Nam et intermissus propter aliquas civiles necessitates ordo exercitationis corpus affligit: et ea corpora, quae more eorum (intellige athletarum, etsi non praecessit nisi τὸ athletici) repleta sunt, celerrime et senescunt et aegrotant. Conf. Cic. de N. D. III, 53. de Fin. V, 16. Vellei. II, 4, 4. Apud Lucam Act. VIII, 5. ex praecedenti nomine urbis repetendi incolae eius urbis: *Φίλιππος δὲ κατελθὼν εἰς πόλιν Σαμαρείας ἐκήρυσσεν αὐτοῖς*

Digitized by Google

τὸν Χριστόν. Τὸ αὐτοῖς referendum ad Samaritanos, quorum ante nulla diserta mentio.

Huic formae loquendi sunt illae βραχυλογίαι admodum similes, quas Hesychius tantopere amat. E. g. Μηχανορράφος, κατασκευαστής. Subintellige μηχανῶν. Καταγλωττίζειν, βλασφημεῖν. Καὶ τὰ ἐρωτικὰ καὶ περίεργα φιλήματα. Subintellige καλεῖται καταγλωττίσματα. Cuius ellipsios Hesychianae alia exempla vide in Obs. Misc. Vol. I. p. 421.

Nec vero dubium est, dari locos corruptos et depravatos, qui occasionem dant interpretibus, ellipses quaerendi, ubi nullae sunt. Provocabo ad locum Hesiodi Θεογον. v. 532. de quo Graev. Lect. Hesiod. c. 23. p. 114. sq.

Multis non iniuria quaesita ellipsis videbitur, quam adfert Casaubonus in Antibar. p. 416. ubi ἡμέρα ἐπιφώσκει compendiose dici putat pro ὁ ἥλιος ἐπιφώσκει, οὗ ἐπιφώσκοντος γίνεται ἡμέρα; item σάββατον ἐπέφωσκεν pro ἐπέφωσκεν ἡ σελήνη, ἡ ἄγουσα τὸ σάββατον. Nam quemadmodum primo recte et proprie dicitur ἥλιος ἐπιφώσκει; ita etiam, quia ἡλίου ἐπιφώσκοντος dies incipit, dies dici potest ἐπιφώσκειν. Deinde quum σάββατον sit inter dies, etiam σάββατον dici potest ἐπιφώσκειν. Stephanus in Append. ad Script. de Dial. p. 104. quinque locos ex Thucydide, Xenophonte et Luciano adfert, in quibus μόνον deesse putat. Sed plerisque hic probabitur sententia Camerarii ad Thucyd. IV, 92. qui, non esse necessarium, in iis omnibus locis ellipses statui, existimat. Sunt, qui eadem ellipsi usum

Digitized by Google

Lucam esse censent Act. V, 4. *οὐκ ἐψεύσω ἀνθρώποις, ἀλλὰ τῷ θεῷ.* Sed quis non videt, etiam hunc locum recte posse explicari, etiamsi ad ellipsin non confugias. Etsi igitur in Latinis scriptoribus, maxime ICtis, non infrequentem esse ellipsin adverbiorum solum et tantum, sequentibus particulis sed etiam, cum Dukero ad Thucyd. IV, 92. largimur; cum eodem tamen Antonii Augustini, qui II. emend. 1. Graecorum formam loquendi esse dicit, sententiae subscribere dubitamus, et an haec ellipsis in Graecorum scriptis obvia sit, merito ambigimus. Ceterum si quis Kuhnii Observationem ad Pausan. Boeot. c. 27. cum ipsius verbis Pausaniae contulerit, ibi quoque a Kuhnio praeter ullam necessitatem ellipsin vocis *ὕμνους* fingi animadvertet. Alia quaedam exempla fictarum ellipsium pete ex Dukero ad Thucyd. III, 1.

Quodsi standum Casauboni iudicio ad Aristoph. Equites 575. esset, etiam tum Bosio fictam ellipsin exprobrari oporteret, quum praepositionem *πρὸς* nonnunquam per ellipsin pro *πρὸς τούτοις* poni contendit. Casaubonus ad c. l. ita: „Praepositio *πρὸς* adverbiascit. Adverbiascunt et aliae; sed quae indicium translationis faciunt, accentu mutato, si sint dissyllabae, ut *ὕπερ*.“ Sed quum inveniantur loci, in quibus *τούτοις* additur, non est, quod Casauboni auctoritate permoti a sententia Bosii dimoveamur. Ipse Aristophanes in eadem comoedia v. 312. *τούτοις* illud addit.

Omittere non debeo, ibi videri ellipses nonnunquam esse, ubi veteres grammatici *δεικτικῶς*

Digitized by Google

locum esse aliquem explicandum monent. Scilicet ad significationem rerum non solum lingua, sed etiam manus nostra parata est, et verborum omissionem saepenumero motus quidam corporis et gestus supplent. Neque enim chironomorum solum fuit manibus verba expedire, et efficere, ut quasi oculi spectatorum audirent; sed etiam unumquemque fere loquentem manus interdum ita adiuvat, prope ut ipsa loqui videri possit. Nec perperam Quintiliano XI, 3. ista, ut sic dicam, manuum loquela omnium hominum communis sermo videtur haberi posse. Quoties igitur hoc sermonis genere aliquis utitur, etsi verba rei exprimendae apta non adhibeat, tamen, quia verborum vices gestus ac motus corporis gerunt, elliptice loqui putandus non est. Iam ubi loci veterum auctorum occurrunt, occurrunt autem inprimis apud comicos poëtas, ubi personae ita loquentes inducuntur, ut res quasdam cogitationesque gestu potius quam verbis indicent, tum vero interpretis est, rem gestumque, quo illa expressa fuit, indicare, non autem statim ellipsin crepare. Quae autem res motu corporis indicentur, saepe nullo negotio intelligitur, ubi ad praecedentia et ad orationis seriem mentem paullulum convertas. Exstant tamen loci, qui non parum difficultatis habent, et quorum sensum vix assequi licet, nisi veteris Historiae aliquam particulam in subsidium adhibeas. Ut, quum Aristaenetus II. 17. *τὴν ἀνδρίαν*, inquit, *μιμήσομαι τῶν Λακώνων· παρ' ἐκείνοις γὰρ αἱ μητέρες πρὸς τοὺς παῖδας ἔφασκον· ἐμοὶ δὲ παρακελεύεται κάλλιον*

Digitized by Google

ἡ ψυχὴ, ἢ ταύτην ἢ ἐπὶ ταύτῃ. Hic ex sola serie orationis nemo facile intelliget, quam ad rem matres illae Lacaenae digitum intenderint, dicentes ἢ ταύτην, ἢ ἐπὶ ταύτῃ, vel, ut alii habent, ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τᾶς. Ex aliis igitur scriptoribus is, qui haec intelligere vult, vel discat, vel didicerit necesse est, Laconicum illud dictum perinde intelligendum esse, ac si diceretur ἢ ταύτην τὴν ἀσπίδα, ἢ ἐπὶ ταύτῃ. Scilicet Spartanae matres filios in bellum proficiscentes admonere volebant, ne ῥιψάσπιδες essent, clypeoque abiecto fugerent, sed ut clypeum ipsum aut referrent, aut facerent, ut inter strenue pugnandum mortui super eo referrentur. Cuius dicti quum Plutarchus in apophthegmatibus Lacaenarum p. 241. et Sextus Empiricus Pyrrh. Hypotyp. III. c. 24. p. 181. mentionem faciunt, series orationis attentum lectorem facile docet, Lacaenas istas id, quod modo innuimus, omnino respexisse ac digito monstrasse.

Ita apud Aristoph. Thesmoph. 387. περίθου νῦν τόνδε πρῶτον πρὶν λέγειν, ambigunt interpretes, digitumne praeco, quem poëta ibi loquentem facit, ad coronam, an ad vestem intenderit. Vetus enim Scholiastes χιτῶνα, sed Bisetus στέφανον subintelligendum putat. Cum vero pro Biseti interpretatione haec ratio stet, quod, qui verba olim pro concione facturi erant, coronam capiti imponere consueverint: vid. Ἐκκλησ. 130: Kusterus Biseti explicationem alteri veteris Scholiastae merito praefert. Nec mihi dubitandum videtur, saepe etiam alibi loquentium modo vul-

* * * *

tum minacem, modo gemitum editum, modo alios motus corporis, verborum partes agere. Fuit, quum huius observationis ope Virgilium Georg. IV, 445. et Aen. II, 426. explicari posse putarem. Quae si probabilis videretur, simul multis Homeri locis lumen affundere posset.

Sed nimis longi fuimus. Finis praefationi faciendus est. Quod si quid vel in ea, vel in ipsis additionibus erratum est, nos nobis beati videbimur, si aequum monitorem inveniemus.

Digitized by Google

PRAEFATIO
EDITIONIS SEXTAE.

Accipe, Lector Benevole, sextam libelli huius editionem. Praeterquam quod eam a mendis, quae in superiorem irrepserant, purgare diligentes studuimus, additas etiam ei invenies novas observationes, quas Vir Clarissimus M. I. G. S. Bernholdius, Gymnasii Heilbronnensis, nobiscum humanissime communicavit. Eas novam huic opusculo commendationem esse conciliaturas, certum habemus. Has notavimus litera B. Praeclarissimi Schoettgenii litera S. meas autem qualescunque litera L. Fruere itaque, et his et nostris conatibus fave. Dabam Cizae, Mense Ianuario, Anni MDCCXLVIII.

Digitized by Google

PRAEFATIO
EDITORIS HALENSIS.

§. I.

Quinquaginta amplius elapsi sunt anni, ex quo notissimus hic perutilisque de Ellipsi Graeca libellus lucem primum adspexit. Cuius auctor Lambertus Bos, vir doctissimus, Graecae olim linguae Professor in Academia Franequerana, instituti sui rationem, hoc est necessitatem et utilitatem doctrinae de Ellipsi vocum quarundam Graecarum, satis luculenter in peculiari, quam praefixit, praefatione exposuit.

§. II.

Primam huius libri editionem minoris formae (in 12mo, ut vocant) satis constat sub oculis quasi Auctoris, Franequerae publici iuris factam esse; caeterum annum, quo primum prodierit, indicare non possumus, cum illius mentionem nec Bosius nec Schoettgenius in praefatione fecerit, ipsaque editio prima ad manus nunc quidem non sit. Id constat, brevi temporis spatio venditione distractam hanc ita fuisse, ut de nova adornanda Auctori et bibliopolae Franequerano cogitandum fuerit.

Digitized by Google

§. III.

Inopia interim exemplarium huius libelli, in Germania nostra inprimis, suborta, factum est, ut anno MDCCXII.*) Lipsiensis bibliopola I. C. Martini, inito consilio hoc opusculum recudendi, Christianum Schoettgenium, Virum Clarissimum, Lipsiae tunc degentem, rogaret, ut, quae haberet ad locupletandum Bosianum scriptum, colligeret. Itaque Schoettgenius suas observationes**) novae editioni subiiciendas curavit; quibus et immiscuit nonnulla a Christiano Friderico Boernero, tunc humaniorum litterarum apud Lipsienses Professore, observata.***)

§. IV.

Dum vero in hisce additionibus congerendis occupatus esset Schoettgenius, placuit ipsi, amicorum suasu ad huius libri auctorem litteras exarare, ne eo plane inscio opusculum hoc Lipsiae excuderetur. Antequam vero hic quidquam responsi transmitteret, adferebatur ad bibliopolas Lipsienses nova libelli editio, ab ipso Bosio procurata. Subsequutae sunt deinceps Bosii ad

*) Auctores quidem libri: Histoire critique de la republique des lettres, Tom. XIV. pag. 355. prodiderant, priorem Schoettgenianam seu primam Lipsiensem editionem iam anno MDCCXI. lucem publicam vidisse: sed id quidem oppido falsum, prout ipse Schoettgenius in posteriore praefatione sua, Dresdae die IV. Augusti anni MDCCXXVIII. scripta, monuit.

**) Insignitae sunt in praesenti editione litteris Sch. vel S.

***) Latent ea sub Schoettgenianis; nam expressam nominis sui mentionem Boernerus recusavit.

Schoettgenium litterae, dehortantes, ne nova illa editio, quae Franequerae prelum exercere vix desierat, Lipsiae imprimeretur.

§. V.

Sed non obstantibus his Schoettgenius recudi tamen curavit posteriorem libri editionem, quae ipso dicto anno MDCCXII. Franequerae prodierat: hanc enim ipse suis additionibus primus auctiorem exhibens, sequentis anni mense Martio in lucem publicam prodire iussit. Et haec quidem editio, quae, post duas Franequeranas, tertia fuit eademque prima Schoettgenii, mox eruditorum laudes est consequuta, eiusdemque accessiones plausu exceptae sunt.

§. VI.

Quum deprehendisset postea Schoettgenius in editione secunda Franequerana (quae in tertia editione ad verbum repetita erat) nonnulla omisisse Auctorem Bosium, quae in prima posuerat; ob auctoritatem et iudicium Ioannis Christophori Wolfii in Curis philologicis et criticis ad libros Novi Testamenti, semel atque iterum ad illa postmodum omissa provocantis, eadem illa Schoettgenius, quae in contextum revocarentur, digna existimavit.

§. VII.

Atque hoc ipsum in proxime sequuta editione quarta praestitit, quae anno MDCCXXVIII. Lipsiae lucem publicam adspexit, et duplici gaudet praefatione Schoettgenii. In ea enim vir hic doctissimus non solum suas auxit adnotationes,

Digitized by Google

et novas quasdam, praecipue ad Novum Testamentum illustrandum facientes, adiecit; sed etiam dictas Bosii observationes omissas suis locis restituit, ita tamen, ut illae uncis [] includerentur,*) et in adnotationibus subiectis Lector de hac re moneretur. In ipso verborum contextu Bosiano pauca tunc fuerunt immutata.

§. VIII.

Post hanc posteriorem editionem Schoettgenianam Ellipsibus Bosii ulterius locupletandis manum admovit M. Ioannes Fridericus Leisnerus, qui quintam editionem huius libri, praemissa prolixa praefatione, adornavit; eique adeo largam observationum**) messem addidit, ut maiore forma, plagularum scilicet in octo folia complicatarum, recudi librum necesse fuerit.

§. IX.

Sed accessiones istae Clar. Leisneri, quae maxime inserviunt illustrationi scriptorum profanorum, magna ex parte non aptis locis textui Bosiano insertae; Schoettgenii etiam notamina per incommodas passim interpositiones distracta sunt illarum observationum, quas novus Editor margini adscriptas, nondum autem in ordinem redactas, typographo tradiderat. Itaque quinta

*) Observationes Bosii restitutas invenimus quidem in editione sexta, nullis autem ibi uncis, ubi adnotatione Schoettgenii subiecta carent, inclusas; quare in praesenti editione singulis illis locis restitutis non solum uncos memoratos ex praescripto Schoettgenii addidimus, sed signum etiam † iisdem praefiximus.

**) Has insignivimus in hac editione litteris Lvisn. vel L.

et sexta editio, praeterquam quod integri versus seu lineae in Bosianis et Schoettgenianis hic ibi desiderentur, minus commodum habet titulorum et accessionum ordinem.

§. X.

Sextam editionem a Leisnero curatam commendant observationes, quas*) cum ipso M. Ioannes Georgius Samuel Bernholdius communicaverat. Dolendum tamen erat, sphalmata haud pauca in hanc irrepsisse sextam editionem, typis alias nitidis exscriptam.

§. XI.

Tandem nuperrime de locupletiore et quodammodo meliore huius libri editione cogitavit vir doctissimus M. Nicolaus Schwebelius, qui anno MDCCLXIII. in forma, quam vocant, octava, eaque maiore, eundem typis et sumtibus heredum Felseckeri Norimbergae in lucem publicam prodire iussit. Schwebelius titulos omnes, etiam ab aliis adiectos, in meliorem ordinem redegit, et novos non paucos de suo inseruit, errata etiam multa, in quae incidit, sustulit et indices emendavit: reliqua vero additamenta, nullos titulos novos prae se ferentia, prout iacebant, reliquit paene intacta; lacunas in contextu verborum Bosii, in sexta editione obvias, non semper supplevit; immo novos verborum defectus in suam editionem irrepere, et integrum titulum in Ellipsi nominum ΠΟΝΟΣ, labor, abesse permisit.

*) Has distinximus scriptione compendiaria Bernh. vel B.

Digitized by Google

§. XII.

Superest, ut de nova hac nostra huiusce libri editione paucis dicamus. Pervenerant, quae in Bibliopolio Martiniano Lipsiae supererant exemplaria Edit. VI. emtionis iure in tabernam librariam Orphanotrophei Halensis. Sed haec ipsa exempla cum brevi defutura viderentur, et vero illa, laude alias sua non fraudanda, Schwebeliana editio, nimis caro in his oris pretio veniret; consultum, communicato cum doctis quibusdam Viris consilio, duximus, ad novam quam hic damus editionem animum adiicere, praesertim cum opportuna, quae nos ad hoc ipsum hortaretur, esset occasio.

§. XIII.

Nacti videlicet eramus exemplar quoddam tertiae editionis Ellipsium Graecarum Bosii, in cuius margine multas observationes adscripserat Philologus primarius, B. Christianus Benedictus Michaelis, Professor olim Theologiae itemque Graecae et Orientalium Linguarum in nostra Academia celeberrimus. Itaque gratum multis harum litterarum cupidis facturi videbamur, si observationes illas Viri vel post fata Venerabilis, ad illustrationem sacri codicis collectas, in repetenda editione libelli Bosiani cum orbe erudito communicaremus, rati id e re in primis fore multorum, qui sacrae Philologiae studiis operam dant, si huiusmodi accessionibus noviter instructa editio modico ipsis pretio exhiberetur.

Digitized by

§. XIV.

Instituimus autem in hac editione collationem sextae editionis Ellipsium Graecarum Bosii cum editione tertia seu prima Lipsiensi et priore Schoettgenii. Ea methodo deprehendimus lacunam passim obvias integrorum versuum in textu Bosii, interdum etiam Schoettgenii: hos versus s. verborum lineas, quae in editionibus Leisnerianis, atque etiam in Schwebeliana, exciderant, supplevimus; et alias mendas, quae passim remanserant, sustulimus.

§. XV.

Hoc autem in primis curae nobis fuit, ut contextum verborum Bosii, nec non observationum Schoettgenii, ubique integrum et cohaerentem, ut par erat, redderemus. Illa igitur omnia, quae ab aliqua posteriore manu in contextum intrusa erant, in convenientiorem locum reiecimus. Quae vero Schoettgenius ex prima Bosii editione restituit, cuiusmodi verba, nullis uncis inclusa, nos in Ellipsi nominum duobus locis deprehendimus; ea, uti supra diximus, in praesenti editione a reliquo contextu uncis [] sunt distincta, habentque signum † in fronte praefixum.

§. XVI.

Partem ultimam huius libri, de Ellipsi plurium vocum, quae nullis gaudet titulis specialibus, maioris commoditatis et perspicuitatis gratia in segmenta convenientia, seu paragraphos maiores partiti sumus. Novos praeterea textus longiores a Leisnero insertos, signis (ut vocant) citationis

Digitized by Google

(„) distinximus, apposito asterisci (*) signo, ubi incipiunt; Leisneri autem nomine, ubi desinunt.

§. XVII.

Habet igitur L. B. praeter ea, quae a manu Bosii sunt universa, observationes, quas huic libro primus adiecit Schoettgenius in tertia et quarta editionibus, seu prima et secunda Lipsiensi; tum ea, quae addidit Leisnerus atque Bernholdius; quibus nunc primum adiunctae comparent adnotationes*) B. Michaelis. A Schwebelii autem adnotatis, licet caeteroquin non spernendis, quum et prolixiora sint, quam pro instituto nostro, et rarius sacrum codicem illustrare soleant, abstinuimus; quae ex editione Norimbergensi ab iis, qui sua interesse putant, peti poterunt. Quod autem ad adnotata B. Michaelis attinet, ea magis Bibliorum Graecorum et maxime Novi Testamenti lectioni accommodata sunt, et Theologiae proinde cultoribus propius et praecipue inservient.

§. XVIII.

Omnes illas observationes, novis titulis insignitas, seriei titulorum Bosii inseruimus: praefixo semper tamen asterisco, et addito in fine auctoris, cui quaelibet debetur, nomine. Quodsi titulus huiusmodi novus seu insertus, non unum, sed duos vel plures habeat auctores: asteriscus toties novus invenitur praefixus, quoties alia eruditi cuiusdam manus partem aliquam tituli eiusmodi

*) Huius observationes litteris Mich. vel M. signavimus.

adiecit; et cuiusvis eruditi nomen in fine segmenti sui in isto titulo apparet.

§. XIX.

Reliquae observationes, nullos novos titulos prae se ferentes, sunt accessiones ad titulos a Bosio iam suppeditatos. Sunt autem eae plerumque illustrationes vocum quarundam, in textu Bosii praesertim, atque etiam Schoettgenii interdum, occurrentium: quoties ergo haec earum est ratio, numeravimus eas litteris alphabeti praefixis, iisdemque litteris etiam harum observationum sedem, quorsum pertinent, in ipso textu indicavimus. Nomen auctoris, qui observationem suppeditavit, in fine semper adiicitur: et si plurium eruditorum observationes uni textus sedi adligatae reperiuntur, istae quidem omnes ita concurrentes una tantum alphabeti litterula praefixa gaudent, sed secunda observatio cum sequentibus, si adsunt, a prima per asteriscum denuo praefixum, et in fine per aliud adiectum auctoris nomen discernuntur. Interdum autem istae observationes, tanquam appendices, in fine titulorum additae, et nulla littera insignitae, reperiuntur, praeposito tamen etiam asterisci signo, et addito in fine auctoris nomine.

§. XX.

Maioris commoditatis et perspicuitatis gratia contextum saepe in minores sectiones seu paragraphos distinximus: nomina etiam propria auctorum, qui citantur, non decurtata scriptione, sed integre scripta, eaque litteris maiusculis, quae

Digitized by Google

a typothetis capitales parvae vocari solent, excudi curavimus; inscriptiones vero librorum formulis litterarum inclinatarum, quae vulgo cursivae nominantur, exscribi iussimus.

§. XXI.

Ne accuratiori et limatiori huius libri impressioni aliquid deesset, quum quidem et bonus alicubi dormitet Homerus, et oculi plus videre soleant, quam oculus, ut proverbio dicitur: sumsit sibi per singulas plagulas totius libri perlustrationem et revisionem Vir doctus et in hoc studiorum genere exercitatus, cuius diligentia in hoc opusculo adhibita lectoribus se satis commendabit.

§. XXII.

Ut sumtibus parceremus, ne moles libri nimium excresceret, omisimus dedicationes Schoettgenii et Leisneri, nec non horum virorum praefationes ex parte prolixas editionum antecedentium, tertiae, quartae, quintae et sextae; quas qui legere cupit, adeat editiones superiores et maiorem Norimbergensem, ubi eas inveniet. In earum locum hanc novam praefationem substituimus; et quae de historia fatisque elegantis libelli moneri debebant, in unum collecta, hic lectoribus proponenda censuimus. Praefationem vero ipsius Lamberti Bos, secundae olim editioni Franequeranae praefixam, quaedam scitu necessaria continentem, lectuque dignam, retinere, nostrum esse putavimus.

§. XXIII.

Indices huius libri tres, qui superioribus editionibus iam aderant, retinuimus. Primum lo-

Digitized by Google

corum biblicorum, et secundum auctorum citatorum, Schoettgenius olim composuit, et editioni tertiae primus adiecit. Tertium vero loquutionum ellipticarum ipse libri auctor Bosius concinnavit, et ex secunda editione retentus est: quos quidem omnes augendos debitis locis et ad novam hanc editionem accommodandos curavimus.

§. XXIV.

Quod reliquum est, rogamus Lectores benevolos, ut aequi bonique consulant studium conatusque nostros. Quodsi uno alterove loco aliquid humani passi fuerimus, occurratque forte oculatioribus quod nostram effugerit attentionem; id ut ab ipsis benevole emendetur rogamus. Faxit Deus, ut labor huic libro impensus conducat aliquid ad ulterius promovendam cognitionem certam et salubrem divinioris doctrinae, quae plenissime lucidissimeque in tabulis Novi Foederis continetur, et cuius nucleus est testimonium de Servatore nostro Iesu Christo, Dei filio, qui perfectissimus est optimusque voluntatis et verborum Dei interpres, cuius gratiae L. B. etiam atque etiam cum universa ipsius civitate commendamus. Halae Magdeb. Kal. Martiis A. R. S. MDCCLXV.

Digitized by Google

PRAEFATIO
GODOFREDI HENRICI SCHAEFERI.

Diu in tabernis librariis desiderata erant exemplaria Bosiani de Ellipsibus Graecae Linguae libelli a Nicolao Schwebelio, viro eruditissimo, ante hos quadraginta quatuor annos Norimbergae editi.*) Quam editionem, insigni hominum doctorum plausu ubique exceptam, cum Praefectus Librariae Weidmannianae, cessante per longam annorum seriem spemque studiosorum plane frustrante Norimbergensi librario, ne diu-

*) Lamberti Bos Lingu. Graec. in Academ. Franequ. Profess. Ellipses Graecae sive de vocibus, quae in sermone Graeco per ellipsin supprimuntur. Cum doctorum virorum, Christ. Schoettgenii, Io. Ge. Sam. Bernholdii, Io. Frid. Leisneri observationibus, quibus et suas adiecit M. Nicolaus Schwebelius P. P. et G. N. R. Societatum, Academiae Imperialis Roboretanae et Electoralis Bavaricae Scientiarum Collega. Norimbergae, typis et sumpt. heredum Adami Ionath. Felseckeri. MDCCLXIII. 8.

Digitized by Google

tius studia philologica hoc instrumento carerent, typis repetere constituisset: a me petiit, ut non modo novae editionis curam, qua typothetas spectaret, susciperem, sed etiam si quid haberem, quod priorum observationibus editorum accedere posse videretur, cum illis coniunctum publici iuris facerem. Haud gravate honestis viri optimi ac de literis bonis praeclare merentis precibus annui. Iam cum liber in eo sit, ut in lucem prodeat, quid mihi hoc in opere propositum fuerit quidque effecerim, indicandum est.

Ac primum quidem ex re librarii visum est omnia quae Schwebelii editio teneret, integra illibataque reddere. Nam etsi propius eam inspicienti non pauca occurrebant, quae mihi quidem parum probarentur, nonnulla etiam, quae, si ad meum res arbitrium rediisset, haud cunctanter deleturus fuissem: tot tamen calculos labor viri doctissimi tulerat, talique convicio, id quod certis mihi indiciis constitit, a Sosiis, inprimis extra Germaniam, integer neque ulla sui parte defectus poscebatur, ut si quid, meum secutus sensum, resecarem, verendum mihi esset, ne rationibus redemtoris officerem. Itaque hoc

Digitized by Google

unum mihi licere putavi, ut Schwebelii observationes vitiis typotheticis haud raro foedatas his sordibus diligenter purgarem. Cumque operae Norimbergenses cetera maiori etiam negligentia expressissent, omissis passim non singulis modo verbis, sed integris adeo versibus: Halensis editionis, minus hac parte laborantis, quanquam ceteroqui parum emendatae, exemplar accurate recensitum, quod typotheta sequeretur, instruxi.

Deinde circumspicienti mihi, quanam accessione nova editio ditari posset, primum Christ. Bened. Michaelis, claro viri inter Theologos nomine, observationes sese obtulerunt. Has, maximam partem Novi Foederis loca spectantes, neque, opinor, iniucundas iis, qui theologica severâ lege tractant, ex Halensi editione depromtas suo quamque loco inserui. Tum addidi Ferd. Stoschii adnotationes, per duos missus olim evulgatas,*) quibus iure mireris priores libelli Bosiani editores, qui quidem

*) *Eines Niederdeutschen Schullehrers Zusätze zu Lamb. Bos Ellipses Graecae.* In *Biedermann's Altem und Neuem von Schulsachen, 3. Theil, S. 168. ff. — Eines Niederdeutschen Schullehrers Fortsetzung der Anmerkungen zu Lamb. Bos Ellipsibus Graecis.*

*****

Digitized by Google

illarum notitiam habere potuerant, nusquam usos esse.

His additamentis meae observationes accesserunt. In iis concinnandis maxime duo spectavi, ut quae viri docti de Ellipsibus Graecae Linguae tradiderant, partim augerem, partim corrigerem. Augenti eandem, quam alio tempore expertus sum, veniam spero datum iri, quoties lectores ad deverticula Philologiae, inprimis ad dumeta Critices, aberrantem me deprehenderint. Corrigendi officium, obnoxium illud, si quod aliud, invidiae, sic administravisse mihi videor, certe volui administrare, ut quae mortuis, quorum honori vindex non est, debetur reverentia, a me proterve laesam esse nemo facile queri possit. Quod sicubi corripientis errores virorum doctorum paene pudendos notae reperiantur, quae a literarum nostrarum humanitate vel tantulum abhorreant, imprudenti eas excidisse mitius-

Ibid. 8. *Theil*, *S.* 138. *ff.* — Nomen viri docti utrobique sub siglis latet. Ad prioris quidem missus finem legas *St.* ad posterioris *F. St.* Haec Stoschium indicare, cum mihi hominis rationem aliunde cognitam habenti statim probabile visum esset, mox omnis dubitatio exemta est. Vid. ad v. Ἀμήν. coll. Schleusneri N. Lex. Gr. Lat. in N. T. v. Σμύρνα.

Digitized by Google

que sensisse me quam scripsisse, optima fide confirmo.*)

Vale, Lector, hocque mihi petenti da, ut erroribus meis eadem, qua ego tuis, (nam te quoque hominem esse memento) facilitate ignoscas. Scr. Lipsiae mercatu auctumnali 1807.

*) Passim Leisnerum notavi, quod Kusteri non nominati annotationes ad Aristophanem suos in usus convertisset. Id nollem factum. Ipse Leisnerus inter viros doctos, a quibus didicerit, Kusterum in prioris praefationis exordio gratus commemorat.

by Google

SECTIONVM ET TITVLORVM
IN HOC LIBRO
CONSPECTVS.

Mysterii Ellipsios Graecae expositi specimen Pag. 1-10.
De Ellipsi Nominum . . . . . — 10-579.
De Ellipsi Verborum . . . . . — 579-663.
De Ellipsi Praepositionum . . . . — 663-751.
De Ellipsi Coniunctionum et Adverbiorum — 752-784.
De Ellipsi plurium vocum . . . . — 784-812.

Coronidis loco adiicitur index triplex; locorum biblicorum, auctorum citatorum, loquutionum ellipticarum.

Digitized by Google

MYSTERII
ELLIPSIOS GRAECAE
EXPOSITI
SPECIMEN.

ΕΛΛΕΙΨΙΣ est Defectus vocis unius, duarum vel plurium, quae ad integram et iustam structuram requiruntur. Dicitur *ἀπὸ τοῦ ἐλλείπειν*, a deficiendo. [Locutiones tali defectu laborantes dicuntur a Scholiastis Grammaticisque Graecis *κατ' ἔλλειψιν* proferri. Quod cum aliquando non meminisset vir eximius, J. Toupius, paene incredibili errore lapsus est Emendat. in Suid. Vol. I. p. 454. Vol. II. p. 116. secumque, ut videtur, traxit Brunckium Lex. Sophocl. v. ΩΣ EMOI. ad q. l. novissimus Sophoclis editor *οὐδὲ γρύ*. Vid. Koppiers. Observ. Philol. p. 86. Porson. Not. Brev. ad Toupii Emendat. p. 469. — Ceterum *ἔλλειψις* dicitur etiam de singularum literarum in vocabulis defectu proprio dialectorum: quo item *παρέλλειψις* refertur. Vid. Gregor. de Dialect. p. 215. 219. SCHAEF.]

Voces autem illae, quae desunt, sive omittuntur aliquando in oratione Graeca, sunt omnium fere orationis partium: aliquando enim nomen deest; aliquando verbum; aliquando praepositio etc.

Ellipsis unius vocis est

I. Nominis substantivi, quod vel idem, vel cognatum, vel alienum esse potest.

Ellipsis Nominis substantivi eiusdem est, quum dicitur: *τοῦτο βιβλίον ἐμόν ἐςι* (scil. *βιβλίον*). Hic liber meus est (liber). *Ἄνθρω-*
2 *ποι τῶν πλουσίων*, pro *ἄνθρωποι τῶν πλουσίων* (vel potius *ἐκ τῶν πλουσίων*) *ἀνθρώπων* (a).

* Elliptica haec dicendi ratio, qua pronomen, omisso Substantivo, ponitur, in utraque lingua ad evitandam molestam eiusdem nominis repetitionem obtinuit. Meram esse Ellipsin, scriptores probant, qui stili quadam simplicitate nominis Substantivi repetitionem interdum amarunt. Sic Caesar de Bell. Gall. L. I. c. 16. diem instare, quo die frumentum militibus metiri oporteret. Idem L. I. c. 29. in castris Helvetiorum tabulae repertae sunt, quibus in tabulis numerus continebatur. Crebro admodum ita locutum Caesarem, iam notavit Vossius de Construct. c. LV. p. 206. SCHWEB. Etiam alii crebro sic locuti sunt. Vid. Sanctii Minerva L. II. c. 9. Sed verus hic pleonasmus est: laudandus ille, si iuvat perspicuitatem orationis; ferendus, si ex sola ubertate verborum profluxit. Noli igitur cum Schwebelio ad Ellipses referre, si quid sine tali Substantivi repetitione dictum est. Omnino Schwebelius hac ratione mire abutitur, raroque est ubi non Ellipsin fabricetur. Conf. Wyttenbach. Bibl. Crit. III. 2. p. 25. SCHAEF.

(a) Rom. III, 29: *Ἢ Ἰουδαίων (Θεὸς) ὁ Θεὸς μόνον; οὐχὶ δὲ καὶ ἐθνῶν* (scil. *Θεός*) *ἐςι.* Cap. VI, 5: *ἀλλὰ καὶ* (*σύμφυτοι τῷ ὁμοιώματι*) *τῆς ἀναςάσεως ἐσόμεθα.* Cap. II, 28. 29: *Οὐ γὰρ ὁ ἐν τῷ Φανερῷ* (scil. *Ἰουδαῖος*), *Ἰουδαῖός ἐςιν· οὐδὲ ἡ ἐν τῷ Φανερῷ, ἐν σαρκὶ* (*περιτομὴ*) *περιτομή· ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαῖος,* (sc. *Ἰουδαῖος*) *καὶ περιτομὴ καρδίας, ἐν πνεύματι, οὐ γράμματι* (scil. *περιτομή ἐςι*). Apoc. XX, 12: *Καὶ ἄλλο βιβλίον ἀνεῴχθη, ὅ ἐςι* (*βιβλίον*) *τῆς ζωῆς.* Sic Hebraeis למוער אשר

שמואל (מועד). 1 Sam. XIII, 8. Rom. IX, 9: ἐπαγγελίας γὰρ (λόγος) ὁ λόγος οὗτος. 1 Cor. XIV, 33: Οὐ γάρ ἐστιν ἀκαταστασίας ὁ Θεὸς, ἀλλ' εἰρήνης. coll. 2 Cor. III, 2. Apoc. IX, 8: Καὶ οἱ ὀδόντες αὐτῶν ὡς λεόντων ἦσαν. coll. ibidem: εἶχον τρίχας ὡς τρίχας γυναικῶν. et v. 9. Cap. XIII, 2: Καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ ὡς (πόδες) ἄρκτου. Quo referri possunt hae et similes locutiones: Apoc. XIII, 11: Κέρατα δύο ὅμοια ἀρνίου, i. e. κέρασι ἀρνίου. [De talibus vid. quae monui ad Plinii Epistol. p. 40. a. et in Meletem. Critic. I. p. 57. sq. 134. Add. Homer. Il. XVII. 51. κόμαι, Χαρίτεσσιν ὁμοῖαι. ubi Schol. Ven. ἀντὶ τοῦ ταῖς τῶν Χαρίτων κόμαις ἴσοι. (l. ἴσαι.) Cornelius Nep. Fragm. Guelferb. Non ignorare debes, unum hoc genus Latinarum literarum adhuc non modo non respondere Graeciae, etc. SCHAEF.] Item Ephes. I, 13: Τῷ πνεύματι τῆς ἐπαγγελίας τῷ ἁγίῳ. cap. II, 8: Τοῦτο (δῶρον) οὐκ ἐξ ὑμῶν· Θεοῦ τὸ δῶρον. MICH. Eodem referendus usus comparativi compendiarius, de quo vid. Meletem. Critic. I. p. 127. sq. Alciphron p. 430. ed. Bergl. μυςήριον ἐν αὐταῖς στρέφεται ταῖν θεαῖν ταῖν Ἐλευσινίαιν ἀσφαλέςερον. i. e. μ. ἐ. α. σ. τῶν μυςηρίων τ. θ. τ. Ἐ. ἀ. SCHAEF.

Ellipsis Substantivi cognati est, quum in verbo aliquo deest substantivum illi verbo cognatum. Ex. gr. Δέομαί σου, oro te; plene dicitur: Δέομαι δέησίν σου. Ἐράω γυναικὸς, plene: Ἐράω ἔρωτα γυναικός. Στοχάζεσθαι σκοποῦ, collineare ad scopum; integre: Στοχάζεσθαι ςοχασμὸν σκοποῦ, q. d. collineare collineationem scopi. Ἄρχεσθαί τινος, incipere aliquid, pro ἄρχεσθαι ἀρχήν τινος. Ὄζειν μύρου, olere unguentum, pro ὄζειν ὀσμὴν μύρου. Πολλῶν σοι δεήσει, multa tibi deficient, pro πολλῶν δέησίς σοι δεήσει (b). Sic in τρέχω vel δρέμω deest δρόμον: in δουλεύω, δουλείαν: in ἀγωνίζομαι, ἀγῶνα: in Φοβοῦμαι, Φόβον: in βιόω, βίον: in μάχομαι, μάχην: in κρατεῖν, κράτος: quae ab Atticis passim adduntur (c). 3

* Atticorum propriam esse loquendi formam, verbis nomina cognata adiicere, in vulgus notum

est. [Non Atticorum propria est: nam eius exempla etiam in aliis scriptoribus plurima reperias. Sed talia quoque ad abundantiam referenda sunt, neque de ellipsi cogitandum, ubi nihil eiusmodi *πλεονάζει*. Multum enim erraveris, si, ut hoc utar, *ἐρᾷν γυναικὸς* pro elliptica locutione habeas, ad quam *ἔρωτα* subaudiendum sit. Idemque de similibus tenendum. SCHAEF.] Sic Aeschines in Ctesiphont. p. 55. *ἀδικήματα ἀδικεῖται*. Id. p. 56. *εὐχὰς εὐχομένους*. Id. p. 62. *δεήσομαι ὑμῶν μετρίαν δέησιν*. Athenaeus L. VII. c. 1. *δειπνήσομεν δεῖπνα*. Euripides in Iphig. in Aul. v. 1182. *δεξόμεθα δέξιν*. Thucydid. L. VIII. c. 67. *ἀρχὴν ἄρχειν*. Luc. II. v. 8. *Φυλάσσοντες Φυλακάς*. Exinde vero accidit, ut nomen cognatum *ἐλλιπῶς* saepe supprimatur, atque ex contextu demum eruatur. Sic Homerus Iliad. π. v. 811. *Διδασκόμενος πολέμοιο*. sub. *διδαχήν*. [Neque hîc, opinor, aliquid ad explendam constructionem *ἔξωθεν λεπτέον*. *ἕνεκα*, quod attinet ad, supplet Thomas Mag. p. 184. ubi leg. praeclara nota Hemsterhusii. SCHAEF.] Sophocles Electr. v. 1186. *ἀμφ' ἐμοὶ γένεις τάδε*. sub. *γενάγματα*. Idem Antigon. v. 927. *δεινὰ τολμᾷν*. s. *τολμήματα*. Ibid. v. 1103. *δεινὰ θεσπίσας*. s. *θεσπίσματα*. v. 1240. *γυγνὸν οἰμώξας*. s. *οἴμωγμα*. Idem Trachin. v. 321. *οὐδ' ἀνιςόρουν μακράν*. s. *ἰςορίαν*. Callimach. in Dian. v. 128. *τῶν δ' οὐδὲν ἐπὶ σφυρὸν ὀρθὸν ἀνέςη*. ubi in *τῶν* sub. *τικτομένων* vel *τέκνων*, id quod probe perspexit Henr. Stephanus, ex v. *τίκτουσαι*, quod praecessit. Hanc vero Graecorum constructionem, qua verbis *παρηγμένα* adduntur, Latini quoque scriptores, interque eos Plautus inprimis, imitantur. Sic Coelius in Ciceronis epistolis ad diversos L. VIII. ep. 2. ut suum gaudium gauderemus. Terentius Adelph. Act. I. sc. II. v. 37. olet unguenta. Horatius L. IV. Od. IX. 19. pugnavit proelia. Plautus

Digitized by Google

Captiv. Act. II. sc. III. v. 31. Me hic valere, et servitutem servire huic homini optumo, Qui me honore honestiorem semper fecit, et facit. Ph. Istuc ne praecipias: facile memoria memini tamen. SCHWEB.

(b) Θυσιάζων σωτηρίου, αἰνέσεως, sc. θυσίαν. Sirac. XXXV, 1. 2. Στέλλεσθαι τὴν ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος, sc. ϛολὴν, in Graeciam navigare. Lucian. Nigr. p. 22. χρᾶσθαί τινος, pro χρᾶσθαι χρῆμά τινος. Τὸ αὐτὸ φρονεῖν, sc. φρόνημα. Roman. XV, 5. Βλέπειν δριμὺ, sc. βλέμμα, torvum videre. SCHOETTG.

* Ἀνέχεσθαί τινος, tolerare aliquem. Ἐπιτροπεύειν (sc. ἐπιτροπὴν) τινος, administrare aliquid. Ἀκούειν (ἀκοὴν) φωνῆς. Psalm. XXVII. (XXVI.) 4: μίαν (αἴτησιν) ἠτησάμην παρὰ Κυρίου. MICH.

(c) Exempla suppletae talis Ellipsios duo occurrunt apud Arrianum de vita Alex. Lib. VII. p. 494: πολλὰ ἀδικήματα ἀδικήσαντι, qui multas iniurias fecerat. ibid. ἐπιϛέλλει ἐπιϛολήν. Sic Artemidorus V, 14: ἀπεδήμησε μακρὰν ἀποδημίαν. SCHOETTG.

Ellipsis Substantivi alieni est, vel cum adiectivum solum ponitur, nullum substantivum expressum habens, ut in τὸ ψυχρὸν subintelligitur ὕδωρ; in ἡ τριήρης, ναῦς; in μύριαι, δραχμαί: vel, cum ante genitivum nominis substantivi omittitur substantivum regens, ut: ἐν Διονύσου, in Bacchi, sc. ἑορτῇ, festo; καταβαίνειν εἰς Ἅιδου, descendere ad Plutonis, sc. οἶκον, domum; μετέχειν τινί τινος, una cum aliquo habere rei alicuius, sc. μέρος, partem: vel denique cum Verbum solum ponitur, ut: Φασὶ, sc. ἄνθρωποι; πέμπειν πρός τινα, sc. ἀγγέλους. 4

* In hoc quoque Graecos sequuntur Latini. Sueton. in Claud. c. XL. quod pater eius frigidam aegro sibi tempestive dedisset. v. in ὕδωρ. Cornelius Nep. VII. c. 4. §. 3. et in triremem, quae ad eum erat deportandum missa, ascendit. Sicuti Graeci in suis rationibus vocabulum δραχμαὶ, ita Romani τὸ, Sester-

Digitized by Google

tius suppresserunt. Horatius L. I. Sat. III. 15.

— — — decies centena dedisses
Huic parco, paucis contento.

plene, decies centena millia sestertiorum. Pari modo in Saturnalia, Bacchanalia, Quirinalia, aliisque subauditur Festa. Horatius L. I. Sat. IX. 35. Ventum erat ad Vestae. s. aedem. Apud eosdem quoque Nominativus ante verbum finitum omittitur: e.g. ut aiunt, ferunt, s. homines. SCHWEB.

II. Nominis Adiectivi, ut in διὰ χρόνου, deest, πολλοῦ, post longum tempus. Ἐξ ὀνύχων, ab unguiculis. subint. ἁπαλῶν, teneris.

* Hanc ellipsin posteriorem habet quoque Virgilius Georg. L. II. v. 272.

— Adeo a teneris consuescere multum est.

Quamquam enim hic commodius forte intelligatur, annis: vix tamen dubitem, Poëtam simul respexisse illam proverbialem Graecorum locutionem, ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων, quam reddit Cicero in epistol. ad div. L. I. 6. a teneris unguiculis. SCHWEB.

III. Participii. E. gr. ὤν, vel γεγονὼς, vel γενόμενος saepe deest, ut Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, sc. ὤν. Οἱ ἐν τῷ τέλει, sc. ὄντες, qui in dignitate sunt constituti; Magistratus. Οἱ περὶ τὸν Παῦλον, sc. ὄντες, qui circa Paulum erant; comites Pauli (d).

(d) Observandus est hoc loco quidam plurimarum linguarum idiotismus, quando tertiae personae verbum adhibetur, ubi subintelligi debet eiusdem verbi Participium Praesens. Inculcant hoc pluries in Hebraicis Rabbinis Rasche ad Genes. I, 1. et XLVIII, 1. 2. R. Sal. Ben Melech ad Iesa. II, 4. et VIII, 4. apud quos exempla possunt evolvi. Nos iam de graecis erimus solliciti. Musaeus vers. 44:

Πασσυδίῃ δ' ἔσπευδον ἐς ἱερὸν ἦμαρ ἱκέσθαι.
Catervatim festinabant ad sacram diem ire.

Digitized by Google

scil. *οἱ σπεύδοντες*. Divus Lucas Actor. X, 39: *ὃν ἀνεῖλον κρεμάσαντες ἐπὶ ξύλου*. Matth. V, 11: *μακάριοί ἐστε, ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς*. sc. *οἱ ὀνειδίζοντες*. Adde Lucae XII, 20. XVI, 9. Quamvis non negem, posse etiam aliquando vocem *ἄνθρωπος* subintelligi. SCHOETTG. Posterior ratio simplicior, ideoque probanda. SCHAEF.

* Quamquam apud Latinos participium ens ab esse, vel existens apud probatos auctores expressum non reperitur: in permultis tamen locis subaudiri, optimorum scriptorum exempla facile evincunt; ut iam olim notarunt Priscianus L. XVIII. c. 1. Quinctilianus Instit. Orat. L. VIII. c. 3. p. 690. quos laudat Perizonius ad Sanctii Minerv. L. IV. c. 4. p. 572. multisque exemplis comprobat: quae quidem, ut tempori parcamus, huc nolumus transferre. SCHWEB.

IV. Pronominis. Saepissime et elegantissime Pronomen primitivum omittitur, et nisi discretionis aut emphaseως gratia exprimitur. E. gr. *Τί ποιεῖς; γράφω*. Grammatice quidem: *Τί σὺ ποιεῖς; ἐγὼ γράφω*. Sed non aeque Graece et eleganter dicitur. [Nulla in hac Pronominis omissione elegantia est. Imo necessario omittitur, quoties nulla est neque oppositio neque singularis quaedam vis orationis. SCHAEF.] Sic *αὐτοὶ* pro *ἡμεῖς αὐτοὶ*, et *ὑμεῖς αὐτοὶ* passim obvium.

* Sic *δεικτικῶς* ponitur *σὺ* apud Aristophanem in Avib. v. 961. *Σὺ δ' εἶ τίς;* Tu quis es? Matth. c. XVI. 18. *ὅτι σὺ εἶ Πέτρος*. Sic etiam apud Latinos tu ponitur. Cicero ad div. L. V. ep. 14. Tu solus aperta non videbis — tu non intelliges. Quo sensu interdum pronominis loco dicunt hic homo. [Ex imitatione Graecorum, in primis poëtarum scenicorum. Nihil enim frequentius quam *ὅδε* etc. pro *ἐγώ* etc. Aliquot exempla huius usus nuper congessi Meletem. Crit. I. p. 114. quibus, si locus hic pateretur, ingens nu-

Digitized by Google

merus addi posset. Terentius Heaut. II. 3. 115. Tibi erunt parata verba: huic homini verbera. SCHAEF.] Horatius L. I. IX. 46. Hunc hominem si velles tradere, i. e. me, δεικτικῶς. SCHWEB.

V. Verbi (e), ut in δεῦρο deest ἐλθέ. In ὅπως μὴ ποιήσῃς τοῦτο, ne facias hoc, deest σκόπει, vide (f).

* Eadem ellipsi τοῦ venire saepius utuntur Latini. Plinius L. I. ep. 15. Heus tu, promittis ad coenam, nec venis. Phaedrus L. IV. XXIV. 15. Ad coenam mihi promitte. Cicero ad div. L. IX. 7. Sed quod quaeris, quando, quo, qua, nihil adhuc scimus. Nec minus in condicere ad coenam τὸ venire suppressum est. Quod ad alterum exemplum attinet, in hoc quoque Graecos sequuntur Romani, ut allatis locis probat Sanctius in Minerv. L. IV. c. 5. p. 664. SCHWEB.

(e) Heic inserantur verba: Sive alieni. MICH.

(f) Adiiciantur haec: Sive eiusdem, ut 2 Cor. II, 10: Ὡιδέ τι χαρίζεσθε, καὶ ἐγὼ, sc. χαρίζομαι. Ibid. Καὶ γὰρ ἐγὼ εἴ τι κεχάρισμαι, ᾧ κεχάρισμαι, δι' ὑμᾶς, sc. κεχάρισμαι. 1 Ioh. II, 25: Καὶ αὕτη ἐςὶν ἡ ἐπαγγελία, ἣν αὐτὸς ἐπηγγείλατο, (ἐπηγγείλατο) τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον. MICH.

VI. Praepositionis, ut νυκτὸς, pro διὰ νυκτός. Ἐσθίειν κρεῶν, pro ἐκ κρεῶν. Γνώμην ἐμὴν, pro κατὰ γνώμην ἐμήν.

* Sic praeter alios Virgilius L. VI. Aen. v. 127.

Noctes atque dies patet atri ianua Ditis.

In cuiusmodi locis subauditur praepositio per: quae adeo saepe expressa reperitur. Cicero ad div. L. IV. ep. 3. Etsi enim abfui magnam partem consulatus tui. plene: per magnam partem. Horatius L. I. Od. II. 25.

Quem vocet Divum populus ruentis
Imperi rebus?

Digitized by Google

ubi quem Divum est pro quem ex Divis: Gr. τίνα Θεῶν pro τίνα ἐκ Θεῶν. Terentius in Phorm. Act. II. Sc. II. v. 21. Et sapiunt mea quidem sententia. cum alibi plene sit: de mea sententia; ubi de idem est, quod secundum, κατά. SCHWEB.

VII. Adverbii, ut: Λευκὸς ἢ γάλα, lacte 6
candidior. proprie, candidus quam lac. ubi deest μᾶλλον, magis. Οἶμαι pro ὡς οἶμαι, ut puto. Haec de Ellipsi unius vocis.

* Frequens haec quoque est ellipsis τοῦ magis apud Latinos, cuius vel apud Tacitum multa exempla reperiuntur. Sic etiam Velleius Pat. L. II. c. 129. simplicique virtute merentis semper, quam captantis gloriam. Tacitus de morib. Germ. c. VI. Cedere loco, dummodo rursus instes, consilii quam formidinis arbitrantur. Cicero ad div. L. IV. ep. 13. saepiusque mihi veniebat in mentem queri, quod ita viverem, quam gaudere, quod viverem. [Loco hoc Schwebelius abstinere debebat. SCHAEF.] Porro uti apud Graecos ὡς, ita apud Latinos ut subaudiendum relinquitur. Cicero ad div. Lib. V. ep. 5. Licitum est tibi, credo, pro tua dignitate etc. Idem L. V. ep. 15. literae, credo, quibus utor assidue. SCHWEB.

Sed duarum etiam vocum Ellipsis occurrit, ut in τὸ ἐμόν: ubi et κατὰ deest, et πρᾶγμα vel μέρος, ut sit, κατὰ τὸ ἐμὸν πρᾶγμα vel μέρος, quantum in me est: pro virili.

Porro non duarum tantum, sed et plurium vocum, et integri membri reperitur Ellipsis, de quo suo loco.

Haec in genere de Ellipsi dicta sunto. Nunc ordine Alphabetico voces, quas in Oratione Graeca frequentius deesse animadvertimus, disponemus.

Digitized by Google

Et quidem primo Nomina, sub quibus Participia et Pronomina comprehendemus. Quibus nonnulla subtexemus de plurium vocum et integri membri Ellipsi.

---

7 DE

ELLIPSI NOMINVM.

A.

* ΑΓΑΘΟΝ, Bonum.

Vide infra de Advérbiis in Eῦ. SCHOETTG.

* Τὸ ἀγαθὸν interdum subintelligendum est in ἀπολαύειν τινός. Plena locutio est: ἀπολαύειν ἀγαθὸν ἀπό τινος. Nam τὸ ἀπολαύειν et in bonam et in malam partem accipitur, et generatim significat affici aliqua re. Itaque addidit Aristophanes Plut. v. 236:

Ἀγαθὸν γὰρ ἀπέλαυσ' οὐδὲν αὐτοῦ πώποτε.

Plura exempla congessit Iensius Lect. Luc. I, 4. p. 24 sq. Eadem vox etiam deest apud Aristoph. Equit. 811. ubi de Themistocle: ὃς ἐποίησε τὴν πόλιν ἡμῶν μεχὴν, εὑρὼν ἐπιχειλῆ. Qui, quam vacuam reperit, plenam reddidit urbem. Μεχὴν, sc. ἀγαθῶν. In eadem comoedia v. 404. ἀγαθαῖς videtur deesse in συμφοραῖς: Πῖν' ἐπὶ συμφοραῖς. i. e. Bibe et genio indulge ob res laetas. Συμφορὰ vox mediae significationis. Iungitur cum ἀγαθῇ ab Aristoph. Equit. v. 652. Lysistr. v. 1278. Similiter saepe deest post verbum πάσχειν, quod per se et bonum et malum pati significat, e. g. Aristoph. Equit. v. 872. Additur ἀγαθὸν diserte Eccl. v. 888. LEISN.

Digitized by Google

* Ad participium *ὑπάρχοντα* subaudiendum 8
est *Ἀγαθὰ*, quoties id sine alio substantivo invenitur positum. Supplemus autem verbum *ἀγαθὰ* ex Isocratis Orat. ad Demonicum: *Ἀγάπα τῶν ὑπαρχόντων ἀγαθῶν μὴ τὴν ὑπερβάλλουσαν κτῆσιν.* BERNHOLD.

* Subaudiendum in *ἁγίων* Hebr. VIII, 2. Qui enim hic *ἀρχιερεὺς λειτουργὸς τῶν ἁγίων* audit, Christus, is c. IX, 11. *ἀρχιερεὺς τῶν μελλόντων ἀγαθῶν* vocatur. Observat id cl. Wollius in diss. de introitu in ovile per ostium §. XV. F. ST.

ΑΓΑΛΜΑ, Simulacrum.

Deest haec vox saepe in *τῷ Διοπετὲς*, e coelo delapsum. Sic appellatum Palladium Troianorum, simulacrum Dianae Ephesiae etc. Scil. si ignorarentur artifices simulacri alicuius; fingebant sacerdotes, ut vulgi augerent superstitionem, e coelo delapsum esse huiusmodi simulacrum. In Actis Apost. XIX, 35: — *ὃς οὐ γινώσκει τὴν Ἐφεσίων πόλιν νεωκόρον οὖσαν τῆς μεγάλης θεᾶς Ἀρτέμιδος καὶ τοῦ Διοπετοῦς*, scil. *ἀγάλματος.* — qui nesciat, Ephesiorum civitatem aedituam esse magnae Deae Dianae, et simulacri ab Iove delapsi. Quod Lucas elliptice, id Herodianus plene dixit Lib. I. c. 11. §. 2: *Αὐτὸ μὲν τὸ ἄγαλμα διοπετὲς, ὡς λέγουσιν, οὔτε δὲ τὴν ὕλην, οὔτε τεχνιτῶν ὅστις ἐποίησεν, ἐγνωσμένον.* Ipsum igitur simulacrum coelitus, ut aiunt, demissum, neque, qua sit materia, nec a quo fabricatum artifice, satis constat (a).

(a) Vox *ἀγάλματα* etiam deest in *λίθινα*, statuae lapideae, apud Xenoph. de Politia Lacedaem. [3, 6. ubi statim sequitur, quod eodem modo intelligendum est, *χαλκῶν.* SCHAEF.] quem locum adducit Longinus *περὶ ὕψους* sect. IV. Omittitur etiam fere semper in *νευρόσπαστα.*

[Plene Herodotus II. 48. ἄλλα σφί ἐσι ἐξευρημένα ὅσον τε πηχυαῖα ἀγάλματα νευρόσπαςα. Alio modo Synesius p. 98. B. ὥσπερ δὲ τὰ νευρόσπαςα ὄργανα κινεῖται μὲν, κ. τ. λ. Possis etiam παίγνια subaudire. Orpheus Fragm. 9 XVII. παίγνια καμπεσίγυια. SCHAEF.] Item in inscriptionibus simulacrorum aut statuarum, e. g. in ipso initio inscriptionis Sigeae: Φανοδίκου εἰμὶ τοῦ Ἑρμοκράτους τοῦ Προκονησίου. Sum (statua) Phanodici filii Hermocratis Proconnesii. Ita Plin. XXXIV, 5. ex Latinis: Fuit Hermodori Ephesii in comitio. Supple: statua.

Etiam τὸ ἴκελον, quum absolute ponitur pro imagine aut statua, potest per ἄγαλμα suppleri: e. g. apud Hesiodum ἔργ. v. 71. Ita fere Iuvenal. Sat. II. v. 6. Si quis Aristotelem (similem) vel Pittacon emit. Denique sine dubio etiam ἄγαλμα deest in ἀφροδίσιον (vid. Hesych. in hac v.) et similibus vocabulis. LEISN.

* Sic porro τὸ ἄγαλμα, ornamentum, subauditur in παρήϊον apud Homer. Iliad. Δ. v. 142. — παρήϊον ἔμμεναι ἵππων. ubi paullo post idem v. 144. habet — βασιλῆϊ δὲ κεῖται ἄγαλμα. Item in τὸ τοῦ ἀποτροπαίου apud Philostratum in vit. Apoll. Tyan. L. IV. c. 10. ubi pro averrunca statua, uti habet Latina versio, malim reddere: averrunci Dei, forte Jovis, statua. Quodsi in διοπετὴς vel διοπετὲς de Ancili illo, scuto e coelo delapso, uti finxerunt, sermo est, subaudiri malim πέλτη, vel ὅπλον, quam utramque vocem reperimus apud Dionysium Halic. Antiquit. Rom. L. II. p. 130. ἐν δὲ ταῖς πέλταις, ἃς οἵ τε Σάλιοι φοροῦσι — μίαν εἶναι λέγουσι διοπετῆ. et paullo post: ἐξ ὧν ἀμφοτέρων ὑπολαβεῖν Ῥωμαίους θεόπεμπτον εἶναι τὸ ὅπλον. Quae Ancilia exinde coelestia arma appellat Livius L. I. c. 20. Sic apud Latinos quoque v. ornamentum interdum supprimitur in v. triumphale. Plinius Paneg. c. LXXXIX. 3. Licet alteri vestrum filii virtus triumphalia, coelum alteri dederit. Cf. quos ibi laudat b. Schwarzius, Tacitus L. IV.

Digitized by Google

Annal. c. 18. et 44. L. XI. c. 20. Velleius L. II. c. 116. SCHWEB.

* Potest subaudiri *ἀγάλματα*, quum *Χερουβὶμ* tanquam neutrum plurale construitur, ut Hebr. IX, 5. Genes. III, 24. Exodi XXV, 18. 1 Reg. VIII, 7. MICH.

* ΑΓΓΕΙΟΝ, Vas.

In *Κεράμειον* et *κεράμιον*, vas fictile. Suidas: *Κεράμειον, ἀγγεῖον. τὸ δὲ κύριον Κεράμιον, διὰ τοῦ ι. εἰ μὴ πρόσκειται τὸ ἀγγεῖον, καὶ κεράμεια τεύχη.* h. e. *Κεράμειον* notat vas fictile. Ceramium autem nomen proprium est, et scribitur per iota. nisi addatur *ἀγγεῖον*. Dicimus etiam *κεράμεια τεύχη*, vasa fictilia. SCHOETTG. Exempla plenae locutionis habent Pierson. ad Moer. p. 226. et Toup. Emendat. in Suid. Vol. I. p. 253. Add. Pollux VII. 162. Possis etiam *τεῦχος* supplere. Pollux X. 30. *τεῦχος κεραμεοῦν*. SCHAEF.

* In *πυρεῖον*. Hesychius: *πυρεῖον, ἀγγεῖον κεράμιον εἰς πυρὸς ἔνθεσιν*. LEISN.

* In *χαλκεῖον*. Polyaenus L. VI. c. 3. *μόλιβδον τηκτὸν ἐν χαλκείοις προωθοῦντες κατέχεον*. SCHWEB.

ΑΓΓΕΛΟΣ, Nuncius.

Τὸ *πέμπειν* et *ἀποστέλλειν* saepe absolute ponuntur, omisso accusativo, *ἄγγελον* vel *ἀγγέλους*. Thucydid. Lib. IV. c. 72: *καὶ πρὸς Βρασίδαν πέμψαι*. ubi Schol. *ἄγγελον δηλονότι*. Xenoph. *Κύρ. παιδ.* I. c. 28: *Ἔπεμπε καὶ πρὸς τὸ κοινόν*. Matth. II, 16: *καὶ ἀποστείλας ἀνεῖλε πάντας τοὺς παῖδας τοὺς ἐν Βηθλεέμ*. Vide ibi Casaubonum (b). Lucas Act. XIX, 31: *Τινὲς τῶν Ἀσιαρχῶν, ὄντες αὐτῷ φίλοι, πέμψαντες πρὸς αὐτὸν*, sc. *ἀγγέλους* (c).

(b) Adde: et Raphelium ex Polybio. MICH.

(c) Etiam latini scriptores post verbum mittere modo nuncium omittere solent, modo epistolam. vid.

Digitized by Google

Gronov. ad Liv. VIII, 23. XXXIV, 29. Cortius ad epist. Cic. ad fam. II, 8. et ad Sallust. B. Catilin. c. XXXII. §. 3. et Iugurthin. c. XIII. §. 6. LEISN.

* Eamdem locutionem ἐλλιπῆ habet Plutarchus περὶ παιδ. ἀγωγ. c. XIV. §. 30. καὶ ὁ μὲν πέμψας ἀνεῖλε τὸν Θεόκριτον. Plenam Φράσιν habet Herodotus L. I. c. 127. Ἀξυάγης δὲ — πέμψας ἄγγελον ἐκάλεε αὐτόν. Idem L. III. c. 69. Τρίτην δὲ ἀγγελίην ἐσπέμπει παρ' αὐτήν. Idem L. I. c. 19. πέμψαντα ἄγγελον κατειπεῖν. Forte eodem auctore suppleri etiam possit oratio per v. ἀπόστολος. c. 21. ὁ μὲν δὴ ἀπόστολος ἐς τὴν Μίλητον ἦν. quem quidem paullo ante κήρυκα appellavit; uti etiam κήρυξ et ἀπόστολος coniunctim leguntur I. Timoth. c. II. 7. et II. Timoth. c. I. 11. More Graeco etiam Romani scriptores hac Ellipsi utuntur in v. mittere. Cornelius Nep. XIV. c. II. utrique, locum qui explorarent, atque ipsos scrutarentur, mittunt. Iustinus L. V. c. 9. miserunt, qui eum interciperent. SCHWEB. Diodorus Sic. L. XIII. c. 92. διεδίδου λόγον ὡς διαπεμπομένων αὐτῶν πρὸς τοὺς πολεμίους. ubi fallitur Rhodomanus ἀγγέλους aut βιβλιοφόρους excidisse arbitrans. vid. Wesseling. ad h. l. Add. Staveren. ad Corn. Nep. II. 2. 6. et Dorvill. ad Chariton. p. 51. SCHAEF.

ΑΓΙΟΣ, Sanctus.

In πνεῦμα. Matth. XXII, 43. Apoc. II, 7. 11. sqq.

* Porro in ἐν ταῖς γραφαῖς s. ἁγίαις. Act. XVIII. 24. Plene Rom. I. 2. ἐν γραφαῖς ἁγίαις. Ἐλλιπῶς scribit Lactantius de Mortib. Persecut. cap. II. Et scripturas interpretatus est. qui plene L. IV. Institut. div. c. 20. Scripturae sanctae literas patefecit. SCHWEB.

ΑΓΚΥΡΑ, Ancora.

Vocem ἄγκυραν vel ἀγκύρας subinde omittunt Graeci in verbo αἴρειν, ut Thucyd. L. I. p. 17:

Digitized by Google

ἄραντες — ἔπλεον ἐπὶ τὴν Ἐπίδαμνον. et L. III. c. 91. p. 200: ἄραντες ἐκ τῆς Μήλου, αὐτοὶ μὲν ἔπλευσαν ἐς Ὠρωπὸν τῆς πέραν γῆς. ibid. c. 95. 11
et 96. Lucian. Ver. Hist. I. p. 607: Τῇ ἐπιούσῃ ἄραντες ἐπλέομεν. supple ἄραντες τὰς ἀγκύρας. Postridie sublatis (ancoris) navigabamus. Sic Act. XXVII, 13: Ἄραντες, ἆσσον παρελέγοντο τὴν Κρήτην. Cum solvissent, vel (ancoras) sustulissent, propius praelegerunt Cretam. Addidit Polyb. Excerpt. Leg. p. 1313: ὁ δὲ κυβερνήτης, ἅρτι διαφώσκοντος, ἄρας τὰς ἀγκύρας, ἐτέλει τὸν πλοῦν ἁπλῶς. Gubernator, simul illuxit, ancoras tollere, et navigationi simpliciter se accingere. Plutarch. in Apophthegm. p. 204: Καὶ τὴν ἄγκυραν ἆραι κελεύσας. Et cum ancoram tolli iussisset. [Chariton p. 20, 20. ἐκέλευσεν ἀραμένους τὰς ἀγκύρας ἀνάγεσθαι τὴν ταχίστην. SCHAEF.]

* Luc. V. 2. Καὶ εἶδε δύο πλοῖα ἑστῶτα παρὰ τὴν λίμνην. ubi in ἑστῶτα sub. ἐν ἀγκύραις. v. cl. Wolf. ad h. l. Plena locutione habet apud Latinos Caesar de B. C. L. III. c. 28. contra Lissum in ancoris constiterunt. SCHWEB. Musgravius ad Sophocl. Oed. C. 146: „Demosthenes p. 319. οὐκ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ὁρμεῖ τοῖς πολλοῖς. ubi ego quidem suppleverim ἀγκύρας: non eandem rerum suarum anchoram habet, quam populus.“ Dionysius Halic. Ant. Rom. T. II. p. 1033. ὅτι μία βοήθεια παντός ἐστιν ἀνιάτου κακοῦ, καὶ τελευταία σωτηρίας ἐλπὶς, ὅταν ἀπαῤῥαγῶσιν ἅπασαι διὰ καιρούς τινας. ubi Sylburgius ad ἅπασαι subaudit αἱ ἐλπίδες, H. Stephanus αἱ ἄγκυραι. Aristides T. I. p. 190. A. ed. Cant. καὶ πάντες ἐπὶ δυοῖν ὁρμεῖν ἔδοξαν οἱ Ἕλληνες. Canterus vertit: ita ut Graeci omnes duabus niti ancoris viderentur. ubi mirum Iebbii errorem iure castigat praestantissimus Oudendorp. ad Thom. Mag. p. 656. b. SCHAEF.

* ΑΓΩΓΗ, Institutio, Educatio.

Synesius ad Pylaemenem: *Συνίσημι τῇ Φιλίᾳ, καὶ τῇ προσασίᾳ τῇ σῇ τὸν θαυμάσιον Σωσηνᾶν, ᾧ τὴν διὰ λόγων τραφέντι καὶ αὐξηθέντι, τὰ παρὰ τῆς τύχης οὐκ ἀπαντᾷ κατὰ λόγον.* Vbi in *τὴν διὰ λόγων* subaudi *ἀγωγὴν*, vel simile. LEISN.

ΑΓΩΝ, Ludus.

In *Ἐπιτάφιος*, funebris, saepe deest *Ἀγών*. Plutarch. in Pyrrho: *Πύῤῥος, ὥσπερ ἐναγισμόν τινα τῷ παιδὶ τελέσας, καὶ λαμπρὸν ἐπιτάφιον ἀγωνισάμενος*, sc. *ἀγῶνα*. i. e. Pyrrhus vero cum velut inferias quasdam filio celebrasset, et claros funebres (lúdos) edidisset. Idem in Apophthegm. Alexandri: *Ἀποθνήσκων δὲ πρὸς τοὺς ἑταίρους ἰδὼν ἔφη, μέγαν ὁρῶ μου τὸν ἐπιτάφιον ἐσόμενον.* Moriens autem
12 ad amicos respiciens, Magnos, inquit, (ludos) funebres video mihi futuros. Male vertunt ibi *τὸν ἐπιτάφιον*, alii epitaphium, alii funeris laudationem, ex eo, quod ignorarunt, Ellipsin esse vocis *ἀγῶνα*, quam in eadem historia expressit Diodorus L. XVII. [c. 117. ubi vid. Wesseling. T. II. p. 253. a. SCHAEF.]: *ὅτι μέγαν ἀγῶνα αὐτῷ ἐπιτάφιον συςήσονται* etc. magnos edituros sibi funebres ludos. Idem in Praefat. L. XVIII.: *Προορῶμαι γὰρ ἐπιτάφιον μέγαν ἀγῶνα γενησόμενόν μοι τῶν φίλων.* Provideo enim, magnos mihi funebres ludos amicorum futuros. Sic Curtius: Ceterum praeviderat magnos funebres ludos parari sibi. Vide Leopard. Emend. L. XVII, 13. Integre etiam *ἀγῶνας ἐπιταφίους* dixit Dionys. Halic. L. V. p. 291: *Ἀγῶνας μὲν γὰρ ἐπιταφίους τιθέμενοι ἐπὶ τοῖς ἐνδόξοις ἀνδράσι.* Ludos enim funebres instituentes in illustrium virorum honorem. [Lucianus T. II. p. 263. *ἔδει δὲ καὶ τὸν ἐπι-*

Digitized by Google

τάφιον αὐτοῦ ἄξιον γενέσθαι τοῦ βίου, καὶ ἀγῶνά τινα συςήσασθαι κ. τ. λ. SCHAEF.] Deest etiam *ἀγῶνες* in *Καινοὶ τραγῳδοί.* [Imo consule Hemsterhusium ad Lucian. T. I. p. 166. sq. SCHAEF.] (d)

(d) Deest etiam *ἀγὼν* in *πένταθλος* apud Longin. sect. XXXIV. LEISN. Fallitur Leisnerus in illo Longini loco ad *πένταθλος* subaudiens *ἀγών.* Imo subaudiendum *ἀγωνιςής.* (s. *ἀθλητὴς*, q. v. infra vide.) Verba Longini haec sunt: *ὡς ὁ πένταθλος, ὅς γε τῶν μὲν πρωτείων ἐν ἅπασι τῶν ἄλλων ἀγωνιςῶν λείπεται, πρωτεύει δὲ τῶν ἰδιωτῶν.* Similem locum ex Photio excitavit Toupius p. 346. SCHAEF.

* Eadem vox subauditur in *εἰςελαςικός.* Expressa est Ellipsis in Oraculis Sibyll. p. 200. *ἀγὼν ἐξελαςικὸς ἔξαι.* Plinius L. X. ep. 119. quae pro Iselasticis certaminibus constituisti. In v. *Ὀλύμπιος.* Lucianus in Timon. T. I. p. 106. *πάρεργον Ὀλυμπίων.* s. *ἀγώνων.* Chariton Aphrod. L. VI. c. 2. *ἐν Ὀλυμπίοις.* s. *ἀγῶσι.* [*Ὀλυμπίων* et *Ὀλυμπίοις* neutra puto esse subaudiendumque, si quid subaudire iuvat, *ἀγωνισμάτων* et *ἀγωνίσμασιν.* Firmat hanc opinionem, quod Graeci per appositionem dixerunt *ἀγὼν Ὀλύμπια.* Vid. Bentl. ad Aristophan. Plut. v. 583. *Ὀλύμπιοι* vereor ut aliter quam de diis dicatur. SCHAEF.] In *Ὀλύμπια* autem, quod occurrit Epigrammat. L. I. 5. malim *ἀγωνίσματα*, quam *ἱερὰ* simpliciter, subaudiri. In *συμβάλλειν* et *συνάπτειν* in re bellica supprimitur *ἀγών*; vel etiam *δυνάμεις.* v. Onosand. c. V. p. 30. quae utraque vox ab Euripide et Plutarcho alicubi est expressa, ut Lexica docent. Denique *ἐπινίκιον ἀγῶνα* legimus apud Herodianum L. III. c. 26. SCHWEB.

ΑΓΩΝΙΣΜΑ, Certamen.

Deest in *τὸ πολεμιςήριον*, vel potius *ἀγωνίσματα* in *πολεμιςήρια*, certamina equestria. Scholiastes Comici in Nub. p. 124. (e)

(e) Sic et *Εὐσέβεια*, Pialia. Certamen hoc erat

Digitized by Google

quinquennale, quod in Hadriani honorem ab Antonino Pio institutum fuisse scribit Spartianus. Mentionem eius facit Artemidorus I, 28. ubi videndus Rigaltius. SCHOETTG.

* In *ἱπποδρόμια* in Epicteti Enchirid. c. XXXIII. Lat. Circenses ludi. Sic in multis aliis eiusmodi festis certaminibus, e. g. *Ἀλεξάνδρεια*, *Ἀντωνειναὰ*, *Ἐπινίκια*, [*τὰ ἐν Ἡρακλείᾳ ἐπινίκια Τραϊανοῦ* in marmore. vid. Bibl. Crit. II. 1. p. 80. SCHAEF.] *Ἴσθμια*, *Νέμεα*, cet. suppressa est vox *ἀγωνίσματα*: quorum catalogum satis amplum vide apud Vaillant. in Numismat. August. et Caesarum p. 329. sqq. Latini quoque interdum per Ellipsin omittunt certamen. Sic Livius L. I. c. 9. turbato ludicro. Pro quo plenius habet Velleius Pat. L. I. c. 8. Clarissimum deinde omnium ludicrum certamen. SCHWEB.

* ΑΓΩΝΙΣΤΗΣ, Athleta.

Vid. supra v. *Ἀγών*. SCHAEF.

13 ## * ΑΔΕΛΦΟΣ, Frater.

Luc. VI, 16. et Actor. I, 13. *Ἰούδας Ἰακώβου*, sc. *ἀδελφός*. quae Ellipsis suppletur in epistola Iudae v. 1. *Ἰούδας ἀδελφὸς Ἰακώβου*. SCHOETTG. Alciphron II. 2. fin. *Τιμοκράτης ὁ Μητροδώρου*. Vertitur: Timocratem Metrodori F. Rectius in nota Berglerus: „Hîc rariore exemplo subaudiendum videtur non *υἱὸς*, sed *ἀδελφός*.“ Conf. Wesseling. ad Diodor. Sic. T. I. p. 312. b. E contrario passim videas in talibus interpretes somniare fratres sororesve, ubi Graeci scriptores de filiis aut filiabus loquuntur. SCHAEF.

* In *ὁμοπάτριοι*, in *ὁμομήτριοι*, in *ἀμφιμήτορες*, i. e. fratres diversis matribus nati, secundum Hesych. deest *ἀδελφοί*. LEISN.

* Addit voci *ὁμομήτριος* Lucian. Dial. Apollinis et Bacchi, ubi, *τί ἄν*, inquit, *λέγοιμεν ὁμομητρίους ἀδελφοὺς εἶναι Ἔρωτα*; cet. BERNH.

ized by Google

* In voce ὁμογάζριος apud Homerum Iliad. Φ. v. 95. subauditur ἀδελφός; qui Iliad. ω. 47. Synonymo Ellipsin supplet: ἠὲ κασίγνητον ὁμογάζριον —.

In δίδυμοι. Homerus Iliad. Ψ. v. 641. Οἱ δ' ἄρ' ἔσαν δίδυμοι. Plene apud Dionysium Hal. L. II. p. 78. ἀδελφοὶ δίδυμοι τοῦ βασιλείου γένους ἦσαν. Xenophon L. III. K. A. c. 1. s. 12. ὃς καὶ τοῦ ὁμομητρίου καὶ ὁμοπατρίου ἀδελφοῦ cet. SCHWEB.

* ΑΔΙΚΙΑ.

In ὑπάρχειν absolute posito. Plene habet Herodotus L. IV. c. 1. ὑπῆρξαν ἀδικίης. Alia loca vide in not. cl. Valckenar. ad Euripidis Phoeniss. v. 1576. et Onosandr. in not. meis ad c. IV. n. 3. SCHWEB.

ΑΗΡ, Aër.

In ὁ περιέχων. Plutarchus in Sylla 455: ἐξ ἀνεφέλου καὶ διαίθρου τοῦ περιέχοντος ἤχησε φωνή.

* Integram locutionem habet Onosander c. IX. p. 42. συμμεταβάλλουσι καὶ τὴν τοῦ περιέχοντος ἀέρος χύσιν. Athenaeus L. V. c. 6. διὰ τὴν τοῦ περιέχοντος ἀέρος εὐκρασίαν. Sic Aër apud Latinos quoque saepe omittitur. Sueton. in Aug. c. 95. liquido ac puro sereno. Plinius III. ep. I. §. 8. In sole, si caret vento, ambulat nudus. Horatius L. I. Od. XXXIV. per purum tonantes egit equos. SCHWEB. Vid. quae congessimus in Meletem. Crit. I. p. 38. sq. SCHAEF.

* ΑΘΗΝΑ.

In χαλκίοικος. Est enim epitheton Minervae, non templi. Suidas: χαλκίοικος ἡ Ἀθηνᾶ ἐν Σπάρτῃ. Aelianus V. H. L. IX. c. 41. ἐπεὶ δὲ ἦν πρὸς τῇ χαλκιοίκῳ. v. Perizonium ad h. l. [Plene Aristophanes Lysistr. v. 1299. sq.: Κλεῶνα τὸν Ἀμύκλαις σιὸν, Καὶ χαλκίοικον Ἀσάναν. SCHAEF.]

Digitized by Google

Item in *προναία* et *προνηΐα*, quo cognomine Minerva Delphis culta fuit, ut testatur Herodotus L. VIII. c. 37. et 39. ubi quinquies hoc epitheton occurrit. Plene habet Harpocration *Ἀθηνᾶ προναία*. v. Gronovium ad Herodot. L. I. c. 92. SCHWEB. Plene habet item Aeschylus Eumen. v. 21. *Παλλὰς προναία*. ubi Scholiastes: *Χ' ἡ Παλλὰς, Δελφοί νιν ὅθ' ἱδρύοντο προναίην. Καλλίμαχος.* (Fragm. Bentl. CCXX.) SCHAEF.

* ΑΘΗΝΑΙ.

In *ἄστυ*, urbs, quando absolute et *κατ' ἐξοχὴν* ab auctoribus ponitur, inprimis subaudiri solet *Ἀθῆναι*. v. Etymologicum M. in v. *ἄστυ*. Aristophanes Nub. v. 47. Herodotus L. I. c. 62. *Ἐκ Μαραθῶνος ἦσαν ἐπὶ τὸ ἄστυ ἐς τωὐτὸ συνιόντες*. Cornelius Nep. II. c. 4. At Xerxes, Thermopylis expugnatis, protinus accessit astu. v. Savaro ad Sidon. Apollin. L. I. ep. 6. Nec tamen Athenae solum, sed aliae quoque primariae regionum urbes pro contextus ratione subintelligi possunt. Sic apud Latinos quoque in urbs subaudiri solet Roma. Virgilius Ecl. II. 35. Pinguis et ingratae premeretur caseus urbi. Tibullus L. I. El. IX. 61. Te canet agricola, e magna cum venerit urbe. SCHWEB. Leontius Scholasticus V. 2. Constantinopolin *ἄστυ* vocat. Ceterum neque talia inter Ellipses referenda. SCHAEF.

* ΑΘΛΗΤΗΣ, Athleta.

In pugilum varii generis adpellationibus plerumque supplendum est: e. g. in *παράδοξος* apud Arrianum Diss. Epict. II. 18. *χαῖρε, παράδοξε*. Integre Eusebius Histor. Eccles. VIII. 7. *τῶν ὡς ἀληθῶς παραδόξων τῆς θεοσεβείας ἀθλητῶν*. Potest tamen etiam subintelligi *πύκτης*, quod additur in marmore apud van Dale Diss. VIII. p. 649. *πύκτην*

Digitized by Google

ἀλειπτὸν παράδοξον: nisi fortasse malis tria ista divisim legere. Sed de his quidem adeundus est elegantissimus Zeibichii de athleta *παραδόξῳ* libellus p. 30. et seq. Idem nomen subaudiendum in *δρομικὸς*, *παλαιστικὸς*, *πυκτικὸς*, *παγκρατιαστικὸς*, *πένταθλος*, [plene *ἀθλητὴς πένταθλος* Athenaeus T. IV. p. 19. SCHAEF.] apud Aristotelem Rhet. L. I. c. 5. opp. Tom. II. p. 618. ut et in *παραδοξονίκης* apud Plutarchum in Lucull. p. 521. de q. l. vide iterum Zeibichium p. 35. [et Ruhnken. in Bibl. Crit. II. 1. p. 80. SCHAEF.] F. ST.

ΑΘΛΟΝ, Praemium.

In *τὸ νικητήριον* deest *ἆθλον*. Xenoph. *Κύρου Παιδ.* Lib. II. c. 8. *προεῖπε δὲ νικητήρια καὶ ὅλαις ταῖς τάξεσι. Νικητήρια ἆθλα*, victoriae praemia, plene dixit Plato de Legibus. Omittit et Aristoph. Equit. v. 1250.

* In *δεύτερον* vel *δεύτερα*. Moschus Id. IV. v. 57. — *μὴ δεύτερα σεῖο Φέρηται*. s. *ἆθλα*. Plene est apud Theocritum Il. I. v. 3. — *μετὰ Πᾶνα τὸ δεύτερον ἆθλον ἀποισῇ*. SCHWEB. Sic supplendum *ἆθλον* in Apollonid. Smyrn. III. *οὐκ ἦν Ἀλκείδεω τοῦτο τὸ δωδέκατον*. SCHAEF.

* ΑΙΔΟΙΑ, Pudenda.

Haec vox deest in *διεσκολυμμένος*, scil. *κατὰ τὰ αἰδοῖα*, i. e. is, cui (veretrum) penitus retectum et nudatum est. In *ἀποσεσυρμένος* eadem vox subaudienda est. vid. Schol. Aristoph. ad Equit. vers. 960. et Acharn. v. 157. Hesych. in *ἐσκολυμμένον*, in *ἀνασκολλύψας*, et in *ἀπεσκόλλυπτεν*. Suid. voce *ἀπεσκολλυμμένος*. Eadem ellipsis porro est in *ἀπεψωλημένος*, quae vox saepe occurrit apud Aristophanem, v.c. Plut. v. 295. Lysistr. v. 1138. LEISN. 14

* ΑΙΚΙΣΜΑ, Verbera.

Imperator Theophilus eos, qui Theodorum verberabant, his verbis adhortatur apud Auctorem vitae Theodori Grapti, in fasciculo rerum CP. Combefisii p. 207: Δὸς καλὰ, da bona. sc. *αἰκίσματα*. Nos dicimus: *Gieb ihm gute.* SCHOETTG.

* ΑΙΞ.

In *μηκὰς*, balans. Theocrit. Id. I. 87. Ὡ πόλος ὥκα ἐσορῇ τὰς μηκάδας. Suidas: Μηκάδες. ἐπιθετικῶς, αἱ αἶγες. Plene Homerus Iliad. λ. v. 383. Οἵτε σε πεφρίκασι, λέονθ' ὡς μηκάδες αἶγες. et Iliad ψ. v. 31. — πολλοὶ δ' ὄϊες καὶ μηκάδες αἶγες. SCHWEB. Oraculum apud Herodotum VIII. c. 20. Εὐβοίης ἀπέχειν πολυμηκάδας αἶγας. Item plene, sed alio modo, Euripides Cycl. 189. *μηκάδων ἀρνῶν τροφαί.* SCHAEF.

ΑΙΣΑ, Fatum.

In ἡ πεπρωμένη. Aeschylus Prometh. Vinct. p. 11. plene: *τὴν πεπρωμένην δὲ χρὴ Αἶσαν Φέρειν.* Alioquin etiam *μοῖρα*, *ἡμέρα*, vel *τύχη* subauditur. Vide infra.

* ΑΙΤΙΑ, Caussa.

Rarior est huius vocabuli ἔλλειψις: occurrit tamen Exod. VIII, 22. ubi ad Mosen Deus: Παραδοξάσω ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τὴν γῆν Γεσὲμ, ἐφ' ἧς ὁ λαός μου ἔπεσιν ἐπ' αὐτῆς. ἐφ' ἧς, pro ἐφ' ἧς *αἰτίας*. Non autem esse insolentem vel plane Graecis ignotam huius vocabuli ἔλλειψιν Proclus probat, qui in sphaera de apparitione et occultatione parallelorum: *δι' ἣν αἰτίαν ἐπὶ τοῦ κύκλου τούτου αἱ ἰσημερίαι γίνονται.* Et Iustinus Martyr παραιν. πρὸς Ἕλλ. p. 10. Δι' ἣν *αἰτίαν*, ὦ Ἀριστότελες cet. Etiam tertio casu omittitur in ᾗ, quod est caussale. Thucyd. L. I. annonae caritatem, ut causam longioris ad Troiam morae, affert, et pergit: ᾗ, sc. *αἰτίᾳ*,

Digitized by Google

καὶ μᾶλλον οἱ Τρῶες, αὐτῶν διεσπαρμένων, τὰ δέκα ἔτη ἀντεῖχον, qua de (caussa) Troiani decem annis restiterunt Graecorum conatibus. 15

Hi igitur ἐλλειπτικῶς dictum est pro ἐφ' ᾗ αἰτίᾳ. In notissima et usitatissima dictione ταύτῃ, quae caussae sit index, deesse hoc vocabulum, Euripides probat in Hippol. v. 1067. Τῇδ' ἐπ' αἰτίᾳ Φυγὼν, hanc ob caussam exulans. Ubi τῇδε pro ταύτῃ, vel τοιαύτῃ esse, notum est omnibus. BERNH.

* Forsan Exod. VIII. 22. eadem est dicendi ratio, quae in aliis quoque scripturae sacrae locis reperitur, qua plerumque emphasis aliqua vel certitudo rei innuitur. E. gr. Actor. c. XV. v. 17. ἐφ' οὓς ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου ἐπ' αὐτούς. Plura exempla cum ex sacris, tum profanis scriptoribus allata vid. in Georgii vindiciis N. T. p. 260. sqq. [Miscet ille diversissima. Debebat uti talibus: Diodorus Sic. L. I. c. 97. πίθον εἶναι τετρημένον, εἰς ὃν τῶν ἱερέων ἑξήκοντα καὶ τριακοσίους καθ' ἑκάσην ἡμέραν ὕδωρ φέρειν εἰς αὐτὸν ἐκ τοῦ Νείλου. Simile notum illud ὧν ὁ μὲν αὐτῶν, de quo vid. Viger. Herm. p. 708. Pausanias L. II. c. 4. 7. ὧν τὴν μὲν Πελαγίαν, τὴν δὲ Αἰγυπτίαν αὐτῶν ἐπονομάζουσιν. SCHAEF.] Ebraeis inprimis hanc loquendi formam esse frequentem, omnibus notum est. Nec tamen etiam Romani ab ea prorsus abstinuerunt. Sic Cicero L. XV. ad div. ep. 2. Parthos, si ex Syria egredi atque irrumpere in meam provinciam conarentur, iter eos per Cappadociam, quod ea maxime pateret, esse facturos. Ubi quidem sensus, vel pronomine eos omisso, plenus foret. [Hoc exemplum dissimillimum est. Paullo speciosius attulisset Livii VIII. 37. 8. quorum eorum ope cet. Sed vid. interpretes ad h. l. SCHAEF.] Possumus huc

referre locum Maximi Tyr. diss. XXV. 2. *οὐκ ἐπὶ τῇ ἴσῃ.* ubi ipse vocem *αἰτία* statim exprimit: *ἀπείρων τῆς τέχνης καὶ τῆς αἰτίας τοῦ δρόμου.* Plene est Actor. c. XXVIII. 20. *Διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν.* et c. X. 21. *Τίς ἡ αἰτία, δι' ἣν πάρεξε.* SCHWEB.

* AITIAMA, Crimen.

Subaudiendum est in Actor. XXV, 5. Haec enim integra est locutio: *Εἴ τι αἰτίαμα ἐστὶν ἐν τῷ ἀνδρὶ τούτῳ.* Fundamentum huius expletionis est in v. 7. ubi dicuntur Iudaei *πολλὰ καὶ βαρέα αἰτιάματα φέροντες.* BERNH.

AITION, Caussa.

In *διὰ τοῦτο* subintellige *αἴτιον*, propter hanc (caussam). Sic in *ἐξ οὗ* [Epigr. adesp. CXCIV. *ἐξ οὗ δὴ Δορύναμα τεὸς λάχεν οὔνομα χῶρος,* SCHAEF.] et *δι' οὗ* subintell. *αἰτίου.* Vide Eustath. ad Iliad. α. (f)

(f) Sic et in *τί γάρ;* sc. *αἴτιόν ἐστι:* quae enim? subint. est caussa. Aeschylus Agamemn. v. 1148:

Ποῖ δή με δεῦρο τὴν τάλαιναν ἤγαγες;
Οὐδέποτ' εἰ μὴ ξυνθανουμένην. τί γάρ;

Cur, quaeso, me miseram huc adduxisti?
Non nisi ut tecum morerer. Quaenam enim (alias est caussa?)

16 Scholiastes ibi sic explicat, quamvis et vocem *ἄλλο* velit subintelligi, ut forte tota constructio ita se habeat: *τί γὰρ ἄλλο πρᾶγμά ἐστι;* quaenam enim alia res est? *Τί αἴτιον* plene dixit Iustinus Martyr *παραιν. πρ. Ἑλλ.* p. 12: *τί τοίνυν αἴτιον τοῦ μὴ πρὸς ἀλλήλους μόνον* cet.

Porro in his: *ὑπὲρ τούτου.* 2 Cor. XII, 8. *διὰ τί; εἰς τί;* Matth. XIV, 31. *εἰς τοῦτο.* Actor. XXVI, 16. Rom. XIV, 9. SCHOETTG.

* *Παρὰ τοῦτο* invenitur 1 Cor. XII, 15. Ibi subaudiendum est *αἴτιον*, ut fiat *παρὰ τοῦτο αἴτιον*, hanc ob caussam. BERNH.

* Item in verbo *εὑρίσκειν.* Actor. IV, 21. *Μηδὲν εὑρίσκοντες*, (sc. *αἴτιον*) *τὸ πῶς κολάσονται αὐτούς.* Integra phrasis, *μηδὲν αἴτιον εὑρίσκειν*, legitur Luc. XXIII, 14. SCHOETTG.

Digitized by Google

* Ἐκ τοῦ, quod pro ἐκ τίνος dicitur apud Euripidem in Suppl. v. 131: ἐκ τοῦ δ' ἐλαύνεις ἑπτὰ πρὸς Θήβας ὄχους; Cur vero septem Thebas adveheris curribus? ubi dicendum fuit, ἐκ τίνος αἰτίου. Ἐκ τίνος autem dixit idem in Hel. v. 1286. De caussa autem, quam dicunt, finali hoc loco esse sermonem, Menelai responsio probat. BERNH.

* In τὸ apud Homerum Iliad. η. v. 239. Item in τῷ apud eumdem Odyss. τ. v. 134. Plene ἐπὶ τούτῳ αἰτίῳ. In διὸ contracte pro δι' ὅ Rom. X. 22. In ὑπὲρ ὅτου, cuius rei caussa, apud Themistium Orat. XVIII. p. 222. B. pro quo idem dicit Orat. XXI. p. 245. C. ὅτου ἕνεκα. Eadem Ellipsis apud Latinos quoque obtinuit. Cicero de Finib. L. I. c. 10. Quid est, (caussae) cur verear cet. Plene Terentius Andr. III. sc. 3. v. 21. Quid caussae est, quin cet. Nec minus in eleganti formula, τί γάρ; Graecos imitati fuerunt Romani. Sic Horatius Sat. L. I. S. I. v. 7. Quid enim? concurritur. Phaedrus L. III. VIII. 8. Accipiens, quid enim? cuncta in contumeliam. Ubi quidem observandum, pro contextus ratione, aeque ac apud Graecos, modo τὸ αἴτιον, caussa, modo ἄλλο, aliud, commode subaudiri. SCHWEB.

* ΑΙΩΝΙΟΣ, Aeternus.

In Ζωή. Ioann. VIII, 12. SCHOETTG.

* ΑΚΟΙΤΙΣ, Uxor.

In Hesiodi Θεογ. v. 610. ὅς δέ κε τέτμῃ ἀταρτηροῖο γενέθλης. Verte: Qui vero adeptus fuerit uxorem nocentis nativitatis. Antea v. 608. κεδνὴν ἔσχεν ἄκοιτιν. F. ST.

* ΑΚΟΥΩΝ, Audiens.

Sophocles Ai. v. 790. ἣν (πρᾶξιν) ἤλγησ' ἐγώ. Brunckius ad h. l.: „nempe ἀκούων. Sic in Phi-

loct. 1314. *ἤσθην πατέρα τὸν ἐμὸν εὐλογοῦντά σε*, supplendum est *ἀκούων*." Ut fatear quod sentio, vehementer displicet haec ratio, planeque nihil subaudiendum arbitror: idemque tenendum, sicubi ad similia *ἰδὼν* subaudiri volunt. *ἀλγεῖν* cum accusativo passim occurrit. Diodorus Sicul. XIV. c. 112. extr. *τοὺς ἀλγήσαντας τὴν συμφοράν.* [Ibid. mox leg. *θρηνήσαντας.*] Sic et *ἥδεσθαι.* Vid. Wesseling. ad Herodot. p. 212, 36. In Euripid. fragm. Danaës IV. scribendum suspicor:

Ὅστις δόμους μὲν ἥδεται πληρουμένους.

coll. Stobaei Florileg. Grot. p. 91. 525. Quamquam non nego, huiusmodi participia saepissime addi. Vid. Valckenar. ad Herodot. l. c. SCHAEF.

* ΑΚΡΙΔΕΣ, Locustae.

Apud Aristoph. Acharn. v. 871. *τετραπτερυλ-*
47 *λίδες*, subaudi *ἀκρίδες*: dicuntur locustae, *παρὰ τὸ δ' ἔχειν πτερὰ*, quod quatuor alis instructae sunt. LEISN. Ionum propriam hanc vocem dicit Gregorius p. 257. ubi vid. Koen. SCHAEF.

* In *καλαμαία* apud Theocritum Id. X. v. 18. *χροΐζεται ἁ καλαμαία.* ubi Gr. schol. *ἔστι δὲ ἀκρὶς ἐν τῇ καλάμῃ γινομένη.* SCHWEB.

* ΑΚΡΟΒΥΣΤΙΑ, Praeputium.

In *ἐπισπᾶσθαι.* 1 Cor. VII, 18. SCHOETTG.

* ΑΚΡΟΝ, Fastigium.

Ἄκρον in *εἰς τοῦτο δυναστείας*, ad hoc potestatis fastigium. Paean. VIII. c. 10. n. 3. MICH.

* ΑΚΡΟΠΟΛΙΣ, Arx.

In *Καδμεία.* Harpocration et Arrianus L. I. p. 21. Sic Hierosolymis fuit *Ἀντωνεία.* SCHOETTG.

* ΑΛΗΘΕΣ, Verum.

In frequenti illa formula *δυοῖν θάτερον* recte subauditur *ἀληθές ἐστι*, quando *ἐλλιπῶς* ponuntur

Digitized by Google

verba, praecipue in Dilemmatibus. v. cl. Hoogev. ad Viger. p. 74. SCHWEB.

* ΑΛΛΟ, Aliud. ΑΛΛΗ, Alia.

Xenophon Oecon. c. III. §. 3: *Τί οὖν τούτων ἔξιν αἴτιον, ἢ ὅτι* etc. Quaenam igitur caussa (alia) est, quam quod etc. Supple *ἄλλο*. Thucyd. IV, 69: *Καὶ κόπτοντες τὰ δένδρα καὶ ὕλην.* subintell. *ἄλλην*, ut Schol. monet, i. e. arbores et materiam aliam caedentes. Cic. ad Attic. VII, 24: Quid dicam? nisi illud, eum scisse. i. e. quid dicam (aliud), nisi illud, etc. LEISN.

* *Ἄλλο* supplendum in phrasi *τί γάρ*; Vid. cl. Abresch. ad Aeschyl. p. 499. F. ST. Conf. supra v. *Αἴτιον*. SCHAEF.

* In *εἴτε τι, ἤ τι*, sub. *ἄλλο*. Supplet Onosander c. X. s. 9. *ἤ τι τῶν ἄλλων*. Sic in *περὶ*, et *περὶ πρὸ*, quae praepositiones saepius absolute positae occurrunt apud Homerum. Iliad. π. v. 699. *περὶ πρὸ γὰρ ἔγχεϊ θῦεν*. Plene est Iliad. ρ. v. 171. *περὶ Φρένας ἔμμεναι ἄλλων*. SCHWEB. Callimachus h. in Dian. v. 84. sq. *Αἰ δέ κ' ἐγὼ τόξοις μονιὸν δάκος ἤ τι πέλωρον Θηρίον ἀγρεύσω, κ. τ. λ.* Perperam Arnaldus Animadv. p. 67. corrigendum suspicatur: *ἤ τί περ ἄλλο*. Rectius idem, mox intellecto errore, praefat. ad Lect. Graec.: „Haec nulla indigent mutatione. *ἤ τι πέλωρον θηρίον* est pro *ἤ ἄλλο τι πέλωρον θηρίον*. Ita loquuntur optimi quique. Eurip. Med. v. 1176. *ἤ Πανὸς ὀργὰς ἤ τινος θεῶν μολεῖν*. Id est *ἤ ἄλλου τινὸς θεῶν*." Sic intellige Homerea illa, *ἐκ Δουλιχίοιο Ἐχινάων θ' ἱεράων νήσων, Ἕκτορι μὲν καὶ Τρωσὶ*, aliaque id genus. Vid. Davis. ad Ciceron. Tusc. Disp. IV. 5. ubi exemplis docet, eandem Ellipsin apud scriptores Latinos solennem esse. SCHAEF.

Digitized by Google

* ΑΛΛΟΣ, Alius.

Ἄλλος, inter οὐκ et εἰ μὴ, ut Matth. XII, 24: Οὐκ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια (ἐν ἄλλῳ), εἰ μὴ ἐν τῷ Βεελζεβούλ. cap. XIII, 57. 1 Cor. X, 13: Πειρασμὸς ὑμᾶς οὐκ εἴληφεν (ἄλλος), εἰ μὴ ἀνθρώπινος. MICH.

* ΑΛΜΗ, Muria.

Aristophanes Acharn. v. 671. οἱ δὲ Θασίαν ἀνακυκῶσι λιπαράμπυκα. Sub. ἅλμην, muriam Thasiam. Vid. Kusterus ad h. l. commode laudans Athenaeum T. III. p. 212. τοὺς γὰρ εἰς τὸ ἀπανθρακίζειν ἐπιτηδείους ἰχθῦς εἰς ἅλμην ἀπέβαπτον· ἣν καὶ Θασίαν ἐκάλουν ἅλμην. SCHAEF.

18 ΑΛΦΙΤΑ, Farinae.

In Νεήλατα, recens molitae. Suidas: Νεήλατα, τὰ νεωστὶ ἀληλεσμένα ἄλφιτα. — κατ' ἔλλειψιν δὲ προφέρουσιν οἱ Ἀττικοὶ νεήλατα, μὴ προστιθέντες τὰ ἄλφιτα (g). [Est genus placentarum, quod Demosthenes, eumque imitantes Iulianus et Libanius cum ϛρεπτοῖς coniungunt. Vid. Toup. Emendat. in Suid. T. II. p. 203. SCHAEF.]

(g) Item in ψαιϛὸν, quum farinam notat, vel far molitum, vel farinae vino, oleoque imbutae pugillos, quos pauperiores olim Diis libaminum loco offerre solebant. [Paullo aliter Timaeus Lex. Platon. p. 277. Ψαιϛά. οὕτως λέγονται τῶν σπλάγχνων κεκομμένων εἰς λεπτὰ μετὰ ἄρτου ἀπαρχαί τινες. SCHAEF.] Proprie enim ψαιϛὸς est contusus, contritus, saxo fractus et in farinam redactus. Sed plerumque usurpatur substantive, et quidem in omni genere, et supplendum est pro ratione generis vel ἄλφιτον, vel μάζα, vel σῖτος. vid. Kust. ad Aristoph. Plut. v. 138. Deest etiam ἄλφιτα in ἐπίπαϛα. Aristoph. Equit. v. 1087. λείχειν ἐπίπαϛα, salsa cibaria lambere. Quo loco Scholiast. haec: Πλακοῦσιν ἐπέπασσον ἁλμυρὰ, καὶ ἐκ τούτου ἠναγκάζοντο πίνειν πολλά. Hesychius: Ἐπίπαϛα, τὰ ἐπιπασσόμενα τῷ ἔτνει ἄλφιτα, i. e. farinae pulti adspersae. LEISN.

Digitized by Google

ΑΜΑΞΑ, Plaustrum.

In ἡ *σκευοφόρος*, oneraria, vel onera vehens, deest *ἅμαξα*. Xenoph. Ἑλληνικ. Lib. III. Τῷ *ἄρχοντι τῶν σκευοφόρων*, praefecto (plaustrorum) onerariorum. Quod plene idem Κυρ. παιδ. VI. Ὃς *ἄρχεις τῶν σκευοφόρων ἁρμαμαξῶν*, qui praees plaustris onerariis. Elliptice etiam Aelian. Var. Hist. IX, 30: Ταῖς *σκευο-* 19
φόροις ἐπέθηκε ξύλα. (Plaustris) onerariis imposuit ligna. Ad quem locum vide sis Virum summum Iac. Perizonium, qui vehementer fluctuasse priores Interpretes de vera eius loci lectione et interpretatione erudite ibi docet.

ΑΜΠΕΛΟΣ, Vitis.

Deficit haec vox in loquutione proverbiali: *ἐρήμας τρυγᾶν*. Plene enim diceres: *ἐρήμας ἀμπέλους τρυγᾶν*. Aristoph. Vespis v. 632: Οὐκ, *ἀλλ' ἐρήμας ὤεθ' οὕτω ῥᾳδίως τρυγήσειν*. Non: sed de desertis (vitibus) putabat se adeo facile decerpturum uvas. Proverbium hoc dicitur in eos, qui sine metu aliquid agunt, qui non timent aliquem prohibentem. Deductum a custodibus, qui parum diligenter vites ipsorum curae demandatas custodiunt, imo eas deserunt, cuiusmodi vites a custode desertas Graeci vocant *ἐρήμας ἀμπέλους*, et elliptice *ἐρήμας*: id quod colligi potest ex Scholiasta Comici ad illum locum, qui, Παροιμία, inquit, — *ἐρήμας τρυγήσεις, ἐπὶ τῶν ἀδεῶς τι πραττόντων, ὡς μηδενὸς αὐτοῖς ἀντιπράττοντος ἐρήμας τρυγήσειν. ἔξι δὲ ἀπὸ τῶν τὰς ἀμπέλους τηρούντων ἀφροντίζως*. Occurrit etiam hoc proverbium apud eundem Comicum in Eccles. v. 880:

Ὦιου δ' ἐρήμας, οὐ παρούσης ἐνθάδε
Ἐμοῦ, τρυγήσειν.
Putabas autem te de solitariis, non praesente hic Me, vindemiaturam.

[Conf. Dawes. Misc. Crit. p. 231. sq. SCHAEF.]

Digitized by Google

* ΑΝΑΓΟΜΕΝΟΣ.

In elliptica locutione *οἱ ἀπὸ παιδείας*, quam supplet Sextus Empiricus: *τοὺς ἀπὸ παιδείας ἀναγομένους*. Potest etiam subaudiri *ὄντες*, ut e. gr. in *οἱ ἀπὸ δόξης*, gloriae cupidi. Chrysostomus Homilia XXVIII. in Acta habet *οἱ ἀπὸ δόξης ὄντες κενῆς*. Hanc notam Casaubono debemus, depromtam ex eiusdem notis in Athenaei L. I. c. XI. SCHWEB.

ΑΝΑΘΗΜΑ, Donarium.

In *ἱλαςήριον*, apud Dion. Chrysost. Orat. XI. p. 184. in Epigrammate: Ἱλαςήριον Ἀχαιοὶ τῇ Ἀθηνᾷ τῇ Ἰλιάδι — Propitiatorium hoc (donum) dederunt Achivi Minervae Iliensi. [Idem nomen passim subaudiendum ad genitivum nominis proprii eius, qui aliquid dedicavit. Vid. Brunck. ad Epigr. adesp. CXXI. SCHAEF.]

* ΑΝΑΛΩΜΑ, Sumtus, Impendium.

Aristoph. Plut. v. 377: *ἀπὸ σμικροῦ*, supple, *ἀναλώματος*. i. e. modico (impendio,) exiguo sumtu, et, ut Aristoph. Equit. v. 535. loquitur: *ἀπὸ σμικρᾶς δαπάνης*. Omittit etiam Thucyd. VIII. c. 87. LEISN. Vid. infra v. Δαπάνη. SCHAEF.

* ΑΝΑΣΤΑΣΙΣ.

In inscriptionibus marmorum et statuarum non raro hanc vocem deficere deprehendes. Sic e. gr. apud Smithum notit. VII eccles. Asiae p. 9. plene legis *ἐπιμεληθέντων τῆς ἀναςάσεως τῶν ςρατιωτῶν*, militibus erectionem curantibus; elliptice vero p. 38. *ἐπιμεληθέντος τοῦ Ἑρμίππου*, et p. 59. *ἐπιμεληθέντος Μάρκου Αὐρηλίου Περπέρου*, nec non apud Sponium voy. du Levant p. 312. *ἐπιμεληθέντος Ἀντωνίου Βάσσου*. F. ST.

Digitized by Google

* ΑΝΔΡΙΑΣ, Statua.

Deest in inscriptionibus statuarum, e. gr. in ipso initio inscriptionis Sigeae: *Φανοδίκου εἰμὶ τοῦ Ἑρμοκράτους τοῦ Προκονησίου.* Sum Phanodici Filii Hermocratis Proconesii (statua). Sic Plin. XXXIV, 5: Fuit Hermodori in comitio, scil. statua. LEISN.

* ANEMOI, Venti.

In *ἐτησίαι*, *ὀρνιθίαι*, quod notum. SCHOETTG.

* Item in *βόρειος*, Aristophan. Vesp. v. 265. LEISN.

* In nominibus ventorum generatim *ἄνεμος* subintelligitur. Plene est apud Theocritum Id. X. v. 46. *Ἐς βορέην ἄνεμον.* Herodotum L. I. c. 148. *πρὸς Ζέφυρον ἄνεμον*, et L. II. c. 112. *πρὸς Νότον ἄνεμον.* Item in *οὖριος.* Theocritus Id. XXIV. 95. *ὑπὲρ οὖριον.* Plene Polybius T. I. p. 63. *λαβὼν οὖριον καὶ λαμπρὸν ἄνεμον.* In *Ἰάπυξ*, *ἀπηλιώτης*, *αἰθρηγενέτης* cet. Vid. Gellii Noct. Att. L. II. c. 22. In *πνεῦμα*, quando pro vento ponitur. Aeschylus in Prometh. v. 1046.

> *— χθόνα δ' ἐκ πυθμένων*
> *Αὐταῖς ῥίζαις πνεῦμα κραδαίνοι.*

Plene est apud Euripidem in Hercul. fur. v. 102. *Καὶ πνεύματ' ἀνέμων.* cet. Primaria enim vocis *πνεῦμα* notio est, flatus, quem ab ipso vento distinguunt scriptores. Homerus Iliad. Δ. v. 839. *ἐς πνοιὰς ἀνέμων.* et sic alibi. Sic Horat. L. IV. Od. V. c. 9.

> — — Quem Notus invido
> Flatu Carpathii trans maris aequora
> Cunctantem spatio longius annuo
> Dulci distinet a domo.

Lubens inde ad eorum accedo sententiam, qui *πνεῦμα* ventum interpretantur Iohann. c. III. v. 8. Hic quoque Graecos denuo sequuntur Romani, qui *ἐλλιπῶς* subinde habent, Aquilo, Zephyrus,

Digitized

Subsolanus cet. Vid. Vossius de Constr. c. VI. p. 26. Sanctius L. IV. c. 4. p. 650. qui saepe etiam expressam habent Ellipsin. Sic Cornelius Nep. I. 1. quum ille domo navibus proficiscens vento aquilone venisset Lemnum. Vid. Brouckhus. ad Propert. L. II. El. IV. v. 4. SCHWEB.

* Lucianus T. I. p. 493. *συνεκδραμεῖν τῷ πνεύματι.* Al. *τῷ πνέοντι.* quod perplacet. scil. *ἀνέμῳ.* Sic *ἡ πνέουσα*, scil. *αὔρα*, ut infra h. v. videbimus. SCHAEF.

ANHKON, Pertinens, vel ANHKONTA, Pertinentia.

Quum dicitur *τὸ πρός τι*, in eo reticetur *ἀνῆκον*, ut in *τὰ πρός τι*, *ἀνήκοντα*. Ex. gr. *τὸ πρὸς κόσμον*, sc. *ἀνῆκον*, ad ornatum (pertinens).
21 *Τὰ πρὸς εἰρήνην*, et *τὰ πρὸς ἀπαρτισμὸν*, scil. *ἀνήκοντα*, ea, quae ad pacem, quae ad perfectionem pertinent, apud Lucam in Evang. XIV, 28. et 32. (h) Additur apud Polyb. Lib. II. p. 144: *Περὶ δαψιλείας τῶν πρὸς τὴν τροφὴν ἀνηκόντων.* De abundantia rerum, quae ad victum pertinent. Iterum eodem libro p. 215. et apud Dionys. Halicarn. Lib. V. p. 333: *Τῶν εἰς τὸν πόλεμον ἀνηκόντων*, eorum, quae ad bellum pertinent. Possis etiam in hisce subaudire *τεῖνον*, *τείνοντα*, *ἐπιτήδεια* et similia, quae idem notant. Artemid. Oneir. L. II. *Πᾶν πρὸς κόσμον τοῦ βίου τεῖνον.* Omne, quod ad decorum vitae tendit, sive pertinet. Dionys. Halic. p. 327: *Τὰ εἰς τὸν πόλεμον ἐπιτήδεια.* Ea, quae ad bellum attinent. 1 Paralipom. XXVIII, 2: *τὰ εἰς τὴν κατασκήνωσιν ἐπιτήδεια.* Pariter Latini omittunt Pertinentia. Terent. Andr. Act. III. Sc. 2: Signa ad salutem. Ubi Donatus docet, deesse pertinentia.

ized by Google

(h) Hebr. II, 17: *τὰ πρὸς τὸν θεὸν*, ea, quae ad Deum pertinent. SCHOETTG.

* Sic *τὰ πρὸς αὐτόν*. Actor. XXIII, 30. *τί πρὸς ἡμᾶς*; Matth. XXVII, 4. MICH.

* In *τὸ πρὸς ἠῶ*, *πρὸς μεσημβρίαν*, cet. Plene Polybius T. I. p. 266. *τὸ εἰς τὰς ἄρκτους ἀνῆκον*. Pro eo interdum *τὸ νεῦον* habetur. Sic Polybius l. c. *τῶν ἐπὶ τὴν ἔσω θάλατταν νευόντων μερῶν*. Hac Ellipsi in superioribus exemplis etiam Latini scriptores gaudent. Cic. ad div. L. VIII. ep. 1. Quod ad Caesarem, s. attinet. Plene est apud eundem L. VIII. ep. 3. Quod ad pantheras attinet. Id. L. XIV. ep. 2. Quod ad sumtum attinet. Et sic passim modo *ἐλλιπῶς*, modo expresse loquuntur. SCHWEB.

* ΑΝΗΡ, Vir.

Aristophanes Eccles. v. 727. *Τὸν τῆς στρατηγοῦ τοῦτον οὐ θαυμάζετε*; s. *ἄνδρα*, maritum. Chariton p. 44. *Μενέλεων τὸν τῆς Λακεδαιμονίας γυναικός*. Alciphron p. 450. *ἐπεὶ γὰρ ἔγνω τὸν ἑαυτῆς* (s. *ἄνδρα*) *προσκείμενον τῇ Ἰωνικῇ παιδίσκῃ*, κ. τ. λ. SCHAEF.

* In *συγκλητικὸς*, Senatorius. Paeanius V. 5, 2. Saepe quoque addendum hoc nomen in nominibus genitivi casus (i). Heliodorus Aethiop. I. p. 22: *Μὴ γίνου τῆς ὀργῆς ὅλος* (sc. *ἀνήρ*). ne totus fias iracundus. D. Paulus Hebr. X, 39: *Ἡμεῖς δὲ οὐκ ἐσμὲν ὑποστολῆς*. nos non sumus (tales), qui se subtrahunt. Iacobus II, 1: *Τὴν πίστιν Ἰησοῦ Χριστοῦ*, (*ἀνδρὸς*) *δόξης* (k), fidem 22
in Iesum Christum, qui erat (vir) gloriosus. Maxime vero usitata est haec Ellipsios species Hebraeis, quod me primum docuit Kimchius ad Hoseae V, 2. ubi ad verba ואני מוסר haec notat: הסר איש כמו אני התולה שפירושו איש תפולה: Ego castigationis; deficit vox איש vir,

Digitized by Google

quemadmodum Psalm. CIX, 4. Ego precationis sc. (vir) sum. Alia exempla occurrunt Genes. XII., 2. Ierem. X, 10. Ps. CXX, 7. Daniel. IX, 23. Proverb. VII, 22. Confer et Drusium Animadv. I, 21. SCHOETTG. (l)

(i) Luc. III, 23: ἦν ὁ Ἰησοῦς (ἀνὴρ) ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα. MICH.

(k) Plenius ita se habet hoc dictum: Τὴν πίστιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τῆς δόξης. Malim heic repetere nomen remotius praecedens κυρίου, uti vocatur Iesus 1 Corinth. II, 8. MICH.

(l) Item in descriptionibus personarum, ut Actor. IX, 11: Ζήτησον ἐν οἰκίᾳ Ἰούδα (ἄνδρα) Σαῦλον ὀνόματι. coll. v. 12. MICH.

* Nec tempus, nec charta sufficerent, si vel potiora huius Ellipseos exempla in medium proferre vellemus. In permultis adiectivis absolute positis subauditur ἀνὴρ, quae vox etiam subinde expressa reperitur. E. gr. in φίλος, νέος, βροτὸς, ἐχθρὸς, πολιτικὸς, βασιλικὸς, πολεμικὸς, ἀγαθὸς, ἀνδρεῖος etc. in quibus Ellipsis latet. In οἱ δέκα, Decemviri: plene Polybius T. II. p. 1103. In αἰπόλος: plene habet Homerus Iliad. B. v. 474. In φυσικοὶ, μαθηματικοὶ etc. Expresse est apud Aelianum L. XIII. V. H. c. 34. In ὁδοιπόρος, viator, apud Theocritum Id. XXIII. v. 47. plene Id. XXV. 187. ὁδοιπόρον ἀνέρ' ἔφαντο. Plura afferunt Munckerus in not. ad Antonini Liberal. Metam. c. XXXV. et Georg. in Vindiciis N. T. p. 34. Eadem ratione apud Latinos in multis adiectivis Vir subauditur; e. gr. in amicus, inimicus, coniux, maritus, primores, optimates aliisque. Vid. Sanctii Minerv. L. IV. c. 4. p. 652. Sic etiam Horatius L. I. Sat. IV. v. 17.

> Di bene fecerunt, inopis me quodque pusilli
> Finxerunt animi.

s. virum. Cicero ad div. L. IV. ep. 3. Quae a sapientissimis (viris) tradita essent. SCHWEB.

Digitized by Google

Etiam hîc Schwebelius mire abutitur licentia Ellipses fabricandi. Reperiuntur passim *ἀνὴρ ἰατρὸς*, *ἀνὴρ ὁπλίτης*, *ἀνὴρ χαλκεὺς*, aliaque id genus plurima: num talibus, quae abundanter dicuntur, ad catalogum Ellipsium, iam satis laborantem mole sua, augendum abutemur? Imo et tempori parcamus, neque inepte illudamus chartis. SCHAEF.

ΑΝΘΡΩΠΟΙ, Homines.

In *Φασὶ*, *λέγουσιν*, *εἰώθασι*, *Φιλοῦσιν* etc. subint. *ἄνθρωποι* (m). Sic in *βάλλουσι*, Matth. IX, 17. *Παρέθεντο* Luc. XII, 48. Item in Syllepsi illa: *Μειράκια εὐτυχεῖς* (sc. *ἄνθρωποι*) Adolescentuli beati (n).

(m) Apoc. XI, 9: *Καὶ βλέψουσιν* (*οἱ ἄνθρωποι*) *ἐκ τῶν λαῶν* etc. Matth. V, 11: *ὀνειδίσωσι.* MICH.

(n) Tertiis personis verborum et Graeci et Latini saepe 23
ita utuntur, ut non exprimant nomen, quod addendum erat. vid. Scalig. ad Catull. Carm. II. Langium ad Cic. I. de off. 7. et Lael. 21. Perizon. ad Sanctii Minerv. IV, 4. in ellipsi v. homines. Sic Thucyd. VII, 69. Sic Matth. V, 11. et 15. VII, 16. IX, 17. et alibi: quae perperam a quibusdam ad Hebraismum referuntur. Deest etiam *τὸ ἄνθρωποι* in *οἱ πέλας*, proximi, e. g. apud Aeschin. Dial. II. de Divitiis: *μοιχεύειν τὰς τῶν πέλας ἐπ' ἀργυρίῳ.* Cum proximorum uxoribus data pecunia moechari. Item in *ἐφήμεροι*, *ἡμέριοι* et *ἐφημέριοι*, h. e. (homines) in diem viventes, *οἱ θνατοὶ πελόμεσθα, τὸ δ' αὔριον οὐκ ἐσορῶμες.* vid Aristoph. Nub. v. 223. Vannus Critic. p. 233. Item in *οἱ κατ' ἀγορὰν*, i. e. caussidici, LEISN. Add. Schwebel. in praefat. SCHAEF.

* ΑΝΘΡΩΠΟΣ, Homo.

In *ἐχθρὸς*, quod additur Matth. XIII, 28. Vide Ioan. Henr. Maium fil. Observat. Sacr. Lib. I. p. 46. sq. qui plura huiusmodi exempla subministrabit. Item in *νέος*, *δοῦλος*, *οἰκεῖος*, *πολέμιος*.

In *οἴχεσθαι*, abire, mori, subintelligitur *ἐξ ἀνθρώπων*. Libanius ep. III. in Anecdotis Wolfii T. II. p. 337: *Λέγεται γάρ τι περὶ τῶν οἰχο-*

Digitized by Google

μένων καὶ τοιοῦτο. Nam et hoc de mortuis
24 dici consuevit. Ellipsin, monente Wolfio, supplet Apollonius epist. XIII. per *οἴχεσθαι ἐξ ἀνθρώπων.* SCHOETTG.

* Ellipsin, si qua est, aliter supplet Theocritus Epigr. VI. *οἴχεται ἁ χίμαρος, τὸ καλὸν τέκος, οἴχετ' ἐς ᾅδαν.* Eodem modo Antipater Sidon. LXXXIX. 7. *οἰχομένοισιν ἐς ᾅδαν.* SCHAEF.

* In casu tertio abest ad vocabul. *παντὶ* apud Athen. L. III. p. 630: *Ὅτι δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο καὶ περὶ τὸ κιτρίον ἐστὶ, παντὶ δῆλον*, scil. *ἀνθρώπῳ.* Latini dicunt in plurali: omnibus notum est, sc. hominibus. Simili *ἐλλείψει* Germani plane cum Graecis in singulari: *Es ist einem jeden (Menschen) bekannt.* BERNH.

* Quae paullo ante diximus de Ellipsi v. *ἀνὴρ*, valent etiam de Ellipsi vocis *ἄνθρωπος*, quae ubivis fere regnat. Idem vero de Latinis quoque dici potest. Sic Phaedrus L. II. in Epilog. v. 3. Patere honoris scirent ut cunctis viam. ubi v. Burmanni notas, qui docet ex ignorantia vel vulgaris huius ellipseos multa veterum auctorum loca fuisse corrupta. SCHWEB.

ANTPON, Antrum.

In *γλάφυ* vel *γλαφυρὸν*, cavum, deest *ἄντρον.* Hesiod. *Ἔργ.* v. 532: *Καὶ γλάφυ πετρῆεν*, et cavum in petra, sc. *ἄντρον*, (antrum.) ubi Moschopulus: *Τὸ γλάφυ, οὐκ ἀποτελεῖ ἔννοιαν μόνον, ὥσπερ οὐδὲ τὸ πέτρινον, συνυπακουόμενον δὲ ἔχει τὸ ἄντρον.* h. e. Illud *γλάφυ*, (cavum,) solum perfectum non reddit sensum, ut nec *τὸ πέτρινον*, petrosum, subauditum vero habet vocabulum, *ἄντρον*, (antrum.) [Igitur *γλάφυ* pro adiectivo habuerunt. Mihi substantivum videtur, nihilque subaudiendum esse. SCHAEF.]

Digitized by Google

Sic ἐν Τροφωνίου, quod est apud Aelian. Var. Hist. III. 45. supple ἄντρῳ. ut ἐς Τροφωνίου, apud Aristoph. Nub. v. 508. Pausan. IX. et alios, sc. ἄντρον (o). [Possis item σπήλαιον supplere. Conf. Lucian. T. I. p. 340. Aut, si placet, ἱερόν. Lucian. T. I. p. 486. Ἐκεῖνο, ἔφη, ἔξι τὸ ἱερὸν τοῦ Τροφωνίου. Ποιητικῶς Euripides Ion. v. 405. sq. ed. Musgr. τὰς Τροφωνίου λιπόντα θαλάμας. Mox v. 417. sequitur τί θέσπισμ' ἐκ Τροφωνίου φέρεις; — Subaudias ἄντρον etiam in τὸ τοῦ Πανός. v. Kuster. ad Aristophan. Lysistr. v. 910. Nisi αὔλιον subaudire malis, quod supplet ipse Aristophanes ibid. v. 721. ubi v. Brunck. SCHAEF.]

(o) Item in Νυμφαῖον. Longus Pastoral. I. p. 6. et Harpocration. SCHOETTG.

* ΑΞΙΩΜΑ, Dignitas.

Sub. in τὸ πρέπον, quando absolute ponitur. Plene exstat apud Themistium Orat. II. p. 24. C. διατηρεῖν τὸ πρέπον ἀξίωμα. SCHWEB.

ΑΠΑΛΟΣ, Tener.

Ἐλλειπτικῶς aliquando dicitur ἐξ ὀνύχων, pro ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων, a (teneris) unguiculis. [Proverbialem hanc locutionem sic ἐλλιπῶς habent aliquot libri in Plutarchi Moral. T. I. p. 9. ad q. l. Heusingerus aliud huius defectus exemplum ex Gregorio Nazianz. excitavit. Sed Wyttenbachius ex aliis libris addidit ἁπαλῶν. Plene saepius legas. Automedon III. τὴν κακοτέχνοις Σχήμασιν ἐξ ἁπαλῶν κινυμένην ὀνύχων. ad q. l. Iacobsius admovit Horatianum: Iam nunc et incestos amores De tenero meditatur ungue. SCHAEF.]

* ΑΠΕΣΤΑΛΜΕΝΟΣ.

Matth. XXVI, 47. Ἰούδας καὶ μετ' αὐτοῦ ὄχλος πολὺς ἀπὸ τῶν ἀρχ. κ. τ. λ. Non immerito in Valesianis lectionibus additur ἀπεσταλμένος, quod

Digitized by

omnino omissum censeri debet. Nam ἀπὸ vim habet τοῦ ὑπό. F. ST.

* ΑΠΟΝΟΙΑ, Nimia confidentia.

In ταμιεύεσθαι s. τὴν ὁρμὴν, vel ἀπόνοιαν, quando absolute de militibus ponitur, qui non omnes suas vires primo conatu effundunt, sed sic eas dispensant, ut repetere, si opus sit, semel atque iterum pugnam queant. Xenophon K. Π. L. IV. παρέσχον ἡμῖν ταμιεύεσθαι, ὥστε ὁπόσοις ἐβουλόμεθα αὐτῶν μάχεσθαι. Vid. Casaubonus ad Dionem Chrysost. Diatrib. p. 24. SCHWEB. Si placet, item alia suppleri possunt. Diodorus Sic. IV. c. 12. κατὰ τὴν μάχην ταμιευσάμενος ἀκριβῶς τὴν συμμετρίαν. ad q. l. Wesselingius: „Dicuntur milites ταμιεύεσθαι, cum non omnes suas vires primo impetu effundunt, sed eas, ut Seneca ait, dispensant, Dio Chrysostom. Orat. XI. p. 177. de Hectore cum Achille congresso: ἅτε οὐδὲν οὐ ταμιευσάμενος ἐν τῷ ἀγῶνι. ubi Is. Casaub. vocis usum eleganter, sicuti et ad Sueton. Caes. c. XXXII., explicuit. Hoc qui negligunt, illis Ioseph. IV. B. I. 1, 6. τῆς ὁρμῆς τὸ ἀταμίευτον tribuit." SCHAEF.

* ΑΠΟΛΛΩΝ, Apollo.

In Ἑκάεργος apud Poetas absolute posito. Plene est apud Homerum Iliad. A. v. 479. οὖρον ἵει ἑκάεργος Ἀπόλλων. In Ἑκηβόλος. Homer. Iliad. A. v. 96. Expresse vero Iliad. A. v. 14. Στέμμα δ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος. In Ἀργυρότοξος. Homerus Iliad. A. v. 451. In Ἄναξ. Idem Iliad. A. v. 444. Quamquam hoc epitheton etiam de Iove solet usurpari. Homer. Il. A. 502. In Φοῖβος, quae vox alias significat purus, lucidus. Homerus Il. A. v. 443. Φοίβῳ Ϝ' ἱερὴν ἑκατόμβην. Plene ibid. v. 457. Τοῦ δ' ἔκλυε Φοῖβος Ἀπόλλων. Unde Horatius in carm. saecul. v. 1.

Digitized by Google

Phoebe, silvarumque potens Diana,
Lucidum caeli decus.

Notandum in eiusmodi epithetis, subaudiri semper Deos, quibus ista conveniunt, quibusque sunt indita. V. Clarkium ad Iliad. A. v. 43. SCHWEB.

* ΑΠΟΣΤΟΛΟΣ, Apostolus.

Deest hoc nomen, aut eidem aequipollens *μαθητὴς*, in *τοῖς ἕνδεκα*. Marc. XV, 14. Act. II, 14. etc. ac in *τοῖς δώδεκα*. Matth. XXVI, 14. 20. 47. 1 Cor. XV, 5. etc. Suppletur autem Matth. X, 1. 2. cap. XI, 1. cap. XXVIII, 16. Act. I, 26. F. ST.

In *ἕνδεκα*. Actor. II, 14. coll. Actor. I, 26. In *δώδεκα*. Matth. XXVI, 14. coll. c. XX, 17. SCHWEB.

ΑΠΟΦΘΕΓΜΑ, vel ΡΗΜΑ, Dictum.

In *τὸ τοῦ Βίαντος*: *τὸ τοῦ Σόλωνος* etc. deest *ἀπόφθεγμα*, vel *ῥῆμα*. [Vid. infra ad Ῥῆμα. SCHAEF.]

* ΑΡΓΟΝΑΥΤΑΙ, Argonautae.

In *οἱ πεντήκοντα* apud Philostrat. Icon. L. II. XV. Cf. Hyginum Fab. XIV. SCHWEB.

ΑΡΓΥΡΙΟΝ, Argentum.

Genitivus *ἀργυρίου* subauditur in *ὠνεῖσθαι* et *πωλεῖν πολλοῦ*, aut *ὀλίγου*, emere et vendere magno, aut parvo. Aelian. Var. Hist. X, 9: *Ἐπεὶ δ' ἔφατο πωλεῖν αὐτὴν τὸν κάπηλον πολλοῦ.* Qui cum diceret cauponem eam magno (pretio) vendere. Vel etiam *τιμήματος*, pretio, intelligere possis. Deest tamen adhuc in hac loquutione Praepositio *ἀντὶ*, ut in Ellipsi Praepositionum dicturi sumus (p).

(p) Deest quoque in *δερματικὸν*, quando notat pecuniam, quae reip. pro venditis coriis solvitur. Vide Harpocrationem. Τὸ *διάφορον* et *τὰ διάφορα* est pecunia, quam usurae loco accipimus: nos vocamus Interesse. Hic in singulari numero subintellige *ἀργύριον*, in plurali etiam *κτήματα*. Aristoteles: Πλεονεξία *περὶ τὰ*

Digitized by Google

συμβόλαια, παρὰ τὴν ἀξίαν αἱρουμένη τὸ διάφορον. Avaritia circa contractus est, quae plus, quam iustum est, usurae loco accipit. Plura exempla congessit Duportus ad Theophrasti Charact. c. X. p. 347. SCHOETTG. Διάφορον omnino pecunia: διάφορα i. q. χρήματα. Vid. Casaubonum ad Theophrasti Charact. p. 125. ed. Fisch. SCHAEF.

* ΑΡΗΣ, Mars.

In Ἐνυάλιος, Ἀνδρειφόντης. Homerus Iliad. B. v. 651. In Βροτολοιγός. Oppianus L. I. Cyneget. v. 29. Plene apud Homerum Iliad. E. v. 31. Ἄρες, Ἄρες βροτολοιγέ etc. Cf. Miscell. Obs. Vol. VIII. p. 68. SCHWEB.

* ΑΡΙΘΜΟΣ, Numerus.

In ἴσος, quando totidem significat. Thucydides L. I. c. 115. ὁμήρους ἔλαβεν τῶν Σαμίων, πεντήκοντα μὲν παῖδας, ἴσους δὲ ἄνδρας. Plene est apud Arrianum de expedit. Alex. L. I. c. 5. οἱ δὲ πολέμιοι σφαγιασάμενοι παῖδας τρεῖς καὶ κόρας ἴσας τὸν ἀριθμόν. SCHWEB.

* In ὁ δύο, ὁ τέσσαρα, ὁ δέκα, ὁ ἑκατὸν, ὁ χίλια, ὁ μύρια, sub. ἀριθμός. Vid. Scholiast. ad Lucian. T. I. p. 795. a. Plene Lucianus T. I. p. 777. ὡς αἱ δύο δυάδες τὸν τέτταρα ἀριθμὸν ἀποτελοῦσιν. SCHAEF.

ΑΡΜΑ, Currus.

Deest hoc Substantivum in voce τέθριππον, quadriga. Aelian. Var. Hist. I. 17: Τέθριππα
26 μὲν ἐποίησαν, sc. ἅρματα. Quadrigas quidem fecerunt. Euripid. Phoeniss. v. 155:

> Εἰ τὰ τέθριππά γ' ἐς ἅρματα λεύσσων
> Ἀελίου.
>
> Si intuens currus quadriiuges
> Solis.

Item in πολεμιζήριον, (currus) bellicus. Scholiastes Aristoph. ad Nub. p. 124: πολεμιζήρια καλοῦνται καὶ πολεμικὰ ἅρματα.

Digitized by Google

Item in *ἐλαύνειν*, quod nonnunquam absolute dicitur pro *ἐλαύνειν ἅρμα*, agitare currum. Ita plene dixit Lucian. in Bis Accusato p. 235. et Aristoph. Nub. v. 68:

Ὅταν σὺ μέγας ὢν ἅρμα ἐλαύνῃς πρὸς τὴν πόλιν.

* In *ἀναβάντα* Actor. c. VIII. 31. coll. v. 28. Callimachus hymn. in Dian. v. 141. *ὅτ' ἐς Διὸς οἶκον ἐλαύνεις.* Supplet etiam Homerus Iliad. ψ. v. 531. *ἐλαυνέμεν ἅρμ' ἐν ἀγῶνι.* SCHWEB.

* ΑΡΜΟΝΙΑ, Harmonia.

Aristoph. Equit. v. 985: *Φασὶν αὐτὸν οἱ παῖδες τὴν δωριστὶ μόνην ἂν ἁρμόττεσθαι θαμὰ τὴν λύραν.* Nam pueri ferunt, eum lyram soli (harmoniae) Doricae aptasse. Integra constructio est: *πρὸς τὴν δωριστὶ μόνην ἁρμονίαν ἁρμόττεσθαι τὴν λύραν.* LEISN.

* ΑΡΟΤΡΟΝ, Aratrum.

In *γειοτόμον* apud Suidam. Plene occurrit apud Apollonium Rhod. L. I. SCHWEB.

ΑΡΤΟΣ, Panis.

In *πλακοῦς*, [s. formâ solutâ *πλακόεις*. Theodoridas V. *πλακόεντα — πίονα τυροφόρον*. SCHAEF.] *ναστὸς* etc. nam *ἄρτος πλακοῦς* est panis tenuis et latus, instar *πλακὸς*, tabulae: et *ἄρτος ναστὸς* est panis densus, solidus, constipatus. Sic in *τυρόεις* deest apud Theocrit. Idyll. α. 58: *καὶ τυρόεντα μέγαν.* [ubi vid. Valckenarium. SCHAEF.] Sic in *ἄζυμος*, *ἄζυμοι* in N. T. (q)

(q) In *ζυμητὸς*, fermentatus. Longus Poemen. II. 27 p. 62: *Καὶ τῆς πήρας προκομίσασα ζυμητοῦ μέρος.* [*Ζυμητὸς* non novi. In Longo p. 45. ed. Villois. (p. 50. ed. meae) legitur *ζυμήτου*. recte, quod accentum spectat. Sed corrigere debebamus *ζυμίτου*, ut dudum monuerat Oudendorpius ad Thom. Mag. p. 903. b. SCHAEF.] Atque ex pera proferens fermentati (panis) partem. Sup-

ized by Google

plet autem Athenaeus Lib. IV. teste ibidem Iungermanno. [Imo Xenophon, cuius locum Athenaeus exscripsit, Anabas. VII, 3, 21. ἄρτοι ζυμῖται μεγάλοι. SCHAEF.] Item in ἐγκρυφίας, (panis) subcineritius, qui nimirum sub cinere occultatur. Numer. XI, 8: ἐποίουν ἐγκρυφίας. Ezech. IV, 12: καὶ ἐγκρυφίαν κρίθινον φάγεσαι. Suppletur a Luciano, quem locum Budaeus notavit. SCHOETTG.

* In ζυμίτης, [it. ζυμήεις. Hesychius: Ζυμήεις ἄρτος. Ἀθήνησι ζυμίτης ἄρτος οὕτως καλεῖται. SCHAEF.] σεμιδαλίτης, χονδρίτης, συγκομιζὸς, ἐσχαρίτης, ταβαρίτης, aliisque panum speciebus suppletur ἄρτος, quorum explicationem videre licet apud Athenaeum L. III. c. 25. et Pollucem L. VI. c. 7. Ἄρτον τυρῶντα plene habet Athenaeus l. c. [ex Sophrone pro τυροῦντα. SCHAEF.] SCHWEB.

* In ἀνάσατος, ὀρθοσάτης, de quibus vid. Valckenar. Adnotat. in Adoniaz. Theocr. p. 398. B. In πυραμοῦς, σησαμοῦς, de quibus idem ad Theocrit. I. v. 58. Plene poeta apud Hesychium: σησαμόεντ' ἄρτον. SCHAEF.

* ΑΡΧΑΙΟΝ, Sors.

In ἑκατοστὴ, centesima, deest μερὶς ἀρχαίου, ut sit centesima pars sortis, sc. usura. LEISN.

ΑΡΧΗ, Principium.

Quum dicitur ἀπὸ πρώτης, deest ἀρχῆς. Thucydid. L. I. p. 44: ἢ εἰ ἀπὸ πρώτης ἀποθέμενοι τὸν νόμον. Dio Cass. p. 93. pariter: ἀπὸ πρώτης. et L. LXIII. p. 268: κατὰ πρώτας, sc. ἀρχάς. [Strato LXVI. ἦν ἀπὸ πρώτης Φράζεο, πῶς ἔσαι — καὶ μονίμη. Sic interpunge et ἀπὸ πρώτης verte nunc statim, primum, ante omnia. SCHAEF.] Sic ἐκ νέας. Herodot. L. I. c. 60: αὖθις ἐκ νέης ἐπ' ἀλλήλοισιν ἐξασίασαν, rursus de novo seditiones moverunt adversus se invicem. Addit ἀρχῆς Plutarch. de Solert. Anim. p. 959: ἐκ νέας

Digitized by Google

αὖθις ἀρχῆς. Potest etiam suppleri per vocem κρηπίδος vel καταβολῆς, quam vide.

* Epictet. Enchir. c. XXVI. τὴν μὲν πρώτην προθύμως ἥξεις. SCHWEB. Vid. Abresch. Lect. Aristaen. p. 98. Valckenar. et Wesseling. ad Herodot. p. 74. Ceterum de his similibusque iuvat addere Musgravii notam ad Sophoclis Antig. v. 1006.: „δι' ὀρθῆς. Qui de ellipsibus scribunt Grammatici, in his et similibus locutionibus haerere solent, quaenam vox reticeatur, quaerentes. Ego nullam hic ellipsin esse arbitror, sed tantum enallagen generis, posito sc. δι' ὀρθῆς pro δι' ὀρθοῦ: nisi verius sit, antiquos utroque genere in huiusmodi phrasibus sine ullo discrimine usos esse. Exempla sint ἐκ μὲν ἰθείης Herodot. III. 127. ἐκ ταύτης IV. 43. [illinc. Possis referre ad Αἴγυπτον, quod praecessit: sed non opus. Sic Diodorus Sic. XVII. c. 95. in. ἐπὶ ταύτης, ibi: ubi nihil praecessit, ad quod recte referatur. SCHAEF.] τὴν ὁμοίην IV. 119. ἐξ ὑστέρης V. 106. ἐκ νέης V. 116. ἐκ καινῆς Aristid. T. I. p. 84. Thucyd. III. 92. ἀπὸ πρώτης Thucyd. I. 77. διὰ κενῆς Eurip. Troad. 759.“ SCHAEF.

ΑΡΧΗ, Imperium.

Accusativus ἀρχὴν eleganter omittitur in verbo κατέχειν, tenere. Aelian. Var. Hist. XII, 8: Ἐπώμνυεν οὖν, εἰ κατάσχοι etc. iuravit igitur, si (rerum) potiretur, cet. Paullo post 28
plenius: κατασχὼν οὖν τὴν ἀρχήν. Dionys. Halic. L. I. p. 2: — Χρόνον οὐ πολὺν κατέσχεν, sc. τὴν ἀρχὴν, non diu tenuit (imperium). Dionys. Halic. L. VIII. p. 554: ἐξεληλάσθαι τῆς πόλεως αἰτιώμενοι βίᾳ πρὸς τοῦ τότε κατέχοντος κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἡγεμόνος. ad quem locum Sylburg. recte notavit, κατέχοντος absolute positum pro τὴν ἀρχὴν κατέχοντος. Et sic forte illud, quod est 2 Thessal. II, 7: ὁ κατέχων ἄρτι, posset

Digitized by Google

sumi, qui nunc tenet (imperium). Vide, quae in Diatrib. ad eum locum diximus (r). [Praevideo fore, qui huc referant locutionem minus obviam, *κατέχειν τινὸς*, potiri aliqua re, tenere aliquid: de qua vid. egregiam notam Schweighaeuseri ad Appianum p. 120. sq. Hos ego non imiter. Obiter tuebor vulgatam lectionem in Polyaeno I, 21, 1. *ἀδεῶς εἰςήλασε* (*Πεισίστρατος*), *καὶ τῆς τυραννίδος τῶν Ἀθηναίων κατέσχεν.* Ad haec Wyttenbachius Animadvers. in Plutarch. de S. N. V. p. 62.: „Aut legendum *τὴν τυραννίδα*, aut var. lect. *ἐκράτησε* recipienda.“ Non assentior. SCHAEF.]

(r) Herodian. IV, 2. §. 8: *ἔνθα οἱ Ῥωμαίων ἄρχοντες ἀπόμνυνται.* Subaudi *ἀρχήν*. Plene Plut. in Cic. *ἀπομόσασθαι τὴν ἀρχήν.* LEISN.

* Item subaudiendum in *κρατεῖν τοῦ πλήθους.* Isocrates ad Nic. I.: *Εἰ δέ τις κρατοῦντας τοῦ πλήθους ἐπ' ἀρετῆς προτρέψειεν*, pro *κρατοῦντας τὴν ἀρχὴν τοῦ πλήθους.* BERNH.

* In *παραγγέλλειν*, quando ambire munus significat, subauditur *ἀρχὴν*, vel *εἰς ἀρχήν*. Plene habet Dionysius Hal. L. VIII. p. 553. *παραγγέλλειν τὴν ἀρχὴν ἐκέλευσεν.* In *στεφανοῦσθαι τὴν τῶν ὅπλων*, s. *ἀρχήν*. Philostratus L. II. de vit. Sophist. p. 596. *στεφανουμένους τὴν ἐπὶ τῶν ὅπλων.* Unde idem L. II. p. 613. *τὴν στεφανηφόρον ἀρχὴν παρ' αὐτοῖς ἦρξεν.* qui pro *ἀρχὴν* alibi etiam supplet *λειτουργίαν.* SCHWEB.

* **ΑΡΧΟΝΤΕΣ, Principes, Magistratus.**

In *πᾶσι*. Roman. c. XIII. 7. Vid. cl. Wolfii cur. philol. ad h. l. SCHWEB.

* **ΑΣΘΕΝΗΣ, Aegrotus, Infirmus.**

In *κατακεῖσθαι*, cum de aegrotis decumbentibus sumitur. Vid. Marci I. 30. coll. Ioann. V. 3. Eodem modo *τὸ* cubare et iacere apud Latinos absolute saepe ponuntur, suppressa voce aeger.

Digitized by Google

Horatius L. I. Sat. IX. 18. Trans Tiberim longe cubat is. Idem L. II. Sat. III. 289. Plene habet Suetonius Aug. c. LXXII. Aeger autem in domo Maecenatis cubabat. SCHWEB.

* ΑΣΙΑ.

Omissum videmus in *ἤπειρος* in Isocratis paneg. p. 182. *ὅπως ὡς τάχιστα τὸν ἐνθένδε πόλεμον εἰς τὴν ἤπειρον διοριοῦμεν*, ut primo quoque tempore bellum hinc in continentem, scilicet Asiam, transferamus. Vide etiam orat. Philipp. p. 242. 244. et in Archid. p. 286. 310. Eadem ellipsis obtinet apud Eunapium, ubi in Maximo Asiam proconsularem describit: *Αὐτὴ δὲ ἀπὸ Περγάμου τὸ ἀλιτενὲς ἐπέχουσα πρὸς τὴν ὑπερκειμένην ἤπειρον ἄχρι Καρίας ἀποτέμνεται.* Ea vero inde a Pergamo maritimam oram complexa in continentem Asiam, Cariam tenus decurrit. Adde Agathemer. geogr. L. II. c. 6. p. 49. 50. 51. 52. et Aelian. V. H. VIII. 5. Plene saepius Dio Cassius *ἤπειρον Ἀσίαν* dixit, e. g. L. XXXVII. p. 38. XLVIII. 371. *Τὴν ἀντικειμένην ἤπειρον τῇ Εὐρώπῃ* adpellat Herodianus II, 8, 13. additque *Ἀσίαν καλουμένην* IV, 3, 12. Conf. Spanhemi orb. Rom. p. 331. sq. edit. Londin. F. ST.

* ΑΣΙΑΝΟΣ.

Iterum subaudiendum in oratione Isocratis p. 188. *εἰ τὸν μὲν πόλεμον τὸν νῦν ὄντα περὶ ἡμᾶς πρὸς τοὺς ἠπειρώτας ποιησαίμεθα, τὴν δ' εὐδαιμονίαν τὴν ἐκ τῆς Ἀσίας εἰς τὴν Εὐρώπην διακομίσαιμεν.* Si bellum, quod modo nos urget, in continentem habitantes Asianos converterimus, et Asianorum opes in Europam transtulerimus. F. ST.

ΑΙΣΜΑ, Canticum.

In *ἐνδοτικὸν*, incentivum (s), *κελευστικὸν*,

hortatorium, ἐγερτήριον, classicum. [Μέλος supplet Aelianus Var. Hist. II. 44. τὸ παρορμητικὸν ἐμπνεῦσαι μέλος, διάτορόν τε καὶ γεγωνὸς ὅτι μάλιστα, καὶ οἷον εἰς τὴν μάχην ἐγερτήριον. Postremum vocabulum Lexicis accedat. SCHAEF.] Plene dixit Artemidor. Oneirocrit. II. p. 153: Ἄισμα ἐνδοτικὸν καὶ κελευστικὸν πρὸς ἔργα. Cantilena incentiva et hortatoria ad opera. Non intellexit Interpres ibi, quid sit ἐνδοτικὸν, cum vertit, remissa (t).

(s) Ἐνδόσιμον eadem significatione occurrit apud Leonem Imp. Serm. de resurrectione Christi p. 315. [Plutarchus Mor. T. I. p. 266. ὥσπερ ἐνδόσιμον εἰς παῤῥησίαν ἐσίν. p. 277. ὥσπερ ἐνδόσιμον ἔξει πρὸς τὰ μείζονα τῶν ἁμαρτημάτων. Longe diverso sensu p. 515. ἐνδόσιμα τῇ πέψει καὶ μαλακὰ παρέχουσα. quod cur Wyttenbachio, ut nimis infrequens, displicuerit, parum intelligo. Compara Dionys. Halic. Art. Rhet. p. 320. ubi ἐνδόσιμα et εὐδιάλυτα iunguntur. SCHAEF.] Sic ἐπιλήνιον, carmen, 29 quod in torculari vindemiae tempore cantatur. Oppianus Cyneg. I, 127:

Καὶ βότρυς ἡμερίδων θλίβων ἐπιλήνια χαίρει.

Et botrus vitium premens prae gaudio torcularíam (cantionem) canit.

Anacr. etiam ἐπιληνίους ὕμνους dixit Oda L. SCHOETTG. Subaudias etiam μέλος, quod addit Athenaeus T. II. p. 267. πρὸς αὐλὸν ᾄδοντες μέλος ἐπιλήνιον. SCHAEF.

* Deest etiam ᾆσμα in Περσικὸν, Persica cantilena, Aristoph. Thesmoph. v. 186. et in σκολιὸν, Aristoph. Acharn. v. 531. LEISN.

(t) * Deest etiam in παρακλαυσίθυρον, h. e. carmen, quod amantes prae foribus amicarum canere solebant, intromitti ab illis cupientes, quale legitur apud Theocr. Idyll. III. Plaut. Curcul. I, 2, 60. Propert. I, 16, 17. Tibull. I, 2, 9. Ovid. Amor. I, 6. [Haec Leisnerus exscripsit (furatum esse paullo durior dicat) ex nota Kusteri ad Aristophan. Eccles. v. 954. Plutarchus Mor. T. IV. p. 20. κωμάζειν ἐπὶ θύρας, ᾄδειν τὸ παρακλαυσίθυρον. SCHAEF.] Item in ἐπινίκια, [Ammonius p. 97. Δίδυμος ὁμοίως ἐν ὑπομνήματι Βακχυλίδου ἐπινικίων. SCHAEF.] in Πριάπεια et ἰθυφάλλια apud Dionys. de Struct. sect. IV. i. e. ludicra carmina in

Digitized by Google

honorem Priapi, fracta et mollia, nec ad maiestatem carminis heroici assurgentia. Denique in Σωτάδια apud eundem sect. IV. i. e. versus, a Sotade Cretensi, foedissimo poeta, nomen habentes, qui, ut Strabo auctor est, ἦρξε πρῶτος τοῦ κιναιδολογεῖν. LEISN.

* Ἐπινίκια ᾄσματα plene habet Maximus Tyr. Orat. XVIII. p. 209. Plura exempla vide sis apud Pollucem L. IV. c. 7. in quibus interdum μέλη, vel ἔπη expressa habentur. SCHWEB.

ΑΣΠΙΣ, Clypeus.

In Βοείη, bubula, Anacreon Od. XIV: Καὶ δοῦρα καὶ βοείην. et inferius: Μάτην δ' ἔχω βοείην. Plene Apollon. L. IV. v. 200:

— — — — τοὶ δὲ βοείας
Ἀσπίδας.

Sic in ταυρείη. Homer. Iliad. II. v. 621. plene dixit ἀσπίδι ταυρείῃ.

* Item in Laconica Spartanarum matrum adclamatione, qua filios in bellum ituros prosecutae fuerunt, quamque refert Plutarchus in apophthegm. Lac. p. 241. ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τᾶς. Vel, uti legitur apud Aristaenet. L. II. ep. 17. ἢ ταύτην, ἢ ἐπὶ ταύτῃ. Vid. Κομίζω. SCHWEB.

ΑΣΤΗΡ, Stella.

In ὁ διάττων, transiliens. Plut. in Non suav. posse vivi sec. Epic. p. 1087: ὥσπερ οἱ διάττοντες, sc. ἀστέρες. [Plene Suidas T. I. p. 569. Διατρέχοντες. οἱ διάττοντες ἀστέρες. οἱ ἀποσπινθηρίζοντές. SCHAEF.] (v)

(v) Item in ὁ κομήτης, [Plene Diodorus Siculus I. c. 81. κομήτων ἀστέρων ἐπιτολάς. SCHAEF.] πλανήτης, cometa, planeta. Πλανῆται ἀστέρες occurrunt bis apud Geminum in Elementis Astronomiae, et apud Clementem Alexandr. in Protreptico (x). SCHOETTG.

* Et Epist. Iudae v. 13: Ἀστέρες πλανῆται. Deest etiam in Σείριος, quod poterat proprium videri stellae huius

nomen. Sed plene dixit Hesiod. ἔργ. II. Δὴ γὰρ τότε σείριος ἀςὴρ etc. BERNH.

(x) * In ΦωςΦόρος. item in ἘωςΦόρος. Hesychius. Plene apud Aristophan. Ran. v. 346. est ΦωςΦόρος ἀςήρ. LEISN.

* Sic etiam Alcinous de doctrin. Platon. p. 37. ΦωςΦόρος ἀςήρ. Athenagoras Legat. pro Christian. c. XXI. Τούς τε πλανήτας καὶ τοὺς ἀπλανεῖς ἀςέρας. Idem c. XIII. Τῇ διαθέσει τῶν τε ἐν τῷ λοξῷ κύκλῳ, καὶ τῶν περὶ τὸν ἄρκτον. In οἱ διαΐσσοντες apud Clementem Alexandr. p. 64. C. SCHWEB.

* ΑΣΤΡΑ, Astra.

In τὰ οὐράνια. Artemidorus I. 28. p. 26. et I. 83. p. 77: τοῖς τὰ οὐράνια διασκεπτομένοις, qui coelestium (astrorum) contemplatione tenentur. SCHOETTG.

* ΑΥΓΗ, Splendor.

Hesychius: Λύγη ἡ σκοτία κατ' ἔλλειψιν αὐγῆς λέγεται. LEISN.

* ΑΥΛΑΙΑ.

Αὐλαία vel αὐλαῖον malo subaudire, quam ἱςίον, in hoc Athenaei loco L. V. c. 9. ὁ δὲ ἱςὸς ἦν αὐτοῖς ἑβδομήκοντα πηχῶν βύσσινον ἔχων ἱςίον, ἁλουργεῖ παρασείρῳ κεκοσμημένον. Certe idem auctor paullo ante dixerat αὐλαῖαι κατὰ τὸν ἀνάπλουν ἁλουργεῖς ἐνεπετάννυντο. Adverso flumine cum navigabatur, aulaea expandebantur purpurea. Praeterea ἱςίον a παρασείρῳ manifeste distinguitur. Ceterum conf. b. Elsneri schediasm. crit. p. 91. et seq. F. ST.

31 ## * ΑΥΛΗ, Aula.

Id nominis interdum subaudiendum post βασιλική. Plene effatus est Chrysost. Orat. ὅτι τὸν ἑαυτὸν μὴ p. 106: Καθάπερ ἐν δεσμωτηρίῳ ταῖς βασιλικαῖς αὐλαῖς ἐναπειλημμένοι. BERNH.

Digitized by Google

* In *βασίλειος* plenam habet formam Herodianus L. V. c. 4. *Ἐν τῇ βασιλείῳ διέτριψεν αὐλῇ.* SCHWEB.

* ΑΥΛΟΣ, Tibia.

Aristophanes Acharn. v. 862:

Ὑμὲς δ', ὅσοι Θείβαθεν αὐληταὶ πάρα,
Τοῖς ὀσίνοις φυσῆτε τὸν πρωκτὸν κυνός.

At vos, qui adestis, Thebani tibicines,
Agite osseis inflate podicem canis.

Ubi Scholiastes: *τοῖς ὀσίνοις, λείπει τὸ, αὐλοῖς. Ὀσίνοις δὲ ἔφη, ἐπεὶ τὸ παλαιὸν ἀπὸ τῶν ἐλαφείων ὀσῶν κατεσκεύαζον τοὺς αὐλούς.* Vid. Hesych. voc. *Κάκτος.* LEISN. Vid. Kusterum ad illum Aristophanis locum. SCHAEF.

ΑΥΡΑ, Aura.

In *ἡ πνέουσα*, spirans, ut Luc. Act. XXVII, 40. *Καὶ ἐπάραντες τὸν ἀρτέμονα τῇ πνεούσῃ*, sc. *αὔρᾳ*. Et levato artemone secundum (aurae) flatum. [Lucianus T. I. p. 769. *ἦν ἅπαξ ἐπιδῷ τῇ πλεούσῃ τις αὐτόν.* Verissime correxerunt *πνεούσῃ.* Legitur ibidem paullo post: *εἰς Κόρινθον.* Al. *Κόρινθόνδε.* bene. Ceterum vid. supra v. *Ἄνεμοι.* SCHAEF.]

* ΑΥΤΟΣ, Ille, Is.

Saepe omittitur, dum a pronomine relativo absorbetur. Ioann. VI, 29: *Τοῦτό ἐστι τὸ ἔργον τοῦ θεοῦ, ἵνα πιστεύσητε εἰς (αὐτὸν) ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος.* Hoc est opus Dei, ut credatis in (eum), quem misit ille. Auctor Demonstrationis chronographicae in Fascic. CP. Combefisii p. 11: *Πολλὰ γὰρ ἡμῖν ἐμελήθη περὶ τοῦ ἐρευνῆσαι ἀκριβῶς (αὐ-* 32
τὰ) περὶ ὧν παρεκάλεσας. Magna enim nobis cura fuit, ut in (ea) diligenter inquireremus, de quibus rogaveras (y). SCHOETTG.

(y) Sunt, qui *ἀσύνδετον* orationem admittunt in hoc Thucydidis loco VII, 57: *Ξυνέβη δὲ τοῖς Ἕλλησι τὴν Γέλαν*

Ῥοδίοις ξυγκτίσαντας, μὴ ξὺν τοῖς ἀποίκοις, ἀλλ' ἐπὶ τοὺς ἀποίκους ἄκοντας μετὰ μισθοῦ ἐλθεῖν. Accidit, ut Cretenses, qui cum Rhodiis Gelam condiderant, non a suis colonis starent, sed contra suos colonos ultro mercede allecti militarent. Ubi ipse Scholiastes τὸ ξυγκτίσαντας pro ξυγκτίσαι poni vult. Sed Thucydidem haud dubie rectius explicant, qui supplendum accusativum αὐτοὺς putant, quia Thucydidis [omninoque hellenismi: cuius syntaxeos plurima exempla excitare possem, si necesse videretur. SCHAEF.] hic mos est, ut dativo iungat accusativum participii sequente infinitivo. Quam in rem plures locos a Dukero vide allatos. Conf. Thucyd. IV, 2. et IV, 30. ubi enallage ista casuum, quam Scholiastes comminiscitur, facile carebimus, si ellipsin alicuius accusativi orationi convenientis admittemus. Verbum ϛηρίξαι apud Thucyd. II, 49. et Homer. Ὀδ. μ. 434. pro consistere, haerere, stare, Gatakerus passive vel reciproce sumi scribit: Stephanus autem in Thesauro neutraliter: sed neutrum ut statuatur opus est, si apud Thucyd. expleamus suppressum accusativum ἑαυτὸν, apud Homerum ἐμαυτὸν etc. Accusativus pronominis αὐ-
33 τὸν, vel ἑαυτὸν, deest etiam in illis locutionibus παῦε μάχης, παῦσε δὲ χάρμης, apud Hesiodum et Homerum. [De his parum caute Heynius ad Iliad. IX. v. 260. Vid. interpretes ad Homer. hymn. in Cerer. v. 351. Epigr. adesp. DCLXI. λῆγε γόων, καὶ παῦε, πόσις. Παῦε item vox celeustae, de qua vid. L. Bos. Observat. Miscell. p. 22. SCHAEF.] Quum praepositio Σὺν absolute ponitur, subaudi αὐτοῖς, vel αὐταῖς, e. g. apud Dionys. Perieg. v. 843. [it. Euripid. Hercul. fur. v. 787. ed. Musgr. Aristo Epigr. I. v. 7. Vid. Abresch. Lect. Aristaen. p. 225. Markland. ad Euripid. Suppl. v. 969. ad Iphig. Taur. v. 1425. SCHAEF.] LEISN.

* Luc. XII, 36: Ἐλθόντος καὶ κρούσαντος, sc. αὐτοῦ. Conf. infra voc. ἐκεῖνος. MICH. Frequentissima haec ellipsis in tali usu genitivi participiorum. Herodotus VIII. c. 69. in. Ταῦτα λεγούσης. c. 94. Ταῦτα λεγόντων. c. 90. in. ὡς προδόντων [a]). Xenophon Anab. VII, 7, 15. Ἐλθόντων δ' ἔλεξε Χαρμῖνος. ubi nollem hanc ellipsin nuper habitam esse pro atticismo. In Phanoclis Eleg. v. 6. scribendum: θαλερὸν δερκομένου Κάλαϊν. Structura autem verborum, cuius ratio Summos Duumviros fefellit, haec est: μελεδῶνες ἔτρυχον αὐτὸν, δερκομένου αὐτοῦ [b]). Qua constructione ne quis offendatur, sciat, sic Graecos saepius solere. Xenophon Anab. V, 2, 24. Μαχομένων δ' αὐτῶν

Digitized by Google

καὶ ἀπορουμένων, θεῶν τις αὐτοῖς μηχανὴν σωτηρίας δίδωσιν. ubi αὐτοῖς Schneiderum videtur offendisse: iniuriâ. Diodorus Sic. Eclog. T. II. p. 506, 64. Πολιορκουμένων δὲ αὐτῶν, ἦλθεν αὐτοῖς βοήθεια. In talibus pronomen utrinque passim abest. Pausanias p. 316. παραιτουμένου τε, οὕτω στρατηγὸν αὐτοκράτορα εἵλοντο. ubi cave παραιτούμενον legas. SCHAEF.

a) Euripides Alcest. v. 86. sq.:

Κλύει τις ἢ στεναγμὸν, ἢ χερῶν κτύπον
Κατὰ στέγας, ἢ γόον, ὡς πεπραγμένων;

Laborat metrum in versu altero. Scribendumne ἢ γῆρυν? Sed praestat, opinor, corrigere ἢ θρῆνον. Hesychius: Θρῆνος. γόος. Sic in Phoeniss. v. 1649. Pors. (1629. Valck.) confusa θρῆνος et γόος. SCHAEF.

b) Eadem ratione explicanda haec. Hom. Il. XVI. v. 531.:

ὅττι οἱ ὦκ' ἤκουσε μέγας θεὸς, εὐξαμένοιο.

Od. IX. v. 256. sq.:

— — ἡμῖν δ' αὖτε κατεκλάσθη φίλον ἦτορ,
δεισάντων φθόγγον τε βαρὺν, αὐτόν τε πέλωρον.

Apollonius Rhod. III. v. 1009. sq.:

— — — ἐχύθη δέ οἱ ἔνδοθι θυμὸς,
αἴνῳ ἀειρομένης, — — —

IV. v. 169. sq.:

— — — — — ἐν δέ οἱ ἦτορ
χαίρει, δερκομένης καλὸν σέλας· —

ut Brunckius perite edidit. Herodotus I. c. 3. τοὺς δὲ, προϊσχομένων ταῦτα, προφέρειν σφι Μηδείης τὴν ἁρπαγήν. SCHAEF.

* Est haec perquam familiaris Ellipsis. Sic Matth. XXI. 7. ἐπεκάθισαν (αὐτὸν) ἐπάνω αὐτῶν. Actor. XIII. 27. κρίναντες (αὐτὸν), ἐπλήρωσαν. Homerus Iliad. I. 349. Ἐν δὲ (αὐτῇ) σκόλοπας κατέπηξεν. Idem I. v. 361. Ἐν δὲ (αὐταῖς) ἄνδρας etc. [Sic inprimis Iones. Vid. Ernest. ad Callim. h. in Iov. v. 84. Ruhnken. Epist. Crit. p. 236. Neque tamen hi soli. Menander fragm. Sicyon., de quo Toupius Emendat. in Suid. T. II. p. 304., Καλὴ μὲν ὄψις, ἐν δὲ δείλαιαι φρένες. SCHAEF.] Romani quoque Graecos secuti, persaepe Pronomen ille omittunt. Cicero ad div. L. V. ep. I. Nunc video

Digitized by Google

illum circumventum, me desertum (ab illis) a quibus minime conveniebat. Horatius L. I. Od. XXXI. 9. Premant Calena falce (illi), quibus dedit Fortuna, vitem. Idem L. IV. Od. IV. 51. Sectamur ultro (eos), quos opimus etc. SCHWEB.

* ΑΥΤΟΥ vel ΕΑΥΤΟΥ.

Multa quidem omissi huius Pronominis exempla Bossius, Leisnerus et Bernholdus suppeditant. Neglectam autem video ellipsin possessivi, cuius, utut frequentissima sit, exempla tamen vel in adolescentum gratiam addenda erant. Vide ergo Matth. X, 37. XIX, 29. Luc. XII, 53. 1 Cor. VII, 7. etc. In novo testamento huius, ut aliorum pronominum possessivorum, ellipsis praecipue obtinet ad *ἀδελφὸς*, *ἀδελφὴ*, *ἀνὴρ*, *γυνὴ*, *υἱὸς*, et alia quaedam, ad quae orientales versiones pronomen supplere discs ex cel. I. B. Michaelis Tract. crit. de var. lect. N. T. p. 58. Sic Diodorus Sic. L. I. p. 16. *κυριεύειν τὴν γυναῖκα τἀνδρὸς*, scil. *αὐτῆς*. Marmor apud Smithum p. 59. *υἱῷ Ζωσίμῳ καὶ ἑαυτῇ καὶ Κορνηλίῳ Εὐτυχιανῷ ἀνδρί*. Plene p. 18. *καὶ τῇ γλυκυτάτῃ αὐτοῦ γυναικί*. Hesiodus Theogon. 338. *φίλου διὰ μήδεα πατρὸς*, et 474. *εἰ δὲ θυγατρὶ φίλῃ μάλα μὲν κλύον*. Dubia interdum res est, omissumne censeri debeat, nec ne: v. c. Actor. I, 14. Caeterum in Dativo etiam casu omittitur *ἑαυτοῖς* in *προσέχειν*. Matth. VII, 15. F. ST.

* ΑΥΤΟΣ.

Relativi huius ad possessionem indicandam adhibiti eadem est ratio. Aelianus XII, 47. *ὕστερον δὲ τὴν γυναῖκα* (*αὐτοῦ*) *ἄκουσαν δορυφόρῳ*. Phocylidis sententia est: *Τί γὰρ ἡδύτερον καὶ ἄρειον, ἢ ὅταν ἀνδρὶ γυνὴ φρονέῃ φίλα γήραος ἄχρι*. Adde Ioh. IX, 8. Matth. XIII, 10. 36. XV, 6. Du-

Digitized by Google

bium est 1 Tim. III, 11. Nec praetermittendus est omissi huius pronominis usus, quem euphonia invexit. Sicut enim innumeris in locis idem casus a duobus verbis ex diversa plane regula eum admittentibus pendet, atque aut post prius supplendus, aut post posterius de novo est repetendus: ita inprimis in Pronominis relativi *αὐτὸς* structura id obtinet. Ubi bis in eodem casu illud ponendum esset, semel tantum exprimitur c), sed ita, ut a duobus verbis, utut vel diversissima ex regula eundem casum adsciscentibus, simul regatur. Regulae huius syntacticae manifesta exempla habes, e. g. Matth. XI, 8. XXVII, 2. Ioh. III, 32. Act. I, 3. X, 27. XVII, 21. 27. 1 Tim. I, 12. IV, 11. Ad eam vero si, quod facile fuisset, attendissent interpretes, non tantopere eos structura Lucae exercuisset, Act. I, 4. *συναλιζόμενος παρήγγειλεν αὐτοῖς.* Vide, quae praeter auctores a Wolfio ad h. l. laudatos disserunt Io. Casp. Santoroccus in Diss. X. ad Act. Ap. et Zornius Opusc. Sacr. T. II. p. 4. 5. sqq. Certe, sive *συναλιζόμενος* (quod omnino synonymum est verbi *συνελθόντες* v. 6.) reddes conveniens, sive congregatus, quod eodem redit, nec *αὐτοὺς*, nec *μετ' αὐτῶν* suppleas, necesse est, sed *αὐτοῖς*, quod post *παρήγγειλεν* adest. Id enim ab utroque verbo pendet: a priore, ob compositionem cum praepositione *σὺν*, aut communem verbi passivi usum; a posteriore vero tanquam a verbo iubendi. Plene igitur reddes: et congregatus cum illis praecepit illis: plane ut Ioh. XX, 22. *ἐφύσησε καὶ λέγει αὐτοῖς*, adflavit illos, et dixit illis. Ita apud Libanium Ep. 382. est: *κινοῦντος δὲ*, scil. *αὐτοῦ*, *εἰ μὴ προσέχεις.* F. S T.

c) Idem tenendum etiam ibi, ubi verba illa duo casus regunt diversos. Dionysius Hal. Ant. Rom. T. II. p. 942. *οἵ τε ἱππεῖς τοῖς ἐκ τῆς Φιδήνης λοχῶσι περιτυχόντες, τρέπουσιν εἰς Φυγὴν, κ. τ. λ.* sub. *αὐτούς.* „Graeci scili-

Digitized by Google

cet, cum verba duo, diversos casus regentia, ad idem nomen aeque referuntur, ne nomen proprium aut pronomen minus suaviter repetatur, in utrovis regimine semel ponunt, altero omisso." Porson. ad Euripid. Med. v. 734. ubi v. exempla. Sic et in Latina lingua. Vid. quae ad Plinii Panegyr. LXXXVI. 3. monuimus. SCHAEF.

* ΑΥΧΗΝ, Cervix.

In *ἀναχλᾶν*. Athenaeus L. XIII. p. 603. *ὡς — καταφιλεῖν αὐτὸν ἀναχλάσαντα*, s. *τὸν αὐχένα*. Homerus Iliad. A. v. 459. *Αὖ ἔρυσαν μὲν πρῶτα*. ubi schol. Gr. *τὸν τράχηλον τοῦ θυομένου ἱερείου*. Plene est apud Aristaenet. L. I. ep. 16. *ἀνέκλασε πρὸς ἑαυτὴν τὸν αὐχένα*. [ad q. l. Abresch. Lect. p. 107. „De vi et usu verbi *ἀναχλᾶν* adi Cl. Dukekerum ad Thuc. VII. p. 460. et Gronov. Lib. IV. Observ. cap. XXII." SCHAEF.] Lucian. T. III. p. 284. *ἀναχλάσας τὸν αὐχένα τῆς Θαΐδος ἐφίλησεν οὕτω προσφυῶς*. Pro *αὐχὴν* Alciphron habet etiam *δέρη*. L. I. ep. XXVIII. *ἐπειρῶ τὴν δέρην ἀνακλάσας κῦσαι*. v. Berglerum ad h. l. cui haec grati debemus. SCHWEB. [quem vide etiam in Praefat.]

B.

ΒΑΔΙΣΙΣ, Incessus, vel Gressus.

Genitivus vocis *βάδισις* intelligi potest in *διὰ ταχείας*, quod est apud Philon. in Flacc. p. 967. [Ἐκ *ταχείας* habet Sophocles Trachin. 395. *ὡς ἐκ ταχείας — — ᾄσσεις*. ubi Musgravius: „Est pro *ἐκ ταχέος*. Vide annotata ad Antig. 1006. quibus adde *ἐξ ἐκουσίας* huius fab. 740." Similia Erfurdtius. SCHAEF.] Accusativus vocis eiusdem una cum praepositione *κατὰ* subauditur in *τὴν ταχίςην*, quod breviter et elliptice dicitur pro *κατὰ τὴν ταχίςην βάδισιν*, celeri gressu. Sic Aelian. Var. Hist. I. 32: *Οἱ δὲ τὴν ταχίςην προςδραμόντες*. Illi vero quum celerrimo accurrissent (gressu). [Xenophon Memor. I, 2, 23. *τὴν ταχίςην ἑαυταῖς τε*

καὶ τῷ σώματι χαρίζεσθαι. Sic Xenophon saepius. Plutarchus Mor. T. I. p. 46. *καὶ μετέωρον αὐτὸν ἀράμενοι, τὴν ταχίζην ἐξοίσομεν.* In Codicibus passim scriptum reperias *τηνταχίζην.* Vid. Wesseling. ad Diodor. Sic. T. II. p. 498. a. SCHAEF.] Comicus in Pluto p. 37. per figuram *ἓν διὰ δυοῖν, τῇ βαδίσει καὶ τῷ τάχει*, incessu et celeritate, dixit pro, *τῇ βαδίσει ταχινῇ*, incessu celeri. Vel, si mavis, intellige vocem *ὁδόν.* Ταχεῖαν ὁδὸν dixit Dionysius Halic. L. VIII. p. 506. [Xenophon Anab. I, 2, 20. *Ἐντεῦθεν ὁ Κῦρος τὴν Κίλισσαν εἰς Κιλικίαν ἀποπέμπει τὴν ταχίζην ὁδόν.* SCHAEF.]

* ΒΑΚΤΗΡΙΑ, Baculus.

In *ἡ καμπύλη*, (baculus) retortus. Alciphr. epist. III. 3. p. 280. et III. 43. p. 368. SCHOETTG.

ΒΑΣΙΛΕΙΑ, Regnum. 34

Pausan. Messen. p. 305. *πέμπτῳ δὲ ἔτει τῆς Ἀριζοδήμου*, sc. *βασιλείας.* [Hoc nomen excidisse putat Kuhnius: cui vix repugnem. Ibidem p. 315. fin. *Λεωτυχίδης δὲ μετὰ Δημαράτου βασιλεῦσαι φαίνεται τοῦ Ἀρίζωνος.* ubi non probo rationem Sylburgii: „Subaud. *τὴν βασιλείαν*, ut supra c. 11. *πέμπτῳ ἔτει τῆς Ἀριζοδήμου.*“ Pausanias saltem *μετὰ τὴν Δ.* scripsisset. Sed corrigendum *μετὰ Δημάρατον — τὸν Ἀρ.* quod etiam Facio placet. SCHAEF.]

* In *μεθιζάνειν* sub. *ἀπὸ τῆς βασιλείας*: qua notione occurrit apud Polybium T. I. p. 408. et p. 485. 11. Actor. c. XIII. v. 22. coll. Wolf. ad h. l. Porro in *ἐκδέχεσθαι*, quoties absolute ponitur. Sic Herodot. L. I. c. 16. *Ἐξεδέξατο Σαδυάττης καὶ ἐβασίλευσεν.* Plene idem habet L. I. c. 25. *Ἐξεδέξατο βασιλείαν Κροῖσος.* SCHWEB. Aliter Dionys. Hal. Ant. Rom. T. II. p. 934. *Παρὰ δὲ τούτων τῶν ἀνδρῶν ἐκδέχονται τὴν ὕπατον ἀρχὴν κ. τ. λ.* SCHAEF.

* ΒΑΣΙΛΕΥΣ, Rex, vel Imperator.

In nominibus Regum vel Imperatorum. Auctor demonstrationis chronogr. p. 2: Τὰ *τείχη τὰ πρὸς θάλασσαν ἀνακαινίζονται ἐπὶ Τιβερίου Ἀψιμάρου*, scil. *βασιλέως ὄντος*. Muri maritimi instaurantur Tiberio Apsimaro (Imperatore). Sic p. 7: *Ἀρδαβούριος στρατηγὸς ἐπὶ Λεόντος τοῦ πάνυ*. Integre occurrit p. 22: *ἐπὶ Ἀναστασίου βασιλέως*. Et in prologo Siracidae: *ἐπὶ τοῦ Εὐεργέτου βασιλέως*. SCHOETTG.

Sic etiam Herodotus L. II. c. 137. *Ἐπὶ Σεσώστριος βασιλέος*. Pro Substantivo *βασιλέως* idem saepius habet participium *βασιλεύοντος*. L. I. c. 65. *ἐπὶ Λέοντος βασιλεύοντος*. vel etiam *τυραννεύοντος*. L. I. c. 15. *Ἐπὶ τούτου τε τυραννεύοντος*. SCHWEB.

Chariton p. 119. extr. *παρὰ τοῦ Αἰγυπτίων*. s. *βασιλέως*. Vid. Dorvill. ad h. l. p. 610. Sic Schol. ad Lucian. T. I. p. 530. a. *Κύρου τοῦ Περσῶν*. ubi vid. T. H. SCHAEF.

* ΒΕΒΗΚΩΣ.

Vid. infra ad v. *Ἐξώς*. SCHAEF.

* ΒΕΛΟΣ, Telum.

In *βάλλειν* absolute posito apud Onosandrum c. XVII. quam ellipsin in alia phrasi exprimit *ἐκτοξεύειν τὰ βέλη*. In *ἰέναι*. Homerus Iliad. P. v. 515. Sophocl. Ai. v. 154. In *ἀφεῖναι*. Themistius Orat. I. p. 16. Possit etiam in eiusmodi pro contextus ratione *ἔγχος*, vel *ἀκόντιον* subaudiri, quas voces saepe expressas invenimus. SCHWEB.

* ΒΗΜΑ, Gressus, passus.

In *ἴσα, μεγάλα, ἁβρὰ βαίνειν*, s. *κατὰ βήματα*. Homerus Iliad. Γ. v. 22. *μακρὰ βιβῶντα*. Plene apud Xenophont. L. VII. K. Π. c. V. 3. *ὀλίγα*

Digitized by Google

βήματα προϊόντες. In *ἐν ἴσῳ.* Xenophon L. I. K. A. c. VIII. 8. *ἐν ἴσῳ (βήματι) καὶ βραδέως προσήεσαν.* SCHWEB.

Βῆμα post verbum *βαίνω* ante adiectiva pluralia neutra; ut: *μεγάλα βαίνειν*, de incessu superbo; *ἁβρὰ βαίνειν*, de molli; et *ἴσα βαίνειν*, de aequali. Scapula sub *βαίνω.* MICH.

Euripides Troad. v. 826. sq. ed. Musgr. *ὦ χρυσέαις Εἰν οἰνοχόαις ἁβρὰ βαίνων.* ubi vereor ne argutiam captaverit Hemsterhusius ad Lucian. T. I. p. 211. b. Similis locus eiusdem fabulae v. 510. *Ἄγετε τὸν ἁβρὸν δή ποτ' ἐν Τροίᾳ πόδα.* Hesychius: *Ἁβρὰ βαίνων. τρυφερόβιος.* SCHAEF.

* ΒΙΒΛΙΟΝ.

Aeque ac *βίβλος* omissum videas in numeris. Sic Steph. Byz. in v. *Ἀρεῖος πάγος* scribit *ἐν τῷ περὶ θεῶν ἐννάτῳ.* mox vero *ἐν Ἀτθίδος δευτέρῳ βιβλίῳ.* Vide etiam v. *Ἀρχὰς*, *Ἀρχη*, κ. λ. Sic et Athenaeus L. IX. p. 392. *Εὔδοξος ἐν πρώτῳ γῆς περιόδου.* F. ST.

In variis adiectivis absolute positis subauditur v. *βιβλίον* vel *βιβλία.* E. g. in *χρονικὰ*, *τακτικὰ*, *στρατηγικὰ*, *ἁλιευτικὰ*, *κυνηγετικὰ*, *χρυσοποιϊκὰ*, *πολιτικὰ*, *βουκολικὰ*, *γεωργικὰ*, *θηριακὰ*, *ἰξευτικὰ*, *ἀλεξιφάρμακα*, cet. *Στρατηγικὰ βιβλία* habet Aelianus Tact. c. I. In citationibus quoque scriptorum vel *βίβλος*, vel *βιβλίον* commode potest subaudiri, prouti Articulus vel in masculino genere, *ἐν τῷ*, vel in feminino genere, *ἐν τῇ*, positus reperitur. V. Harpocration in v. *Νίκη Ἀθηνᾶ.* Possit in eiusmodi etiam subaudiri *συγγράμματα*, *ᾄσματα*, *ἔπη*, *παραγγέλματα*, prouti contextui vel materiae est convenientius. Quod enim Grammaticorum quidam negant subaudiri posse *τὸ βιβλία*, facile confutare potest locus Aeliani paullo ante allatus. SCHWEB.

ΒΙΒΛΟΣ, Liber.

Ellipsis vocis *βίβλος* frequens est. E. g. *ἐν τῇ πρώτῃ, δευτέρᾳ, τρίτῃ* etc. sc. *βίβλῳ*. Laert. X, 11: *Διοκλῆς δὲ ἐν τῇ τρίτῃ τῆς Ἐπιδρομῆς φησί.* Diocles tertio (libro) brevis Pertractationis dicit (a). [Stephanus Byz. v. *Ἀσβύζα*: *Καλλίμαχος Αἰτίων πρώτῃ.* Frustra Bentleius ad Fragm. Callim. XIII. corrigit *πρώτῳ*. SCHAEF.]

* Ad verbum *ἐντυγχάνειν*, ubi legere significat. Qui quidem vocis usus paullo est rarior. Usurpavit tamen Georgius Laschárius in epigrammate in SS. Libros, quod inscribitur: *Γεωργίου Λασχαρίου τοῦ Βυζαντίου πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας*, ad Lectores. Id autem ipsum *ἔλλειψιν* habet: dicitur enim pro: *ἐντυγχάνειν τῷ βιβλίῳ* sive *βίβλῳ*. In libro autem esse, quid est, quam legere? Ut Horatius loquitur: Totus in illis, sc. sum, i. e. sum occupatus, versor. Et Iustinus Martyr *παραιν. πρὸς Ἕλλ.* pleno sermone dicit: *Ἴσασιν οἱ ἐντυγχάνοντες τοῖς ἔπεσι τούτοις.* ad verbum quidem: qui sunt in fabulis istis; rectius autem: qui legunt istas fabulas. Item p. 39: *ὧν ταῖς προφητείαις ἐντυχών.* BERNH.

* Malim exemplum Herodiani L. I. c. I. §. 4. *ὑπὸ νεαρᾷ δὲ τῇ τῶν ἐντευξομένων μνήμῃ.* coll. L. IV. c. XII. §. 12. et L. IV. c. X. §. 11. SCHWEB.

* Scholiastes ad Sophocl. Electr. v. 539. *ταῦτα δέ ἐστι τὰ ἠθικὰ καὶ χρήσιμα ἡμῖν τοῖς ἐντυγχάνουσιν.* Piene in Hesychii Epist. ad Eulogium: *ὁ τοῖς βιβλίοις ἐντυγχάνειν προαιρούμενος.* SCHAEF.

(a) Item in *ἡ πεντάτευχος*, [it. *ὀκτάτευχος*. Sed in his rectius subaudias *σύνταξις*; nam ipsum nomen *τεῦχος* librum significat. Moeris p. 371. *Τεῦχος, τὸ ἀγγεῖον, Ἀττικῶς. τὸ δὲ βιβλίον λέγουσιν Ἕλληνες.* SCHAEF.] et aliis talibus (b). SCHOETTG.

(b) In titulo libri Epicteti *Ἐγχειρίδιον* subauditur *βιβλίον*, aut *πινακίδιον*, aut simile. Nam *Ἐγχειρίδιον* vocatur, quicquid ad manum est, et in usum promptum et

Digitized by Google

obvium. Ut ἐγχειρίδια dicuntur instrumenta quaevis, [Ammonius p. 112. Πήρα δὲ, τὸ ἰατρικὸν ἐγχειρίδιον. SCHAEF.] et vasa, quae parata et ad manum semper sunt; utque ἐγχειρίδια dicuntur pugiones, qui militibus ad manum semper sunt: ita ἐγχειρίδια quoque *βιβλία* dicuntur, quae in promtu ob utilitatem esse debent, et ob brevitatem possunt. Teste Gellio iu Praef. quidem *πινακίδιον* breviariis huiusmodi titulum fecerunt. Deest etiam *βιβλίον* in *πρόχειρον νόμων* Harmenopuli. Ratio denominationis, quod compendiose, quae ad leges pertinent, tractat, et quod, quae iis continentur, *πρόχειρα* esse omnibus debent. Nec dubium esse potest, interdum in *παλίμ-* 36
ψηστον, vel *παλίμψαιστον* deesse *βιβλίον*, quum id diserte addat Plutarchus alicubi, [Mor. T. IV. p. 125. ἀλλ' εὗρε Διονύσιον, ὥσπερ βιβλίον παλίψηστον, ἤδη μολυσμῶν ἀνάπλεων. SCHAEF.] ut Stephanus in Lex. habet. LEISN.

ΒΙΟΣ, Vita.

Frequens quoque et elegans est Ellipsis accusativi *βίον*, in verbis quibusdam, ut in διάγειν, διαφέρειν, τελευτᾶν, καταστρέφειν, ἐπιλείπειν, ἐκλείπειν, ἀποψύχειν, ἐκπνεῖν (c), et similibus. Sic διάγειν ἐν εἰρήνῃ, peragere in pace, Aelian. Var. Hist. III. 18. quam Ellipsin Persius Sat. V. v. 137. imitatus, dixit:

— — — Digito terebrare salinum
Contentus perages.

i. e. perages vitam. [Vid. Villoison. ad Longum p. 209. SCHAEF.] Additur in Epist. 1. ad Timoth. II. v. 2: Ἵνα ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν, ut tranquillam et quietam vitam degamus (d). Euripides Rheso v. 982: Ἄπαις διοίσει, sine liberis vitam deget. Ἤμελλε τελευτᾶν, moriturus erat, pro τελευτᾶν τὸν βίον, [vid. F. Stosch. ad Elsneri Commentar. in Evang. Matth. T. I. p. 62. SCHAEF.] apud Lucam Evang. VII, 2. nam τελευτᾶν proprie nihil aliud est, quam finire. Plene Euripid. Hecub. 419: ποῖ τελευτήσω βίον; (e) Plato de Legibus: Ἐπιλιπόντων τῶν κληρονόμων, mortuis haeredibus; supple, τὸν βίον. Lu-

Digitized by Google

cianus alibi plene dixit: *καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν ἐξέλιπε τὸν βίον.* Et octoginta annorum homo vita excessit. [Lucianus T. III. p. 222. *ἀποσχόμενος αὖθις τροφῆς, ἐξέλιπε τὸν βίον.* ubi vid. Maium. Diodorus Sic. I. c. 58. *ἐκ προαιρέσεως ἐξέλιπε τὸν βίον.* Aliter defectum explet idem XX. c. 71. *τινὲς δὲ ἀγχόνῃ τὸ ζῆν ἐξέλιπον.* et in Excerpt. T. II. p. 566. *νομίσασα δι' ἀμέλειαν αὐτὸν ἐκλελοιπέναι τὸ ζῆν.* SCHAEF.] (f) Κατέξρεψε absolute pro *κατέξρεψε τὸν βίον*, vitam finiit, apud Aelian. L. III. c. 4. VIII, 17. VI, 12. et alios. Additur illud *βίον* apud Dionys. Halic. L. VI. p. 318:
37 *τὸν βίον κατέξρεψε.* [Apollodorus Bibl. III, 7, 3. *Τειρεσίας, ἀπὸ ταύτης πιὼν, αὐτοῦ τὸν βίον κατέξρεψε.* Aelianus de Nat. Anim. XIII. c. 21. *Οὗτος γὰρ μετὰ μικρὸν τὸν βίον κατέξρεψε.* Phalaris LXXXI. extr. *οὕτω καταξρέψαι τὸν βίον.* Sic et *καταξροφή.* Elliptice Dionysius Halic. Ant. Rom. T. III. p. 1361. *οὐ μὴν εὐτυχοῦς γε διὰ ταῦτα καταξροφῆς ἔτυχε.* Plene Diodor. Sic. I. c. 58. *δόξας τῇ μεγαλοψυχίᾳ τῶν πεπραγμένων ἀκόλουθον πεποιῆσθαι τὴν τοῦ βίου καταξροφήν.* Vid. Toup. Emendat. in Suid. T. II. p. 453. (coll. Valcken. Phalarid. p. XX. et Porson. ad Toup. p. 486.) SCHAEF.] Sic et in *ἀποψύχειν.* [Alciphron p. 450. *ἠπιάλῳ συσχεθεὶς, εἰς τὴν ἕω ἀπέψυξε. καὶ ὁ μὲν ἐκτάδην κεῖται, κ.τ.λ.* quem locum si in promtu habuisset Toupius, mirarer ni admovisset ad illud Longini XLII. *τὰ ἐκτάδην ἀπόψυχα.* SCHAEF.] (g) Sophocles enim plene dixit, *τὸν βίον ἀποψύχειν*, et Euripides, *βίον ἐκπνεῖν*, in Oreste, v. 496:

Ἐπεὶ γὰρ ἐξέπνευσεν Ἀγαμέμνων βίον.
Postquam enim Agamemnon exspiravit vitam.

(c) *Διαλλάττειν.* Vide Harpocrationem in *Διήλλαξεν. ἐκψύχειν*, Actor. V, 5. 10.; *τελεῖν*, Paeanius VII, 4. 6.; *διατελεῖν*, Herodianus I, 4. 12. Aelianus Var. Hist. II, 41. p 145. SCHOETTG.

* Item *μεταλλάττειν*, coll. Scapula. MICH.

Digitized by Google

* Ita apud Aeschin. Dial. III. de Morte: Τῇ μετὰ τὴν εὐχὴν νυκτὶ μετήλλαξεν, subaudi τὸν βίον. Et paullo post: ὁ θάνατος οὔτε περὶ τοὺς ζῶντας ἐσὶν, οὔτε περὶ τοὺς μετηλλαχότας. Addit Herodian. III, 15, 18. IV, 4, 7. LEISN. Aliter Diodorus Sic. XVIII. c. 56. Ἀλεξάνδρου μεταλλάξαντος ἐξ ἀνθρώπων. ubi cf. Wesseling. SCHAEF.

(d) Et ab Isocrate: Μετὰ τοιαύτης ψυχῆς ἥδιον ἄν τις τὸν βίον δύναιτο διάγειν. BERNH.

(e) Et Isocrates in Panegyr. p. 122: Ἐπονειδίςως τὸν βίον ἐτελεύτησε. BERNH.

* Item Paean. X. c. 3: καὶ τελευτᾷ τὸν βίον. it. I, 2. II, 14. V, 6. VII, 6. MICH.

(f) Adde Budaeum Comm. L. Graec. p. 609. Imitatur autem Ellipsin ex Latinis Tacitus Annal. VI, 51, 9: „Sic Tiberius finivit, octavo et septuagesimo aetatis anno." SCHOETTG. Plene Iustinus X. c. 3. extr. vitam pariter cum Persarum regno finivit. Vid. Arntzen. ad Dionys. Cat. Disticha p. 97. SCHAEF.

* Ita ἀπελθεῖν saepe κατ' εὐφημισμὸν pro mori usurpatur per ellipsin ἐκ τοῦ βίου, vel ἐκ τοῦ ζῆν, vel ἐξ ἀνθρώπων. Notum est, Latinos eodem sensu abire et discedere sumere. LEISN. 38

* Quibus addi possunt ἀποφοιτᾶν, ἀποβαίνειν, ἀποίχεσθαι. Sic Onosander c. XXXVI. πρὸς τοὺς ἀποιχομένους εὐσέβεια. Plene Epigrammat. L. I. 1. ἀποιχόμενος βιότοιο. In ἐπὶ δυσμαῖς εἶναι apud Aelianum L. II. V. H. c. 34. Plene habent Hesychius, Suidas. Aristoteles de Poet. c. XXI. ἐρεῖ τοίνυν — ἐσπέραν βίου, ἢ, ὥςπερ Ἐμπεδοκλῆς, δυσμὰς βίου. Quod ad τὸ ἐκλιπεῖν attinet, absque v. βίον, ἐλλιπῶς poni negat Henr. Stephanus in Thesauro Gr. L. T. I. p. 735. [Fallitur. Apollodorus de Menandro in Gellii Noct. Att. XVII. c. 4.: Ἐξέλιπε πεντήκοντα καὶ δυεῖν (sic Ms. Franequ.) ἐτῶν. (Obiter moneo, Oiselium illic optime dedisse ἔκ τε Δ. π. frustra repugnante Gronovio. Minus recte Valckenarius Diatr. in Euripid. Rel. p. 10. ἔκ γε Δ. π.) Eustathius ad Odyss. p. 1932, 12. (p. 792, 43.) ὅθεν καὶ Ἄρτεμις, ἐκλείποντος Ἱππολύτου παρ' Εὐριπίδῃ, ὑποχωρεῖ. Add. Fischer. ad Palaeph. p. 108. SCHAEF.] Ἀποψύχειν τὸν βίον plene occurrit apud Sophoclem in Aiac. Flag. v. 1656. In ἐκπνεῖν commodius ac naturae convenientius subaudiri possit πνεῦμα: quemadmodum occurrit apud Matth. c. XXVII. v. 50. ἀφῆκε τὸ πνεῦμα. Ioh. XIX. v. 30. παρέδωκε τὸ πνεῦμα. Homerum Il. Δ. v. 524. Θυμὸν ἀποπνείων. Graecorum more etiam Latini

Digitized by Google

ἐλλιπῶς habent exspirare. Virgil. Aen. L. I. v. 48. pro quo plene idem L. XI. 883. Confixi exspirant animas. Cicero Tuscul. disp. L. II. c. 8.

Frendens efflavit graviter extremum halitum.

Βίον vero exprimit Virgil. Aen. L. II. v. 562. Vitam exhalantem. In ἐξάγειν ἑαυτὸν, manus violentas sibi inferre, sub. βίου. Suppleta vox legitur apud Diogenem Laert. L. VII. 130. ἐξάγειν ἑαυτὸν τοῦ βίου. SCHWEB. Ἐλλιπῶς Scholiastes ad Lucianum T. III. p. 222. a. Ἑαυτὸν λιμῷ ἢ ἀγχόνῃ ἐξάγων. SCHAEF.

(g) Luc. XXI, 26. Sic ἐξέπνευσε. Marc. XV, 37. Luc. XXIII, 46. MICH.

* BIOΣ, Victus, sive, quae ad vitam sunt necessaria.

Id vocabulum addendum ad dictionem *οἱ ἔχοντες*, et *οἱ μὴ ἔχοντες*; Euripides probat in Hel. v. 440:

— — — Ἐκ δὲ μὴ 'χόντων βίον
Οὐδ' εἰ θέλοιεν ὠφελεῖν ἔχοιεν ἄν.

— Qui ipsi destituuntur vitae necessitatibus, Neque alios, etiam si velint, adiuvare poterunt.

Quam supplendi rationem ego praeferendam censeo clariss. Bos opinioni, *τὸ χρήματα* addentis. Cum enim eius ἐλλείψεως fundamentum non adduxerit ille, probabilior erit, quae auctorum graecorum exemplis constat. BERNH.

* Non est, quod Bosii sententiam in *ἔχειν τὰ χρήματα* deseramus. Plenam formam habet Marc. c. X. 23. *οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες*, et Luc. c. XVIII. 24. SCHWEB.

* ΒΛΑΣΤΗΜΑ, Germen.

Βλάστημα, in Apocal. IX, 4: *πᾶν χλωρόν*. MICH.

* ΒΛΑΣΦΗΜΟΣ, Blasphemus.

Βλάσφημος, in Matth. XII, 32: Καὶ ὃς ἂν εἴπῃ λόγον. MICH.

Digitized by Google

* ΒΛΕΜΜΑ, Vultus.

In adiectivis variis ἐλλιπῶς cum βλέπειν iunctis, e. g. πραέα, ἀμυδρὸν, δεινὸν, τιτανῶδες, ὀξὺ, δριμὺ βλέπειν; subauditur βλέμμα cum Praepositione κατά. Sic Homerus Iliad. A. v. 105. κάκ' ὀσσόμενος. Expressum nomen habet Herodianus L. IV. c. V. §. 17. βλέμματι δριμεῖ ἀφορῶν. Graecam formam saepe exprimunt Latini Poetae. Virgilius L. VI. Aen. 467. Torva tuentem Lenibat dictis animum. Pro quo Latina eaque plena locutione Ovidius L. V. Metam. v. 92. Ille tuens oculis immitem Phinea torvis. SCHWEB. Homerus Il. B. v. 269. ἀχρεῖον ἰδών. ubi vid. Clark. [cuius Valckenariique (Adnot. Crit. in N. F. p. 344.) Collectaneis accedant haec: Timocles Athenaei T. II. p. 361. Ἄρη βλέπων. Longinus XV. βλέπουσιν Ἐριννύας. Epigr. adesp. CX. νηλιποκαιβλεπέλαιοι.] Aeschylus Suppl. v. 213. sq. ed. Sch. mai. ex praeclara eximii Critici (Supplem. ad Praefat. in Euripid. Hecub. p. XXXVI.) emendatione:

τὸ μὴ μάταιον δ' ἐκ μετωποσωφρόνων
ἴτω προσώπων ὄμματος παρ' ἡσύχου.

Plene Alciphron p. 116. πῶς οὖν τακερὸν βλέπεις βλέμμα —. ubi non audiam Berglerum βλέμμα pro spurio habentem. Possis item βλέπος, nomen Atticae dialecti proprium, (v. Gregor. de Dial. p. 17.) subaudire. Conf. Porson. l. c. — Referas huc Alciphronis illud III. 3. χαλάσας τὸ βαρὺ καὶ ἀμειδές. nisi μέτωπον subaudire malis, memor Aristophanei Vesp. v. 655. χαλάσας ὀλίγον τὸ μέτωπον. SCHAEF.

ΒΟΗΘΕΙΑ, Auxilium.

Huius vocis accus. deest nonnunquam post τὸ ἐπαρκεῖν τινι, suppeditare alicui. Theocr. Idyll. XXVI: ἐπαρκεῖν τέκνοις. 1 Tim. V, 10: εἰ 39
θλιβομένοις ἐπήρκεσεν. [ad q. l. Kypkius: „Quum ἐπαρκεῖν proprie notet, largiri, suppeditare,

et cum casu quarto iungi soleat, ut in hoc Iosephi ant. L. VIII. c. II. p. 264. *ταῦτ' οὖν ἡμῖν ἐπάρκεσον*: ubi sine hoc casu vox ponitur, supplere potes *τὰς χρείας*, necessitates, aut simile quid." Saepius sufficit subaudiri *τὶ*, *τινά*. Sic Xenophon Mem. I, 2, 60. *πᾶσιν ἀφθόνως ἐπήρκει τῶν ἑαυτοῦ*. SCHAEF.]

* ΒΟΛΗ, Iactus.

In formula *ἐντὸς βέλους εἶναι* apud Arrianum I. p. 7: *οἱ δὲ ὡς ἐντὸς βέλους* (scil. *βολῆς*) *ἐγένοντο*. Illi vero quum intra teli (iactum) essent. Et p. 17: *Καὶ οἱ μὲν ἀμφὶ τὸν Γλαυκίαν εἴσω βέλους παρελθεῖν οὐκ ἐτόλμων*. Glaucias vero, et qui cum illo erant, non audebant intra teli (iactum) pervenire. Adde eundem Lib. II. p. 146. [Xenophon Cyrop. III, 3, 69. *παρηγγύησεν ἐπὶ πόδα ἀνάγειν ἔξω βελέων*. Mox: *Ὡς δ' ἔξω βελέων ἐγένοντο*, *κ. τ. λ.* Diodorus Sic. XX. c. 6. *ταῖς γὰρ ἐσχάταις τῶν Ἀγαθοκλέους* (*νεῶν*) *αἱ πρῶται τῶν Καρχηδονίων ἐνέβαλλον, ἐντὸς βέλους οὖσαι*. Mox: *εἶθ' οἱ μὲν Καρχηδόνιοι πρύμναν ἀνακρουσάμενοι, μικρὸν ἔξω βέλους ἐφώρμουν*. Lucianus T. I. p. 251. *αἱ δὲ Μοῦσαι διὰ τί σοι ἄτρωτοι, καὶ ἔξω βελῶν εἰσίν*; Similiter Xenophon Cyrop. I, 4, 23. *ἐντὸς γιγνόμενον ἤδη τοξεύματος*. Sic intelligendum in Plutarchi Vita Agesil. T. III. p. 639. ed. Reisk. *ἐντὸς Φιλήματος*. Milites ibi de osculo militariter iocantur. Praecessit enim: *τῇ Φυγῇ τοῦ Φιλήματος*. Sequitur: *ἐγὼ γάρ μοι δοκῶ τήναν τὰν μάχαν τὰν περὶ τοῦ Φιλάματος ἄδιον ἂν μάχεσθαι πάλιν*, *κ. τ. λ.* uti edendum erat. Cf. Meletem. Crit. I. p. 60. SCHAEF.] Integre *βελῶν βολαὶ* leguntur 2 Maccab. V, 3. Sic ex Latinis extra teli iactum dixit Curt. III, 10, 1. procul teli iactu, id. IV, 3, 8. SCHOETTG.

* BOTANH, Herba.

Subaudiendum est in **Κενταύρειος**, vel **Κενταυ-**

Digitized by Google

ρεία. Qua ratione et Latini Centauream, i. e. herbam a Chirone Centauro sic dictam, ponunt. Plin. XXV, 6. Forte etiam in *πανάκεια*, in *ὀνόχειλος*, quae est Anchusae species, et in *οἰνοῦττα*, quae est herba, qua gustata corvi et canes inebriantur. Plene *οἰνοῦττα βοτάνη* est apud Athenaeum X. p. 429. Vid. Aelian. Var. Hist. II, 40. Spanhem. ad Aristophanis Plut. 1122. LEISN.

* In variis herbarum speciebus, e. g. *Λυσιμάχιον*, *Ἀβρότονον*, *Ἄκανθος*, *Ἀδίαντον*, *Ἀλθαία*, *Μαλάχη*, *Πανάκεια*, *Νηπενθὴς*, aliisque *τὸ Βοτάνη* subauditur: ad quam subintellectam vocem Adiectiva, saepius in diverso genere eiusmodi Substantivis iuncta, respiciunt. v. Sanctii Minerv. L. IV. c. 4. p. 583. SCHWEIG.

ΒΟΤΛΕΤΤΗΡΙΟΝ, Consilium.

In *τὸ κοινὸν* deest *βουλευτήριον*. Thucyd. L. II. p. 91: — *οὐ προσεδέξαντο αὐτὸν ἐς τὴν πόλιν, οὐδ' ἐπὶ τὸ κοινόν.* ubi Scholiastes: *τὸ κοινὸν*] *βουλευτήριον δηλονότι* (h).

(h) *Συνέδριον* supplet Aristides Serm. Sacr. IV. p. 614. quod eodem recidit. Vide, quae notat Olearius ad Philostratum de vita Apollon. IV. 5. et Andr. Morellius in specimine univ. rei monetariae antiquae p. 26. sq. SCHOETTG.

ΒΟΤΛΗ, Consilium.

In *ἡ σύγκλητος*, quod saepius apud Herodianum, supprimitur *βουλή*. Plenius *τὴν σύγκλητον βουλὴν* dixit Aelian. Var. Hist. III, 17. q. d. coetum senatorum convocatum: nam *ἀπὸ τοῦ συγκαλεῖν*, a convocando, *σύγκλητος* dicitur. [Sic Inscriptiones habent nunc, *Ἔδοξε τῇ Συγκλήτῳ καὶ τῷ Δήμῳ*, nunc, *Ἔδοξε τῇ Βουλῇ καὶ τῷ Δήμῳ*. Conf. Valckenar. Epist. ad Roeverum p. LXX. Aliter, ut poeta, explet Sophocles Antig. v. 159. sq. *ὅτι σύγκλητον τήνδε γερόντων Προὔθετο λέσχην.*

Digitized by Google

de q. l. obiter magnus Interpres ad Lucianum T. I. p. 483. a. SCHAEF.]

Βουλὴν, in ἐς μίαν, ut apud Homer. Iliad. B. v. 379. [Conf. Fischer. ad Weller. III. 1. p. 254. SCHAEF.]

Εἰ δέ ποτ' ἔς γε μίαν βουλεύσομεν —
Si quando in unum (consilium) consultabimus.

* De hoc similibusque egregii Duumviri, Iacobsius ad Epigr. adesp. CCCXCVIII. v. 6.: „Ἐς μίαν — per se iunctim, simul, significat, ut apud Homer. Ἰλ. β. 379. εἰ δέ ποτ' ἔς γε μίαν βουλεύσομεν. Aelian. Hist. An. V. 9. εἰς μίαν νοεῖν καὶ τὴν αὐτήν. Meleag. Ep. CXXVIII. 13. ἐπεὶ καὶ Μοῦσαν Ἔρωτι Καὶ Χάριτας Σοφίᾳ εἰς μίαν ἁρμόσαο. Cf. Abresch. in Auct. ad Thucyd. p. 368." [qui excitavit Thucydideum V. c. 111. extr. μιᾶς πέρι καὶ ἐς μίαν βουλήν.] Huschkius Anal. Crit. p. 53.: „Graeci utrumque dixisse videntur, εἰς ἕνα et εἰς μίαν τινὶ v. c. ἁρμόττεσθαι, καθεύδειν, ratione habita subiecti praecedentis. De forma communi εἰς ἓν nemo dubitat. Masculini generis exemplum occurrit apud Theocrit. Eid. XX. 37.

Ἐνδυμίων δὲ τίς ἦν; οὐ βωκόλος; ὃν γε Σελάνα
Βωκολέοντα φίλασεν· ἀπ' Οὐλύμπω δὲ μολοῖσα
Λάτμιον ἂν νάπος ἦλθε, καὶ εἰς ἕνα παιδὶ κάθευδε.

Magna hic est Criticorum dissensio. Scaliger εἰς ἓν corrigit, quod versum enervat: D. Heinsius εἰς ἅμα, quod placet Valckenario: alii εἰς ὁμὰ, Brodaeus denique εἰς ϛόμα hinc effecit, in quo reconditi aliquid inesse debet, quod equidem non assequor. Reliquum est, ut vulgatam revocemus; de quo nunc viderint alii." SCHAEF.

* In ἐπιλαμβάνεσθαι. Palaephatus περ. δ: Ἱπποτροφεῖν οὗτος ἐπελάβετο, pro οὗτος ἐπελάβετο τὴν βουλὴν τοῦ ἱπποτροφεῖν, consilium cepit equorum alendorum. BERNH. Infeliciter fabricata Ellipsis: quo nomine Bernholdum iam Fischerus Ind. ad Palaeph. reprehendit. Ipse vir

Digitized by Google

doctissimus ad l. c. p. 36. a. „ἐπιλαμβάνεσθαι, inquit, dicuntur eleganter omnino ii, qui aggrediuntur et instituunt aliquid facere.“ Hanc elegantiam, de qua H. Stephanum nihil monuisse queritur, vellem certis exemplis demonstrasset: nam Palaephateum corruptum est, scribendumque *ἱπποτροφεῖν οὗτος ἐπεβάλετο.* Quod si forte confugere voluisset ad Diodoreum Excerpt. T. II. p. 573, 5. *τὸ κατὰ τὴν Ἐλυμαΐδα τέμενος τοῦ Διὸς συλᾶν ἐπιλαβόμενος*, monuissem ut inspiceret Wesselingii Addenda, ubi Vir Summus, „Ordo et sententia verborum, inquit, postulant sibi *ἐπιβαλόμενος.* Ita Lib. XVIII, 50. *τῶν ἐν ἐξουσίαις ὄντων ἰδιοπραγεῖν ἐπιβαλλομένων.* et C. 64. p. 305. *καὶ διαγωνίζεσθαι πρὸς τοὺς ἐπιβαλλομένους πολιορκεῖν τὴν Φρουράν.* ut insuper adiungam haec a librariis confundi saepe, non opus videtur. Conf. L. XVIII, 4. p. 260.“ L. I. c. 3. *τῶν ἱζοριογράφων οὐδεὶς ἐπεβάλετο αὐτὰς μιᾶς συντάξεως περιγραφῇ πραγματεύσασθαι.* Mox: *τοῖς μὲν γὰρ ἐπιβαλλομένοις διεξιέναι τὰς τῶν τοσούτων συγγραφέων ἱζορίας κ. τ. λ.* L. XVI. c. 21. *ἐπεβάλοντο πολιορκῆσαι τὴν τῶν Βυζαντίων πόλιν.* L. XVII. c. 47. *τοῦτον ἐπεβάλετο κύριον ἀναγορεῦσαι τῆς πόλεως.* c. 73. *οὗτος δ' ἐπεβάλετο μὲν ἀθροίζειν κ. τ. λ.* ubi Cod. item vitiose *ἐπελάβετο.* Add. Meletem. Crit. I. p. 103. sq.*) Quintus Maecius III. v. 5. *μάτην ἀρνεῖσθ' ἐπιβάλλῃ.* SCHAEF.

Βουλῇ, in *κοινῇ*, [si quidem de consilio sermo est. Sed omnino in talibus praeferenda ratio Musgravii, de qua vid. supra v. *Ἀρχή.* SCHAEF.] ut Xenoph. *Κύρ. παιδ.* I. 33: *Ἃ χρή σε κοινῇ σὺν Κυαξάρῃ σκοπεῖσθαι:* quae communi (consilio) cum Cyaxare deliberare te oportet. Idem Lib. II. c. 23: *Σκοπεῖν δ' ἀξιῶ κοινῇ καὶ σὲ καὶ ἐμέ:* deliberandum esse communi (consilio) et tibi et mihi censeo. nbi *κοινῇ* pro *κοινῇ βου-*

Digitized by Google

λῇ, quod Livius dixit, communi consilio aliquid facere, Lib. XLII, 26.

41 * Item in *ἰδίᾳ*, ubi de consilio sermo est. Euripides in Iphig. Aul. v. 1363:

Κλυ. Ἰδίᾳ πράσσων, ἢ ϛρατοῦ ταχθεὶς ὑπό;

τὸ ἰδίᾳ πράσσειν, καὶ τὸ κελεύσαντος κοινοῦ βουλεύματος πράσσεσθαι, ἀντιτάσσεται ἀλλήλοις. Quaerit enim ex Achille Clytaemnestra, privato Ulysses consilio, an exercitus iussu veniat ad abducendam virginem. Ergo privatum consilium et commune decretum opponuntur. Non igitur dubium, quin *τὸ ἰδίᾳ* dicatur pro *ἐν ἰδίᾳ βουλῇ*, privato ausu, sive nemine iubente. BERNH.

Βουλὰς in *συμβάλλειν*. Luc. in Act. Ap. c. IV, v. 15: *Συνέβαλλον πρὸς ἀλλήλους*, conferebant inter se. quod pleno sermone diceres, *συνέβαλλον βουλὰς πρὸς ἀλλήλους*. Euripides *συμβάλλειν βουλεύματα* dixit in Phoeniss. v. 700:

Θέλω πρὸς αὐτὸν συμβαλεῖν βουλεύματα.
Volo cum ipso conferre consilia (i).

Quod Terent. Heaut. III, 1: Conferunt consilia adolescentes.

(i) Sic et in *προσανατίθεσθαι*. Galat. I, 16. II, 2. 6. SCHOETTG.

* Integram locutionem habet etiam Herodianus L. I. c. II. §. 3. *Ἐξέδοτο ἀνδράσι τῆς συγκλήτου βουλῆς ἀρίϛοις.* In *ἰδίᾳ* subaudiri *βουλῇ* luculenter probat locus in Smyrnaeorum Decreto inter Marmora Oxoniensia a Prideaux edita p. 5. *Καὶ κοινῇ ὑπὸ τοῦ πλήθους, καὶ ἰδίᾳ ὑφ' ἑκάϛου τῶν πολιτῶν.* Item in veteri inscriptione apud Reinesium p. 500. *Καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ δεδόχθαι τῷ δήμῳ ἐπαινέσαι Μενδίκαιον.* In Homeri Iliad. B. v. 367. *θεσπεσίῃ*, s. *βουλῇ* vel *γνώμῃ*. [Heynius T. IV. p. 266. malit *μοίρᾳ*. *θεσπεσία* de arte vaticinandi dixit Scholiastes ad Aristoph. Plut. v. 11. ubi, si quid subaudiendum est, suppleas *ἐπιϛήμη*. SCHAEF.]

Et Iliad. I. v. 76. Ἐσθλῆς καὶ πυκινῆς, s. βουλῆς. Apud Aeschylum Pers. v. 528. πιζὰ ξυμφέρειν βουλεύματα. In τὰ ἀπόῤῥητα sub. βουλεύματα, consilia arcana: quando nimirum contextus ratio fert. Sic Latini quoque ἐλλιπῶς habent. Curtius L. IV. c. VI. §. 5. More Persarum arcana regum mira celantium fide. Pleno sermone Horatius L. III. Od. XXI. 15. — — tu sapientium Curas et arcanum iocoso Consilium retegis Lyaeo. SCHWEB.

* ΒΟΥΣ, Bos.

In ἔλιξ absolute posito apud Euripidem Bacch. v. 1168. Pleno sermone ubique est apud Homerum. In εἰλίποδες apud Theocritum Id. XXV. v. 131. In utraque voce Ellipsin supplet Homerus Il. I. v. 462.

Πολλὰ δὲ ἴφια μῆλα καὶ εἰλίποδας ἕλικας βοῦς.

Sic bos apud Latinos in quibusdam epithetis subauditur. Horat. Epod. II. v. 11. Aut in reducta valle mugientium Prospectat errantis greges. SCHWEB.

* ΒΡΑΒΕΙΟΝ, Brabeum.

In loco Paulino Philipp. III, 12: Οὐχ ὅτι ἤδη ἔλαβον. Non quod iam adprehenderim. Quam vocem Alex. Morus ad 1 Cor. IX, 24. subintelligit, quippe quae eo loco expresse additur. Beza subaudit metam in versione, sed nos melius putamus id subintelligi, cuius integra phrasis adest. Quid, quod et v. 14. Paulus expresse mentionem 42
faciat τοῦ βραβείου? Confer, quae Hammondus notat ad Roman. IX, 30. SCHOETTG.

* ΒΡΕΦΟΣ, Infans.

In adiectivis quibusdam neutris. Hippocrates Aphor. IV, 1: Τὰ δὲ νήπια, καὶ τὰ πρεσβύτερα. Callimachus hymno in Dianam v. 29:

Digitized by Google

— — — ὅτε μοι τοιαῦτα θέαιναι
Τίκτοιεν.

— — — Quando mihi tales (liberos) Deae Pepererint.

De phrasi ἐν γαστρὶ ἔχειν, sub qua nonnulli βρέφος volunt subaudiri, vide infra in ἔμβρυον.

SCHOETTG.

* ΒΡΩΜΑ, Cibus.

In ἔνθρυπτα. Harpocration: εἰσὶ δὲ ἔνθρυπτα τὰ ἐκ πεμμάτων, ἢ τὰ ἐνθρυβόμενα βρώματα, cibi e coctis aut intritis confecti. [Vid. Toup. Emendat. in Suid. T. II. p. 203. Est Latinorum Intritum s. Intrita, pro quo plene Phaedrus I, 26, 7. intrito cibo Plenam lagonam posuit. SCHAEF.] τὰ πολυτελῆ, lauti cibi. Alciphron epist. I, 21: σιτεῖται δὲ οὐδὲν τῶν πολυτελῶν, comedit autem nihil opiparum. (k)* SCHOETTG. Referas, si placet, huc etiam ἀγαθά. Suidas T. I. p. 16. Ἀγαθά. ἐπὶ τῶν πρὸς ἀπόλαυσιν καὶ εὐωχίαν σιτίων καὶ ποτῶν ἐχρήσατο Ξενοφῶν (vid. Lex. Xenoph. T. I. p. 10.) τῇ λέξει. Conf. Pricaei Annotat. in Evang. sec. Luc. I. 53. c. 205. SCHAEF.

(k) * In μυττωτὸν, i. e. intritum ex alliato, caseo, et aceto. In λείχειν ἐπίπαςα apud Aristoph. Equit. v. 103. Huiusmodi ἐπίπαςα, seu cibaria rebus salsis adspersa, extrema coena olim circumferri solita, ut sitis provocaretur. Vid. Scholiast. ad Aristoph. l. c. LEISN.

* Porro in huiusmodi verbis, quae ad victum pertinent, subintelligendum est τροφὴ, βρώματα, aut simile quid. Actor. X, 10: καὶ ἤθελε γεύσασθαι: et voluit gustare. Ioann. VI, 12: ὡς δὲ ἐνεπλήσθησαν: quum vero impleti essent. Sic ἑτοιμάσαι, Marc. XIV, 15. Luc. XXII, 12. Huc referunt quidam et τὸ συγχρᾶσθαι Ioann. IV, 9. sed quod plura, quam victum solum, complectitur. SCHOETTG.

43

* In τὰ παρ' αὐτῶν apud d. Lucam c. X. v. 7. omnino mihi cum Bosio subaudiendum videtur παρατιθέμενα: nisi quod ad plenam orationem addendum esse censeam: βρώματα καὶ πόματα. Ita sane etiam Polybius T. I. p. 291. Ἀπογευόμενοι τῶν παρακειμένων: ubi aliquot vocibus interiectis sequitur βρωμάτων. En integrum locum: Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι πάντων ἀπογευόμενοι τῶν παρακειμένων, οὔτε κατὰ τὸ παρὸν οὐδενὸς ἀληθινῶς ἀπολαύουσι τῶν βρωμάτων, cet. Sic Horatius Sat. L. II. VIII. 16.

— — Albanum, Maecenas, sive Falernum
Te magis adpositis delectat.

In σιτομέτριον non incommode subaudiri videtur βρῶμα. Luc. XII. 42. [ad q. l. vide Pricaeum c. 347. SCHAEF.] Quam ellipticam loquendi rationem sequuntur etiam Romani in demensum: pro quo plena oratione habent demensum cibum. Vid. Plautus Stich. Act. I. Sc. II. v. 3. Unde pro eo est τροφὴ apud Matth. c. XXIV. 45. quam vocem subintelligere possis in σιτομετρία, ut reperitur in Tab. Ancyrana apud Montfauc. in Palaeogr. Gr. p. 154. SCHWEB.

* ΒΥΡΣΑ, Pellis.

Haec vox subaudienda in βοείη apud Dionys. Perieg. v. 287. et in παρδαλέη v. 181. Vid. quae notantur sub voce Δορά. LEISN.

* ΒΩΜΟΣ, Ara.

Omittitur aliquando in ἐπί, quando cum nomine Dei cuiusdam positum est. Arrianus I. p. 32: Θῦσαι δὲ αὐτὸν καὶ Πριάμῳ ἐπὶ τοῦ Διὸς τοῦ Ἑρκείου λόγος κατέχει. Sacrificasse etiam eum Priamo ad Iovis Hercei (aram) fama est. Integrum est ἐπὶ βωμοῦ τοῦ Διός. SCHOETTG.

* In quibusdam lapidum epigraphis post ver-

Digitized by Google

bum τιμάω subintelligendum videtur βωμῷ. E. g. apud Smithum p. 49. ἡ βουλὴ ἐτείμησεν Πόπλιον κ. τ. λ. Suppletur in epigrammate ibid. p. 33. βωμῷ τειμήσας σεμνοτάτην. Item apud Sponium T. I. p. 419. Est autem βωμὸς ara sepulcralis, ut in alio lapide p. 38. ὁ βωμὸς καὶ οἱ σωροὶ Αἰλ. Παίτου Αὐρηλιανοῦ. Conf. Misc. Obs. Crit. Vol. IV. p. 351. Vol. VIII. p. 206. F. ST.

Γ.

* ΓΑΛΑ, Lac.

In λιαροῖο apud Theocritum Id. XXV. v. 105. Πινέμεναι λιαροῖο. s. ποτὸν γάλακτος. SCHWEB. Praestat lectio Valckenariana, in qua nihil subaudiendum: πινέμεναι λαροῖο μεμαότα πάγχυ γάλακτος. SCHAEF.

* ΓΑΜΟΣ, Nuptiae.

In ὥρα et ὡραία, quando de virginibus nubilibus usurpatur. Herodianus I. 2. 3: Τὰς δὲ θυγατέρας ἐν ὥρᾳ (sc. γάμου) γενομένας, filias, quae (nubiles) erant. Supplent Artemidorus I. 81. p. 71. ὥρᾳ γάμων, Arrianus IV. p. 284. et Scholiastes
44 Theocriti Idyll. II. 66: αἱ ὥραν ἔχουσαι γάμου. Confer et ea, quae notavimus ad Themistoclem Ep. XIV, 8. SCHOETTG. Add. Fischer. ad Weller. III. 1. p. 252. SCHAEF.

* In ἄωρος, cum de personis matrimonio iungendis sermo est, subaudiri potest v. γάμος. Sic Lucian. T. I. p. 265. Τοῦ Θησέως ἄωρον ἔτι ἁρπάσαντος. In ὑπέραχμος 1 Cor. VII. 36. In locutione, ἐν ἀκμῇ εἶναι. Sic Lucianus l. c. εἰς ἀκμὴν κατέζη. Plene habet Dionysius Hal. L. I. p. 62. Ἐν ἀκμῇ γάμου γενομένην. Alias posset etiam subaudiri v. ἡλικία. SCHWEB.

* Suppleas etiam γάμων, quoties ἁγνὸς de casto, pudico dicitur. Plene saepius. Xenophon

Digitized by Google

Ephes. II. c. 13. extr. *ἐπόμνυται τηρήσειν αὐτὴν γάμων ἁγνήν.* Praecesserat: *ἄχραντον τηρῆσαι.* Vid. Valckenar. ad Euripid. Phoeniss. v. 953. SCHAEF.

* ΓΕΓΕΝΝΗΜΕΝΟΣ.

Quum d. Ioannes I. ep. III. 9. integre dicat, *ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ θεοῦ*, dubium non est, quin idem participium in antecedentibus et sequentibus, in phrasibus *ἐκ τοῦ διαβόλου*, *ἐκ τοῦ θεοῦ*, supplendum sit; atque adeo hae idem valeant, ac adpellatio *τὰ τέκνα τοῦ θεοῦ καὶ τὰ τέκνα τοῦ διαβόλου* vs. 10. F. ST.

ΓΕΓΟΝΩΣ, Existens.

Saepe *τὸ γεγονὼς*, vel aliud participium verbi substantivi subaudiendum relinquitur. Hesiod. *Ἐργ.* v. 416:

— — *μετὰ δὲ τρέπεται βρότεος χρὼς*
Πολλὸν ἐλαφρότερος.
— — Mutatur humanum corpus,
Quod multo levius (est).

ubi Tzetzes: *λείπει τὸ γεγονώς.* Et passim in N. T. (a)

(a) Sic Actor. IV, 16: *σημεῖον δι' αὐτῶν*, sc. *γεγονός.* Signum, quod per eos (erat factum). Adde c. III, 24. SCHOETTG.

* In *οἱ πάλαι*, *οἱ πρότερον*, *οἱ ἄνωθεν*, *οἱ πρὸ ἡμῶν*, s. *γεγονότες.* quae ubivis obvia. Adde Luc. I. v. 70. SCHWEB.

* ΓΕΛΩΣ, Risus.

In proverbiali illa locutione *Σαρδώνιον γελᾶν*, quod dicitur de iis, qui in suo, vel etiam aliorum damno rident, sub. *γέλωτα.* Lucianus T. II. p. 592. *Σαρδώνιον γελῶντες ἔλεγον.* Homerus Od. T. v. 302. *Μείδησε δὲ θυμῷ Σαρδάνιον μάλα τοῖον.* [Hinc sumsit Plato de Rep. I. T. VI. p. 166. *ἀνεκάγχασέ τε μάλα σαρδόνιον.* Vid. Timaei Lex. Plat. p. 230. Scholia in h. l. Platon. p. 144. habent *σαρδάνιον.* quam formam veteres in Homero videntur

Digitized by Google

praetulisse. Meleager LII. v. 4. *τάχα που σαρδάνιον γελάσεις.* ubi Planud. *σαρδόνιον.* Epigr. adesp. CCXXXII. extr. *μὴ καί σαρδάνιον γελάσῃς.* SCHAEF.] Integre est cum alibi, tum apud Ciceronem ad div. L. VII. ep. 25. Rideamus *γέλωτα Σαρδώνιον.* SCHWEB. Plene, sed aliter, Sibyll. Orac. p. 122. ed. Gall. *Σαρδόνιον μείδημα γελάσσετε.* SCHAEF.

ΓΕΝΕΘΛΙΟΣ, Natalis.

In *ἡμέρα.* Laert. IV, 48. *Ὁπότε συνάγοι τοὺς Φίλους εἰς τὴν Ἀλκυονέως τοῦ Ἀντιγόνου υἱοῦ ἡμέραν* (sc. *γενέθλιον*). Cum amicos congregaret ad (natalem) diem Alcyonis filii Antigoni. Iobus c. III. v. 1. *Μετὰ τοῦτο ἤνοιξεν Ἰὼβ τὸ ϛόμα αὐτοῦ, καὶ κατηράσατο τὴν ἡμέραν αὐτοῦ.* Post haec os suum aperuit Iob, et exsecratus est diem suum (natalem sc.). [Hesychius: *Ἡμέρα. τὰ γενέθλια.* ubi v. Interpretes. Plene Photius c. 324, 45. *τῇ γενεθλίῳ ἡμέρᾳ.* Ammonius p. 35. *ἐν ᾗ ἕκαϛος ἡμέρᾳ ἐγενήθη, αὕτη καλεῖται γενέθλιος ἡμέρα. γενέθλιον ἦμαρ* Crinagoras VIII. v. 3. Leonidas Alex. X. v. 1. *γενέθλιος ἠριγένεια* Id. XXVI. v. 3. SCHAEF.]

ΓΕΝΝΗΜΑ, Foetus.

In *τὸ πρωτότοκον.* Auctor Epist. ad Hebraeos XI, 28: *Ὁ ὀλοθρεύων τὰ πρωτότοκα* (sc. *γεννήματα*). Qui perdebat primitivos (foetus). (b)

(b) Sic *διὰ τῶν σπορίμων*, scil. *γεννημάτων*, Matth. XII, 1. *καινὰ καὶ παλαιὰ*, Matth. XIII, 42. MICH.

* ΓΕΝΟΜΕΝΟΣ, Factus.

Perquam frequenter vox haec in oratione suppressa latet, ex orationis serie supplenda. Actor. X. 17. *Ὡς δὲ ἐν ἑαυτῷ διηπόρει.* Plene c. XII. 11. *Καὶ ὁ Πέτρος γενόμενος ἐν ἑαυτῷ.* Adde Luc. XXIV. 35. et v. 18. In *ἀπὸ ἀγορᾶς* Marc. VII. 4. Ita certe integre habet Herodotus L. II. c. 78. *Ἐπεὰν ἀπὸ*

Digitized by Google

δείπνου γένωνται. V. Wolfius ad h. l. Mirifice facit haec vox ad expediendam rariorem illam constructionem, qua Dativi Substantiva sequuntur *ἐλλιπῶς* posita. E. g. apud Thucydid. L. IV. c. 23. *ἐπιδρομὴ τῷ τειχίσματι.* s. *γινομένη.* Quemadmodum apud Latinos factus in eiusmodi locutionibus mente concipi debet. Ex. gr. Sallustius Iug. c. XXXIII. Quod neque insidiae consuli procedebant. s. factae. V. cl. Dukerus ad Thucydid. L. V. c. 46. SCHWEB. Perquam amans Ellipsium sit, qui in talibus locutionibus ad hoc Mysterium confugiat. Imo, quod etiam Dukerus l. c. monuit, *ἐπιδρομὴ* cum dativo ideo iunctum est, quod *ἐπιτρέχειν* dativum regit. Saepissime enim verbalia eosdem casus regunt, quos verba unde descenderunt. Homerus Il. V. v. 546. *ὅς τέκετ' Ὀρσίλοχον, πολέεσσ' ἄνδρεσσιν ἄναχτα.* (ut Aristoteles Pepl. 44. *Αἰήτην Κόλχοισι πολυχρύσοισιν ἄναχτα.*) Od. XI. v. 553. *λήσεσθαι ἐμοὶ χόλου.* Sic Hymn. in Cerer. v. 410. *λήξαις ἀθανάτοισι χόλου καὶ μήνιος αἰνῆς.* Euripides Phoen. v. 948. *Κάδμῳ παλαιῶν Ἄρεος ἐκ μηνιμάτων.* Scolion VIII. *Βρομίαις ὀπαδὲ Νύμφαις.* (pro quo Dionysius Halic. Art. Rhet. in. *Μουσῶν καὶ Ἀπόλλωνος ὀπαδοί.*) Thucydides II. in. *τῶν ἑκατέροις ξυμμάχων.* Diodorus Sic. XIX. c. 73. *ἐπὶ βοήθειαν τοῖς Καλλαντιανοῖς.* ubi al. ex glossemate *βοηθήσων τ. K.* Vid. ad h. l. Wesselingius, qui etiam ex Latinis scriptoribus exempla excitavit. Add. Herodot. I. c. 11. f. SCHAEF.

ΓΕΝΟΣ, Genus.

Dicunt Graeci, *τὸ πρὸς πατρὸς, τὸ πρὸς μητρός:* quae loquutio generis quandam conditionem ostendit, sed elliptica est, supplenda voce *γένος.* Suppleta reperitur apud Aeschinem de Demosthene: *Ἐκ τῶν Νομάδων Σκυθῶν τὸ πρὸς μητρὸς γένος ὤν.* In qua phrasi ante *τὸ* etiam subauditur *κατὰ,*

Digitized by Google

ut sit: *κατὰ τὸ πρὸς μητρὸς γένος*: quod ad stirpem maternam attinet. Item apud Herodian. I, 7.

Deest etiam *τὸ γένος* in aliis, ut in *τὸ ἀνθρώπινον*, humanum (genus), [plene Dionysius Hal. Art. Rhet. in. *οἰκτειράντων τῶν θεῶν τὸ ἀνθρώπειον ἐπίπονον γένος.* quod compares cum loco Lucianeo T. III. p. 368. *κατελεήσας τὸ ἄνθρώπινον ὑπὸ τῆ ἀγνοίᾳ ἐλαυνόμενον.* SCHAEF.] *τὸ κρεῖττον, τὸ θεῖον* (c), divinum (genus), Numen (d). Item in *ἄρσεν*. Plene dixit Pausanias V, 377: *ἄρσεν δὲ οὐκ ἐγένετο αὐτῷ γένος.*

* Item in *γυναικεῖον*. 1 Petr. III, 7: *Ὡς ἀσθενεστέρῳ σκεύει τῷ γυναικείῳ* (sc. *γένει*) *ἀπονέμοντες τιμήν*. Praestate muliebri (generi), tanquam infirmiori vasi, honorem. BERNH.

* Adde Matth. c. XIX. 4. *Ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς.* Integre Apollonius Rhod. L. I. v. 824.

Οἱ δ' ἄρα θεσσάμενοι παίδων γένος ὅσσον ἔλειπτο
Ἄρσεν ἀνὰ πτολίεθρον.

Herodotus L. II. c. 85. *Τὸ θῆλυ γένος πᾶν.* Pro *γένος* idem habet *γόνος*. L. III. c. 66. *Ἄρσενος καὶ θήλεος γόνου.* In *προσήκοντες*. Polybius Γ. I. p. 113. s. *γένει*. propinqui, cognati. SCHWEB. Plene hoc postremum in Hesychio T. I. c. 584. *Ἀξόξενοι. οἱ γένει μὲν προσήκοντες.* SCHAEF.

(c) Actor. XVII, 29. MICH.

(d) *Τὸ μητρῷον*, maternum (genus). Paean. Lib. VII. c. 11. *τὸ δωδεκάφυλον*, Actor. XXVI, 7. Sic Ephes. VI, 12: *πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας.* 1 Cor. VI, 11: *καὶ ταῦτα* (sc. *γένη ἀνθρώπων*) *τινὲς ἦτε.* MICH.

* Sub. *τὸ γένος* in *ἀναφέρειν εἴς τινα*. Dio Cassius XXXVIII. c. 7. *ἐς τὸν Νουμιδικὸν ἀναφέρων.* ubi Reimarus: „putarim, haec mutila esse, legendumque, *ὁ Μέτελλος ὁ ἐς τὸν Νουμιδικὸν τὸ γένος ἀναφέρων.*“ Falso: melioraque amicum docuit Wesselingius in egregia illa epistola p. 1500. b.

Digitized by Google

„Haec mutila putas, inquit, addique oportere τὸ γένος. Facile patior, id ad naturam dictionis intelligendam adscisci aliunde, adiungi tamen minime. Negligit certe Isocrates in Nicocle p. 92. et Philostratus de vitis Sophist. L. I, 16. §. 2. p. 501. ubi Critias εἰς Δρωπίδην δ' ἀναφέρων, prorsus uti hic.“ Suppleas etiam τὴν γένεσιν. Sic enim Arrianus de Exped. Alex. IV. c. 8. ἐς Δία ἀνηνέχθη αὐτοῖν ἡ γένεσις. VII. c. 29. εἰς θεὸν τὴν γένεσιν τὴν αὐτοῦ ἀνέφερεν. Ceterum sic vulgo dicebatur. Exquisitior hac de re est usus verborum ἀναδεῖν et ἀνάπτειν. Vid. Valcken. ad Herodot. p. 173. b. SCHAEF.

* ΓΕΦΥΡΑ, Pons.

Subintellige in σχεδία apud Agathem. L. II. c. 3. p. 7. ὅπη Δαρεῖος ἔζευξεν ἐπὶ Σκύθας τὴν σχεδίαν. Quod Tennulius reddidit: quem Darius ponte iunxit subitaneo, quum adversus Scythas expeditionem suscepisset. Idem vero in notis p. 80. duo haec Herodoti loca adiicit L. IV. c. 88. Δαρεῖος δὲ μετὰ ταῦτα ἡσθεὶς τῇ σχεδίῃ, post haec Darius ponte sublicio delectatus. et c. 89. διέβη τὸν Βόσπορον κατὰ τὴν σχεδίην, transmisit ponte subitario Bosporum. F. ST. Id. L. VIII. c. 97. γαυλούς τε Φοινικηΐους συνέδεε, ἵνα ἀντί τε σχεδίης ἔωσι καὶ τείχεος, κ.τ.λ. c. 107. διαφυλαξούσας τὰς σχεδίας πορευθῆναι βασιλέϊ. (c. 97. scripserat λύσοντες τὰς γέφύρας.) c. 117. τὸν Ἑλλήσποντον τῇσι νηυσὶ διέβησαν ἐς Ἄβυδον· τὰς γὰρ σχεδίας οὐκ εὗρον ἔτι ἐντεταμένας. Epigr. adesp. CLIV. Βόσπορον ἰχθυόεντα γεφυρώσας ἀνέθηκε Μανδροκλὴς Ἥρῃ, μνημόσυνον σχεδίης. Clarum est, his locis de ponte intelligendum esse: nam alibi de navi dicitur. Vid. infra v. Ναῦς. SCHAEF.

* ΓΕΩΛΟΦΟΝ, Collis.

In κάταντες apud Bionem Fragm. IV. Ἐς τὸ

κάταντες τῆνο. Expressa Ellipsi Theocritus Id. I. v. 13. Ὡς τὸ κάταντες τοῦτο γεώλοφον. Potest etiam subaudiri χωρίον. SCHWEB.

46 ΓΗ, Terra.

Intelligitur haec vox in multis adiectivis foeminini generis, item in articulo foem. gen. sequente pronomine. Ex. gr. Ἡ οἰκεία, ἡ ἑαυτοῦ, ἡ ἑαυτῶν, [vid. Wesseling. ad Herodot. p. 620. b. SCHAEF.] propria, sua (terra), i. e. patria; ἡ ἡμετέρα, nostra. Polyb. Excerpt. Legation. XIV. p. 1119: πῶς οὐ κατάγουσιν αὐτοὺς εἰς τὴν οἰκείαν; quomodo ipsos in patriam non reducerent? Plutarchus Philopoem. 356: τὴν ἑαυτοῦ Φυγών. Xenophon Κύρ. παιδ. II, 2: — ἐπὶ τῆς ἡμετέρας, in nostra (patria). [Herodotus L. VIII. extr. ἐσβαλὼν ἐς τὴν ἡμετέρην. Ibid. c. 142. recte scripsisse mihi videor περὶ τῆς ὑμετέρης ἀρχὴν ὁ ἀγὼν ἐγένετο. SCHAEF.] Lucian. Charidem. 791: Ἀδεῶς οἰκεῖν τὴν ἑαυτῶν, sine metu habitare suam (patriam). [Herodotus L. VIII. c. 3. περὶ τῆς ἐκείνου ἤδη τὸν ἀγῶνα ἐποιεῦντο. quod recte tuentur summi Interpretes. Diodorus Sic. L. XII. c. 34. περὶ τὸν ἰσθμὸν τὸν πλησίον τῆς Παλληνίων. ubi Wesselingius laudat haec Luciani Icaromenipp. c. 11. ἄρτι μὲν τὴν τῶν ἱπποπόλων Θρηκῶν καθορώμενος, ἄρτι δὲ τὴν τῶν Μυσῶν. ad q. l. pauca dedit Reitzius T. II. p. 764. SCHAEF.] Ἡ ἀλλοτρία, aliena. Maximus Tyr. Dissert. XXX. p. 303: — τῷ Ἀγαμέμνονι ἐπὶ τὴν ἀλλοτρίαν ἐλθόντι: Agamemnoni in alienam (terram) venienti. Ἡ ἀλλοδαπή, peregrina (terra). [Hesychius v. Ἀξόξενοι: — ἐπὶ δὲ τῆς ἀλλοδαπῆς γεγονότες. ubi vid. Albert. — Ἡ δημοσία, publica (terra). Dionysius Hal. Ant. Rom. T. II. p. 937. χώραν τ' αὐτῷ προσέθηκεν ἐκ τῆς δημοσίας κ. τ. λ. ubi tamen etiam χώρας recte subaudias. Sed γῆ supplet ipse Dio-

Digitized by Goo

nysius p. 660. ἐκχωρεῖν τῆς δημοσίας γῆς. quamquam Vat. Cod. γῆς omisit. SCHAEF.] Ἡ ξένη, ut ἐπὶ ξένης, sc. γῆς, in exilio. Euripides Androm. v. 136: Γνῶθι δ' οὗσ' ἐπὶ ξένας. Ἡ βάρβαρος, barbara (e). Ἄπειρος, vel ἤπειρος. Plene Euripides Hippol. v. 763: Ἐπ' ἀπείρου τε γᾶς ἔβασαν. Et in terram continentem descenderunt. Ἡ χέρσος, inculta (terra). χέρσος enim natura adiectivum est, notatque desertum etc. vid. Barnes ad Euripidis Electram v. 325. (f) Ἡ δορύκτητος, ferro debellata. Ἡ ὑπήκοος, subiecta, ut apud Dionem Cass. L. XXXVI. p. 19. Ἐν τῇ ὑπηκόῳ (sc. γῇ), in (terra) nobis subiecta. Ἡ ἐνεγκοῦσα, quae tulit aliquem, i. e. patria, apud Basil. (g) Ἡ οἰκουμένη, habitabilis (terra), sive orbis, apud Lucam c. II, 1. et alibi passim.

[† In οἰκουμένη interdum plura subaudienda 47
sunt: tum scilicet, quum hac voce non universus terrarum orbis designatur, sed aliqua duntaxat regio, quae qualis sit, ex orationis serie constituendum est. Nempe tum nomen illius gentis, cuius ea est regio, subaudiendum. Ita apud Aristoph. Scholiasten ad Equit. v. 725. ἡ οἰκουμένη haud dubie est ἡ τῶν Ἑλλήνων οἰκουμένη, vel ἡ ὑπὸ τοὺς Ἕλληνας οἰκουμένη. Ita alibi saepe ἡ οἰκουμένη est plene ἡ ὑπὸ Ῥωμαίους οἰκουμένη, quae verba addit Herodian. V, 2.]

Ἡ τραφερὰ et ξηρὰ, arida, sicca (h). Sic φιλία et πολεμία etiam elliptice dicuntur pro γῆ φιλία, γῆ πολεμία. Xenoph. K. II. I. c. 33: Ἕως ἔτι ἐν φιλίᾳ ἐσμέν: usquedum in pacato sumus. et cap. seq. ἐν πολεμίᾳ, in hostico. Dionysius Halic. L. VIII. p. 526: Ὁ Μάρκιος περὶ τὸν ὄρθρον ἀναστήσας τὴν στρατιὰν ἀπῆγεν ὡς διὰ φιλίας. et p. 552: ἀπῆλθεν ἐκ τῆς πολεμίας. Monendum est, errare hic aliquando Interpretes in voce φιλία, dum putantes esse substantivum, vertunt ἐν φιλίᾳ,

Digitized by

in amicitia, cum sit, in amico, sive pacato, sc. solo. Latini simili Ellipsi dicunt, in pacato, in hostico, subaudientes solo. Livius VIII, 34: Sine commeatu vagi milites in pacato, in hostico errent. et cap. 38: Castra in hostico incuriose ita posita, tamquam procul abesset hostis. Plene autem *τὴν πολεμίαν γῆν* dixit Dionysius Halic. L. VIII. p. 495: — *ἀπῆγε τὴν ϛρατιὰν ὡς διὰ φιλίας γῆς.* et p. 524: *ὡς διὰ φιλίας γῆς ἀπάγειν.* Dio Cass. L. XXXV. p. 2. Elliptice rursus p. 10. *καθάπερ ἐν φιλίᾳ* (i).

48 * Inter verba hoc nomen requirit *τὸ πολεῖν. πολεῖν* enim pro *πολεῖν τὴν γῆν* dicitur ab Hesiodo *ἔργ.* II. 460. *Εἴαρι πολεῖν*, pro *Εἴαρι πολεῖν δεῖ τὴν γῆν*, vere aranda vel proscindenda est (tellus). Eadem dictione utitur Virgilius, interpres Hesiodi, Georg. I, 64. 65:

— — — — — — Terrae
Pingue solum primis extemplo a mensibus anni
Fortes invertant tauri. BERNH.

* Sic etiam in *ῥήσσειν* apud Homerum Iliad. Σ. v. 571. quatere terram pedibus. In *ἄκρα*, promontorium. Homerus Odyss. I. v. 285. In *ἡ ὀργὰς*, terra Deo sacra. Dionysius Hal. L. I. p. 29. In *ἡ ὕπαιθρος.* Idem L. VIII. p. 536. In *ἡ ἐνεγκοῦσα.* Themistius Orat. I. p. 21. D. [Heliodorus Aethiop. p. 127. ed. Cor. *Τί δὲ σκοπῶν, ὦ πάτερ, ἐσιώπα τὴν ἐνεγκοῦσαν;* Musgravius ad Euripid. Troad. v. 831. (*ἃ δέ σε γειναμένα Τροία πυρὶ δαίεται.*) in Supplem. p. 531. b. laudat Synesium Epist. LXXIII. XCIV. et CIII. Dicitur etiam *ἡ ἐνεγκαμένη.* Theophilus Paraphr. Institut. T. I. p. 183. ed. Reitz. *εἰ ϛοργὴν ἔχει περὶ τὴν ἐνεγκαμένην.* ubi v. Fabrott. it. Io. Gavell. in Addend. p. LXX. a. SCHAEF.] Plene *ἡ γειναμένη γῆ* habet Dionysius Hal. L. IX. p. 601. Et *πατρὶς γῆ.* Idem L. I. p. 9. *χέρσου τῆς γῆς ἀφειμένης.* Idem L. X. p. 678.

Digitized by Google

Denique in Nominibus regionum, e. gr. Ἀσία, Αἰθιοπία etc. s. γῆ. V. Miscell. Observat. T. IV. p. 235. SCHWEB. Herodotus L. IV. c. 17. πάσης τῆς Σκυθίης. Al. Σκυθικῆς. SCHAEF.

* Γῆς s. γαίας voce nulla fere alia frequentius supprimitur. En tamen quaedam nondum indicata exempla. Deest in ἐγνωσμένη, ἄγνωστος. Agathemer. geogr. L. II. c. 3. ἐπὶ τὰ νοτιώτατα τῆς ἐγνωσμένης (γῆς) ἐκτείνεται. Vid. ibid. c. V. p. 47. 48. Sic et in πατρὶς, quod proprie adiectivum est. Musaeus de Her. et Leand. v. 176. ἐμὴν ἐς πατρίδα γαῖαν. Sed vs. 181. ἐς πατρίδα μίμνειν. F. ST.

(e) Quomodo Latinis barbaricum dicitur, nempe solum. Eutrop. VII. c. 5. n. 7. ibidemque Cellarius in notis. MICH.

(f) ἡ ἔρημος, ἡ οἰκουμένη. MICH.

(g) Ἡ πατρὶς, patria. Eustathius ad Iliad. B: Πατρίδος αἴης. πατρίδα δὲ μόνον εἰπεῖν, ἐλλιπῶς ἔχει. Πατρὶς τε γὰρ, γῆ δηλαδὴ, ἡ ἐκ τῶν πατέρων. καὶ ὁ πατρίδα εἰπὼν, γῆν συνεισάγει. Quid vero familiarius est Homero, quam ut dicat πατρίδος αἴης, vel πατρίδα γαῖαν? Sic ἡ παραλία, regio maritima. 1 Maccab. XI, 8. Lucae VI, 17. SCHOETTG.

* Adde LXX Exod. XVII, 14: ἐκ τῆς ὑπὸ τὸν οὐρανόν. Sic Proverb. VIII, 26. 28. Deuter. XXIX, 20. MICH.

(h) Item in αὖη et διερά. Hesiod. ἔργ. II. v. 458: Αὖην καὶ διερὴν ἀρόων ἀρότοιο καθ' ὥρην. Siccam humidamque arato arationis tempore (terram). Γῆν enim in utroque adiect. nom. est subaudiendum. BERNH.

* In ὑπερορία, quo vocabulo utitur Chrysost. orat. ὅτι τὸν ἑαυτ. μὴ ἀδικ. p. 75: καὶ τί λέγω τὴν εἰς τὴν ὑπερορίαν μετάσασιν; quid dicam de tralatione in externam (terram)? Loquitur de Iosepho e patria in Aegyptum tralato. Articulus τὴν arguit absens nomen. Idem verbum recurrit p. 76: πρὸς τὴν ὑπερορίαν μετῳκίσθης; ἐννόησον, ὅτι οὐκ ἔχεις ἐνταῦθα πατρίδα, rel. BERNH. Xenophon Memor. II, 8, 1. τὰ ἐν τῇ ὑπερορίᾳ κτήματα. Pausanias L. V. c. 5. ἐν τῇ ὑπερορίᾳ καὶ οὐκ ἐντὸς τῆς χώρας αἱ ἵπποι σφίσιν ἐκύϊσκον ἐκ τῶν ὄνων. pro quo Herodotus de eadem re agens IV. c. 30. ἐν τῇ τῶν πέλας. [Mox sequitur in Pausania: Ἰόντι δὲ ἀπὸ τῆς Ἠλείας, κ. τ. λ. 49

Scribendumne: Ἰόντι δὲ ἀπὸ τῆς Μεσσηνίας ἐπὶ τῆς Ἠλείας, κ. τ. λ. Conf. L. VI. extr.] Aristides T. I. p. 185. ed. Iebb. τὰ ἐν τῇ οἰκείᾳ κατορθώματα, καὶ πάλιν αὖ τὰ ἐν τῇ ὑπερορίᾳ ὁμοίως Ἑλλάδι καὶ βαρβάρῳ. Alciphron I. 11. in. ζόλον Ἀθηναῖοι διανοοῦνται πέμπειν εἰς τὴν ὑπερορίαν, ναυμαχεῖν ἐθέλοντες. SCHAEF.

(i) Subintelligitur etiam in hac locutione Callimachi hymno in Dianam v. 243. ubi de saltatione:

— — — ἵνα πλήσσωσιν ὁμαρτῇ.

— — — ut percuterent coniunctim.

sc. γῆν. Vide, quae ibi notat Theodorus Graevius. Suppletur poëtice hymno in Delum v. 306:

Αἱ δὲ ποδὶ πλήσσουσι χορήτιδες ἀσφαλὲς οὖδας.

Illae vero pede quatiunt tripudiantes immotam (terram). SCHOETTG.

* Etiam apud Latinos Horatius plene dixit: pede pulsare tellurem, et alterno pede terram quatere. In πιτυόεσσα, vel πιτυοῦσσα, in πλατανιζόεσσα, vel πλατανιζοῦσσα, similiter vox γῆ vel similis subaudienda. vid. Sylburg. ad Pausan. Lac. c. 14. In ἀγεώργητος et ἀργὸς Herodian. II, 4, 12. In ἐν τῇ ἡμεδαπῇ Herodian. I, 1, 5. In πανδώρα apud Aristoph. Av. 972. Nam ἡ γῆ πάντα κατὰ τὸ ζῆν δωρεῖται. LEISN.

* Deest etiam apud Aristoph. Ἐκκλησ. 583. in γεωργεῖν πολλήν. sc. γῆν. quia τὸ γῆ latet in γεωργεῖν. et in Acharn. 510: ὁ Ποσειδῶν σείσας. sc. γῆν. LEISN. Pausanias III. c. 5. ἔσεισέ τε δὴ ὁ θεὸς, κ. τ. λ. c. 8. τοῦ θεοῦ σείσαντος. Explevit idem, sed alia ratione, I. c. 29. τὴν πόλιν τοῦ θεοῦ σείσαντος. quod permiro modo de reipublicae discordia interpretatur Wakefieldius Silv. Crit. IV. p. 32. Tu vide Diodorum Sic. XV. c. 49. Gellium II. c. 28. Possis item χθόνα subaudire: nam Neptunus dicitur σεισίχθων (s. ἐνοσίχθων). SCHAEF.

* Lucianus T. III. p. 333. ἐπλανᾶτο, ἄλλην ἄλλοτε ἀμείβων. s. γῆν. Interpres: oberravit, aliam alia terra permutans. — Ceterum conf.

Fischer. ad Weller. III. 1. p. 253. ubi ingentem numerum exemplorum vel ellipticae vel plenae locutionis reperies. SCHAEF.

* ΓΙΓΑΝΤΕΣ.

In *γηγενεῖς*, terrigenae, generalius quidem *ἄνθρωποι* subauditur, quod nimirum omnes *ἀπὸ γῆς γεγονότες* secundum Moschopulum *περὶ Σχεδ.* p. 205. Specialius autem apud Poetas in hac voce, aeque ac in v. *πηλογόνοι*, deest *Γίγαντες*. Callimachus Hymno in Lavacrum Palladis v. 8.

Τεύχεα τῶν ἀδίκων ἦνθ' ἀπὸ γηγενέων.

et Hymno in Iov. v. 3. *Πηλογόνων ἐλατῆρα*. Plene est in Batrachom. v. 6. *Γηγενέων ἀνδρῶν μιμούμενοι ἔργα γιγάντων*. SCHWEB. Orpheus Argon. v. 17. sq. *ἠδ' ἔργ' ἀΐδηλα Γηγενέων*. pro quo v. 427. *Γιγάντων τ' ἔργ' ἀΐδηλα*. Plene item Euripides Phoen. v. 1147. sq. ed. Pors. *γίγας ἐπ' ὤμοις γηγενὴς ὅλην πόλιν Φέρων*. Aliter ibid. v. 127. sq. *γίγαντι Γηγενέτᾳ προσόμοιος*. Diodorus Sic. IV. c. 21. extr. *μυθολογοῦνται δ' οἱ γίγαντες γηγενεῖς γεγονέναι*. SCHAEF.

ΓΛΩΣΣΑ, Lingua.

Vox *γλῶσσα* subaudienda relinquitur in *ἡ τῶν Ἑλλήνων: ἡ Ἑλληνική: ἡ Ῥωμαϊκή: ἡ Ἀττίς: ἡ Ἑβραϊκή* etc. Lucian. Iov. Trag. p. 134: *Οὐχ ἅπαντες, ὦ Ζεῦ, τὴν Ἑλλήνων συνιᾶσιν*: non omnes, o Iupiter! Graecam intelligunt. ubi Scholiastes: *τὴν Ἑλλήνων γλῶσσαν* (k).

(k) Item in *ἀπὸ μιᾶς*. Supplet enim expresse Dio lib. LVIII. [T. II. p. 884, 75.] *Πάντες ἀπὸ μιᾶς γλώσσης καὶ κατεβόων αὐτοῦ, καὶ δεινὰ ἐπέλεγον*. [Idem XLIV. c. 36. T. I. p. 404, 5. *ἀλλ' ἅπερ ἂν ὁ σύμπας δῆμος ἀπὸ μιᾶς γλώσσης, εἴγε μίαν Φωνὴν ἠδυνήθη λαβεῖν, ὕμνησεν, εἰπεῖν*. SCHAEF.] Confer, quae Auctor noster ad vocem *γνώμης* et *Φωνῆς* observavit. Sic et in *ἡ διάλεκτος*, quod notat differentem elocutionem, sive idioma linguae, quo sensu nomen adiectivum est, et subintelligen-

Digitized by Google

dum γλῶσσα. SCHOETTG. Propr. est lingua, sermo; *Volkssprache, Sprache des gemeinen Lebens.* Aristoteles de Poët. c. X. πλεῖϛα γὰρ ἰαμβεῖα λέγομεν ἐν τῇ διαλέκτῳ τῇ πρὸς ἀλλήλους. c. XXXVII. Ἔτι δὲ Ἀριϕράδης τοὺς τραγῳδοὺς ἐκωμῴδει, ὅτι ἃ οὐδεὶς ἂν εἴποι ἐν τῇ διαλέκτῳ, τούτοις χρῶνται. Ceterum fallitur vir doctissimus, διάλεκτος pro adiectivo habens, ad quod γλῶσσα subaudiendum sit. SCHAEF.

ΓΝΩΜΗ, Sententia.

Γνώμη deest in ἡ νικῶσα. Xenoph. in Anab. VI, 2, 12. p. 376: ἐψηϕίσαντο ἐκ τῆς νικώσης. [Ibid. c. 1, 18. ἐκ τῆς νικώσης ἔπραττον πάντα. Sic saepius. Vid. mox Heusdium. Plenae locutionis exemplum Schwebelius infra attulit. Neque tantum sententia dicitur νικᾶν, sed etiam is cuius vincit sententia, νικᾶν γνώμην s. γνώμῃ. Vid. Wesseling. ad Herodot. p. 29. a. Toup. Emendat. in Suid. T. II. p. 21. sq. SCHAEF.] In κοινῇ, sc. γνώμῃ. Thucyd. L. IV. c. 61. κοινῇ σώζειν. ubi Scholiastes: γνώμῃ δηλονότι. idem L. VIII. c. 37. κοινῇ ἀμϕοτέρους ποιεῖσθαι. Scholiastes: κοινῇ γνώμῃ δηλονότι (l).

In θεσπεσίᾳ, quando substantive sumitur pro di-
51 vino consilio, vel divina voluntate, subintell. γνώμῃ, vel βουλήσει, ut apud Homer. Il. B. v. 367:

Γνώσεαι, εἰ καὶ θεσπεσίῃ πόλιν οὐκ ἀλαπάξεις.
Cognosces, an et divina (voluntate) urbem non sis destructurus.

ubi Eustathius: — ἔλλειψιν ἔχει τοῦ βουλῇ, ἢ γνώμῃ, ἢ κελεύσει. Sic Euripides Ion. 1392: Ἐκ τινος θεηλάτου, sc. βουλῆς: ob quoddam divinum (consilium). [Compares ἐκ θεοπέμπτου, quod nunc in Polybio T. IV. p. 593. ex Toupii coniectura legitur. SCHAEF.]

In τὴν ἐμὴν, et κατὰ τὴν ἐμὴν, deest γνώμην, mea sententia. [Subaudias etiam δόξαν. Sophocles Trachin. v. 720. δόξῃ γοῦν ἐμῇ. Dionysius Halic. de Compos. Verb. p. 117. ed. Reisk. ὡς ἡ ἐμὴ

Digitized by Google

δόξα. Ita et Heusdio Specim. Crit. in Platon. p. 102. placet, cuius praeclaram notam adscribere iuvat: „— Alterum locum [Legg.] L. IX. p. 862. A. Πολλάκις δὲ ὠφέλειαν οὐκ ὀρθὴν γενομένην, τὸν τῆς ὠφελείας αἴτιον ἀδικεῖν φήσομεν, ἐὰν ἧγε μὴ νικᾷ. sic corrige: ἐὰν ἥ γ' ἐμὴ νικᾷ. Elegans est huiusmodi vocis δόξα ellipsis. Rep. III. 397. D. Ἐὰν ἡ ἐμὴ, ἔφη, νικᾷ. Politic. 277. A. Νῦν δὲ κατά γε τὴν ἐμὴν οὔπω φαίνεται. Ibid. 291. C. Οὔκουν δὴ κατά γε τὴν ἐμήν. Phileb. 416. Ἀλλ', ὦ Πρώταρχε, εἰσὶ, κατά γε τὴν ἐμήν. Quam ellipsin haud scio an male restituas Legg. II. 653. C. Καὶ παιδείας προσαγορεύων, κατά γε τὴν ἐμὴν δόξαν ὀρθῶς ἂν προσαγορεύοις. Cd. enim Leid. non habet δόξαν.“ Ceterum conf. Fischer. ad Weller. III. 1. p. 254. SCHAEF.] Ἀπὸ μιᾶς, sc. γνώμης, unanimi (sententia); unanimiter (m).

* In τὴν ἐμὴν et κατὰ τὴν ἐμὴν potest etiam suppleri κρίσιν, ut est apud Aelianum L. I. V. H. c. XXXIII. κατά γε τὴν ἐμὴν κρίσιν. ut Latini: mea sententia; et meo iudicio dicunt. SCHWEB.

In συμβάλλεσθαι, pro sententiam ferre, subaudi γνώμην vel ψῆφον. Γνώμην συμβάλλεσθαι dixere Herodotus et Pausanias (n).

(l) Euripides in Hecuba v. 189. 190. addit: Σφάξαι σ' Ἀργείων κοινᾷ συντείνει πρὸς τύμβον γνώμη. BERNH. Rectius ibi nunc editum legitur: κοινὰ — — γνώμα. Excerpta ex Dione Cocc. p. 674. ed. Vales. οὐδέν ὅ, τι οὐκ ἀπὸ κοινῆς γνώμης ἐποίουν. Noli huc referre illud Dionysii Hal. Ant. Rom. T. I. p. 81. ἀπὸ κοινοῦ τῆς γνώμης. Nam legendum ex Cod. Vat. τοῦ κοινοῦ. h. e. ἀπὸ τῆς γνώμης τοῦ κοινοῦ. vid. Reiskium ad h. l. Quamquam, sententiam ipsam si spectes, est i. q. ἀπὸ κοινῆς γνώμης. SCHAEF.

(m) Plene Apoc. XVII, 13: Οὗτοι μίαν γνώμην ἔχουσι. BERNH.

(n) Actor. IV, 15: συνέβαλον πρὸς ἀλλήλους. In συντιθέναι etiam Herodotus loco inferius adducendo. ἀποφαίνεσθαι, sc. γνώμην, (sententiam) suam proferre, sive conspiciendam exhibere, Aelianus Var. Hist.

Digitized by Google

XI, 34. μεταβάλλεσθαι, (sententiam) mutare, Lucas Act. XXVIII, 6. et quae ibi notat Wolfius. SCHOETTG. (o) Simile μετατίθεσθαι. Vid. Lexic. Xenophont. T. III. p. 133. a. In Luciano T. I. p. 829. revocanda, opinor, priorum lectio editionum, μεταθήσῃ, cedere coacta in Reitziana glossemati, μεταμαθήσῃ. (quod bonus Belinus pro subiunctivo habens, legendum censet μεταμαθήσεις. Ohe!) SCHAEF.

52 * Ὑπολαμβάνειν si pro opinari vel existimare accipitur, requirit nomen γνώμης, ut haec phrasis fiat: ὑπολαμβάνειν τὴν γνώμην, sententiam sive opinionem recipere, vel latius, opinari, existimare. Palaephatus Κεφ. ια: Ὃς ὑπολαμβάνει ἄτρωτον ἀπὸ (*) σιδήρου ἄνθρωπον, εὐήθης ἐστί. BERNH.

(o) Γνώμη etiam saepenumero supprimitur in illo εἶπε, quod est ab initio psephismatum graecorum, v. c. apud Demosthenem in Timocratem in psephism. περὶ τῆς εἰσαγγελίας: Τιμοκράτης εἶπεν· ὁπόσοι Ἀθηναίων etc. Timocrates rogavit: quicunque Atheniensium etc. εἶπεν, supple: γνώμην. Similiter in initio psephismatis apud Andocidem de Mysteriis: ἔδοξε τῷ δήμῳ. Τισαμενὸς εἶπε· πολιτεύεσθαι Ἀθηναίους κατὰ τὰ πάτρια etc. i. e. populus scivit. Tisamenus scripsit: Atheniensis secundum patria (instituta) remp. gerunto. Conf. Thucyd. IV, 118. Aristoph. Thesmoph. v. 381. Plene habet Lucian. in Deor. Concil. ubi Deorum decretum recitatur: ἐπεσάτει Ἀπόλλων, ἐγραμμάτευε Μῶμος τῆς νυκτὸς, καὶ ὁ ὕπνος τὴν γνώμην εἶπε. Pro γνώμην εἶπε Xenophon Ἑλλην. L. I. c. 7. §. 11. habet ἔγραψε γνώμην. Etiam in verbo προσέχειν aeque recte γνώμην ac νοῦν subaudire possumus. Plene legitur γνώμην προσέχειν apud Aristoph. Ἐκκλησ. v. 596. LEISN.

(*) Al. ὑπὸ, quod Fischerus male sprevit. Suidas T. I. p. 375. Ἀλλ' ἔμενεν ἄτρωτος ὑπὸ τῶν τοιούτων παθῶν, ἢ ὁ Αἴας ὑπὸ σιδήρου. Marinus Vit. Procli c. 3. p. 5. sq. δευτέρα δὲ ἰσχὺς σωματικὴ, ἀπαθὴς μὲν ὑπὸ χειμώνων καὶ καμάτων, [Dorvill. ad Charit. p. 655. recte ex Cod. καυμάτων.] ἄτρωτος δὲ καὶ ὑπὸ τῆς μοχθηρᾶς καὶ ἠμελημένης διαίτης. SCHAEF.

* Integra oratione saepe reperitur μιᾷ γνώμῃ. Polybius T. I. p. 234. Μιᾷ γνώμῃ κυρίαν ἐποίησαν τὴν τῶν στρατοπέδων αἵρεσιν. Idem T. II. p. 1278. Συμπνεύσαντες καὶ μιᾷ γνώμῃ χρώμενοι. Thu-

Digitized by

cydides L. VI. c. 17. Μιᾷ γνώμῃ ἀκροᾶσθαι. Pro eo habet Dionysius Halic. L. VI. p. 348. Ὥσπερ ἐκ μιᾶς ψυχῆς ἅπαντες ἀνεβόησαν ἅμα. Macarius Homil. XV. p. 199. Ἀπὸ μιᾶς Φάσεως. Sic Latini quoque loquuntur: una mente, vel uno ore. Cicero Orat. Philipp. VI. c. 1. Cum vos universi una mente atque voce iterum a me conservatam esse rempublicam conclamastis. Terentius Phorm. Act. IV. Sc. III. v. 20. Uno ore auctores fuere. Eadem vox latet in φέρειν et φέρεσθαι. Apud Cleomedem K. Θ. L. I. c. 6. Ὁ μὲν οὖν Ποσειδώνιος οὕτω φέρεται. et cap. extr. ὥζε οὐκ ὀρθῶς ἔοικεν ἐνταῦθα φέρεσθαι ὁ Ποσειδώνιος. Supplet Herodotus L. V. c. 118. Τούτου τοῦ ἀνδρὸς ἡ γνώμη ἔφερε cet. Aeschylus Suppl. v. 607. σπεῦσαί τι τῶν — φέρει φρήν. ut Lat. fert sententia, fert animus. v. cl. Abresch. Lect. Aristaenet. p. 321. [Eadem ex Abreschii hoc libro exscripsit F. ST.] In ἔχει με s. γνώμη. Tenet me sententia. Sophocl. Electr. v. 497. In ἁλᾶσθαι, si ad mentem refertur. Idem Aiac. v. 22. In νικῶσα plene est apud Herodotum L. VII. c. 175. Ἡ νικῶσα δὲ γνώμη ἐγένετο. Actor. XIV, 4. Ἐσχίσθη τὸ πλῆθος. s. εἰς δύω γνώμας: uti supplet Lucianus T. II. p. 622. Τὸ θέατρον εἰς δύο γνώμας ἐσχίσθη. [Insignis abusus locutionis plenioris ad ellipsin ibi confingendam, ubi sensus apertissimus est, etiamsi nihil subaudias. Sed sic solent illi ἐλλειψιθῆραι. SCHAEF.] Sic Caesar B. C. L. I. c. 35. Divisum esse populum Romanum in partes duas. i. e. sententias. 1 Cor. VII. 5. Ἐκ συμφώνου. s. γνώμης. Quamquam alias γράμματος quoque potest suppleri, uti saepius in Pandectis. In ἐπισῆσαι, cum significat animum advertere, s. γνώμην, νοῦν, διάνοιαν. Alias pro contextus ratione οὖς vel ὀφθαλμὸς potest subaudiri. v. Abresch. Lect. Aristaenet. p. 172. SCHWEB.

Digitized by

* ΓΟΝΕΙΣ, Parentes.

In *Φύεσθαι καλῶν.* Sophocles Antig. v. 38. Schol. Gr. *λείπει γονέων, ἵν' ᾖ, ἐσθλῶν γονέων.* In *τίνων*, cum de genere sermo est. Polybius T. II. p. 1388. *Τίς καὶ τίνων.* s. *γονέων.* In *ἀπ' ἀμφοτέρων ἀδελφεὴ* s. *γονέων.* Herodotus L. III. c. 31. Potest etiam in hisce subaudiri *τοκέων*, qua voce saepius utitur Homerus. SCHWEB. Herodotus L. VII. c. 97. *Ἀχαιμένης, Ξέρξεω ἐὼν ἀπ' ἀμφοτέρων ἀδελφεός.* quod, ut alia plurima, imitatus est Pausanias L. III. c. 4. *Λεωνίδαν τὸν Ἀναξανδρίδου, Δωριέως δὲ ἀπ' ἀμφοτέρων ἀδελφόν.* Idem L. I. c. 7. in. *Οὗτος ὁ Πτολεμαῖος Ἀρσινόης ἀδελφῆς ἀμφοτέρωθεὶν ἐρασθείς, κ. τ. λ.* ubi vid. Sylburgius. SCHAEF.

53 ΓΡΑΜΜΑΤΑ, Literae.

Ἀπόῤῥητα, arcana, invenies apud Graecos pro *ἀπόῤῥητα γράμματα*, literae arcanae: et *δι' ἀποῤῥήτων*, arcanis, omissa voce *γραμμάτων*, literis. [Haec ratio haud raro satis commode procedit. Sic, si placet, intelligas Diodorum Sic. XX. c. 21. *ἐπεὶ τινῶν ἐπύθετο Νικοκλέα τὸν βασιλέα τῶν Παφίων ἐν ἀποῤῥήτοις ἰδίᾳ πρὸς Ἀντίγονον συντεθεῖσθαι φιλίαν, κ. τ. λ.* c. 28. *συνθήκας ἐν ἀποῤῥήτοις συνθέμενος.* Sed saepius etiam frustra labores, si huic ellipsi itemque alteri a Schwebelio supra ad v. *Βουλὴ* propositae inhaerepe velis. Talia haec sunt. Xenophon Anab. VII, 6, 43. *Καὶ ἐν ἀποῤῥήτῳ ποιησάμενος, λέγει, κ. τ. λ.* (ubi Schneiderus laudat Herodotum IX. c. 45. *παραθήκην ὑμῖν τὰ ἔπεα τάδε τίθεμαι, ἀπόῤῥητα ποιεύμενος πρὸς μηδένα λέγειν κ. τ. λ.* et Aristophanem Equit. v. 647. sqq. *κἀγὼ Φρασα Αὐτοῖς, ἀπόῤῥητον ποιησάμενος, ταχὺ Ἵνα κ. τ. λ.* ut locus interpungendus. conf. v. 120. 123.) Dionysius Hal. Ant. Rom. T. II. p. 774. *Φράσοντας τοῖς Γαβίοις δι'*

Digitized by Google

ἀποῤῥήτων. Pausanias L. III. c. 20. *γυναῖκες γὰρ δὴ μόναι καὶ τὰ ἐς τὰς θυσίας δρῶσιν ἐν ἀποῤῥήτῳ.* Praestat igitur, *δι' ἀποῤῥήτων, ἐν ἀποῤῥήτοις, ἐν ἀποῤῥήτῳ*, nulla habita ratione *ἐλλείψεων*, adverbialiter dicta intelligere. Eademque ratio tenenda in plurimis aliis huiusmodi locutionibus, quas Mysterii elliptici *ἐπόπται* ad sacra sua trahere solent. SCHAEF.] Sic Aelian. Var. Hist. XII, 33: *Κινέας — πρὸς τὴν βουλὴν τῶν Ῥωμαίων ἔγραψε δι' ἀποῤῥήτων.* Cineas — ad senatum Romanum arcanis (literis) scripserat. Addidit Herodianus VII, 6, 14: *Ὅτι Φέρουσι γράμματα πρὸς Μαξιμῖνον ἀπόῤῥητα.* Quod ferant arcanas ad Maximinum literas.

* In *Φοινίκια* et *Φοινικήϊα* s. *γράμματα.* [Aliter explet Timon Phlias. XXIV. *ἀνδρὶ διδασκομένῳ Φοινικικὰ σήματα Κάδμου.* quem hinc suspiceris Homeri *σήματα λυγρὰ* de literis intellexisse. SCHAEF.] Vid. Suidam T. III. p. 639. et Hesychium in *Φοινικίοις*, quibus in locis disiungendae sunt voces. Literas enim, quas, teste Herodoto L. V. c. 58. Iones a Phoenicibus acceperunt, absolute *Φοινικήϊα* veteres appellarunt. Ita *Φοινικήϊα* legitur *ἐλλιπῶς* in antiquissima Inscriptione Teiorum v. 37. v. Havercampium dissert. de lit. Gr. T. II. p. 207. Subauditur etiam *τὸ γράμμα*, [aut *τὸ ϛοιχεῖον.* vid. infra h. v. SCHAEF.] quoties Articulus literis Alphabeti praeponitur, e. g. *τὸ* A, *τὸ* Γ. unde etiam, teste Eustathio ad Iliad. A. p. 5. l. 14. Homeri libri *γράμματα* fuerunt appellati. In *Φωνήεντα* et *σύμφωνα* apud Grammaticos et Scholiastas Graecos saepius obvia s. *γράμματα.* Plene Aeneas Tact. c. 31. *Φωνήεντα γράμματα.* ut Lat. vocales et consonantes. s. literae. SCHWEB.

* ΓΡΑΜΜΑΤΙΔΙΟΝ.

Hoc substantivum, vel *γραμματεῖον*, nisi ex

Digitized by Google

Herodoto δελτίον malis, reticetur, quoties δίπτυχον aut δίθυρον absolute adhibent Graeci. Hinc Hesychius, δίθυρον, γραμματίδιον δίπτυχον, vel, ut distinguendum alii censent, δίθυρον γραμματίδιον, δίπτυχον. Pollux Onom. IV. 8. Καὶ Ἡρόδοτος μὲν δελτίου δίπτυχον, οἱ δὲ Ἀττικοὶ γραμματεῖον δίθυρον. Et X. 57. ὥς ἐξιν εἰπεῖν γραμματίδιον δίθυρον. Conf. Misc. Obs. Crit. Vol. V. T. II. p. 173. F. S T. Conf. Toup. Emendat. in Suid. T. II. p. 523. Locella ad Xenoph. Ephes. p. 199. SCHAEF.

ΓΡΑΜΜΗ, Linea.

In ὀρθὴ et εὐθεῖα, recta, ut πρὸς ὀρθὴν, sc. γραμμὴν, ad rectam (lineam). [Leontius Scholast. XIX. ἀλλὰ δικάζων Οὔποτε τῆς ὀρθῆς οὐδ' ὅσον ἐτράπετο. Lucianus in divino illo Demosthenis encomio T. III. p. 515. ἀκλινῆ τὴν ψυχὴν ἐπ' ὀρθῆς ἐν ἁπάσαις Φυλάττοντα τρικυμίαις τῆς τύχης (*). Subaudias item ὁδός. Epigr. adesp. DCXCIII. v. 7. δι' ὀρθῆς ὕπαγε, ὦ ὁδοιπόρε. Vide infra v. Ὁδός. SCHAEF.] Herodot. III, 127: ἐκ μὲν δὴ τῆς ἰθείης, sc. γραμμῆς, vel ὁδοῦ, recta (linea vel via), i. e. aperte. Plutarch. de Herodoti malignit. p. 866. ἀπ' εὐθείας et πλαγίως opponit. [Vid. Musgravium supra ad v. Ἀρχή. SCHAEF.] In εὐγώνιος. Eurip. Ion. v. 1137:

Πλέθρου ϛαθμήσας μῆκος εἰς εὐγώνιον
Μέτρημ' ἔχουσαν —

In iugeri longitudinem dimensus rectangulam lineam habentem mensuram tot pedum.

Item in ἡ ἱερὰ, sacra. Philo Legation. ad Caium p. 779. [T. II. p. 561, 15. Sed ibi, ut T. I. p. 674, 33., Ruhnkenius ad Schol. in Platon. p. 256. a. legendum censet ἀΦ' ἑσίας, improbans Mangeium, qui utrumque recte dici putet. Praeiverat Mangeio Hoeschelius Notat. in Philon. Opusc. p. 254. SCHAEF.]

Digitized by Google

— *ἀπὸ τῆς πατρίδος, ὥςπερ ἀΦ' ἱερᾶς, ἤρχετο τὰ σπέρματα τῆς εἰρήνης ἀποῤῥίπτειν.* A patria, tanquam a sacra (linea), incipiebat semina pacis abiicere. Hesychius: *'ΑΦ' ἱερᾶς, οὕτως ἐλέγετο γραμμὴ ἱερὰ παρὰ τοῖς πεττεύουσιν.* [Vid. Brunck. ad Aristophan. Concion. v. 987. SCHAEF.] quod Theocritus *ἀπὸ γραμμᾶς* dixit, omisso *ἱερᾶς*. vid. Vann. Crit. p. 273. (p)

(*) Obiter moneo, ibidem p. 522. sq. [et in Ind. ad Chrestom. Graec. v. *ἀπώμοτος*] Interpretem a vero Luciani sensu mire aberrasse, non sine insigni in *μεγαλοψυχίαν* Demosthenis iniuria. Aliter Graeca vertisset, si meminisset imitatum esse Lucianum Archilocheum illud carmen: *Χρημάτων ἄελπτον οὐδέν ἐςιν, οὐδ' ἀπώμοτον, κ. τ. λ.* SCHAEF.

(p) Supprimitur *γραμμὴ* etiam in *κάθετος*, i. e. linea perpendicularis; in *παράλληλοι*, i. e. lineae parallelae; in *ὑποτείνουσα*, subtensa seu latus trianguli rectianguli, angulo recto oppositum, apud Geometras. SCHOETTG. 54

* Item in *διάμετρος*. Euclides L. II. *Σφαῖρα ἐςὶν, ὅταν ἡμικύκλιον μενούσης τῆς διαμέτρου* (sc. *γραμμῆς*) *περιενεχθὲν τὸ ἡμικύκλιον.* Et in *περίμετρος*. BERNH.

* Item in *μακρὰ* apud Aristoph. Vesp. v. 106. Scilicet *γραμμὴ μακρὰ* erat condemnantium, *βραχεῖα* absolventium. [V. Brunck. ad Aristoph. Vesp. v. 167. 848. SCHAEF.] Item in *παράγραΦος*. Nam paragraphus erat linea quaedam brevis, punctum quasi quoddam in extremitate habens, quae inter notas criticas fuit, quibus in distinguendis versibus utebantur. Quae ratio est, cur Graeci *ἡ παράγραΦος* semper dicant, et Latine haec paragraphus dici recte possit. LEISN.

* Sic apud Tacticos *τάξις εἰς μίαν εὐθεῖαν* suppressam habet v. *γραμμήν*: quae est ordinatio omnium copiarum ad unam rectam lineam. Polybius T. I. p. 366. *Ἐπεὶ δὲ πάντ' ἐπὶ μίαν εὐθεῖαν ἐξέτεινε.* Onosander c. XXI. *Εἰς εὐθεῖαν ἐκ τοῦ σιγματοειδοῦς ἁπλούμενοι σχήματος.* Plene est apud Dionysium Hal. L. IV. p. 258. *ΔιαγράΦοντος ἐπὶ τῆς γῆς περιΦερεῖς τε γραμμὰς, καὶ ἑτέρας αὖθις εὐθείας.* SCHWEB.

Digitized by Google

* ΓΡΑΦΗ, Accusatio.

In *Φεύγειν ὕβρεως*, *Φεύγειν Φόνου*, et similibus, possumus subintelligere *γραφήν*. Alii supplent per *δίκην*. Vid. infra ipsum Bosium in hac voce. LEISN.

* ΓΡΑΦΗ, Scriptura.

In N. T. quando Scriptura V. T. citatur, saepe occurrit *Φησὶ* vel *λέγει*, et subintelligitur *ἡ γραφὴ*, quae vox alibi quoque additur. 1 Corinth. VI, 16. Ephes. V, 14. Galat. III, 16. Hebr. V, 14. Idem occurrit apud Patres Graecos. Marcus Eremita sententiis prioribus num. 106: *Οὐδεὶς, Φησὶ, στρατευόμενος ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις.* Nemo, ait, (scriptura 2 Timoth. II, 4.) militans negotiis huius vitae implicatur. Idem n. 134: *Φησὶ γὰρ, ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται.* Dicit enim (scriptura:) Qui se ipsum exaltat, humiliabitur. Potest et subintelligi pro re nata *εὐαγγελιστὴς*, *προφήτης*, *ἀπόστολος*: hoc tamen generale est, et ubique quam optime quadrat. SCHOETTG.

* ΓΥΜΝΑΣΙΟΝ, Gymnasium.

In *Λύκειον*, Lyceum, de qua voce vide Harpocrationem. SCHOETTG.

ΓΥΝΗ, Uxor.

In *Ἕκτορος Ἀνδρομάχη*, Hectoris Andromache, supple *γυνὴ*, uxor. Aristoph. Lysistr. p. 839. *Ἡ Θεαγένους*, sc. *γυνή*: Theagenis (uxor.) Vide ib. Bisetum. Ioannes Evang. XIX, 25: *Μαρία ἡ τοῦ Κλωπᾶ*, sc. *γυνὴ*, Maria Clopae (uxor.) Matth. I, 6: *ἐκ τῆς τοῦ Οὐρίου*, sc. *γυναικός*. [Euripides Orest. v. 1702. ed. Pors. *ἔνθα παρ' Ἥρᾳ, τῇ θ' Ἡρακλέους Ἥβῃ, κ. τ. λ.* Aristophanes Equit. v. 449. *τῶν Βυρσίνης τῆς Ἱππίου.*

Digitized by Google

Diodorus Sic. Excerpt. T. II. p. 586, 76. *Αἰμιλία γάρ τοι μεγάλου Σκιπίωνος.* (l. A. *γὰρ ἡ τοῦ μ. Σ.*) ubi monuit Valesius. Dorvillius Vann. Crit. p. 198.: „De hac ellipsi videantur Salmas. ad Inscriptt. Herodis Attici p. 40. Perizon. in Dissert. Triade p. 19. et Burmannus ad Sueton. Ill. Gramm. C. 10. et in Vita Caes. C. 4." Add. Marklandus ad Euripid. Iphig. Aul. v. 130. SCHAEF.] (q) Item in *ἡ γαμετή*. Aelian. Var. Hist. XIV, 43: *Βερενίκη δὲ ἡ γαμετὴ αὐτοῦ*: Berenice vero (uxor) eius. [Plene Isaeus ap. Dionys. Halic. T. VII. p. 360. Orat. Gr. *γαμετῆς γυναικός.* SCHAEF.] Item in *χήρα* (r). Plene *γυναιξὶ χήραις* dixit Dio Cass. XLI, 175. (s)

* Et Luc. III, 26. *πρὸς γυναῖκα χήραν.* Est enim *χῆρος* inter ea nomina referendum, quae triplices habent fines. Invenitur enim masculinum genus et neutrum apud Apollonium Argon. I. *χῆρον λέχος.* [Sic *χήρη εὐνὴ* Marcellus Dedic. Stat. Reg. v. 12. SCHAEF.]

Omittitur quoque ab Isocrate ad Nic. in adiectivis *ταπεινοτέρας* et *σεμνοτέρας.* *Οὐδ' ᾠήθην δεῖν τοὺς μὲν* (sc. *παῖδας*) *ἐκ ταπεινοτέρας τῶν παίδων, τοὺς δὲ ἐκ σεμνοτέρας*, supple *γυναικός.* 56

In *γαμεῖν* deest quartus casus *γυναῖκα.* Matth. XXIV, 38. et alias. Additur nomen Luc. XIV, 20. *Γυναῖκα ἔγημα.* BERNH.

* In *ἄγειν*, quando absolute ponitur, s. *γυναῖκα*: quamquam plena locutio est *ἄγειν γυναῖκα εἰς οἶκον.* V. *οἶκος.* In *μιᾷ ξοιχεῖν*, una uti uxore. V. cl. Hemsterhuis ad Aristophanis Plut. p. 262. In *ἔχειν.* Homerus Il. O. v. 336. In *θηλύτεραι.* Plene Homerus Od. Λ. v. 385. In illis Aristophanis, *Ἐκκλησιάζουσαι, Θεσμοφοριάζουσαι*, cet. et innumeris aliis. Sic Latini quoque hanc vocem saepe habent suppressam. Plinius L. II. ep. 20. Verania Pisonis. s. uxor. Virgilius Aen. L. III.

Digitized

v. 319. Hectoris Andromache. Item inducere et habere, Graeco more. Ovidius Metam. L. IX. 496. 497. Di melius! Di nempe suas habuere sorores. Sic Saturnus Opim iunctam sibi sanguine duxit. SCHWEB. De Latinis Stoschius ad Elsneri Commentar. in Evang. Matth. I. p. 12. conferri iubet Reitzium Ambig. p. 387. et Supplem. p. 77. Pitiscum ad Sueton. Iul. c. 50. SCHAEF.

(q) Adde Matth. XXII, 25. XXIV, 41. SCHOETTG.

* Et Tob. III, 8: septem iam habuisti maritos, καὶ ἑνὸς αὐτῶν οὐκ ὠνομάσθης, sc. γυνή. Sic ἔχειν τινά, sc. γυναῖκα, habere aliquam in matrimonio. Matth. XIV, 4. MICH.

(r) Luc. IV, 25: πολλαὶ χῆραι. coll. v. 26: πρὸς γυναῖκα χήραν. MICH.

(s) Sic et in καλαί. [„Xen. Apomnn. I, 1. 8. τῷ καλὴν γήμαντι." Fischer. ad Weller. III. 1. p. 254. SCHAEF.] Callimachus apud Auctorem Etymologici Magni in Βεῦδος, emendante Bentleio:

Ἐν δὲ Πάρῳ καλαί τε, καὶ αἰόλα βεύδε' ἔχουσαι.
In Paro autem pulchrae, et pulchre vestitae sunt (mulieres.)

Item in ἀμφίπολος, quae vox in Homero saepe occurrit, idemque est ac θεράπαινα. Idem tamen Odyss. A. v. 362. supplet: — σὺν ἀμφιπόλοισι γυναιξί (t). SCHOETTG.

(t) Item in θήλειαι Rom. I, 26. et alibi saepe θηλύτεραι. [Proprie, tenerae, imbecillae; teneriores, imbecilliores; *das schwächere Geschlecht*. Sophocles Trachin. v. 1064. γυνὴ δὲ, θῆλυς οὖσα, κοὐκ ἀνδρὸς φύσιν. Euripides Med. v. 924. ed. Pors. γυνὴ δὲ θῆλυ, κἀπὶ δακρύοις ἕφυ. SCHAEF.] Plato plenius: θήλειαι κόραι. LEISN. Euripides Orest. v. 1203. τὸ σῶμα δ' ἐν γυναιξὶ θηλείαις πρέπον. ubi significanter praecedit: τὰς φρένας μὲν ἄρσενας κεκτημένη. Manetho IV. v. 503. θηλυγενεῖς δὲ γυναῖκες κ. τ. λ. SCHAEF.

57 ΓΩΝΙΑ, Angulus.

In εὐθεῖα vel ὀρθὴ aliquando etiam omittitur γωνία, angulus. Locum ex Polybio citat Budaeus p. 1227.

Digitized by Google

* Polybius T. I. p. 776. Τῶν πρὸς ὀρθὰς ἐφεξώτων. s. γωνίας. SCHWEB.

Δ.

* ΔΑΙΜΟΝΙΑ, Numina, Spiritus.

Actor. XVII, 20: *Ξενίζοντα γάρ τινα εἰςφέρεις εἰς τὰς ἀκοὰς ἡμῶν.* Ad hoc adiectivum, vel participium potius, *ξενίζοντα*, addi debere substantivum *δαιμόνια*, tum v. 18. docet, ubi Paullus *ξένων* (quod cum *ξενιζόντων* unum eundemque habet significatum) *δαιμονίων καταγγελεὺς εἶναι* dicitur: tum ex Aeliani Var. Histor. lib. II. c. 13. colligimus, quippe de Atheniensibus quibusdam suspectum reddere Socratem laborantibus narrat historicus l. d. illos inter alia, quibus Socratem premebant, crimina et hoc adduxisse, quod sc. *εἰςῆγε ξένους δαίμονας καὶ οὐκ ἤδει θεοὺς*, grande scelus existimantes, novos inducere aut annunciare Deos praeter iam receptos. Accurate enim tradito a maioribus cultui insistebant Athenienses, quod ex eodem Socratis exemplo videre licet, cui quippe haec ab Areopagitis dica scripta est: *Ἀδικεῖ Σωκράτης, οὓς μὲν ἡ πόλις νομίζει θεοὺς, οὐ νομίζων, ἕτερα δὲ καινὰ δαιμόνια εἰςηγούμενος*, teste Diogene Laertio in vita Socratis. BERNH.

ΔΑΙΣ, Epulum. 58

In *θαλεία* vel *θαλία* deest saepe. Homerus: *Δαῖτα θαλείαν*: epulum festivum. [Aristophanes Pac. v. 778. sqq. *κλείουσα θεῶν τε γάμους, Ἀνδρῶν τε δαῖτας, Καὶ θαλίας μακάρων.* Subaudias item *ἑορτήν*. Valckenarius ad Herodot. p. 665. a.: „*θάλειαν ἑορτὴν ἄγειν* et *θάλειαν ἄγειν* Graecis etiam dicebatur: Eustath. in Od. Φ. p. 759, 6. Epist. Socr. p. 43, 18.“ SCHAEF.]

* ΔΑΚΡΥΟΝ, Lacrima.

In *ἐγὼ ἔκλαιον πολλά*· nempe *δάκρυα*. Apocal. V, 4. MICH.

Digitized by Google

* ΔΑΜΑΛΙΣ, Iuvenca.

Vide infra, voce *Εἰκών*. SCHOETTG.

ΔΑΝΕΙΟΝ, Mutuum.

In *ἀρχαῖον*, quando pro sorte usurarum sumitur. Demosthenes adversus Nicostratum: — *οὔτε τόκον, οὔτε τὸ ἀρχαῖον*. Plene dixit idem *κατὰ Διονυσόδ. Οὐ γὰρ ἂν ἀπεδίδοσο τό τε ἀρχαῖον δάνειον, καὶ τῶν τόκων μέρος τι*. Vel subintell. *κεφάλαιον*, quod idem alibi addit. Vid. Budaei Comm. p. 133. [Aristophanes Nub. v. 1156. *καὶ τἀρχαῖα, καὶ τόκοι τόκων*. ubi *τἀρχαῖα* Gloss. explicat *τὰ κεφάλαια*. Alciphron p. 106. *ἐπὶ τῷ ἀρχαίῳ τόκον βαρύν*. p. 280. *πρὸς τῷ ἀρχαίῳ καὶ τὸν τόκον ἀπήτει*. SCHAEF.]

* ΔΑΠΑΝΗ.

Vel, si mavis, *ἀνάλωμα*, in phrasi in lapidibus frequentissime obvia, *ἐκ τῶν ἰδίων*. Solum illud in *ἰδία* suppleri potest. Quae recte cel. D'Orvillius in Misc. Obs. Crit. Nov. Tom. III. p. 110. cum Latinorum, suo aere, sua pecunia, et sim. confert. F. ST.

ΔΕΙΛΗ, Tempus vespertinum (a).

In voce *ὀψία*, serum, quae natura adiectiva est, deficit *δείλη*. Ex. gr. *ὀψίας γενομένης*, cum ferum esset diei; integre, *δείλης ὀψίας γενομένης*. Saepe additur. Dionys. Halic. V. p. 351: *Περὶ δείλην ὀψίαν*. et Lib. VIII. c. 49: *μέχρι δείλης ὀψίας*. Thucydides Lib. III. p. 190: *γενομένης δὲ τῆς τροπῆς περὶ δείλην ὀψίαν*. Lucianus in Asino pag. 100: *Περὶ δείλην ὀψίαν*. et in Gallo p. 177. Aelianus Hist. Anim. I, 14: *Δείλης δὲ ὀψίας γε-*
59 *νομένης*. Possis etiam in *ὀψία* subaudire *ὥρα*, quam vocem addidit Marcus XI, 11: *Καὶ περιβλεψάμενος πάντα, ὀψίας ἤδη οὔσης τῆς ὥρας, ἐξῆλθεν εἰς Βηθανίαν*.

Digitized by Google

Porro quum dicitur: *ἡ ἡμέρα ἤρξατο κλίνειν.* Elliptica et haec est loquutio, quae occurrit Luc. IX, 12. et XXIV, 29. In ea subauditur, *εἰς δείλην.* Sic integre Appianus Punic. p. 125: *Ἡμέρας εἰς δείλην τρεπομένης.* Vel *ἐπὶ δύσιν* subaudire possis, uti ad vocem *Δύσις* dicemus.

* Herodotus L. VIII. c. 7. *Περὶ δείλην πρωΐην γενομένην.* Adde Eustathium ad Iliad. Σ. p. 1193. l. 42. SCHWEB.

* Thomas Mag. p. 762. *Πρωΐ, καὶ ὀψέ· οὐ πρωΐας, καὶ ὀψίας.* ubi citatur Photius Lex. Ms. *Πρωΐαν οὐ λέγουσι καθ' ἑαυτὸ, ἀλλ' ἐν συντάξει, δείλην πρωΐαν, τὸ πρῶτον τῆς δείλης μέρος, καὶ δείλην ὀψίαν, τὸ περὶ ἡλίου δυσμάς.* Vid. ibi Interpretes. SCHAEF.

(a) *Δείλη* non semper tempus vespertinum significat, sed de variis diei partibus, ac diversis lucis crescentis ac decrescentis gradibus dicitur. Ita dicimus 1) *δείλης ἑῴας*, h. e. sub auroram, quia hic est quasi primus lucis incipientis gradus; 2) *δείλης μεσημβρίας*, sub meridiem, qui est summus lucis diurnae gradus; 3) *δείλη πρωΐα*, i. e. *τὸ πρῶτον τῆς δείλης μέρος, τὸ εὐθὺς ἐκ μεσημβρίας*, prima pars *δείλης*, quae incipit statim a meridie; [Philemon: *μεμίσθωνταί με δείλης πρωΐας. ἀντὶ τοῦ ἀρχομένης δείλης.* Schol. Voss. ad Homer. Il. XVIII. v. 277. Vid. Valcken. ad Ammon. p. 104. b. SCHAEF.] 4) *δείλη ὀψία, τὸ τελευταῖον τῆς δείλης μέρος, τὸ περὶ ἡλίου δυσμὰς*, postrema pars *δείλης*, quando solis est occasus. vid. Casauboni Antibaron. p. 417. LEISN.

* ΔΕΙΜΑ, Terror.

Subaudiendum est in *πανικόν.* Et in plur. *πανικὰ*, sc. *δείματα.* Polyaen. I, 2: *τοὺς κενοὺς καὶ νυκτερινοὺς τῶν στρατευμάτων φόβους πανικὰ κληΐζομεν*, ut legit Casaubonus. Vid. Dionys. Halic. Lib. V. p. 290. edit. Lips. LEISN.

Diodorus Sic. XIV. c. 32. *ἐμπεσόντος δὲ εἰς τὸ στρατόπεδον θορύβου τοῦ καλουμένου πανικοῦ.* L. XX. c. 67. *πανικῷ θορύβῳ συνεχομένων.* mox:

Digitized by Google

ἐξαπατηθεῖσαι, κατὰ τὴν παροιμίαν, τοῖς κενοῖς τοῦ πολέμου. Τὰ κενὰ τοῦ πολέμου eadem quae πανικά. Vid. Interpret. ad Diodor. Sic. XVII. c. 86. in. Dorvill. ad Charit. p. 581. Add. de Πανὸς δείμασι Valckenar. ad Herodot. p. 370. a. Koppiers. Observ. Philol. p. 121. SCHAEF.

* ΔΕΙΝΟΝ.

Thucydides Hist. III. 76. τῆς δὲ ξάσεως ἐν τούτῳ οὔσης. Supplet Scholiastes τῷ πράγματι, τῷ δεινῷ. F. SI.

60 ## * ΔΕΙΠΝΟΝ, Coena.

Aristophanes Ἐκκλησ. v. 1173: Ἐπινίκια δειπνεῖν, sc. δεῖπνα, i. e. εὐωχίαν νίκης τινὸς ἕνεκα ποιεῖν. LEISN. Aristophanes fragm. Cicon. apud Athenaeum T. III. p. 431. Ἀττάγας, ἥδιστον ἑψεῖν ἐν ἐπινικίοις κρέας. SCHAEF.

* Vocabulum hoc supplendum est post καλεῖν. 1 Cor. X, 27: Εἰ δέ τις καλεῖ ὑμᾶς τῶν ἀπίστων (ἐπὶ δεῖπνον), si quis infidelium (ad convivium) vos vocaverit, vel invitaverit. Plenam phrasin dat [Xenophon Mem. 2, 3, 11. καλεῖν σε ἐπὶ δεῖπνον. mox simpliciter καλεῖν ἐκεῖνον. Sic et 2, 9, 4. ὁπότε θύοι, ἐκάλει. SCHAEF.] Iulian. in Caesaribus: Διὰ τί οὐχὶ καὶ τὸν ἐμὸν Ἀλέξανδρον ἐπὶ τὸ δεῖπνον παρεκάλεις; Additur etiam a Ioanne Apoc. XIX, 9. Omissum est Luc. XIII, 7. Idem Hesiod. op. et dieb. τὸν Φιλέοντ' ἐπὶ δαῖτα καλεῖν. Item in παρακαλεῖν. Euripides in Bacch. v. 1245. Eadem Latinis in usu est ἔλλειψις. Ita enim Terent. Phorm. Act. III. sc. V: Spatium quidem tandem apparandi nuptias, vocandi, sacrificandi. cet.

In loco 1 Corinth. XI, 20. ad phrasin ἐπὶ τὸ αὐτὸ supplendum esse δεῖπνον, Raphelius existimat, citante Bruningio in antiqq. graec. c. XXII. BERNH.

Digitized by Google

* Eadem est ellipsis Actor. X. 10. *Παρασκευαζόντων δὲ ἐκείνων.* s. *δεῖπνον.* Sic Herodotus L. IX. c. 15. *παρασκευασάμενος μεγάλως.* ubi lineis aliquot interiectis sequitur *ἦν δὲ τὸ δεῖπνον ποιούμενον ἐν Θήβῃσι.* Plene exstat phrasis apud eumdem L. IX. c. 81. *Δεῖπνον παρασκευάζειν.* Sic Suetonius *ἐλλιπῶς* vocare posuit in vita Tiberii c. 53. Etiam vocare desiit. quam Ellipsin expressit idem in Caligula c. 36. quas plerumque cum maritis ad coenam vocatas considerabat. SCHWEB.

* ΔΕΚΤΕΟΝ.

Hoc verbale frequenter omittunt Scholiastae veteres post illa verba: *ὃ καὶ μᾶλλον* etc. ubi sc. indicare volunt, quaenam ex duabus interpretationibus alteri sit praeferenda. LEISN.

* ΔΕΟΝ, Decens.

In *παρὲξ ἀγορεύειν* apud Homerum Iliad. M. v. 213. ubi schol. Gr. *ἔξω τοῦ δέοντος.* In *ὑπερβαίνειν.* Sophocles Antig. v. 674. SCHWEB.

* ΔΕΣΜΩΤΗΡΙΟΝ, Carcer.

Deest hoc nomen in *δημόσιον*, quod pro carcere publico posuit Thucydides. Plenum enim 61
est: *δεσμωτήριον δημόσιον.* LEISN.

* ΔΕΣΠΟΙΝΑ, vel ΔΕΣΠΟΤΙΣ, Domina.

Desideratur in *κεκτημένη* apud [Sophocl. fragm. ex incert. Tragoed. XLII. SCHAEF.] Aristoph. Eccles. v. 1118. [v. 1126. ed. Brunck. ubi iungitur pronomini possessivo: *τῆς ἐμῆς κεκτημένης.* SCHAEF.] et saepe apud Aristaenetum. LEISN. Moeris p. 225. *ἡ κεκτημένη, ἡ δέσποινα, παρ' Ἀττικοῖς.* SCHAEF.

* ΔΕΣΠΟΤΗΣ, Herus.

Deest in *κεκτημένος*, v. c. apud Aristoph. Plut.

Digitized by Google

v. 4. et *ἐγκεκτημένος*. Quae voces adhibentur de iis, qui praedia in Attica possidebant, et a *δημόταις* diversi erant. LEISN. Demosthenes p. 1208. 27. *τῶν τε δημοτῶν καὶ τῶν ἐγκεκτημένων*. Reiskius Ind. p. 269: „*οἱ ἐγκεκτημένοι*, subaudi *οἰκίας καὶ χωρία ἐν τῇ ἔξω τῆς Ἀττικῆς*, *Angesessene*, peculiati, quibus fundi sunt, bona immobilia, sed extra Atticam, in solo peregrino." Accuratius, sicque ut intelligas, cur *τοῖς δημόταις* opponantur, Valckenarius ad Herodot. p. 383. a.: „Sunt qui in demis non suis praedia vel agros possidebant." SCHAEF.

* ΔΗΛΟΝ, Certum.

Δῆλον, certum est, deesse videtur I. Ioann. III, 20, ante haec verba: *ὅτι μείζων ἐστὶν ὁ Θεός*, etc. MICH.

* ΔΗΜΙΟΣ, Minister, seu servus publicus.

Mihi non est dubium, post verba *πέμπειν* et *ἐπιστέλλειν* absolute posita, rectius interdum *τὸ δήμιον* vel *δημίους* subaudiri, quam vel *ἐπιστολὴν*, vel alia. Apud Marcum c. VI, 27. verbo *ἀποστέλλειν* additur *σπεκουλάτωρ*, i. e. *δήμιος*. Vid. Casaubonus ad illum locum. LEISN.

* ΔΗΜΟΣ, Demus s. pagus.

„Deest hoc nomen apud Arist. Equitt. 79. *ἐν Κλωπιδῶν*· ubi v. Casaubonus p. 77. Neoc." Fischer. ad Weller. III. 1. p. 254. SCHAEF.

* ΔΙΑΓΕΝΟΜΕΝΟΣ, Interiectus.

Subaudiri potest hoc vocabulum Marc. II. 1. *δι' ἡμερῶν*. s. *τινῶν διαγενομένων*. Sic Actor. XXV. 13. *ἡμερῶν δὲ διαγενομένων τινῶν*. et c. XXVII. 9. *ἱκανοῦ δὲ χρόνου διαγενομένου*. Pro quo Herodotus L. I. c. 8. *Χρόνου δὲ οὐ πολλοῦ διελθόντος*.

Digitized by Google

Idem IX. c. 16. *Ὀλίγου τινὸς χρόνου διελθόντος.* V. *διελθών.* Sic Latini paucis diebus interiectis. Livius L. I. c. 58. SCHWEB. Falluntur hîc Schwebelius infraque ad v. *διελθὼν* Schoettgenius, in talibus participia subaudientes. *Δι' ἡμερῶν, δι' ἐτῶν*, etc. saepissime legas, scil. *τινῶν*, nunquam, quod sciam, *δι' ἡμερῶν διαγενομένων* s. *διελθουσῶν.* Praepositio enim *διὰ* genitivo iuncta ipsa per se de spatio temporis interiecto [ut de intervallo locorum. v. Herodot. VII. c. 30. 198.] dicitur. Herodotus L. VI. c. 118. extr. *δι' ἐτέων εἴκοσι*, post viginti annos. Tale est frequentissimum illud *διὰ χρόνου*, scil. *τινός.* (non *πολλοῦ*, quod male supplet Bosius supra p. 4.) Plutarchus Mor. T. III. p. 93. *ἄν τις Πολυπραγμοσύνης τὴν ἀποθήκην ἀνοίγῃ διὰ χρόνου, κ. τ. λ.* Interpres: interposito temporis spatio. Conf. Weiskius Comment. in Orat. Ciceron. pro M. Marcello p. 49. SCHAEF.

* ΔΙΑΘΗΚΗ, Testamentum.

Apud Scriptores Christianos in *ἡ παλαιὰ* (b) et *καινὴ*, V. et N. T. Photius lib. 3. contra Manichaeos, p. 7: *εἰ πονηρᾶς ἦν ἀρχῆς ἡ παλαιὰ*, si 62
vetus (testamentum) a malo principio ortum haberet. Et p. 17: *εἰ δ' ἦν ἡ παλαιὰ* etc. Pluries enim postea occurrit. Gregentius Tephrensis disput. cum Herbano Iudaeo pag. 21: Ubicunque tu invenis lignum utile *ἐν τῇ παλαιᾷ*, crucem exinde formare cupis. SCHOETTG.

(b) *Διαθήκη*, in *ἡ παλαιὰ*, Vetus Testamentum; apud Theophylactum ad Galat. IV, 21. MICH.

* ΔΙΑΛΟΓΙΣΜΟΣ, Cogitatio.

In hac constructione hebraeo-graeca, *ἀνέβη ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτοῦ*, sc. *διαλογισμός.* Ascendit in cor eius (cogitatio.) Actor. VII, 23. In-

Digitized by Google

tegrum autem occurrit Lucae XXIV, 38. *Διὰ τί διαλογισμοὶ ἀναβαίνουσιν ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν;* Hebraismus vero ille עלה על לב est notissimus. SCHOETTG.

ΔΙΑΝΟΙΑ, Animus.

Accusativus *Διάνοιαν* deest in verbo *ἐπισῆσαι*, quando pro animum attendere usurpatur. [Plutarchus Mor. T. I. p. 441. *ἐπισήσαντες, ὅτι ἐν οὐδενὶ κακῷ τυγχάνουσιν ὄντες, κ. τ. λ.* SCHAEF.] Aelian. Lib. II. c. 10. de Timotheo, *ἐπισάντα εἰπεῖν.* De qua verbi significatione recte monuit Doctiss. Olearius ad Philostr. Vitam Apollon. Lib. I. c. 34. ubi *ἐφεσηκότα μέν τοι ὁρῶν καὶ ἐνθυμουμένῳ ὅμοιον*: sed tamen cum ipsum (animum) intendere vidisset, et similem esse ei, qui aliquid meditatur. [In *ἐπισὰς* et *ἐφεσηκὼς* nihil plane subaudiendum. Nam Graeci dixerunt etiam *ἐπισῆσαι ἑαυτὸν*, attendere, considerare: *ἐπισὰς* autem et *ἐφεσηκὼς*, ut nunc omnes norunt, est i. q. *ἐπισήσας ἑαυτόν.* In Stobaei Serm. p. 333, 30. legendum *ἐπισάμεν τε ἑαυτόν.* Ibid. p. 460, 45. *ἀλλ' ὡς παρορῶντας τῷ μὴ ἐφεσακέναι, πάντως δ' ἂν ἰδόντας, εἴπερ ἐπέσησαν.* (Sic leg. Vulg. *ἐφέσησαν.*) SCHAEF.] Subaudiendum autem esse *τὴν διάνοιαν*, docemur ex Theophrasti
63 Characterib. Ethic. in Prooemio: *ἤδη μὲν καὶ πρότερον πολλάκις ἐπισήσας τὴν διάνοιαν* (c).

* Cui exemplo addere possumus Dionysium Hal. L. I. p. 2. *Εἰ γάρ τις ἐπισήσας τὴν διάνοιαν ἐπὶ τὰς — ἡγεμονίας.* In *μετέωρος* itidem potest subaudiri *διάνοια.* Polybius T. II. p. 1298. *Μετέωροι πάλιν ἐγενήθησαν.* SCHWEB.

* Subaudias etiam *τὸν νοῦν.* Diodorus Sic. XII. in. *Δικαίως ἄν τις ἀπορήσειεν τὸν νοῦν ἐπισήσας τῇ κατὰ τὸν ἀνθρώπινον βίον ἀνωμαλίᾳ.* Vid. Dorvill. ad Chariton. p. 180. Ceterum hunc verbi

Digitized by Google

usum, ut Graecitatis citerioris, parum probasse Phrynichus videtur Eclog. p. 122. *Ἐπέζησε, καὶ ἐπιζάσεως ἄξιον τὸ πρᾶγμα,* [In Apollon. Dysc. Histor. Comment. L. extr. malim inserto articulo: *ἄξιον δὲ ἐπιζῆσαι τὸ πρᾶγμα.* Conf. c. XLVIII.] *ἀντὶ τοῦ ἠπόρησε, καὶ ἀπορίας ἄξιον τὸ πρᾶγμα. οὕτω χρωμένων τῶν Στωϊκῶν Φιλοσόφων πολλάκις ἀκήκοα· εἰ δὲ καὶ ἀρχαίως, ἢ δοκίμως, ἄξιον ἐπισκέψεως.* [quae postrema satis indicant, quam ille locutionem probandam censuerit.] SCHAEF.

(c) Adde Duportum ad Theophrasti characteres c. 2. p. 221. SCHOETTG.

* Etiam in illa phrasi apud Lucian. in Hermot. *ἐπὶ πάντα* vel *πάντας ἐλθεῖν*, i. e. per omnia, per omnes ire, scilicet sectas omnes philosophorum perquirere, perlustrare, excutere, deest *τῇ διανοίᾳ*. Vid. Iensii Lect. Luc. II, XI. p. 224. LEISN.

ΔΙΑΣΤΗΜΑ, Spatium.

In *τοσοῦτον ἀπὸ*, tantum a, deest *διάζημα*, spatium siue intervallum. Plene Marcus Antoninus de rebus suis L. III. sect. 7. *πρότερον δὲ ἐπὶ πλέον διάζημα χρόνου* etc. Diodorus Sic. Lib. IV. p. 157: *διὸ καὶ πρότερον διεζηκυίας ἀπ' ἀλλήλων πολὺ διάζημα,* (d) Ita in *βραχὺ*, *πολὺ* etc. aliquando intellige hoc substantivum, ut Act. XXVII, 28: *Βραχὺ δὲ διαζήσαντες*: paululum progressi. Plene: *κατὰ βραχὺ διαζήσαντες.* [*κατὰ βραχὺ* Athenaeus T. I. p. 127. Xenophon Ephes. p. 113. Idem p. 29. *βουλεύσασθαι βραχύ.* pro quo mox plene: *βραχὺν βουλεύσασθαι χρόνον.* SCHAEF.] Thucydides L. III. c. 94: *καὶ ταύτας διὰ πολλοῦ.* ibi Scholiastes: *διαζήματος δηλονότι.* (e) Idem L. IV. c. 32. *ἐκ πολλοῦ.* ubi iterum Scholiastes: *ἐκ πολλοῦ διαζήματος.* (f) [Plene Diodorus Sic. XIX. c. 37. *ἐκ πολλοῦ διαζήματος.* Opp. ibid. c. 42. *ἐξ ὀλίγου διαζήματος.* Referas huc etiam

Digitized by

Xenophonteum Anab. I, 10, 11. ἐκ πλείονος. ubi vid. Schneider. Sic πρὸ πολλοῦ. Lucianus T. II. p. 94. ἐπῆει δὲ κεχηνὸς, καὶ πρὸ πολλοῦ ταράττον τὴν θάλατταν. Interpres: longe ante se mare perturbans. Fischer. ad Weller. III. 1. p. 255.: „Xen. Ephes. 2, 14. καὶ οὐ πρὸ πολλοῦ τοῦ ἄντρου τοῦ λῃστικοῦ· ubi v. Locella p. 211.“ qui hanc lectionem contra Abresohium recte tuetur. Sic in Vita Sophoclis: πρὸ σταδίων τοῦ τείχους ἕνδεκα. Schol. ad Hom. Il. XXII. v. 147. πρὸ τριῶν τῆς Ἰλίου σταδίων. quod contra Heringam bene defendit Valckenarius p. 68. b. SCHAEF.] Idem IV, 72: ἐπὶ πολύ. Scholiastes: διάστημα χρόνου δηλονότι. [Passim editur, etsi inconstantissime, ἐπιπολύ. Conf. Lucian. T. III. p. 330. 331. Obiter moneo, in Dionysio Hal. Ant. Rom. T. I. p. 92. ex Cod. Vat. scribendum esse ἐπὶ τὸ πολύ. SCHAEF.] Sic βραχύ τι. Hebr. II, 7. et alibi. Supple (g) κατὰ βραχύ τι διάστημα. (h) Vel in βραχύ τι possemus subintelligere μόριον τοῦ χρόνου, ut Thucyd. L. I. p. 48. ἐν βραχεῖ
64 μορίῳ ἡμέρας dixit. Et διὰ πολλοῦ, subintell. διαστήματος, longo locorum (intervallo,) [vid. Duker. ad Thucydid. p. 385, 66. SCHAEF.] ut in διὰ τοσούτου, tanto (intervallo) (i).

(d) Forte et in ἀπέχειν, distare, deest. MICH.

(e) Διὰ πολλοῦ (διαστήματος χρόνου) τοῦ μέσου. Paean. L. IX, c. 2. MICH.

(f) Theophrastus principio characterum: συνθεωρήσας ἐκ πολλοῦ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν. ubi editio Camotiana et Codices omnes MSS. teste Needhamo, legunt: ἐκ πολλοῦ χρόνου. SCHOETTG.

(g) Sic Ioannes evang. XIV, 19: Ἔτι μικρὸν (scil. διάστημα χρόνου ἐστὶν,) καὶ etc. cap. XVI, 16. 17. 19: Μικρὸν, καὶ οὐ θεωρεῖτέ με, καὶ πάλιν μικρὸν, καὶ ὄψεσθέ με. Clarissimus Bos quidem infra, voce χρόνον, de h. l. existimat, μικρὸν pro κατὰ μικρὸν χρόνον dici; verum ex mea observatione facilior fit constructio cum sequenti καὶ, et convenit vers. 18: τὸ μικρόν. Sic Hebr. X, 37. MICH.

Digitized by Google

Conferatur etiam posterior animadversio b. Michaelis de hac phrasi, voci χρόνον infra adposita.

(h) Illae duae voces κατὰ βραχὺ etiam in unam coaluerunt καταβραχύ. Sap. XII, 10. SCHOETTG. Sic in Heliodoro II. p. 69. Commel. sed Coray p. 59. dedit κατὰ βραχύ. SCHAEF.

* Plura de ellipsi vocis διάσημα habes apud Henr. Stephanum in Append. ad scripta de dial. Attica p. 115. Conf. Thucyd. VI, 11. LEISN.

(i) Μετὰ βραχὺ, subaudi χρόνου διάσημα, post breve (temporis spatium.) Luc. XXII, 58. Additur nomen διάσημα Act. V, 7: Ἐγένετο δὲ ὡς ὡρῶν τριῶν διάσημα. BERNH.

* Innumera paene ubivis huius Ellipseos exempla apud scriptores occurrunt. Sic etiam in μεταξύ. Plene Polybius T. I. p. 24. τὰ δὲ μεταξὺ τῶν τάφρων καὶ τῶν στρατοπέδων διαστήματα. In ὅσον, [Homerus Il. VII. 451. 458. ὅσον τ' ἐπικίδναται ἠώς. ubi al. ὅσην. scil. γῆν. SCHAEF.] τόσον, μικρὸν, ὀλίγον, ἴσον, λοιπὸν, ἐκ πλείζου, ἐπὶ πλεῖσον, τὸ πάρος, ἐς τί, οὐ μικρὸν, οὐκ ὀλίγον, τὸ μέσον aliisque. Perfrequens haec ellipsis est etiam apud Romanos scriptores, e. g. Tantum, quantum, ante multum temporis, temporis exiguum, in medio; in quibus Ellipsis etiam interdum expressa legitur. E. g. Ovidius Metam. L. IX. v. 685. Cum medio noctis spatio. SCHWEB.

* ΔΙΑΤΡΙΒΗ, Schola. 65

In illis locutionibus passim obviis, φοιτᾷν εἰς διδασκάλου, [vid. Hemsterhus. ad Luciani Scholiast. T. I. p. 2. Koen. ad Gregor. p. 18. sq. SCHAEF.] εἰσέρχεσθαι εἰς γραμματικοῦ etc. possumus διατριβὴν subintelligere. Antoninus τῶν εἰς ἑαυτὸν I, 4. plene dixit: εἰς δημοσίας διατριβὰς φοιτῆσαι. LEISN.

Digitized by Google

* ΔΙΑΦΟΡΟΣ, Diversus.

In *γλώσσαις λαλεῖν*, quod idem est ac *γλώσσαις διαφόροις λαλεῖν*, linguis (variis) loqui. Occurrit haec locutio Actor. X, 46. et 1 Corinth. XIV. 2. seqq. Supplet Leo Imp. Tactic. IV, 49. ubi expresse *γλώσσαις διαφόροις λαλεῖν*. Confer Wowerum de Polymathia c. IX. n. 16. Vocem *ἑτέρου* supplet Achmet Oneirocr. c. 35: *Βασιλεὺς στρατείαν ἐξ ἑτέρων κτᾶται γλωσσῶν*. Rex exercitum e variis linguis comparat, h. e. hominibus alia lingua utentibus. Vocem *καινοῦ* Marcus c. XVI, 17; *ἑτέρου*, Act. II, 4. SCHOETTG.

* ΔΙΑΧΩΡΗΜΑΤΑ, Excrementa.

In *τὰ ἐνοχλοῦντα, τὰ ἀναγκαῖα*, sub. *διαχωρήματα*. Excrementa, Alvi excretiones. Onosander c. IX. SCHWEB.

* ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΣ, Praeceptor.

Hanc vocem interdum sub genitivis latere coniicit Ionsius de Scriptor. Hist. philos. L. I. cap. 2. p. 16. E. g. *Πτολεμαῖος, ὁ τοῦ Ἡφαιστίωνος*, legitur apud Suidam voc. *Ἐπαφρόδιτος* et *Πτολεμαῖος*. item apud Photium Eclog. 189. Quae verba ita transferenda putat: Ptolemaeus Hephaestionis (praeceptor vel pater,) quum Ptolemaeus ille sub Nerva et Traiano, Hephaestion autem sub Antonino Pio floruerit. Putat, eandem
66 ellipsin forte esse admittendam in istis: *Ἀπολλώνιος, ὁ Ἀσκληπιάδου. Ἀσκληπιάδης, ὁ Ἀρείου. Διονύσιος, ὁ Τρύφωνος. Δίδυμος, ὁ Ἡρακλείδου*. Vox *διδασκάλους* etiam supplenda est in inscriptione librorum Sexti Empirici adversus *Μαθηματικούς*. Nam *Μαθηματικοὶ* illic non sunt Geometrae tantum, ut multi perperam putant, sed disciplinarum liberalium doctores et magistri, ut poëtae, rhetores, dialectici, musici, arithmetici,

Digitized by Google

geometrae, astrologi, critici. Saepe etiam *διδάσκαλος* deest in *γραμματικὸς* et similibus. LEISN.

* Haec vox suppressa latet in *ἡμέτερος*, quo discipuli aliquando de suis praeceptoribus apud veteres utuntur. Ita Simplicius saepius de Damascio, suo praeceptore, loquitur, *ὁ ἡμέτερος Δαμάσκιος*. v. ad Physica Aristotelis p. 140. b. 147. b. 150. b. et alibi, uti notavit cl. Fabricius B. G. Vol. VIII. p. 626. coll. cl. Valckenario in Praefatione ad Ammonium p. 19. Alibi enim expresse eum vocat suum *καθηγεμόνα* et *διδάσκαλον*. v. p. 321. in Physic. et in libros de coelo p. 113. Eadem Ellipsis obtinet, cum discipuli de magistris suis honoris caussa utuntur voce *αὐτός*: potissimum in trito illo ac pervulgato Pythagoreorum: *Αὐτὸς ἔφα*: utpote quem non Pythagoram, sed suppresso nomine appellarunt *ἐκεῖνον*, illum, *κατ' ἐξοχήν*. v. Iamblichus de vit. Pythagorae c. XVIII. SCHWEB. Conf. quae infra ad v. *Κύριος* monui. Sic Latini ipse. Cicero de Nat. Deor. I. c. 5. *Πυθαγόρειον* illud vertens: ipse dixit. ubi vid. Davis. (Quod ibidem statim sequitur, ipse autem erat Pythagoras, non mirer si quis ex margine irrepsisse suspicetur. Certe hoc *παροιμιακὸν* tam pervulgati *ἐν τῷ βίῳ* usus erat, ut eius interpretationem Scholiastes recte dare posset, non item disertissimus Romanorum. His scriptis, vidi eandem Walkero rationem placuisse.) SCHAEF.

ΔΙΔΟΜΕΝΟΝ, Datum.

Quum dicitur apud Aelianum Var. Hist. I, 32: *Τὸ ἐξ αὐτοῦ δῶρον*, intellige *διδόμενον*. uti L. VIII, 12: *Τὰ ἐκ τοῦ Φιλίππου δῶρα*, sc. *διδόμενα*. Plene apud eundem I, 22: *Δῶρα ἐκ βασιλέως διδόμενα*. Nam *ἐκ* in illis valet *παρά*. Sic etiam supplendum putem illud Apostoli 2 Cor. I, 11: *Ἵνα ἐκ πολλῶν προσώπων τὸ εἰς ἡμᾶς χά-*

Digitized by Google

ρισμα, διὰ πολλῶν εὐχαρισηθῇ ὑπὲρ ἡμῶν. Ut a multis personis in nos (collatum) donum, per multos gratiarum actione celebretur pro nobis. ut χάρισμα ἐκ πολλῶν dicatur pro χάρισμα ἐκ πολλῶν διδόμενον.

* ΔΙΕΛΘΩΝ, Praeteriens.

In δι' ἡμερῶν, ubi subaudiendum διελθουσῶν τινῶν. Marc. II, 1: Καὶ πάλιν εἰςῆλθεν εἰς Καπερναοὺμ δι' ἡμερῶν. Et (interiectis) aliquot diebus iterum ingressus est Capernaum. Δι' ἐτῶν, post aliquot annos, Gal. II, 1. Occasionem
67 haec supplendi suppeditavit locus 2 Maccab. I, 20. ubi legitur: διελθόντων ἐτῶν ἱκανῶν. SCHOETTG. Nihil eiusmodi in talibus subaudiendum esse, supra monuimus ad v. Διαγενόμενος. SCHAEF.

* ΔΙΗΡΗΜΕΝΟΣ, Divisus.

Hoc participium passim subauditur, ubi de scriptorum in libros divisione sermo est. Var. Lect. ad Thucydid. in. Τῶν εἰς ὀκτὼ [s. διηρημένων βιβλίων] τὸ πρῶτον. Schol. Cass. ad Thucydid. L. III. extr. [v. Dukeri praefat. ..... b.] Τῶν εἰς ιγ΄ τέλος τῆς ε̄ καὶ ἀρχὴ τῆς ϛ̄. Aristotelis Rhetorices Libri tres sic inscribuntur: Ἀριστοτέλους Τέχνης Ῥητορικῆς τῶν εἰς τρία τὸ πρῶτον, τὸ δεύτερον, τὸ τρίτον. Theodori Grammatices Libri quatuor sic: Θεοδώρου Γραμματικῆς Εἰσαγωγῆς τῶν εἰς τέσσαρα τὸ πρῶτον, τὸ δεύτερον, τὸ τρίτον, τὸ τέταρτον. Bosius apud Reinesium vidit codicem Graecum hoc titulo: Ἐξήγησις τοῦ Φιλοπόνου εἰς τὸ πρῶτον τῶν εἰς δύο ἀριθμητικῆς εἰσαγωγῆς Νικομάχου τοῦ Γηρασηνοῦ. Vid. Reines. et Bos. Epist. mut. p. 262. Conf. Wolf. ad Reiz. de accent. inclinat. p. XVIII. SCHAEF.

* ΔΙΚΑΙΩΜΑΤΑ, Iura.

Subintelligitur in πρωτοτόκια, primogenitalia, Ebr. XII, 16. MICH.

Digitized by Google

* ΔΙΚΑΣΤΗΡΙΟΝ, Locus iudicii.

Deest in ἕλκεσθαι, sc. *δικαστήριον*, rapi, seu trahi in ius. Aristoph. Nub. v. 1000. In *καλεῖσθαι* vel *καλεῖν*. Aristoph. **Σφῆκ.** v. 1410. 1425. 1437. Eccles. v. 859. LEISN. Ad locum Aristophanis ultimum, ubi legas *καλούμεθ' αὐτὰς*, (Interpr. in ius vocabo,) respiciens Suidas T. II. p. 234.: *ἀντὶ τοῦ εἰς δικαστήριον ἄξομεν*. Idem Av. v. 1046. *καλοῦμαι Πεισθέταιρον ὕβρεως*. Xenophon Histor. Gr. 1, 7, 14. *οἱ δὲ ἐβόων καλεῖν τοὺς οὐ Φάσκοντας*. quod interpretatur Wyttenbachius Annot. ad Xenoph. p. 393. Isti vero clamabant, eos Prytanes, qui negarent, in iudicium vocandos, accusandos esse. Plene idem Apol. Socr. in. *ἐπειδὴ ἐκλήθη εἰς τὴν δίκην*. Subaudias item in *ὑπάγειν*. Vid. mox ad v. *Δίκη*. SCHAEF.

* ΔΙΚΑΣΤΗΡΙΟΝ, Iudicium.

Athenis erat *τὸ ἐπὶ Παλλαδίῳ*, sc. *δικαστήριον*, quam vocem Demosthenes et Hesychius supplent. Meursius Areopago c. 11. *Sic τὸ ἐπὶ Δελφινίῳ, τὸ ἐπὶ Πρυτανείῳ, τὸ ἐν Φρεάττει*, [imo *Φρεαττοῖ*. SCHAEF.] apud eundem l. c. SCHOETTG. Conf. Schol. Cod. Lugd. Bat. ad Aristophan. Plut. v. 1167. SCHAEF.

ΔΙΚΗ, Causa, vel Poena.

Elegans huius vocis Ellipsis est et frequens optimis Scriptoribus. Hesiod. et Homer. Ιλ. ψ. v. 580: — *ἰθεῖα γὰρ ἔσται*. Iusta enim erit, sc. *δίκη*, (poena.) [Plene Homer. Hymn. in Cerer. v. 152. *ἰθείῃσι δίκῃσιν*. ubi v. Mitscherlich. SCHAEF.] Aristoph. Equit. v. 50. [*ἐκδικάσας μίαν*. ad q. l. Brunckius: „Supple *δίκην*, cognatum verbo substantivum: non, ut Scholiastae placet, *ἡμέραν*. *ἐκδικάσας* autem nihil hîc magis notat, quam simplex *δικάσας*. Vesp. 594.: *Κἀν τῷ δήμῳ γνώμην*

Digitized by Google

οὐδεὶς πώποτ' ἐνίκησεν, ἐὰν μὴ Εἴπῃ τὰ δικαςήρι' ἀφεῖναι πρώτιςα μίαν δικάσαντας." SCHAEF.] Conf. Hesiod. Ἔργ. 224. Eustath. ad Homer. Ιλ. ψ. 580. Δικάσαντες μίαν (sc. δίκην:) una (causa) iudicata. Sic κρίνεσθαι τὴν ἐπὶ θανάτῳ (δίκην:) capitis damnari. Φεύγειν φόνου, ἀσεβείας (δίκην:) caedis, impietatis accusari (l). Sic in ἐκφεύγειν et ἀποφεύγειν. Aristoph. Vesp. p. 501. Ἐκπέφευγας, ὦ Λάβης. Effugisti, La-
68 bes. sc. δίκην. i. e. absolutus es. Plene apud eundem Plut. v. 113. Ὁ δέ τις ἂν δίκην ἀποφεύγων: alius quispiam, qui causam tenuisset in iudicio. In ἐρήμῃ eleganter etiam omittitur δίκῃ, notatque vadimonium desertum, aut iudicium, ad quod non affuit alter ex litigantibus. Sic ἐρήμην et ἐξ ἐρήμης ἁλίσκεσθαι dicitur de reo, qui, cum vadimonium deseruisset, aut, ad iudicium non affuisset, damnabatur. Quae phrasis est apud Lucianum in Abdicato p. 714. et Iove Trag. 142. et Revivisc. 408. Sic vocatur ἀπὸ τοῦ ἐρήμου, a solitudine, eo quod solus actor, nullibi comparente reo, obtinebat. [Lucianus T. I. p. 601. ὥςτε ἐρήμην ἡλίσκεσθε μετ' αὐτοῦ. ubi Schol. Ἐρήμη δίκη, ὅταν (add. μὴ, ut Suidas, unde Scholion desumtum.) ἀπαντήσας ὁ διωκόμενος ἐπὶ τὴν δίκην καταδικασθῇ. ὅμοιον καὶ τὸ (Suid. τῷ) ἐρήμην ἁλῶναι. Plene Dionysius Halic. Ant. Rom. T. II. p. 664. τάς τε δίκας ἐρήμους ἐκλιπόντας. Vid. Dorvill. ad Chariton. p. 584. sq. Rarius illud Phrynichi Eclog. p. 186. ἐρήμως ὄφλοντα. SCHAEF.]

Δίκην vel ζημίαν aliquando subaudi in ὄφλειν. Plato: ἐὰν δὲ ὁ φεύγων ὄφλῃ, si reus damnatus fuerit. Alias passim additur. [Sophocles Polyx. III. εἰ δίκην λόγων ὄφλοι. Timaeus p. 202. Ὀφλεῖν. ἡττᾶσθαι ἐπὶ δικαςηρίῳ. ubi Ruhnkenius exempla plenae locutionis congessit. SCHAEF.] Fre-

Digitized by Google

quens etiam phrasis *τιμᾶν* vel *τιμᾶσθαι τινὶ τοσούτου*, subint. *δίκην*. i. e. (litem) alicui tanti aestimare. Vid. Kust. ad Iamblichum de Vita Pythagorae §. 145. [Lucianus T. I. p. 188. *ὃς τὰ τοιαῦτα προφέρεις, ἐφ' οἷς ἔγωγε τῆς ἐν Πρυτανείῳ σιτήσεως, εἰ τὰ δίκαια ἐγίγνετο, ἐτιμησάμην ἂν ἐμαυτόν.* Al. *ἐμαυτῷ*. quod praetulerim. Sic ibid. p. 193. *οὐκ ἔστιν ὅστις τῷ μαγείρῳ σαυροῦ ἂν τιμήσαιτο.* Respicitur autem ad Platon. Apol. Socrat. c. 26. ubi haec locutio subinde recurrit. Plenae exemplum Solanus ad Lucianum attulit ex Diogene Laërt. II. 42. *τιμῶμαι τὴν δίκην τῆς ἐν Πρυτανείῳ σιτήσεως.* SCHAEF.]

* In *καταγινώσκειν τινός*. Dionysius Hal. L. VII. p. 428. *Καὶ οὗτοι δὲ ἤδη σφῶν αὐτῶν κατεγνώκεσαν.* Plene idem L. IX. p. 587. *Μὴ καταγνῶναι τοῦ ἀνδρὸς τὴν δίκην.* Sic vetus Poeta apud Suidam in v. *ἰθεῖα* habet *ἰθείας δίκης τάλαντα.* In *κρίνειν θανάτου* s. *δίκην*. Xenophon L. I. K. II. p. 15. quod plene habet Thucydides L. III. c. 57. *θανάτου δίκῃ κρίνεσθαι.* In *ὑπάγειν* in re forensi. Plene Dionysius Hal. L. IX. p. 581. *ὑπαχθεὶς ὑπὸ τῶν δημάρχων εἰς δίκην.* [Timaeus p. 263. *Ὑπάγειν. εἰς δίκην ἐνάγειν.* ubi vid. Ruhnken. Herodotus VI. c. 72. *ὑπὸ δικαστήριον ὑπαχθείς.* c. 82. *Νοσήσαντα δέ μιν ὑπῆγον οἱ ἐχθροὶ ὑπὸ τοὺς ἐφόρους.* L. IX. c. 93. *ὑπαγαγόντες μιν ὑπὸ δικαστήριον.* Xenophon Histor. Gr. 5, 4, 24. *ὑπῆγον θανάτου.* Pausanias III. c. 5. *ὑπάγουσιν αὐτὸν ἐς κρίσιν οἱ ἐχθροί.* ubi al. *ἐσάγουσιν.* quod et ipsum bonum. Sic in Herodoto VI. c. 104. ubi nunc legitur *ὑπὸ δικαστήριον αὐτὸν ἀγαγόντες*, olim non male legebatur *ἐσαγαγόντες*. Aristophanes Nub. v. 845. *πότερα παρανοίας αὐτὸν εἰσαγαγὼν ἔλω;* Maximus Tyrius, discrimine forensium horum verborum accuratissime servato, IX. 2. *Σωκράτην τοῦτον Μέλιτος μὲν ἐγράψατο, Ἄνυτος δὲ εἰσήγαγε,*

Digitized

Αὐκων δὲ ἐδίωκε. Vid. Valckenar. Adnotat. Crit. in N. T. p. 363. SCHAEF.] In ἁλίσκειν. Dionysius Hal. L. VI. p. 405. Ὅσοι τε δίκαις ἁλόντες. coll. L. IX. p. 381. In ἐρήμῃ ellipsin supplet Thucydides L. VI. c. 61. Ἐρήμῃ δίκῃ θάνατον κατέγνωσαν αὐτοῦ. Ὄφλειν occurrit ἐλλιπῶς in Marmore Sandwicensi. Est autem ὀφείλειν δίκην, caussa cadere, iudicio esse convictum. Sic apud Latinos quoque interdum iudicium omittitur. Cicero ad div. L. I. ep. IX. Cn. Pompeio sedente. s. in iudicio. SCHWEB.

(1) Sic διώκω σε φόνου, κλοπῆς, sc. δίκην. (actionem) caedis, furti tibi intendo. Vide Duportum ad Theophrasti charact. c. VI. p. 319. SCHOETTG.

* ΔΙΚΤΥΟΝ, Rete.

In verbo χαλᾶν, expandere, apud Alciphronem epist. I, 1. p. 6. μικρὸν δὲ ἄπωθεν τῆς ἀκτῆς χαλάσαντες: paululum vero a litore laxantes (retia.) Plene phrasis exstat apud Aesopum, et Evangelistam Lucam cap. V, 4. 5. ut ibi notat doct. Berglerus. SCHOETTG.

* Ἀνασπᾶν pro ἀναστρᾶν τὸ δίκτυον. Lucian. 69 Dial. Dor. et Thet. de piscatoribus Seriphiis: οἱ δὲ ἀναστράσαντες σώσουσι δηλονότι. BERNH.

* ΔΙΟΣΚΟΥΡΟΙ, Dioscuri.

Deest in illa iurandi formula Μὰ [it. ναὶ, νὴ,] τὼ θεὼ, si virilis sexus homines eam usurpant. [Laconica haec formula est, qua usi et viri et mulieres. Lacaena in Aristoph. Lysistr. v. 81. ναὶ σιώ. ubi Schol. Τοὺς Διοσκόρους λέγει. Λακωνικῶς δὲ φθέγγεται, ὡς αἱ Ἀττικαὶ, νὴ τὼ Θεὼ, ἤτοι τὴν Κόρην καὶ τὴν Δήμητρα. Vid. Valckenar. Adnotat. in Adoniaz. Theocr. p. 286. SCHAEF.] Quodsi eam feminae adhibeant, tum vero Δημήτηρ καὶ Κόρη subaudiendum est. [Hac formula tantum feminae

Digitized by Google

usae, eaeque Atticae. Phrynichus Eclog. p. 82. Νὴ τὼ θεὼ, ὅρκος γυναικὸς, οὐ μὴν ἀνὴρ τοῦτ' ὀμεῖται, εἰ μὴ γυναικίζοιτο. Errores interpretum in hac formula explicanda notavi Meletem. Crit. I. p. 30. ubi et ipse lapsus sum τοῖν θεοῖν in Rhetore de Cerere et Proserpina intelligens. Rectius Rutgersius ad Apulei. p. 7. ed. Elmenh. de Apolline et Diana interpretatur. Lege notam viri egregii. SCHAEF.] Ne quis generis rationem huic explicationi repugnare dicat. Nam et Θεὸς graece pro Dea dici, et τὼ esse Atticis communis generis, exploratissimum est. LEISN.

* ΔΙΦΡΟΣ, Sella.

„Δίφρος, aut θρονίς. Plato Phaedon. 38. ἔτυχον — καθήμενος — ἐπὶ χαμαιζήλου· sed Plut. conviv. sapientt. 4, p. 11. To. 8. dixit, παρῆν ἐπὶ δίφρου τινὸς χαμαιζήλου· et Themist. orat. 31. p. 353. D. καθέζωμαι — ἐπὶ χαμαιζήλου θρονίδος.“ Fischer. ad Weller. III. 1. p. 255. Timaeus Lex. Plat. p. 273. Χαμαίζηλος. διφρίον μικρὸν, ἢ ταπεινὸν σκιμπόδιον. ubi v. Ruhnken. SCHAEF.

* ΔΟΓΜΑ, Doctrina.

Ad notissimum illud et tritum vocabulum, παράδοξα, subaudiendum esse δόγματα, Iulianus in Caesaribus probat, Silenum haec dicentem faciens: Ἀκούσωμεν, τί ποτε ἄρα τῶν παραδόξων ἐρεῖ καὶ τεραξίων δογμάτων. BERNH.

* ΔΟΜΑΤΑ, Dona.

In ἀγαθά. Luc. I. ξγ. πεινῶντας ἐνέπλησεν ἀγαθῶν. Plene est pluribus in locis N. Testamenti, e. g. Matth. VII. 11. Δόματα ἀγαθὰ διδόναι. SCHWEB.

ΔΟΜΟΣ, Domus.

Quartus huius vocis casus frequenter omittitur, ut in ὑμέτερόν δε(*), sc. δόμον; vestram

Digitized by

(domum.) Homerus Iliad. ψ. v. 86: *Ἤγαγεν ἡμέτερόν δε.* [In his subaudias item *δῶμα.* Homer. Hymn. in Cerer. v. 163. *ἡμέτερόνδ' ἰέναι, μηδ' ἄλλων δώματ' ἐρευνᾶν.* Sunt etiam loca, ubi non possit nisi *δῶμα* subaudiri. Sic Homerus Il. IX. v. 619. *Φρασσόμεθ', ἤ κε νεώμεθ' ἐφ' ἡμέτερ', ἤ κε μένωμεν.* ad q. l. Eustathius: *ἔξι δὲ τὸ ἡμέτερα, ταὐτὸν τῷ οἴκονδε, Φρασθὲν ἐλλειπτικῶς, ἀντὶ τοῦ εἰς τὰ ἡμέτερα δώματα. καὶ τέτριπται μέχρι καὶ νῦν ἡ τοιαύτη χρῆσις κοινότερον.* SCHAEF.] Sic in *εἰς Ἄϊδαο, εἰς Ἅιδου,* ut Act. II, 27. (m) *Οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς Ἅιδου.* Addit aliquando Homerus, ut — *δόμον Ἄϊδος εἴσω,* et *εἰς Ἄϊδαο δόμους.* Eustathius ad Odyss. K. *εἰς Ἄϊδος* notat: *Ἔχει δὲ καὶ τὸ εἰς Ἄϊδος, ἔλλειψιν Ἀττικὴν τοῦ δόμον* (n). [Nubem exemplorum et ellipticarum locutionum, ubi subaudias *δόμος,* vel *δώματα,* aut *οἶκος,* vel *οἰκία,* vel *τὰ οἰκία,* et plenarum, congessit Fischerus ad Weller. III. 1. p. 255. s. SCHAEF.]

(•) Sic passim enclitica illa a nomine dirimitur: sed obtinuit altera ratio, encliticam nomini iungens, *ὑμέτερόνδε κ. τ. ὅ.* scribuntque nunc adeo *Ἄϊδόςδε* (i. e. *δόμονδε Ἄϊδος*). In Manethone I. v. 52. male editum *ἄϊδος δὲ κάτεισιν.* In Codice Editor, opinor, legerat *ἄϊδός δε:* quod non erat cur Dorvillius ad Charit. p. 218. reprobaret. [Obiter moneo, Gronovium ibid. v. 53. ad *ἀμετροβίων ἐλεφάντων* de *βία* frustra cogitasse. Conferendus Wesselingius ad Diodor. Sic. T. I. p. 154, 57. comparandumque Epigr. adesp. CCXCI. a. *ἀμετροβίοις κοράκεσσι.* Ceterum vocem *ἀμετρόβιος* frustra in Lexicis quaeras.] SCHAEF.

(m) Actor. II, 27. Ubi tamen Lindhammer existimat, etiam *χεῖρα* subintelligi posse ex Hoseae c. XIII, 14. coll. LXX. Ps. XXXVII, 33. MICH.

(n) *Εἰς Φιλοσόφου Φοιτᾶν,* sc. *δόμον.* Alciphron epist. 3, 64. SCHOETTG. •) V. Iensii Lect. Luc. II, 2. p. 140. [et supra v. *Διατριβή.* SCHAEF.]

•) Euripides in Hecuba v. 418: *Ἐκεῖ δ' ἐν ᾅδου κείσομαι.* At idem in Alcest. v. 5. plene: *εἰς ᾅδου δόμους μέλλει κατάξειν.* MICH.

Digitized by Google

ΔΟΞΑ, Opinio.

In *κατά γε τὴν ἐμὴν* subintell. *δόξαν*, mea quidem (opinione,) vel *γνώμην* subaudire licet. Vide *Γνώμη*.

ΔΟΡΑ, Pellis.

In *βοείη*, [*ὠμοβοέη*. vid. Valckenar. ad Herodot. p. 547, 71. SCHAEF.] *παρδαλέη*, *λυκέη*, *λεοντέη*, *τραγείη*, *ἀλωπεκέη*, *ἀνθρωπείη*, [Vid. Fischer. ad Weller. III. 1. p. 256. — *κυνέη*, pellis canina, quae propria h. v. significatio est. Mira igitur videantur Homerica illa, *κ. αἰγείη*, *κτιδέη*, *ταυρείη*, *χαλκείη*, *χρυσείη*. Sed sic solent Graeci. Nota sunt *βουκόλος ἵππων*, *ἱπποκόμος καμήλων*, *νέκταρ οἰνοχοεῖν*, alia id genus. SCHAEF.] vel *παρδαλῆ*, *λυκῆ* etc. i. e. bubula, pardalina, lupina, leonina, hircina, vulpina, humana. Homerus Iliad. Σ. v. 432:

Τοὺς δ' ἕταροι σΦάξαν τε θοῶς, δεῖραν τε βοείας.

Herodotus VII, 69: *Αἰθίοπες δὲ παρδαλέας τε καὶ λεοντέας ἀναμμένοι.* [Rectius nunc editur *ἐναμμένοι*. Scholiast. ad Aristophan. Acharn. v. 146. *τραγῆν — — ἐνημμένος*. SCHAEF.] Homerus princip. Iliad. Γ.: *παρδαλέην ὠμοισιν ἔχων*. vid. ibi Schol. Plutarch. in Lysandro 437: *ὅπου γὰρ ἡ λεοντῆ μὴ ἐΦικνεῖται, προσραπτέον ἐκεῖ τὴν ἀλωπεκῆν.* [Conf. Timaeus Lex. Plat. p. 256. *Τὴν ἀλωπεκῆν. τὴν πανουργίαν.* SCHAEF.] Theocritus Idyll. V. — *ταὶ δὲ τραγεῖαι Ταὶ παρὰ τὶν ὄσδοντι κακώτερον, ἢ τύ περ ὄσδεις.* Herodotus VII, 64: *Θρῄικες δὲ ἐπὶ μὲν τῇσι κεΦαλῇσι ἀλωπεκέας ἔχοντες.* [De talibus vid. omnino Pierson. ad Herodian. p. 445. sq. Ruhnken. ad Tim. l. c. Valckenar. ad Herodot. p. 384, 60. — Referendum huc etiam *αἰγὶς*, quod proprie non differt ab *αἰγέη*. Lexic. Herodot. p. 175. b. *Αἰγίς. ἣν Λίβυες Φοροῦσι δοράν.* Nicaenetus I. v. 2. *αἰγίδι καὶ σρεπτοῖς ζωσάμεναι θυσάνοις.* pro quo

Digitized by Google

Apollonius Rhod. IV. v. 1348. *ξέρφεσιν αἰγείοις ἐζωσμέναι.* SCHAEF.]

* ΔΟΡΤ, Hasta.

In *προβάλλειν* s. *τὰ δόρατα* apud Polybium T. II. p. 977. [Subaudias item, quae passim adduntur, *σάρισσαν*, *ξίφος*. Vid. Toup. Emendat. in Suid. T. I. p. 290. Schweighaeus. ad Appian. p. 763. Sic et *προτείνειν*. Plene Polyaenus 2, 1, 2. *μένειν ἡσυχῇ* (sic leg.), *τὰ μὲν δόρατα ὀρθὰ προτεινομένους, κ. τ. λ.* SCHAEF.] In *διατείνειν* vel *διατείνεσθαι*. Xenophon L. I. K. II. p. 34. *διατεινάμενος εὐξόχως*. Integra oratione occurrit apud Herodian. L. II. c. V. §. 3. *τά τε δόρατα διατεινάμενοι*. [Aliter expletâ apud Herodot. L. IX. c. 18. *διετείνοντο τὰ βέλεα ὡς ἀπήσοντες*. aliter apud Xenoph. Cyrop. 1, 4, 23. *διατεινάμενοι οἱ μὲν τὰ παλτὰ, οἱ δὲ τὰ τόξα*. (Herodotus L. III. c. 35. *διατείναντα τὸ τόξον*.) SCHAEF.] In *ξυξόν, λείπει τὸ δόρυ*, [Plene, sed aliter, Herodotus L. II. c. 71. *ξυξὰ — ἀκόντια*. Antiphanes ap. Athen. T. IV. p. 86. *ξυξόν τε βέλος*. Conf. Tyrtaeus II. v. 37. *δούρασί τε ξεξοῖσιν κ. τ. λ.* SCHAEF.] teste Eustathio ad Iliad. N. p. 906. l. 10. SCHWEB.

* ΔΟΥΛΗ, Ancilla.

71 Ἡ *σιτοποιὸς*, ancilla, quae pani conficiendo praeest. Theophrastus charact. c. 4. SCHOETTG. Malim *γυνὴ* subaudire. Herodotus L. III. c. 150. *γυναῖκα ἕκαστος μίην προσεξαιρέετο, — — — τὴν δὲ μίην ἕκαστος σιτοποιὸν ἐξαιρέετο*. Plene Thucydides L. II. c. 78. extr. ubi item de obsidione toleranda: *γυναῖκες δὲ δέκα καὶ ἑκατὸν σιτοποιοί*. SCHAEF.

* ΔΟΥΛΗ, Serva, Ancilla.

In *ὑδριαφόρος*, Aristoph. *Ἐκκλησ.* v. 733. et in *διφροφόρος* apud eundem Comicum in eadem

Digitized by Google

comoedia v. 729. LEISN. Hermippus ap. Schol. ad Aristoph. Av. v. 1550. (Porson. Append. ad Toup. Emendat. p. 445.) *ἐγὼ δ' ἐνέκαψα λανθάνων τὴν διφροφόρον. ὁ διφροφόρος* Athenaeus T. IV. p. 410. SCHAEF.

* Dio Chrysost. T. I. p. 447. ed. Reisk. *πλήν γε τῆς Οἰνέως.* s. *δούλης.* coll. Valckenar. Diatr. in Euripid. Fragm. p. 61. C. Vid. mox ad v. *Δοῦλοι.* SCHAEF.

ΔΟΥΛΟΙ, Servi.

In *οἱ μίσθιοι*, Luc. Evang. XV, 17. 19. (o) et alibi. ut Lat. Servi, in mercenarii (p).

(o) In *τοῦ Κυρίου ἐσμέν.* Rom. XIV, 8. MICH.

(p) Item in *δήμιος*, et *δημόσιος*, publicus, quod notat lictorem, carnificem. Suppletur ab Artemidoro V, 25. *σφαγεῖσα ὑπὸ δούλου δημοσίου*, iugulata a servo publico. Adde Harpocrationem in *Δημόσιος.* SCHOETTG.

* Vid. Observationes miscellaneae vol. IV. p. 353. In *ῥαβδοῦχος*, i. e. lictor, seu viator, apud Lucam. In *ἀργυρώνητος*, Euripides Alcest. v. 676. Saepe in *ἱπποκόμος*, agaso, *ὀρεωκόμος*, mulio, in *σκιαδοφόρος*, minister a flabellis. In *εἰσφέροντες*, i. e. servi cibos convivio inferentes. Aristoph. Eccles. v. 861. LEISN. Eurip. Alc. 969. *οἱ δὲ δεσπότιν στένωσιν.* SCHAEF.

* *Δήμιος* est apud Themistium Orat. I. p. 13. B. In *δραπέτης* et *δραπετίδης* Mosch. Id. I. 3. In *νεώνητος* Themist. Orat. XXIII. p. 293. C. In *παρεσηκὼς* Luc. I. 19. et c. XIX. 24. quandoquidem servi ad pedes dominorum accumbentium stare consueverant. Vid. Ursinus in Append. ad Ciacconium de triclin. p. 224. Sic in *οἰκέτης*, *γεωργὸς*, *σιγματίας* aliisque *δοῦλος* saepe subauditur; uti apud Latinos in ostiarius, atriensis, mediastinus, fugitivus, a pedibus, cet. vocabulum servus frequenter suppressum latet. SCHWEB.

* Herodotus L. II. c. 134. *καὶ γὰρ οὗτος* [*Αἴσωπος*] *Ἰάδμονος* (*) *ἐγένετο.* s. *δοῦλος.* Valckena-

Digitized by Google

rius ad h. l.: „Apud Demosthen. p. 729, 30. *Νέαιρα Νικαρέτης ἦν.* Pseudolus Plauti II, 3, 24. Quia lenonis me esse dixi: alibi dicitur Amphitryonis Sosia. ut Phereclis servulus Lydus, Andocidi *Λυδὸς ὁ Φερεκλέους*, p. 3, 24. Lysias p. 256. *ἐγένετο ὁ Εὐμάρης οὗτος Νικοκλέους καὶ Ἀντικλέους·* recte cepit ista Marklandus V. C. — — *τὴν Στρυμοδώρου Θρᾶτταν* Aristoph. Ἀ. v. 272.“ Lucianus T. III. p. 47. *Τάλως ὁ Κρὴς, ὁ τοῦ Μίνωος.* Vertitur: Cretensis, Talus, Minois F. Sed Brunckius ad Appollon. Rhod. IV. v. 1643. „Talus ille, inquit, quem Europae a Iove datum fuisse fabulantur, Minoïs fuit famulus, cuius in administrando regno opera utebatur. Praeter Luciani interpretem in Philopseude, nemo, ut opinor, Minoïs eum filium fuisse tradidit. In Luciani verbis *ἀλλὰ Τάλως ὁ Κρὴς, ὁ τοῦ Μίνωος*, subintelligitur *ὑπηρέτης, δοῦλος*, vel simile quid, non vero *υἱός*.“ SCHAEF.

(*) Ptolemaeus Hephaest. p. 329. ed. Gal. *καὶ Αἴσωπον δέ φασιν, ὡς ὑπὸ Ἴδμονος τοῦ δεσπότου θῆτα ἐκαλεῖτο.* Corrig. *Ἰάδμονος.* SCHAEF.

ΔΡΑΜΑ, Fabula.

In *Κωμικὸν, Τραγικὸν, Σατυρικὸν*, apud Aelianum Var. Histor. II, 8.

* Item cum singulae vel Comoediae, vel Tragoediae veterum scriptorum citantur. Plene est apud Dionysium Hal. L. I. p. 20. *Σοφοκλεῖ δ' ἐν Ἰνάχῳ δράματι — πεποίηται ὧδε.* Ita etiam Latini loqui amant. Sueton. in August. c. XLV. Togatarum actorem. s. fabularum. Terent. in Eunuch. prol. v. 32. eas se non negat personas transtulisse in Eunuchum suam ex Graeca. SCHWEB.

* „Aeschin. p. 624. To. 1. *ἐπειςαγόντων.* intell. *δράματα.* Tailorus cum Lycio putabat Aeschinem scripsisse *ἐπειςιόντων.* Hoc vero verbum ca-

Digitized by Google

dit in histriones, non in poëtas." Fischer. ad Weller. III. 1. p. 256. Proprium verbum hac de re *εἰσάγειν*. Argum. Lysistratae Aristophan. extr. *ἐδιδάχθη ἐπὶ Καλλίου ἄρχοντος, — εἰσῆκται δὲ διὰ Καλλιστράτου.* Usus autem est Aeschines composito *ἐπεισάγειν*, (quod non est i. q. *εἰσάγειν*, sed vertendum post inducere) quoniam praecessit *μετὰ ταῦτα.* Sic enim abundanter solet. Eodem plane modo p. 541. *τοῖς μετὰ ταῦτα ἐπεισιοῦσιν.* SCHAEF.

ΔΡΑΧΜΑΙ, Drachmae. 72

Saepe *αἱ μύριαι, χίλιαι*, etc. sola ponuntur, omisso substantivo *δραχμαί.* Achilles Tatius V. p. 319: *παρασχοῦ δέ μοι ἀσφάλειαν, ἕστ' ἂν ἀποτίσω τὰς δισχιλίας*: praesta autem mihi securitatem, usque dum persolvero bis mille (drachmas.) Lucianus in Eunuch. p. 844: *Καὶ πρέποντα ταῖς μυρίαις, ἃς χρὴ παρὰ βασιλέως ἀποφέρεσθαι*: et convenientem decem illis millibus (drachmarum,) quae ab Imperatore capi oportet. Et paulo ante p. 841. [ad q. l. vid. Interpr. T. II. p. 353. SCHAEF.]: — *ἀλλὰ μύριαι κατὰ τὸν ἐνιαυτόν*: verum in singulos annos decem millia (drachmarum.) Sic cum dicitur *ὠνεῖσθαι τρισχιλίων*, intellig. *δραχμῶν*, emere tribus millibus (drachmarum.) Additur a Luciano in Toxari p. 55: *Καὶ ἑκάτερον δωρησάμενος παρ' αὐτοῦ, δραχμαῖς μὲν μυρίαις τὸν Ἀντίφιλον*: Et utrumque donavit de suo, Antiphilum drachmarum decem millibus. Item p. 72: — *δραχμὰς λαβόμενος μυρίας, μισθὸν τῆς μάχης*: — decem millia drachmarum in praemium pugnae accepturus (q).

(q) Aristoph. Vesp. v. 766: *Ἐπιβολὴν ψηφιεῖ μίαν μόνην.* subaudi *δραχμὴν*, multam irrogabis (drachmam) unam. LEISN.

* Adde inscriptionem veterem apud Wheler.

Digitized by Google

p. 77. Sponii Miscell. erudit. Antiquitat. p. 142. Van Dale de antiquitatibus et marmorib. p. 716. cl. Taylor. ad Marm. Sandvic. p. 29. et p. 31. ubi alia Ellipseos huius exempla afferuntur, illustrantur. Sic apud Romanos quoque in rationibus faciendis usitata est Ellipsis, suppressa voce Sestertius. v. Horatius L. I. Sat. III. 15. et L. II. S. III. 23. SCHWEB. Add. Schwebel. Praefat.

* Lucianus T. I. p. 675. *πάλαι τάλαντα καὶ μυριάδας ὀνειροπολήσας.* quae item T. III. p. 391. iunguntur. T. II. p. 231. *εἰς ἑπτὰ ἢ ὀκτὼ μυριάδας ἑκάστου ἔτους ἤθροιζεν.* Praecessit: *Ἐτέτακτο δὲ καὶ μισθὸς — δραχμὴ καὶ δύ' ὀβολώ.* T. III. p. 332. *τρισχιλίων ἐξωνήσατο παρὰ τῶν γονέων τοῦ παιδός.* Similiter Dio Cassius T. II. p. 1119. *τοῖς τε πάνυ πένησι τῶν Ῥωμαίων ἐς χιλιάδα καὶ πεντακοσίας μυριάδας γῆς κτῆσιν ἐχαρίσατο.* Vid. ad Longi Pastoral. p. 387. et add. Fischer. ad Weller. III. 1. p. 256. SCHAEF.

ΔΡΟΜΟΣ, Cursus.

Accusativum *δρόμον* subaudi in phrasi, *τρέχειν τὸν περὶ ψυχῆς.* [Herodotus L. VIII. c. 140, 1. *θέειν δὲ αἰεὶ περὶ ὑμέων αὐτῶν.* L. IX. c. 37. *τρέχων περὶ τῆς ψυχῆς.* SCHAEF.] Plene, *τὸν περὶ ψυχῆς δρόμον δραμεῖν*, i. e. pedibus salutem quaerere, dixit Aristophanes Vespis p. 454. [Plene item Herodotus L. VIII. c. 74. in. *περὶ τοῦ παντὸς ἤδη δρόμον θέοντες.* ut scribendum videtur. SCHAEF.] Sic in *ἀναχάμπτειν*, reverti. Actor. 73 XVIII, 21: *Πάλιν δὲ ἀναχάμψω πρὸς ὑμᾶς*, sc. *δρόμον*: Iterum vero reflectam ad vos (scil. cursum,) h. e. revertar ad vos (r). *Vid. Erasmi Adag. Chiliad. II. Cent. I. n. 80.

(r) Subauditur quoque in voce *αἴρειν*, et compositis, quotiescunque de itinere maritimo vel terrestri usurpatur. Novi Celeberrimum nostrum Auctorem supra p.

Digitized by

10. subintelligere *ἀγκύραν*, sed haec vox saltem de maritimo itinere adhiberi potest. Sic et *ἱσία*, vela, quam vocem subaudiri vult Scholiastes Synesii MS. in Bibliotheca Paullina epist. 44. quae in eo codice est num. 7. tantum de navibus potest usurpari. *Δρόμου* vero vocabulum est generale, quod utrique itineri commode adplicatur. Arrianus I. p. 20: *ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἐξ Ὀγχηστοῦ ἄρας*, Alexander autem ex Onchesto tollens, scil. *δρόμον*. Theophrastus charact. c. 3. *διαράμεναν ἀπαλλάττεσθαι*, fugientem aliquem a se removere. Alia de terreno itinere loca observabis apud eundem L. 1. p. 726. et 4. p. 311. Iudith. VII, 17. De nautico vero itinere occurrunt exempla, loco iam adducto, et in notis nostris ad Themistoclem epist. I, 1. Adde, quae notavit Ampl. Perizonius ad Aelianum Var. Hist. IV, 14. SCHOETTG.

* Idem nomen abesse puto ad verbum *ἀπαίρειν*, etiam ubi de aërio itinere seu volatu usurpatur. Basilius Magnus Homil. *εἰς μαρτ. Γόρδ.* initio: *Νόμος ἐστὶ φύσεως ταῖς μελίσσαις, μὴ ἀπαίρειν τῶν σίμβλων, πρὶν ἂν ὁ βασιλεὺς αὐτῶν τὸν πτήσεως ἀφηγήσηται.* Sumta est dicendi formula a navi, quae a portu soluit. Cuiusmodi *μεταφορὰ* non est inusitata. BERNH. In his similibusque plurimis praestat, opinor, *ἑαυτὸν* subaudire: ut activum pro medio dictum intelligatur. Homerus Il. XXI. v. 563. *μή μ' ἀπαειρόμενον πόλιος πεδίονδε νοήσῃ.* ubi Schol. Ven. *ἀντὶ τοῦ ἀπαίροντα καὶ ἀποχωροῦντα.* SCHAEF. 74

* In *κατατείνειν* s. *δρόμον*. [Lucianus T. II. p. 325. *ἀγρόνδε ᾠχόμην ψύττα κατατείνας.* ut scribendum. Sic et T. III. p. 415. Alciphron III. ep. 72. *ἐγὼ δὲ ψύττα κατατείνας, ᾗ ποδῶν εἶχον, ᾠχόμην.* ubi vellem Wagnerus uncinis abstinuisset. Bene idem L. III. ep. 24. dedit *μὴ προαισθόμενος ψύττα κατατείνας φύγῃ.* Quem h. l. excitat Epigrammatarium, est Palladas LXXXV. SCHAEF.] Aristoteles in Animal. Hist. L. IX. *τρέχειν κατατείναντα*, quod Plinius reddit acerrimo cursu ferri: unde *κατάτασις*, s. *δρόμου*, apud Ciceronem ad Attic. L. II. ep. 3. uti Graevius, cui haec debemus, observat. [Dubiae illic vox fidei. Habet hoc sensu Suidas ex certa emenda-

Digitized by

tione Toupii Emendat. T. I. p. 321. *Κατάτασις. ἡ ἔπειξις.* SCHAEF.] In *ἰθὺν* apud Homer. Il. Φ. v. 303. In *ἐκφέρειν*, quod aliquoties apud Homerum, s. *δρόμον*. v. Iliad. Ψ. v. 759. In *τιταίνειν*. Hom. Iliad. Ψ. v. 403. In *ἐπέχειν*. Xenophon L. I. K. Π. p. 44. Sic Themistius Orat. IV. p. 50. *φέρεσθαι μετεώρῳ*. s. *δρόμῳ*. Herodotus L. VII. c. 57. *τρέχων περὶ ἑωϋτοῦ*. Idem L. VIII. c. 140. Mira expressione habet Dionysius Hal. L. VII. p. 454. *Τρέχειν τὸν ὑπὲρ τῆς ψυχῆς ἀγῶνα*. v. *κίνδυνος*. [Sic Herodotus L. VIII. c. 102. *πολλοὺς πολλάκις ἀγῶνας δραμέονται περὶ σφέων αὐτέων οἱ Ἕλληνες*. Eunapius Vit. Maximi Phil. p. 100. *οὐ τὸν περὶ βασιλείας, ἀλλὰ τὸν περὶ σωτηρίας ἀγῶνα τρέχοντος*. quo loco usus est Wesselingius ad Herodot. p. 537, 42. SCHAEF.] Haec Ellipsis Latinis quoque cum Graecis est communis. Sic Virgilius Aen. L. I. v. 209.

Per varios casus, per tot discrimina rerum
Tendimus in Latium.

s. cursum. Cornelius Nep. I, 1, 6. cursum direxit, quo tendebat. *ἀπὸ κοινοῦ* cursum repeti debet. Plene habet Livius, L. XXIII. 34. Qui, et unde, et quo tenderent cursum. SCHWEE.

* ΔΥΝΑΜΙΣ, Potentia.

In formula, *ᾗ ποδῶν ἔχει*, in qua Auctor noster infra subintelligit *ταχυτῆτι*: sed non satisfacit. Integra constructio sic habet: *ᾗ* (*ὁδῷ*) *ποδῶν* (*δύναμιν*) *ἔχει*, quantum (facultatem) pedum habet: *so weit er laufen kann.* Occurrit et apud Aelianum Var. Hist. II, 44. et XIV, 22. SCHOETTG. Fallitur Schoettgenius, nec quidquam in talibus locutionibus elliptici est. Singula verba si urgeas, sic verte: quomodo ratione pedum se habet. i. e. quanta potest maxima celeritate.

Digitized by Google

Simillima sunt eodemque modo explicanda, *ὡς τάχους ἔχει, ὡς δρόμου ἔχει, κ. τ. ὅ.* In vulgus autem nota constructio verbi *ἔχειν*, iuncti talibus particulis, cum casu genitivo. SCHAEF.

* Idem Vocabulum deest in *ἰδίᾳ*. Euripides in Hel. v. 792:

Ἰδίᾳ σθένων τις, ἢ τυραννεύων χθονός;
Privatusne aliquis potens (sc. ausus est talia) an terrae dominus?

Ἰδία et *δημοσία δύναμις* opponuntur. Potest enim aliquis etiam privatus uti potentia, quae tamen ideo non est publica seu summa. Id igitur quaerit Menelaus, privata id, an publica sive suprema potentia, factum fuerit? Quare dubium non est, quin absit vocabulum *δύναμις*, hoc fere modo: *Ἰδίᾳ σθένων τις δυνάμει, ἢ τυραννεύων χθονός*; BERNH. Haec quoque ellipsis temere fingitur. SCHAEF.

* In *ἔξιν ὡς, ἔξιν ὅπως* s. *δύναμις*. quod Latini etiam imitantur. Plautus Pseud. V. 2. 26. Erit, ubi te ulciscar, si vivo. s. facultas. Xenophon L. VIII. K. II. p. 479. *Ἐπειδὴ δὲ ἐγένετο αὐτῷ, ὥσε χρήμασιν εὐεργετεῖν.* s. *δύναμις*. In re militari saepe verba absolute posita suppressam habent vocem *δυνάμεις*, copias. In *συμβάλλειν, ἐξάγειν, προάγειν, ἐκτάττειν*, cet. Sic plene *ἐκτάττειν τὰς δυνάμεις* habet Polybius T. I. p. 891. SCHWEB.

* ΔΥΝΑΣΤΗΣ, Dominus.

„Lysi. 16. p. 571. To. 1. *ὡς Σάτυρον τὸν ἐν τῷ πόντῳ*· intell. *δυνάσην*, vel *ἄρχοντα*." Fisch. ad Weller. III. 1. p. 266. SCHAEF.

* ΔΥΝΑΤΟΝ, quod fieri potest, possibile.

Quemadmodum plures ellipses habet verbum, quod vocant, substantivum: ita quoque, quum pro 75

Digitized by Google

eo, quod fieri potest, ponitur, subaudiendum relinquit adiectivum δυνατὸς in genere neutro. Sic Demosthenes Olynth. I. de Philippi contendendi amore: 'ΥΦ' ἧς (sc. φιλοπραγμοσύνης) οὐκ ἔξιν (subintellige δυνατὸν) ὅπως ἀγαπήσας τοῖς πεπραγμένοις ἡσυχίαν σχήσει, praequa fieri non potest, etc. Idem Olynth. III: Ἔξι δ' οὐδέποτ', οἶμαι, (δυνατὸν) μέγα καὶ νεανικὸν Φρόνημα λαβεῖν μικρὰ πράττοντας.

Ita plane Chrysostomus homilia περὶ προσευχῆς p. 118: Οὐ γάρ ἐξιν, οὐκ ἔξιν, τοὺς αἰτοῦντας παρὰ τοῦ Θεοῦ σωφροσύνην καὶ δικαιοσύνην, καὶ πραότητα, καὶ χρηστότητα, μὴ τυγχάνειν τῆς εὐχῆς, οὐκ ἔξι δυνατόν. Fieri nullo pacto potest. BERNH.

* ΔΥΟ, Duo.

Δύο, duo, in καιρούς. Apocal. XII, 4. MICH.

ΔΥΣΙΣ, Occasus.

Quando dicitur, ἥλιος κλίνει, ἡμέρα κλίνει: subintell. ἐπὶ δύσιν, ad occasum. Addidit Lucianus in Amorib. p. 885: Ἤδη γὰρ ἐπὶ δύσιν ἡλίου κλίνοντος. Simili modo Latine dixit Ammianus XV, 5: ad occasum inclinato iam die. Vel subaudi εἰς δείλην. Vide, quae ad hanc vocem diximus.

ΔΩΜΑ, Aedificium.

In βασίλειον, regium, ut δώματα vel οἰκήματα in βασίλεια. Sic in ὕψιζα, altissima,
76 eadem vox deest. E. g. Δόξα Θεῷ ἐν ὑψίζοις (sc. δώμασι vel οἰκήμασιν.) (s)

(s) In τὸ ἑαυτοῦ. Herodotus I. p. 25: Καὶ ἀπιέναι ἕκαζον ἐπὶ τὰ ἑαυτοῦ. Item in τὸ ἅγιον. Hebr. IX, 1. et ἅγια ἁγίων. v. 3. SCHOETTG.

* Item in τὸ ἱερόν. MATTH. evang. IV, 5. Confer tamen et οἴκημα, πραιτώριον. Marc. evang. XV, 16. MICH.

Digitized by Google

* Plene est apud Apollonium Argonaut. L. I. v. 853. Βασιλήϊον ἐς δόμον ὦρτο. Herodot. L. II. c. 150. Ἐς τὰ βασιλήϊα οἰκία ὦρυσσον. Homerus Iliad. A. v. 533. Ζεὺς δὲ ἐὸν πρὸς δῶμα. Hesiodus Ἔργ. v. 8. ὅς ὑπέρτατα δώματα ναίει. Uti Horatius Sat. L. I. v. 103.

Nec, si quid miri faciat natura, Deos id
Tristes ex alto coeli demittere tecto.

In ἱερὸν, quod est natura sua adiectivum, recte saepius subauditur, δῶμα, quando templum significat. Sic Cebes ab initio: ἐν τῷ τοῦ Κρόνου ἱερῷ. Actor. V. 20. 21. ἐν τῷ ἱερῷ. s. δώματι. SCHWEB.

* Aristophanes Vesp. v. 1432. οὕτω δὲ καὶ σὺ παράτρεχ' εἰς τὰ Πιττάλου. s. δώματα. SCHAEF.

* ΔΩΡΕΑ.

In ἀκτὴ Δήμητρος apud Homerum Iliad. N. v. 322. καὶ ἔδοι Δημήτερος ἀκτὴν, Eustathius subaudiri vult δωρεά. Vid. p. 906. l. 7. Ἵνα ᾖ ἀκτὴ Δήμητρος, τὸ κλάσμα τοῦ ἄρτου. SCHWEB.

ΔΩΡΟΝ, Donum.

In ἱερὸν aliquando, cum genitivum post se habet, subintell. δῶρον, vel ἀνάθημα. ut apud Comicum in Plut. ἱερὸν γάρ ἐξι τοῦ Πλούτου πάλαι. (t)

(t) Sic Rom. XV, 27: Εἰ γὰρ τοῖς πνευματικοῖς (δώροις) αὐτῶν ἐκοινώνησαν, etc. Nisi malis referre ad χρήματα, de qua voce infra suo titulo. Marcus evang. I, 44: ἃ προσέταξε Μωσῆς. coll. in Matth. cap. VIII, 4. MICH.

* Ἀνακαλυπτήρια, donum quoddam est, quod sponsae a sponso et amicis apud Graecos datum est, quando primum revelabatur. Sub qua voce δῶρα subaudiendum esse testatur Harpocration. (u) SCHOETTG. Schol. ad Euripid. Phoen. v. 688. δεδόσθαι γὰρ τὰς Θήβας τῇ Περσεφόνῃ ὑπὸ τοῦ Διὸς ἀνακαλυπτήρια, ὡς Εὐφορίων·

Ἀλλ' οὔπω Θήβῃ πεπρωμένα κεῖτο τάλαντα·
Τήν ῥά ποτε Κρονίδης δῶρον πόρε Περσεφονείῃ,
Ἐς γαμέτην ὅτε πρῶτον ὀπωπήσασθαι (*) ἔμελλε,
Νυμφιδίου σπείροιο παρακλίνασα καλύπτρην.

Digitized by Google

Dicebantur item *Θεώρητρα*, quam vocem mireris inter Graeco - Barbaras vulgo referri. (**) Nec magis barbarum est, a Meursio eodem relatum, *ἄθρημα*, Lesbiorum vox, cuius eadem significatio. Vid. Hesychius h. v. SCHAEF.

(u) Δῶρα deest in *Γενέθλια*, i. e. *τὰ ἐπὶ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ δῶρα*, Hesych. in *Γαμήλια*, i. e. *Φερνὴ εἰς γάμον*. [Ammonius p. 34. de *Γαμήλιον*: *τάττοιτο δ' ἂν καὶ κατὰ τῆς δωρεᾶς τῆς ἐν γάμῳ διδομένης*. Sic recte vett. Ammonii edd. SCHAEF.] Hesych. in *διαπαρθένια*, (dona) pro adempta virginitate. In *ζωάγρια*. Homerus
77 Od. *θ*. 462. Addit Herodotus: *δῶρα ζωάγρια Κροίσου*. Munera ob servatam Croeso vitam. vid. Hesych. in *ξένια* vel *ξείνια*, h. e. (dona) hospitalia, Latine Lautia uno verbo. Habet Lucianus in Pseudomanti ex emendatione Iensii Lect. Luc. II, 18. p. 261. LEISN.

(*) Malim *ὀπωπήσεσθαι*. SCHAEF.

(**) Glossarii Meursiani exemplo, quo utor, Hemsterhusius ad v. *Θεώρητρον* haec adscripsit: „Non recte inter Graeco-Barbara referri, ut alia multa, quae pura puta Graeca sunt, observat Maussac. ad Harpocrat. p. 206." SCHAEF.

* Frequens haec est in multis aliis Ellipsis, e. g. in *γαμήλιον*, *πρεσβήϊον*, *ἐπιφέρνιον*, *εἰκοσάβοιον* cet. in quibus etiam *τὸ*, *δῶρον* saepe exprimitur. Homerus Od. Ω. v. 272. *Καί οἱ δῶρα πόρον ξεινήϊα*. Idem Iliad. I. v. 695. *Μυρία δῶρα διδούς*. In *ἐάων* s. *δώρων*. *Ἐΰς* enim significat bonus, quod allata hic exempla facile probabunt. Hesiodus *Θεογ.* v. 46. *Θεοὶ, δωτῆρες ἐάων*. Plene apud Homerum Iliad. Ω. v. 527. 528.

Δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται ἐν Διὸς οὔδει
Δώρων, οἷα διδοῦσι, κακῶν, ἕτερος δὲ, ἐάων.

De voce *ἐάων* v. Eustathium ad Il. Ω. v. 550. p. 1501. l. 49. In *προσενεγκεῖν* absolute posito s. *δῶρον*. Synesius ep. 129. Plene in multis novi Foederis locis, e. g. Matth. II. v. 11. *προσήνεγκαν αὐτῷ δῶρα*. SCHWEB.

* Supple apud Libanium ep. 1494. *τῶν εἰωθότων*, scil. *δώρων*, *ἀτυχεῖν*. Nam antea, *καὶ τῶν δωρεῶν οὔτε μικρὸν, οὔτε μεῖζον ἀπολαύσας*

Digitized by Google

Φαίνεται. Conf. cl. Wesseling. diss. de Asiarchis p. 64. F. ST.

E.

ΕΑΥΤΟΥ, Sui ipsius.

In *ἀκρατὴς*, intemperans, impotens, qui se ipsum in potestate sua non habet, subintelligitur *ἑαυτοῦ*, q. d. impos sui. Sic *ἑαυτοῦ ἀκρατὴς* occurrit apud Aelianum Var. Hist. II, 41. uti legit ibi Cl. Perizonius.

* *Ἑαυτῷ* subaudiendum in Diodoro Sic. L. XX. c. 34. *μέλλοντος δ' ἐπιφέρειν πληγήν.* Interpres: Iamque vulnus sibi inflicturus erat. SCHAEF.

Ἑαυτὸν in multis verbis transitivis sine casu quarto positis, ut *ἀνακύπτειν*, (a) *ἐπικύπτειν*, *ἐπιστρέφειν*, (b) *ἀπάγειν*, *ὑπάγειν*, *κλίνειν*, *ἀνακάμπτειν*, *ἀποῤῥίπτειν*, *διδόναι*, *ἐπιδιδόναι*, *παραδιδόναι* etc. (c) Lucianus Ver. hist. L. I. p. 658: — *ἀποῤῥίψαντες ἐνηχόμεθα*, pro *ἀποῤῥίψαντες ἑαυτοὺς ἐκ τῆς νεώς.* Quum proiecissemus (nos) ex navi, natabamus. Et apud Lucam in Actis Apost. XXVII, 43: — *ἐκέλευσέ τε τοὺς δυναμένους κολυμβᾶν, ἀποῤῥίψαντας πρώτους ἐπὶ τὴν γῆν ἐξιέναι.* iussitque eos, qui possent natare, proiicere (se) primos et ad terram exire. Euripides Phoenissis pag. 112: *ὁ δ' ἡδονῇ δούς.* ubi Scholiastes notat: *ἀντὶ τοῦ ἑαυτὸν δούς.* i. e. ille vero dans se vo- 78
luptati. [Thucydides L. IV. c. 108. *εἰωθότες οἱ ἄνθρωποι, οὗ μὲν ἐπιθυμοῦσιν, ἐλπίδι ἀπερισκέπτῳ διδόναι.* Minus recte Interpres: Homines enim id quidem, quod cupiunt, inconsideratae spei permittere. Melius Scholiastes: *διδόναι. ἑαυτοὺς δηλονότι.* (*) Diodorus Sic. Excerpt. T. II. p. 567. *δοὺς εἰς δημοκοπίαν καὶ πλήθους ἀρέσκειαν.* Alciphron III. ep. 47. in. *δρόμῳ δοὺς φέρεσθαι.* ubi v. Bergler. Add.

Digitized by Google

Boivin. ad Nicephor. Gregor. p. 748. SCHAEF.] Lucas in Act. Apost. cap. XXVII, 15: *ἐπιδόντες ἐφερόμεθα*, pro *ἐπιδόντες αὐτούς*. Marc. IV, 29: *Ὅταν δὲ παραδῷ ὁ καρπὸς, εὐθέως ἀποστέλλει τὸ δρέπανον.* Quum (se) tradiderit fructus, etc. 1 Petr. II, 23: *παρεδίδου δὲ τῷ κρίνοντι δικαίως*, pro *παρεδίδου ἑαυτόν.* (d) Simili modo *ἐνισχύειν*, omisso *ἑαυτὸν*, in iisdem Actis c. IX, 19. *Καὶ, λαβὼν τροφὴν, ἐνίσχυσεν.* et, sumpto cibo, confirmavit (sese). Dicitur etiam *συμμίσγειν τινὶ*, congredi cum aliquo, *κατ' ἔλλειψιν* vocis *ἑαυτὸν*, apud Aelianum Var. Histor. L. III, 9. (e)

* *Ἀφιέναι.* Lucianus T. II. p. 73. *Ὁρμηθεὶς γάρ ποτε ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν, καὶ ἀφεὶς ἐς τὸν ἑσπέριον Ὠκεανὸν, οὐρίῳ ἀνέμῳ τὸν πλοῦν ἐποιούμην.* Plene Libanius T. I. p. 227. extr. ed. R. *ἀφῆκεν αὐτὴν ἐπὶ τὰ θηρία.* SCHAEF.

Deest quoque in *τῷ ἔχειν* cum adverbio constructo, ut: *καλῶς, κακῶς, ἀπείρως ἔχειν*, sc. *ἑαυτὸν*, bene, male, ruditer se habere. (f)

Idem in verbo *λαθεῖν*, quando cum participio construitur, et exponitur inscius, vel per imprudentiam. E. gr. Hebr. XIII, 2: *Διὰ ταύτης (φιλοξενίας) ἔλαθόν τινες ξενίσαντες ἀγγέλους.* Per hanc (hospitalitatem) inscii quidam angelos hospitio exceperunt. ubi *ἔλαθον* pro *ἔλαθον ἑαυτούς.* Additur ab Aristophane Nub. p. 137: *Πόθεν δ' ὑπόχρεως σαυτὸν ἔλαθες γενόμενος;* Quomodo autem inscius factus es obaeratus? Et ab Aeliano Var. Hist. I, 7: *Οὗτοι γοῦν, ὅταν αὐτοὺς λαθόντες ὑοσκυάμου φάγωσι.* Hi itaque, quum per imprudentiam hyoscyamum comederint. ubi nota, Aelianum non sequi optimos et Atticos Auctores, quibus ignota fuit haec constructio: illi enim participium verbi alicuius iungunt cum indicativo, vel sub-

Digitized by Google

iunctivo modo verbi λανθάνειν; non vero λανθά- 79
νειν in participio ponunt, et sic cum verbo construunt. Ex. gr. id, quod Aelianus dixit: ὅταν αὐτοὺς λαθόντες φάγωσι, Attico stylo efferretur: ὅταν λάθωσιν ἑαυτοὺς φαγόντες. (g) [Fallitur. Euripides Electr. v. 92. sq. πυρᾷ τ' ἐπέσφαξ' αἷμα μηλείου φόνου Λαθὼν τυράννους. Aristophanes Vesp. v. 247. μή που λαθὼν ἡμᾶς τις ἐμποδὼν κακόν τι δράσῃ. Sic et Theocritus V. v. 19. οὔ τευ τὰν σύριγγα λαθὼν ἔκλεψε Κομάτας. SCHAEF.]

* In ἔχειν περί τι commode subauditur ἑαυτόν. Sic Athenagoras in Legatione pro Christianis p. 100. Ἐκ μὲν οὖν τῶν περὶ τὰς παρθένους ἐχόντων. Idem p. 101. Οἱ Ἄγγελοι περὶ τον ἀέρα ἔχοντες καὶ τὴν γῆν. s. ἑαυτούς. [Longus p. 108. ed. Villois. περὶ θήραν εἶχε λαγωῶν. p. 112. ἀμφὶ ἄριζον εἶχον. Basilius in Libanii Epistol. p. 722. in. Οἱ πρὸς τὸ ῥόδον ἔχοντες, ὡς τοὺς Φιλοκάλους εἰκός. (Ibid. mox scrib. ex Medic. ἢ τάχα που κ. σπ.) Aristophanes Ran. v. 704. καὶ ταῦτ' ἔχοντες κυμάτων ἐν ἀγκάλαις. v. 793 ἔξειν κατὰ χώραν. SCHAEF.] Sic Xenophon L. I. K. II. p. 82. κάλλιζα ἔξει. s. ἑαυτά. In ἄγειν, ire cum significat. Joh. XI. v. 7. Ἄγωμεν εἰς Ἰουδαίαν. s. ἑαυτοὺς l. ἡμᾶς. [Plene Xenophon Ephes. p. 108. καὶ σαυτὸν ἤδη παρ' αὐτὴν ἄγε. p. 115. καὶ τότε μὲν αὐτοὺς ἄγουσι παρὰ τὸν Λεύκωνα. SCHAEF.] Plene Xenophon Ephes. L. II. p. 30. ὡς εἶχεν ἑαυτὸν ἐπὶ γῆς. Sic apud Latinos quoque Ellipsis haec perfrequens reperitur, ut omnino nihil agant, qui Enallagen in eiusmodi locis admittunt. Livius L. XXVI. c. 6. Ea ludificatio veri, et ipsa in verum vertit. Tacitus Annal. L. VI. c. 46. Ne nomen Caesarum in ludibrium et contumeliam verteret, metuebat. Virgilius L. X. Aen. v. 103 Tum Zephyri posuere. s. se. Plene Cicero ad div. L. V. ep. I. Res sese sic habet. SCHWEB. Add. eundem in praefat.

* Multa quidem omissi huius Pronominis exempla Bossius, Leisnerus et Bernholdus suppeditant. Neglectam autem video ellipsin possessivi, cuius, utut frequentissima sit, exempla tamen vel in adolescentum gratiam addenda erant. Vide ergo Matth. X. 37. XIX. 29. Luc. XII. 53. 1 Cor. VII. 7. etc. In novo testamento huius, ut aliorum pronominum possessivorum, ellipsis praecipue obtinet ad ἀδελφὸς, ἀδελφὴ, ἀνὴρ, γυνὴ, υἱὸς, et alia quaedam, ad quae orientales versiones pronomen supplere disces ex cel. I. B. Michaelis Tract. crit. de var. lect. N. T. p. 58. Sic Diodorus Siculus L. I. p. 16. κυριεύειν τὴν γυναῖκα τἀνδρὸς, scil. αὐτῆς. Marmor apud Smithum p. 59 υἱῷ Ζωσίμῳ καὶ ἑαυτῇ καὶ Κορνηλίῳ Εὐτυχιανῷ ἀνδρί. Plene p. 18. καὶ τῇ γλυκυτάτῃ αὐτοῦ γυναικί. Hesiodus Theogon. 338. Φίλου διὰ μήδεα πατρός. et 474. οἱ δὲ θυγατρὶ φίλῃ μάλα μὲν κλύον. Dubia interdum res est, omissumne censeri debeat, nec ne: v. c. Act. I. 14. Caeterum in Dativo etiam casu omittitur ἑαυτοῖς in προσέχειν. Matth. VII. 15. F. S T.

(a) Exempla habet Duportus ad Theophrasti charact. c. II. p. 377. SCHOETTG.

(b) Actor. VII, 42: Ἔστρεψε δὲ ὁ Θεός. Convertit autem Deus, sc. seipsum. Item in ἐκνεύειν. Ioann. V, 13. Vide, quae ibi notarunt Is. Casaubonus et Erasmus Schmidius. SCHOETTG.

* Sic in vernacula: *umkehren, speisen, ziehen, wegziehen, brechen, reissen, recken, umwenden, fahren.* MICH.

(c) Matthaeus evang. c. XXVII, 57: ἐμαθήτευσε (ἑαυτὸν) τῷ Ἰησοῦ. Marcus cap. XIV, 71: ἀναθεματίζειν. Matth. c. XXVI, 74: καταναθεματίζειν. Lucas in Actis Apostol. c. XXVII, 14: ἔβαλε. vers. 41: ἐρείσασα. vers. 43: ἀποῤῥίψαντας. cap. VI, 1: πληθυνόντων. Αὐξάνειν, crescere, pro αὐξάνειν ἑαυτὸν, occurrit passim. Hebr. IV, 4: καταπαύειν. Petri epist. I, c. II, 6: περιέχει. Hebr. IX, 13: ῥαντίζουσα. Septuaginta Interpretes Exod. VII, 17: μεταβαλεῖ, mutabitur; sic v. 20. Lucas in Actis Apostol. c. IX, 19: ἐνίσχυσεν, confortatus est.

Digitized by Google

Petrus in epist. II, c. III, 12: σπεύδοντας, acceleran-
tes. Alias properare, *sich spuden.* σπουδάζειν, ad
festinationem hortari, Genes. XIX, 15. Alias stu- 80
dere. Lucas evang. c. XVI, 24: καταψυχειν, refri-
gerare. At Genes. XVIII, 4: καταψύξατε, reficite
vos. Samuelis L. I, cap. IV, 2: ἔπταισε, offendit. At
v. 3: offendere facit. Iacobi epist. c. V, 2: σέσηπε.
Marci evang. c. V, 42: ἐξέςησαν. MICH.

(*) Coray ad l. c. T. II. p. 310: „Il faut suppléer l'ellipse par ἑαυτους, comme l'a très-bien vu le scholiaste. Cette ellipse se trouve remplie L. V, paragr. XVI, ὁςις ελαχιςα τυχῃ αὐτον παραδιδωσι. Euripide a aussi employé la phrase elliptique dans les Phoeniciennes, v. 5. ὁ δ' ἡδονῃ δους, où le scholiaste observe que c'est αντι του ἑαυτον δους. Sophocle dans l'Oedip. Col. v. 855, a suppléé cette ellipse d'une autre maniere en disant οργῃ χαριν δους." SCHAEF.

(d) Vide Bos Exercit. ad Marc. IV, 29. SCHOETTG.

(e) Βάλλειν, scil. ἑαυτόν. Plena phrasis est Ioh. XIII, 2: Τοῦ διαβόλου ἤδη βεβληκότος, sc. ἑαυτὸν, εἰς τὴν καρδίαν Ἰούδα. etc. Idem nomen deest ad verbum εἰςφέρειν absolute positum. Cuius ellipseos suppletionem e Zosimi L. II. c. 10. produxit sagacissimus Heusingerus in notis ad Iuliani Caesares. Exemplum huius verbi absolute positi habemus in Iuliano: Ὁ δὲ Κᾶρος — εἰςφρῆσαι βουλῃθεὶς (scil. ἑαυτὸν) εἰς τὸ συμπόσιον. Zosimi vero locus haec habet: τῶν εἰςφρησάντων ἑαυτοὺς τῇ βασιλείᾳ. Petrus epist. I. cap. III, 11: Ἐκκλινάτω (sc. ἑαυτὸν) ἀπὸ κακοῦ, avertat (se) a malo. BERNH.

* Ἐγείρειν. Cum hoc verbum actionem agentis significet, non potest non requirere subiectum aliquod, in quo agat. Ἐγείρειν enim est excitare, unde toties in sacra scriptura dicitur ἐγείρειν νεκρούς. Ubi itaque ἐγείρειν sine adiecto nomine ponitur, atque idem significat, quod surgere, tunc quartus huius pronominis casus omissus esse creditur. v. c. Marc. II, 9. ἔγειραι dicitur pro ἔγειραι σεαυ- 81
τόν. v. 10. Et sic locis innumeris. BERNH. Fallitur, nec satis attendit vim verbi medii. SCHAEF.

(f) Deest etiam in genere feminino, ἑαυτὴν, apud Isocratem ad Nic. Πρέπει τὴν τῶν βασιλέων γνώμην ἀμεταπτώτως ἔχειν, sc. ἑαυτήν. BERNH.

* Βαρέως ἔχειν, graviter ferre, Paeanius L. VII, c. 13. ἑτοίμως ἔχειν, paratum esse, Lucas in Actis Apost. XXI, 43. Septuaginta in Danielis cap. III, 15: κομψότερον ἔχειν, convalescere. item Ioannes evang. c.

Digitized by Google

IV, 52. Matth. c. IV, 24: τοὺς κακῶς ἔχοντας. Marcus cap. V, 23: ἐσχάτως ἔχει. MICH.

(g) Vid. Herodianum L. III, 11, 13. item Observationes miscellaneas T. II. p. 181. LEISN.

* Raphelius in Xenophont. adnotatt. ad Hebr. XI. adfert exemplum ex Xenophontis Oeconomic. p. 682: ταῦτα τοίνυν ἐλελήθειν ἐμαυτὸν ἐπιζάμενος. MICH.

* Item ante Infinitivos post signum dicti, quum actio per Infinitivum indicata ad idem subiectum refertur, ut Ioannis epist. I, cap. II, 6: ὁ λέγων, (ἑαυτὸν) ἐν αὐτῷ μένειν. vers. 9: ὁ λέγων, ἐν τῷ φωτὶ εἶναι. MICH.

* ΕΓΚΛΗΜΑ, Crimen, quo quis accusatur.

In ἐπὶ μεγίστοις φεύγειν apud Athenagor. Legat. pro Christ. p. 13. s. ἐγκλήμασι. Vocem ἔγκλημα idem habet p. 14. Τῇ φιλοσοφίᾳ προστριψάμενος ἔγκλημα. Idem p. 15. Τρία ἐπιφημίζουσιν ἡμῖν ἐγκλήματα. Sic Macarius Homil. XV. p. 233. Ὅτι κατηγορήθης ἐπὶ ἐγκλήματι. SCHWEB.

* ΕΓΩ, Ego.

Pronomina saepe subaudiuntur ex contextu supplenda, post praepositiones potissimum sine casu, vel absolute positas. Sic Sophocles Antig. v. 85. σὺν δ' αὔτως ἐγώ. Idem Antig. v. 48. Τῶν ἐμῶν εἴργειν. s. με. In formula illa interrogativa, ubi sequitur ὅστις, subauditur ἐγώ. Aristophanes Avib. v. 961. Σὺ δ' εἶ τίς; Respondet vates: ὅστις; χρησμολόγος. Tu vero quis es? Quisnam? vates. Plene idem habet v. 698. Σὺ δ' εἶ τίς ἀνδρῶν; Resp. Ὅστις εἴμ' ἐγώ; Μέτων. Quisnam ego sim? Meton. V. Hoogeveen. ad Viger. p. 21. SCHWEB.

* ΕΔΑΦΟΣ, Solum.

In λιθόστρωτον. Ioann. XIX, 13. Integre ponunt Septuaginta 2 Paral. VII, 3. Aristeas apud Lightfootum ad l. c. SCHOETTG. Plene λιθόστρω-

Digitized by Google

τον ἔδαφος habent etiam Etymol. M. c. 535. in. Pollux VII. 121. SCHAEF.

ΕΘΝΟΣ, Gens. 82

In Ἑλληνικὸν, Περσικὸν, Βαρβαρικὸν etc. (h) (Gens) Graeca, Persica etc. Thucydides L. I, p. 77: καὶ τοῦ Ἑλληνικοῦ ἐλπίδα. [Plene Herodotus L. I. c. 60. ἀπεκρίθη ἐκ παλαιτέρου τοῦ βαρβαρικοῦ ἔθνεος τὸ Ἑλληνικόν. Aliter idem L. VIII. c. 19. εἰ ἀποῤῥαγείη ἀπὸ τοῦ βαρβαρικοῦ τό, τε Ἰωνικὸν καὶ τὸ Καρικὸν φῦλον. Thucydides L. VII. c. 29. τὸ γὰρ γένος τὸ τῶν Θρᾳκῶν, ὅμοια τοῖς μάλιστα τοῦ βαρβαρικοῦ, — φονικώτατόν ἐστιν. SCHAEF.]

(h) Βάρβαρα ἔθνη occurrunt 2 Maccab. X, 4. Huc refer et τὰ ἀμφότερα, Ephes. II, 14. ubi duae nationes, Iudaica et Gentilis, intelliguntur. SCHOETTG.

* In πρόσοικα etiam supple ἔθνη. Iulianus in Caesaribus: Ἀρμενίαν δὲ καὶ πρόσοικα ταύτης (sc. ἔθνη) κατεπολέμησε Λούκουλλος, Armeniam et vicinas eidem (gentes) Lucullus debellavit. BERNH.

* Δωδεκάφυλον occurrit Actor. XXVI, 7. MICH.

ΕΘΟΣ, Mos, vel Consuetudo.

In τὸ Ἑλληνικὸν, τὸ βαρβαρικὸν, τὸ πάτριον, vel τὰ πάτρια. Thucydides L. I. principio: Εἴ τις βούλεται κατὰ τὰ πάτρια τῶν πάντων Βοιωτῶν ξυμμαχεῖν. ubi Scholiastes: ἔθη δηλονότι. [Lucianus T. II. p. 354. in. κατὰ τὰ πάτρια ἐγίγνετο αὐτοῖς ὁ πόλεμος, ex disciplina maiorum: de philosophis sectae suae dogmata sequentibus. Add. Fischer. ad Weller. III. 1. p. 256. SCHAEF.] Sic τὸ ἀρχαῖον etc. [Lucianus T. I. p. 728. ἐν τῷ ἀρχαίῳ τῶν ἐπιστολῶν διέμεινεν. Interpres: in antiquo epistolarum more perseveravit. SCHAEF.] ut Terentius: Antiquum obtines, sc. morem, vel ingenium. [Sic τὸ Περσικόν. Herodotus VII. c. 114. Περσικὸν δὲ τὸ ζώοντας κατορύσσειν. SCHAEF.]

Digitized by

* Interdum additur ἐςὶ, ut fiat ἔθος ἐςὶ, mos est, solent. Hac significatione posuit hoc ipsum verbum Iulianus in Caesaribus: Τί δέ ἐςι, inquiens, τὸ καλῶς, ὦ Σεβαςὲ, Φράσον, ἐπεὶ τοῦτό γέ ἐςι (ἔθος) καὶ τοῖς πονηροτάτοις λέγειν, quod hoc etiam pessimi (solent) dicere. BERNH.

* Ellipticam locutionem κατὰ τὰ πάτρια, vel, ut Dorica contractione est apud Thucydidem L. V. c. 77. κατὰ πάτρια, explicat Porphyrius de abstinent. L. II. §. 59. θύειν κατὰ τὰ πάτρια, τουτέςιν, κατὰ τὸ ἔθος τῶν πατέρων. Aelianus L. VII. V. H. c. 19. Κατὰ τὸ πάτριον αὐτοῖς ἔθος. Pollux L. III. c. 10. Πράττειν τι ἐκ τῶν πατρίων ἐθῶν. V. not. ad Onosandri c. XXXIII. n. 14. [Ammonius p. 111. — Πάτρια δὲ, τὰ τῆς πόλεως ἔθη. In Epigramm. adesp. DXCVIII. cur Ἀναζαρβοῦ πάτρια de originibus Anazarbae intelligamus, nihil, opinor, causae est. Suidas T. III. p. 688. Πάτρια Κωνςαντινουπόλεως, Θεσσαλονίκης, Νάκλης, Μιλήτου, Τράλλεων, Ἀφροδισιάδος. Item vertunt origines. Rectius Graevius ad Lucian. T. III. p. 561. b. mores. SCHAEF.] In τὸ ἐγχώριον apud Thucydidem L. IV. c. 78. plena oratione foret: κατὰ τὸ ἐγχώριον ἔθος. Xenophon L. I. K. Π. c. 25. ὅπως τὰ ἐν Πέρσαις ἐπιχώρια ἀποτελοίη. sub. ἔθη. [Alexis apud Athenaeum T. II. p. 26. τοῦτο γὰρ νῦν ἔςι σοι Ἐν ταῖς Ἀθήναις ταῖς καλαῖς ἐπιχώριον. SCHAEF.] In κατὰ τὸ αὐτὸ Actor. XIV. 1, s. ἔθος: ut idem sit cum κατὰ τὸ εἰωθὸς, quod legitur Actor. c. XVII. v. 2. V. Wolfium ad h. l. In ἀνθρώπινον λέγω Rom. c. VI. 19. i. e. κατ' ἀνθρώπινον ἔθος. [Referas huc Diogen. Laërt. IV. 7. τὸν δὲ ἕνεκα τοῦ ἀνθρωπίνου εἰςδέξασθαι. Interpres: humanitatis causa. SCHAEF.] Pro eo ἀνθρωπίνως λαλεῖν est apud Athenaeum L. IX. c. VII. Ἀνθρωπείως Φράζειν Aristoph. Ranis v. 1090. Quod Latine dicit Cicero

de divinitat. L. II. c. 64. hominum more dicere. Sic ἐλλιπῶς apud Plautum Mostell. Act. III. Sc. II. v. 103. „Antiquum hoc obtines tuum, s. morem, vel ingenium: nec non Terentium Eunuch. Act. V. Sc. IX. v. 36. Non cognosco vestrum tam superbum. Ubi Donatus: „Ergo subaudiamus vel ingenium, vel animum, vel morem, vel institutum.“ SCHWEB.

* ΕΙΔΟΣ, Species. 83

Εἶδος, species, omittitur in τὸ φανταζόμενον. Hebr. XII, 21. MICH.

* ΕΙΔΩΛΟΝ, Simulacrum.

Hesiod. Ἔργ. vers. 70. seq.

Αὐτίκα δ' ἐκ γαίης πλάσσε κλυτὸς Ἀμφιγυήεις
Παρθένῳ αἰδοίῃ ἴκελον —
Statim vero ex terra finxit inclytus Vulcanus
Virgini verecundae simile (simulacrum.)

ubi in ἴκελον subaudi εἴδωλον. Ita ex Latinis Iuvenalis, satira II, 6. LEISN.

* In προσιέναι, quod absolute positum occurrit apud Athenagoram Legat. pro Christian. p. 49. Idem plene p. 53. προσίασι τοῖς εἰδώλοις. SCHWEB.

* ΕΙΚΩΝ, Imago.

In τῇ Βάαλ, quam locutionem integre ita se habere statuo, τῇ τοῦ Βάαλ εἰκόνι. (i) Occurrit autem Roman. XI, 4: Κατέλιπον ἐμαυτῷ ἑπτακισχιλίους ἄνδρας, οἵτινες οὐκ ἔκαμψαν γόνυ τῇ Βάαλ. Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curuarunt genua ante Baal. Δαμάλεως quidem vocem subaudiunt Lightfoot ad h. l. et Hencke de usu Apocryphorum in N. T. c. I. §. 4. et quidem ex loco Tobiae I, 5. ubi expresse legitur: Καὶ πᾶσαι αἱ Φυλαὶ αἱ συναποζᾶσαι ἔθυον τῇ Βάαλ τῇ δαμάλει. Sed 1) hic est varia lectio, δυνάμει pro δαμάλει, quod et Drusius subintelligit.

Digitized by

2) Hoseae II, 8. Iudaei dicuntur vestimenta fecisse τῇ Βάαλ; quod omni dubio procul vitulis non
84 factum est. Nec obstat exceptio Lightfooti, quod Baal fuerit nomen omnibus idolis commune: nos enim regerimus, vocem εἰκόνος omnibus idolis quam optime quadrare. Ergo cum Pasore et Fullero Miscellaneor. L. II, 7. vocem εἰκόνος bene subintelligimus. SCHOETTG.

(1) Obstat vero, quod 1) sic dicendum fuisset: τῇ τοῦ Βάαλ, inprimis quum Βάαλ terminatione casuali nulla gaudeat, ex qua genitivus casus dignosci posset; coll. Matth. I, 6: ἐκ τῆς τοῦ Οὐρίου. et Ioann. XIX, 25: ἡ τοῦ Κλωπᾶ. 2) Quod, quum in textu Hebraico habeatur, non probabile sit, Paulum voluisse imaginem Baalis dicere. MICH.

* ΕΙΚΟΣ ΕΣΤΙ, Decet, Convenit.

In Infinitivis absolute positis interdum subaudítur εἰκός ἐστι, uti docet Dorvillius ad Charitonem p. 143. Sic Virgilius L. I. Aen. v. 41.

— — — — Mene incepto desistere victam,
Nec posse Italia Teucrorum avertere regem?

s. decet. SCHWEB. Exempla a Dorvillio collecta longe diversi generis sunt; diceturque de iis infra ad verbum Οἴομαι. Virgilianum locum compares cum formula illa, Τὸ ἐμὲ sequ. infinit., de qua v. Ellipsis plurium vocum. SCHAEF.

* ΕΙΡΗΜΕΝΟΝ, Dictum.

In κεφάλαιον, quando summam dictorum significat. Plene est apud Isocratem in Nicocle p. 116. Κεφάλαιον δὲ τῶν εἰρημένων. Pro quo Themistius habet Orat. X. p. 130. D. κεφάλαιον τοῦ παρόντος λόγου. V. Wolfius ad Ebr. c. VIII. v. 1. SCHWEB. Ellipsis, ut tot aliae, a Schwebelio temere conficta. Κεφάλαιον, si ad dicta referatur, esse summam dictorum, sic patet, nihil ut ad orationem explendam subaudiri oporteat. Idemque de plurimis aliis locutionibus tenendum, ubi item Ellipses nescio quas crepant. SCHAEF.

Digitized by

ΕΙΣ, Unus.

Eleganter omittitur εἷς, vel εἷς ἐκ, (k) ut apud Xenophontem Memorabil. I. §. 31: Τῶν τριάκοντα ὧν, scil. εἷς ἐκ τ. (Unus) e triginta. Aelianus Var. Hist. XII, 9: Ἦν γὰρ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν: erat enim (unus) ex bonis viris. [Aristophanes Nub. v. 345 εἶ γὰρ τῶν Φίλων. Euripides Supplic. v. 292. Οὐ σὺ τῶνδ' ἔφυς. ad q. l. Marklandus: „Sic ὧν ἐφευρεθείς, ex quorum numero tu inventus, Electr. 952. Plena locutio est, Οὐ σὺ ἔφυς (i. e. εἶ, es) ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶνδε. — — Herodot. V, 92. p. 319. Ἀμφίονι δὲ, ἐόντι τουτέων τῶν ἀνδρῶν, γίνεται θυγάτηρ χωλή. i. e. ὄντι ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τούτων τῶν ἀνδρῶν. Sic τρίτος τῶνδ' Ἱππομέδων, i. e. ἐκ τῶνδε, vel ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶνδε, hac Fab. 881. et τούτων γενοῦ μοι, Aristoph. Νεφ. 107." Nubem exemplorum congessit Fischerus ad Weller. III. 1. p. 355. SCHAEF.] Plenius Ioannes Evang. VI, 70: Καὶ ἐξ ὑμῶν εἷς.

* Eadem ellipsis latet in trita locutione ὡς ἔπος εἰπεῖν. s. ἕν: ut uno verbo dicam. Plato in Apolog. Socrat. p. 14. D. [Alio ordine verborum ob trimetri leges Euripides Heraclid. v. 168. ὡς εἰπεῖν ἔπος. Plena locutione Herodotus III. c. 82. extr. Ἑνὶ δὲ ἔπει πάντα συλλαβόντα εἰπεῖν. SCHAEF.] Sic Onosander c. VIII. Ἂν ἐφ' ἡμέραν μέλλῃ τὴν παρεμβολὴν θήσειν. s. μίαν. [Palaephatus XXV. in. Ἀδύνατον δὲ, σῶμα τρεῖς κεφαλὰς ἔχειν. ubi probo crisin Fischeri. Longus p. 10. ed. Villois. σιῤῥοὺς ὀρύττουσι τὸ εὖρος, ὀργυιᾶς, τὸ βάθος, τεσσάρων. ad q. l. editor, de Longo, quod verissime profiteor, omnium optime meritus, Animadvers. p. 31. sq.: „Hîc autem ὀργυιᾶς, quod unice legendum, unam duntaxat designat ulnam; ut infra L. IV, p. 104 Ed. Moll. ἐκτέτατο μὲν εἰς σταδίου μῆκος .... τὸ εὖρος ἔχων πλέθρων τεσσάρων, ubi vides σταδίου pro uno duntaxat stadio usurpari.

Digitized by Google

Sic Lucian. De morte Peregrini, tom. III, p. 356, ἐς ὀργυιὰν τὸ βάθος.“ SCHAEF.] Homerus Iliad. Z. v. 121. Ἀδρήστοιο δ' ἔγημε θυγατρῶν. s. μίαν ἐκ. Eadem haec ellipsis Latinis quoque cum Graecis est communis. Sic Horatius L. III. Od. III. v. 13. Fies nobilium tu quoque fontium. i. e. unus fontium. SCHWEB.

(k) Conf. infra sub τις. Item in καιρὸν, scil. ἕνα, Apocal. XII, 14. λόγον, Matth. XV, 23. Conf. Georgium in Vindiciis Novi Testamenti, pag. 183 seqq. MICH.

ΕΚΑΣΤΟΣ, Quisque.

Deest ἑκάστης apud Aeschinem contra Ctesiphont. Καὶ τόκον ἤνεγκαν Δημοσθένει δραχμὴν τοῦ μηνὸς, τῆς μνᾶς. ubi τῆς μνᾶς pro ἀφ' ἑκάστης μνᾶς: menstruam drachmam in (singulas) minas. Vide Budaeum Comment. linguae Graecae pag. 988. [Sic τῆς ἡμέρης, quotidie, Herodotus VII. c. 187. Statim plene sequitur ἐπ' ἡμέρῃ ἑκάστῃ. Ceterum miror Toupium τῆς ἡμέρας hoc sensu dici posse negantem Emendat. in Suid. T. I. p. 256. SCHAEF.]

Pariter ἑκάστην in καθ' ἡμέραν, (singulis) diebus. Aelian. Var. Hist. IX, 13. quod aliter καθ' ἑκάστην dicitur, omisso substantivo (l). Idem XVII, 7. [Καθ' ἡμέραν Euripides Hecub. v. 321. ed. Pors. Alcest. v. 800. ed. Musgr. Passim scriptum reperias καθημέραν. Κατ' ἦμαρ Sophocles Philoct. v. 798. Fragm. ex incert. tragoed. XXVII. Euripides Hecub. v. 632. SCHAEF.]

Sic ἕκαστον in κατὰ μῆνα, [Apollodorus 2, 4, 7. ἕνα τῶν ἀξιῶν παῖδα οἱ Θηβαῖοι κατὰ μῆνα προετίθεσαν αὐτῇ. pro quo in eadem fabula Antoninus Liber. XLI. p. 286. καὶ αὐτῇ προὐτίθεσαν παιδίον διὰ τριακοστῆς ἡμέρας. SCHAEF.] κατ' ἔτος etc. (m) Addit Dio Cassius L. XLIII. p. 275: κατ' ἔτος ἕκαστον. [Diodorus Sicul. IV. c. 24. καθ' ἕκαστον ἔτος. pro quo paullo superius legitur κατ' ἐνιαυτόν. Lucianus T. III. p. 49. κατὰ τὸ ἔτος ἕκαστον. Similiter

Digitized by Google

Athenaeus T. III. p. 9. *Πολλῶν οὖν ὄντων τῶν ἰχθύων, οὓς κατὰ τὰς ἑκάζας ὥρας ἐνδαινύμεθα, κ. τ. λ.* SCHAEF.]

(l) Matthaeus Evangel. c. VI, 34: *ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ (ἑκάσῃ) ἡ κακία αὐτῆς.* MICH.

* Plene *καθ' ἑκάσην ἡμέραν* dixit Chrysostomus oratione *ὅτι τὸν ἑαυτ. μὴ ἀδικ.* p. 79. de Pauli laboribus: *καθ' ἑκάσην ἀποθνήσκων ἡμέραν.* BERNH. Lucianus T. I. p. 276. *ἐμοὶ δὲ καθ' ἑκάσην ἡμέραν καὶ ταῦτα κἀκεῖνα ποιεῖν ἀναγκαῖον.* ubi opponitur *παρ' ἡμέραν*, alternis diebus. Longus p. 78. ed. Vill. *καθ' ἑκάσην ἡμέραν παρελαύνοντα τὰς αἶγας.* p. 86. *Θερμοτέρου δὲ καθ' ἑκάσην ἡμέραν γιγνομένου τοῦ ἡλίου.* Epist. ad Hebr. III. v. 13. *ἀλλὰ παρακαλεῖτε ἑαυτοὺς καθ' ἑκάσην ἡμέραν.* ad q. l. Petr. Abreschius p. 223. sq.: „Pro *καθ' ἑκάσην ἡμέραν* Graeci malunt dicere elliptice *καθ' ἑκάσην*, ut in Chrys. Or. in laud. Paulli II. p. XLVIII. vel etiam *καθ' ἡμέραν*, quemadmodum in Apollod. I. 5. 1. — — Inveneris tamen et apud hos plene dictum *καθ' ἑκ. ἡμέραν*, ut in laud. Apollod. I. 7. 1." SCHAEF.

• *Παρ' ἡμέραν* quoque dixit Longus Pastoral. I. p. 19. SCHOETTG. P. 15. ed. Villois. Sequitur Schoettgenius priores Longi interpretes: male. Rectius Villoisonus: „*Παρ' ἡμέραν*. Notat, alternis diebus; quod probant sequentia, *ποτὲ μὲν ὁ Δάφνις, ποτὲ δὲ ἡ Χλόη*, quodque recte pariter vidit Cl. Hinlopen. Male Moll. vertit, quotidie; male Iungermanus, singulis diebus. Quod quidem si Longus dicere voluisset, dixisset, ut L. III, p. 81 Ed. Moll. *καθ' ἑκάσην ἡμέραν*. Apposite Pollux, L. I, c. 7, p. 19 Ed. Seberi: *τὸ δὲ παρὰ μίαν, παρήμερον, ἑτερήμερον.* Sic recte Amyot: Chloë un jour, et Daphnis l'autre." Sic *παρὰ ἔτος*, altero quoque anno, Pausanias IX. c. 32. ubi item perperam vertitur quotannis. [Ibid. mox legendum: *ἔνθα ἐκ Κόλχων ὀπίσω κομιζομένην ὁρμίσασθαι τὴν Ἀργὼ λέγουσιν.*] Idem X. c. 4. ubi geminus interpretis error. [Sequitur illic paullo post: *πλέθρα ἐννέα εἶναι τῷ χωρίῳ.* Num forte *ἐννέα* elisit vocem *ὄνομα*, inserendam illam ante *εἶναι*?] Simili modo *παρ' ὀλίγας ἡμέρας* fieri dicitur, quod paucis diebus elapsis repetitur. Plutarchus Mor. T. I. p. 32. *Αὐτοὺς γὰρ παρ' ὀλίγας ἡμέρας δεῖ δοκιμασίαν λαμβάνειν τῶν παίδων.* Alia dedi ad Longi l. c. p. 339. sq. SCHAEF.

(m) Item in *κατ' οἶκον*, per (singulas) domos. Lucas Actor. II, 46. et V, 42. *κατὰ πόλεις.* Aelianus Var.

Digitized by Google

Hist. VI, 1. κατὰ πόλιν καὶ κώμην. Lucas Evang. c. VIII, 1. SCHOETTG.

* Nisi ibi ex codice regio legendum κατὰ πόλιν καὶ χώραν. i. e. per urbem agrumque urbi subiectum. LEISN.

* Hebr. IX, 5: κατὰ μέρος. Idem Galat. VI, 1: καταρτίζετε — σκοπῶν (scil. ἕκαστος) σεαυτόν, etc. MICH.

* In locutione κατ' οἶκον Actor. II. 46. minus recte subaudiri ἕκαστον censet Scaliger; idemque esse ac ἐν οἴκῳ probat Medus in operibus p. 322. V. Wolfius ad h. l. Pro ἕκαστος interdum reperitur πᾶς. Tit. I. v. 5. κατὰ πόλιν. [Sed idem est quod ἐν πόλει in Diodoro Sic. IV. c. 6. SCHAEF.] Plene Act. XV. 36. κατὰ πᾶσαν πόλιν, ἐν αἷς κατηγγείλαμεν. [Diodorus Sic. XV. c. 38. οἱ κατὰ πόλιν ἑκάστην ἐπελθόντες ἐξήγαγον ἁπάσας τὰς φρουράς. SCHAEF.] Sic Latini in dies pro in dies singulos. Cicero Philipp. I. c. 2. Nam, cum serperet in urbe infinitum malum, idque manaret in dies latius. Plene idem L. VI. ep. 4. ad div. Illa in dies singulos magis magisque hominum opinio confirmatur. SCHWEB.

* ΕΚΔΙΔΟΥΣ, Reddens.

Lucianus T. III. p. 88. πότε δὲ ἐπὶ τὰς αἰγείρους ἀφιξόμεθα, τὰς τὸ ἤλεκτρον ἐκδιδούσας; In al. omittitur participium: recte, opinor. Non infrequentes huiusmodi ellipses. Vid. Reitz. ad h. l. et Interpretes ad T. I. p. 365. SCHAEF.

ΕΚΕΙΝΟΣ, Ille.

86 Aliquando τὸ ἐκεῖνος una cum suo substantivo reticetur ante articulum postpositivum, ornatus et brevitatis gratia. Xenophon Κύρου Παιδ. I, 1: Ἀπέχονταί τε ὧν ἂν αὐτὰς ἀπείργωσι. Plena sententia est: Ἀπέχονταί τε ἀπ' ἐκείνων πραγμάτων, ἀφ' ὧν ἂν αὐτὰς ἀπείργωσι. Sic in Ep. ad Hebr. V, 8: Ἔμαθεν ἀφ' ὧν ἔπαθεν. integre: ἔμαθεν ἀπ'

Digitized by Google

ἐκείνων, ὧν vel ἃ ἔπαθεν: nam relativus articulus, more Atticorum, in casu antecedentis, subsequenti verbo tribuitur. Xenoph. K. Π. I, 26: Ἐπελάθου τι ὧν ἐβούλου εἰπεῖν. Lucian. Hermotimo p. 585: Οὐ μνημονεύεις ὧν ἔφην. Paulus ad Philipp. IV, 11: Ἐγὼ γὰρ ἔμαθον ἐν οἷς εἰμὶ αὐτάρκης εἶναι, pro ἐν ἐκείνοις, sc. κτήμασιν, ἐν οἷς etc. [Alia habet Fischerus ad Weller. II. p. 241. III. 1. p. 249. SCHAEF.] Sic in ἐλθόντων deest ἐκείνων: cum (illi) venissent (n).

* Ephes. III. 20. Ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ (ἐκείνων) ὧν αἰτούμεθα. Homerus Iliad. H. v. 401. Γνωτὸν δὲ καὶ (ἐκείνῳ) ὅς μάλα νήπιός ἐσιν. Interdum etiam post articulum postpositivum subauditur ἐκεῖνος. Macar. Hom. IX. p. 116. Ὃν ὁ θεὸς ἔχρισεν εἰς βασιλέα, (ἐκεῖνος) τοιαύταις περιείχετο θλίψεσιν. uti est Marc. VI. 16. Ὅτι, ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα Ἰωάννην, οὗτός ἐσι. Hanc Ellipsin sequuntur etiam Romani more Graecorum. Cicero ad div. L. V. ep. 1. Nunc video illum circumventum, me desertum, (ab illis) a quibus minime conveniebat. Horatius Lib. I. Od. XXXI. 9. Premant Calena falce (illi), quibus dedit Fortuna, vitem. Constructio plane Graeca occurrit apud Ciceronem ad div. L. V. ep. XIV. Si solitudine delectare, cum scribas et aliquid agas eorum, quorum consuesti, gaudeo. SCHWEB.

* In talibus etiam οὗτος subaudias. Xenophon Oecon. II. in. οὐκ ἄν μοι δοκῶ ὑπό γε τούτων, ὧν σὺ δεσποινῶν καλεῖς, κωλύεσθαι. SCHAEF.

(n) Apoc. XX, 4: τὰς ψυχὰς τῶν πεπελεκισμένων — καὶ (ἐκείνων) οἵτινες οὐ προσεκύνησαν τῷ θηρίῳ. Conf. supra αὐτὸς, et nostram ibi adnotationem. MICH.

* ΕΚΚΛΗΣΙΑ, Ecclesia.

In loco 1. Petr. V, 13: Ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἐν Βαβυλῶνι συνεκλεκτή. Salutat vos electa

Digitized by Google

Babylone. scil. *ἐκκλησία*, quod supplent Vulgatus et Beza. SCHOETTG.

* Eadem haec ellipsis occurrit apud Homerum Iliad. Σ. v. 531. *Ἰράων προπάροιθε καθήμενος.* s. *ἐκκλησιῶν.* Eustathius ita ad h. l. p. 1218. *εἴληπται μὲν ἀντὶ τοῦ ἐκκλησιῶν.* quam vocem expressam addit Hesychius: *ἰράων ἐκκλησιάων.* in v. *ἰράων.* SCHWEB. Parum probanda haec ratio, rectiusque in Homero nunc legitur *εἰράων*, ad quam vocem nihil plane subaudiendum. Eandem Hesiodo vindicavit Ruhnkenius Epist. Crit. p. 99. recepitque in sua Theogoniae editione Wolfius. Sic etiam mons ille Messeniae, qui Εἶρα dictus est, passim Ἰρὰ perperam scribitur. Vid. Sylburg. ad Pausan. p. 323. SCHAEF.

* Saepe deest in *σύγκλητος.* Ulpian. in enarrat. orat. Demosth. de falsa legat. p. 114. *ἡ δὲ σύγκλητος οὐχ ὡρισμένη· σύγκλητος δὲ ἐκκλησία ἐκλήθη.* F. ST. Vid. Valckenar. Animadv. ad Ammon. p. 71. ad Herodot. p. 509, 16. SCHAEF.

* EKXYNOMENON, Effusum.

In duobus locis admodum notabilibus, quorum
87 prior exstat Actor. XIX, 2. ubi Paulo interroganti, an Spiritum S. acceperint, ita respondent Ephesii: *Ἀλλ' οὐδὲ, εἰ πνεῦμα ἅγιόν ἐστιν, ἠκούσαμεν.* Sed neque, an Spiritus Sanctus sit, audivimus. Dura haec est locutio, et homine vere christiano indigna, qui Spiritus Sancti in se officium et operationes sentiens, de eius existentia nondum sit certus. Sed non hoc dicere voluerunt Ephesii, quin potius, se hoc nescire, an soleat Spiritus Sanctus modo et cum effectu miraculoso super homines effundi. Probamus hoc ex altero loco Ioan. VII, 39. ubi narrat Evangelista, Iesum quaedam praedicasse de Spiritu Sancto, quem accepturi sint credentes, nondum autem adhuc accepe-

Digitized by Google

rant, *οὔπω γὰρ ἦν πνεῦμα ἅγιον.* Nondum enim erat Spiritus Sanctus. Ratio additur: quia Iesus non erat glorificatus, h. e. per statum exaltationis ad gloriam Parentis sui nondum erat ingressus. Luculenter admodum adparet, subintelligendam hic esse vocem *ἐκχυνόμενον.* Quis enim hoc vellet statuere, tunc temporis nondum fuisse Spiritum Sanctum? Immo nondum effusus erat cum donis suis miraculosis in Apostolos et alios credentes. Conferat haec Lector cum aliorum explicationibus, et iudicet. SCHOETTG.

* Mallem pro hac voce, cuius nullum ex sacris saltem scriptoribus attulit exemplum, substituere *ἐπιπεπτωκὸς*, quae eadem in re usurpata exstat Actor. c. VIII. v. 16. *οὔπω γὰρ ἦν ἐπ' οὐδενὶ αὐτῶν ἐπιπεπτωκός.* SCHWEB.

* ΕΚΧΩΡΗΜΑ, Excrementum.

Deest apud Aristoph. *Ἐκκλησ.* 1053: *Αὐτοῦ τι δρῶντα πυῤῥὸν ὄψει μ' αὐτίκα ὑπὸ τοῦ δέους.* Hic tu me statim rubrum aliquid facientem prae metu videbis. LEISN. *Ἐκχώρημα* ubi Leisnerus repererit, ignoro. Fortasse scribere voluit *διαχώρημα.* Obiter moneo, optime habere locum a Sylburgio parum intellectum, temere tentatum a Toupio Emend. T. II. p. 339., Etymologici M. c. 187, 24. *Βάμμα Κυζικηνὸν, τὴν ἀκάθαρτον ἀσχημοσύνην Ἀττικοὶ λέγουσι· διὰ τὸ τίλημα. Τίλημα* vox bene Graeca, *παρὰ τὸ τιλᾶν. Βάμμα* autem *Κυζικηνὸν* (s. *Κυζικηνικὸν*, quo utitur Aristophanes Pac. v. 1176.) Comici, opinor, characteris, ac si dicas *Χεζικηνὸν, παρὰ τὸ χέζειν.* Alia ratio placuit Marklando ad Euripid. Suppl. v. 1131., probata Brunckio ad Aristophan. l. c. SCHAEF.

* ΕΛΑΙΟΝ, Oleum.

Subaudiendum est hoc verbum ad *λιμναῖον*,

Digitized by

88 *καρύϊνον*, etc. Photius: *χρῶνται καὶ τῷ σησάμῳ. καὶ τῷ καρυΐνῳ δὲ χρῶνται. κρεῖσσον δὲ τὸ λιμναῖον.* Narraverat autem antea de *ἐλαίῳ ἐπάνω τῆς λίμνης ἐφιζαμένῳ.* BERNH.

* Subauditur haec vox apud Homerum cum alibi, tum Odyss. Z. v. 227. *λίπ' ἄλειψεν.* Plene Iliad. K. v. 577. *ἀλειψαμένω λίπ' ἐλαίῳ.* SCHWEB. Rectius dicas, in posteriore locutione pleonasmum esse. Sed ita saepius perhibent curtum, quod non redundat. Lucianus T. II. p. 327. *ὁ δὲ λίπα χρισάμενος, ἐλυγίζετο.* p. 883. *λίπα τε ἠλείψαντο, κ. τ. λ.* SCHAEF.

* ΕΛΑΣΜΑ, Aurigatio.

Latet haec vox in illis Homeri Iliad. Ψ. v. 382. *ἀμφήριζον ἔθηκεν:* ubi ita Eustathius p. 1422. l. 9. *ληπτέον ἀπὸ κοινοῦ τὸ, ἔλασμα.* Quem locum pariter atque Ellipsin imitatur Virgilius L. V. Aen. v. 326. Transeat elapsus prior, ambiguumque relinquat. SCHWEB. Ἔλασμα hoc sensu qui praeter Eustathium dixerit, non novi. Est lamina metalli. Apollonius Lexic. p. 690. *λέγονται δὲ καὶ τῆς ἀσπίδος πτύχες, τὰ διάφορα ἐπ' ἀλλήλοις ἐλάσματα.* Vid. Scottus Append. ad H. Stephan. Thes. h. v. Itaque melius ille subaudiisset *τὸ πρᾶγμα, τὸ ἀγώνισμα.* Sed praestat, opinor, *ἀμφήριζον* de ipso auriga intelligere. Sic videtur intellexisse Lucianus, cuius haec legas T. II. p. 354. *πολλοὶ μὲν γὰρ καὶ ἄλλοι τὸν ἐπιτάφιον τοῦ ἀποθανόντος ἐκείνου ἠγωνίζοντο· δύο δὲ μάλιστα ἦσαν οἱ ἀμφήριζοι αὐτῶν, κ. τ. λ.* Add. Cerealii Epigr. III. v. 3. Idemque sensus loci Virgiliani, ubi probanda altera lectio, ambiguumve r. SCHAEF.

* ΕΛΠΙΣ, Spes.

In illis Sophoclis Electr. v. 497. *Πρὸ τῶνδέ τοί μ' ἔχει.* Schol. Gr. *λείπει δὲ τὸ, ἐλπίς.* Possit

Digitized by Google

tamen etiam subaudiri *γνώμη*. In *ὑποτείνειν* apud Thucydidem L. VIII. c. 48. *καὶ ὑποτείνοντος αὐτοῦ*. Schol. Gr. *ἐλπίδας δηλονότι*. [Hoc monuit et F. ST.] Pro eo *ὑποφαίνειν* plene est apud Lucianum T. I. p. 743. *Τίνα σοι ἐλπίδα ὑποφαίνει*. SCHWEB. Herodotus VII. c. 158. *ὑποτείνοντός τε τὰ ἐμπόρια συνελευθεροῦν*. ubi Valckenarius ad v. *ὑποτείνοντος*: „*Ἐλπίδα δηλονότι*· prout recte supplet Schol. in Thucyd. VIII, c. 48." Plene Synesius Epist. 105. p. 247. A. *ἐλπίδα πικρὰν ὑποτείνει τοῦ μέλλοντος*. quem locum ut Philostrati commemorat Suidas T. III. p. 563. in fraudem inducens Lennepium ad Phalar. p. 338. b., non item Valckenarium l. c., neque Toupium Emendat. in Suid. T. II. p. 319. Plene etiam Anonymus apud Suidam T. III. p. 648. *Ἕως μὲν οὖν ἤλπιζον τὴν στρατηγίαν τῆς ἕω παρὰ βασιλέως, καὶ τὰς ἄλλας ἐλπίδας, ἃς ὑπέτεινεν ἐκεῖνος, σπουδὴν ἐδείκνυσαν*. Similiter Dionysius Halic. Ant. Rom. T. II. p. 749. *τοιαύτας γὰρ αὐτοῖς ὑπέτεινεν ὁ Ταρκύνιος τὰς ὑποσχέσεις, ἐξαπατῶν καὶ φεναχίζων*. quae compares cum Aristophanicis Acharn. v. 657. Altera locutione, *ὑποφαίνειν ἐλπίδα*, usus est Diodorus Sic. XIV. c. 39. *μεγάλας ὑποφαίνων παρὰ τοῦ βασιλέως ἐλπίδας*. ubi v. Wesseling. Add. de utraque Lennepius l. c. SCHAEF.

* ΕΜΑΥΤΟΝ, Me ipsum.

Ἐμαυτὸν, me ipsum, non minus quam *σεαυτὸν* et *ἑαυτὸν* (quae loco suo vide) subauditur in verbis transitivis. E. g. Actor. XXIV, 16: *ἐν τούτῳ δὲ αὐτὸς ἀσκῶ*. cap. IX, 6: *θαμβῶν*, obstupefaciens, pro, obstupefactus. MICH.

* ΕΜΒΑΔΕΣ, Calcei.

Deest in *Ἀχαρνικαὶ*, apud Aristophanem *Ἐκκλησ.* 74. et 345. [Thesmophor. v. 142. *ποῦ χλαῖ-*

Digitized by Google

να; ποῦ Λαχωνικαί; ubi Brunckius: „Λαχωνικαί. ἀνδρεῖα ὑποδήματα. Suidas e Comici Scholiaste ad Vesp. 1159.“ SCHAEF.] In Περσικαὶ, Ἐκκλησ. 319. [Lysistr. v. 229. 230. τὰ Περσικά. ubi subaudi ὑποδήματα. Sed Brunckius ad h. l.: „Mendosum est, ut reor, τὰ Περσικά. Aliis in locis, ubi nomen hoc occurrit, forma feminina legitur: Thesm. 734. Conc. 319. Nub. 151. Pollux VII. 92. ἴδια δὲ γυναικῶν ὑποδήματα, Περσικαί. Sic in Mss. scriptum. Repone itaque τὰς Περσικάς.“ Vulgatam defendas his Pollucis l. c. Τυῤῥηνικὰ, Τυῤῥηνουργῆ, Σικυώνια. Ceterum Pollux commemorat etiam Μεσοπερσικάς. SCHAEF.] Supplet hunc defectum Aristoph. Ἐκκλησ. 504. per ἠνίας. [Non suppletur ibi defectus. Ἡνίαι enim non sunt ipsi calcei, sed lora calceis colligandis. SCHAEF.] Item in περιβαρίδες Lysistr. 45. LEISN. Brunckius ad h. l.: „Περιβαρίδες calcei sunt, quibus maxime utebantur ancillae, teste Polluce VII. 92. quod paulo supra confirmat his Cephisodori versibus:

σανδάλιά τε τῶν λεπτοσχιδῶν,
ἐφ' οἷς τὰ χρυσᾶ ταῦτ' ἔπεσιν ἄνθεμα·
νῦν δ', ὥσπερ ἡ θεράπαιν', ἔχω περιβαρίδας.

Quod tamen nihil aliud ostendit, quam περιβαρίδας calceos fuisse minus pretiosos, quibus etiam ingenuae uti poterant.“ Scholiastes: Εἶδος ὑποδήματος, αἱ περιβαρίδες. ὡς Θεόπομπος ἐν Σειρῆσιν· Ὑποδοῦ λαβὼν τὰς περιβαρίδας. quae Suidas T. III. p. 82. non sine vitio exscripsit: correctus a Toupio Emendat. T. II. p. 50. Dicebantur iidem περίβαρα. Utrumque παρὰ τὸ βάρος, quod docent etiam, quae opponuntur, σανδάλια τῶν λεπτοσχιδῶν in Cephisodori fragmento. SCHAEF.

* EMBPYON, Embryo.

In formula, ἐν γαστρὶ ἔχειν, [κατὰ γαστρὸς ἔχειν, ἐν γαστρὶ λαμβάνειν. SCHAEF.] sc. ἔμβρυον:

Digitized by Google

in utero habere embryonem. Occurrit saepius in N. T. Matth. I, 23. Artemidorus I, 32. Sic *φθείρειν τὸ κατὰ γαστρὸς*, sc. *ἔμβρυον*, perdere foetum, dixit idem I, 82. p. 75. [Timaeus Lex. Plat. p. 107. *διαφθείρειν τὸ κατὰ γαστρὸς βρέφος*. si recte emendavit Lennepius. SCHAEF.] *Συλλαμβάνειν ἐν γαστρὶ* occurrit Lucae I, 31. comprehendere sive concipere in utero, sc. foetum. Integram hanc constructionem exhibet Eusebius, monachus, in vita Philippi Presb. Agyriensis n. 3. in Actis Sanctorum tom. 3. Maii p. 3. in graecis: *Γυνὴ δέ τις ἔμβρυον ἔχουσα ἐν τῇ γαστρὶ αὐτῆς νεκρόν.* Mulier autem quaedam embryonem habens mortuum in utero. 89
[Palaephatus 2, 3. *οὐδὲ Φέρειν ἠδύνατο γυνὴ ἔμβρυον ἔχον γε κέρατα.* SCHAEF.] Volunt quidam subaudire *τὸ βρέφος*, de quo supra; sed haec vox significatione sua ad rem propius accedit. Sed diserte tamen *υἱὸς* occurrit Luc. I, 36. et *τὸ βρέφος* v. 41. 44. SCHOETTG.

* ΕΝΔΥΜΑ, Vestis.

Hanc vocem puto subintelligi in loco Marci XIV, 51: *περιβεβλημένος σινδόνα ἐπὶ γυμνοῦ.* Auctor quidem noster inferius subintelligit *σῶμα*, quem sequuntur alii a Cl. Wolfio in Curis Philologicis citati: sed ista mihi non satisfaciunt. Ex antiquitate constat, illos nudos dictos fuisse, qui veste tantum interiore induti erant. Ies. XX, 3. Hinc illud [Virgilii Georg. I. v. 299.]: Nudus ara, sere nudus. Melius igitur quadrabit illud *ἔνδυμα.* Conf. Observationem nostram philologicam de Iuvene nudo fugiente, Stargard. a. 1721. impressam. SCHOETTG.

ΕΝΔΥΜΑΤΑ, Vestimenta.

In adiectivis quibusdam neutris pl. ut apud

Digitized by Google

Lucianum Timone: Καὶ ποικίλα ἐνδὺς, supple ἐνδύματα, vel ἱμάτια, quam vocem vide.

* Sic apud Homer. Odyss. Ω. v. 249. ἀμφικέα ἕσσαι. s. ἐνδύματα. SCHWEB.

* ENNOIA, Cogitatio.

Xenophon Anab. 5, 9, 17. (6, 1, 17.) εἰσῄει αὐτοὺς, ὅπως ἂν καὶ ἔχοντές τι οἴκαδε ἀφίκωνται. Schneiderus: „εἰσῄει αὐτοὺς, in mentem illis venit. Intellige ἔννοια cum Zeunio vel ἐπιθυμία.“ Compares Cyropaediae exordium: Ἔννοιά ποθ' ἡμῖν ἐγένετο. Ceterum nihil frequentius usu verborum, εἰσιέναι et εἰσέρχεσθαι, ἐπιέναι et ἐπέρχεσθαι, de cogitationibus mentem subeuntibus. SCHAEF.

* ENOXΛOTNTA, Impedientia.

In verbis ἀποδιδόναι, ἀποσκευάζεσθαι, ἀποβάλλειν, etc. quae ita simpliciter posita significant: ventris onus deponere, seu alvum exonerare. Suidas: Λάρος ἐν ἕλεσι, παροιμία, ἐπὶ τῶν ταχὺ ἀποδιδόντων, sc. τὰ ἐνοχλοῦντα. Integre dixit Herodianus IV, 13, 9: ἀποσκευασάμενος τὰ ἐνοχλοῦντα. Siracid. X, 10: ὅτι ἐν ζωῇ ἔῤῥιψαν τὰ ἐντόσθια αὐτοῦ, ubi hanc vocem
90 subaudiendam esse existimat Kühnius Quaest. Philol. Pent. 2. qu. 4. cui haec observatio debetur. SCHOETTG.

* Nondum plena est oratio, suppleta hac voce, sed addi debet v. διαχωρήματα, vel ἐκχωρήματα. SCHWEB.

ΕΞΟΥΣΙΑ, vel ΔΥΝΑΜΙΣ, Potestas.

In verbis ἐξὶν, ἔξεξιν, ἐξεγένετο, licet, licuit, deest, ut puto, ἐξουσία, vel δύναμις, licentia, potestas; ut ἔξεξί μοι ἀπιέναι plene sit: ἔξεξί μοι ἐξουσία ἀπιέναι: abire est mihi licentia, quemadmodum apud Phaedrum canis ille: Abire quo volo, est licentia (o). [Hero-

Digitized by

dotus VII. c. 8, 2. *οὐκ ἐξεγένετό οἱ τιμωρήσασθαι.* ut ex uno Cod. verissime scripsit Wesselingius. Conf. ibid. c. 4. Imitatus est, ut alia plurima, Pausanias III. c. 15. *ἐξεγένετό οἱ ϛρατεύσαντι ἐς Σπάρτην, τιμωρήσασθαι μὲν κ. τ. λ.* Ibidem c. 17. Facius edere debebat: *τοῦτο τὸ ἄγος οὐκ ἐξεγένετο ἀποφυγεῖν Παυσανίᾳ, κ. τ. λ.* Idem IX. c. 25. *ἐμοὶ δὲ ἀφικέσθαι τε ἐξεγεγόνει τὴν ἡμέραν ταύτην, κ. τ. λ.* Aristophanes Equit. v. 850. sq. *ἵν', ἢν σὺ* [male Brunck. *ἤν συ*] *βούλῃ Τὸν ἄνδρα κολάσαι τουτονί, σοὶ τοῦτο μὴ 'κγένηται.* Sic et *ἐκπέλει.* Sophocl. Antig. v. 478. coll. Lex. Sophocl. h. v. SCHAEF.]

* In *περίεϛι* apud Demosthenem Olynth. II: *περίεϛι τοίνυν ὑμῖν ἀλλήλοις* (sc. *ἐξουσία*) *ἐρίζειν*, licet vobis contendere. [Dionysius Hal. Ant. Rom. T. II. p. 722. *Περιῆν γὰρ ἄν σοι ταῦτα πράξαντι, πρῶτον μὲν εὐσεβεῖ καὶ δικαίῳ λέγεσθαι, ἔπειτα κ. τ. λ.* SCHAEF.] In *ἔνεϛι*. Demosthenes: *ταῦτα οὐκ ἔνεϛι αὐτῷ εἰπεῖν.* Lucas: *Ἔνεϛί σοι πρίασθαι.* BERNH. Sophocles Philoct. v. 1270. *οὔκουν ἔνεϛι καὶ μεταγνῶναι πάλιν;* Euripides Ion. v. 1539. *ἔνεϛι πάντα τάδε καθ' ἡμέραν μαθεῖν.* Sic et *ἐγγίνεται.* Phalaris p. 174. *τοῦτο δὲ οὐδὲ τοῖς πολύ σου δυνατωτέροις ἐνεγένετο.* Al. *ἐγένετο.* In talibus libri saepe variant, nullo plane ad sensum discrimine. Herodotus V. c. 105. *Ὦ Ζεῦ, ἐκγενέσθαι μοι Ἀθηναίους τίσασθαι.* [Sic semper Graeci, nunquam hoc sensu dicentes *τῖσαι.* Conf. Kuster. de Verb. Med. p. 135. ed. L. B.] ubi Cod. Arch. *ἐγγενέσθαι*, Eustath. *γενέσθαι.* SCHAEF.

* Adde Xenophont. L. I. K. Π. p. 51. *Ἔδοσαν δὲ αὐτῷ διακοσίους τῶν ὁμοτίμων προελέσθαι.* Eodem modo Apocal. c. XIII. v. 7. *Καὶ ἐδόθη αὐτῷ πόλεμον ποιῆσαι.* ubi v. 5. plena est locutio: *ἐδόθη αὐτῷ ἐξουσία.* Sic Latini in est, pro licet, ve-

cem potestas habent suppressam; ut exempla ubivis probant. Horatius L. I. ep. I. v. 32.

Est quadam prodire tenus, si non datur ultra.

sub. potestas. SCHWEB.

(o) Sic apud Heliodorum Aethiop. I. p. 41. [p. 36. ed. Cor. ubi paullo post praeferam ἄλλως τε καὶ διότι κ. τ. λ. SCHAEF.] Ἐπειδὴ καὶμοὶ λόγου μεταδεδώκατε, scil. ἐξουσίαν, postquam et mihi dicendi (potestatem) fecistis. SCHOETTG. Fallitur vir doctus. Non ἐξουσίαν subaudiendum, sed ipse λόγος, ut centies, hic est facultas dicendi, audientia. Hoc sensu Graeci dicunt αἰτεῖν λόγον, διδόναι λόγον τινὶ, ποιεῖν λόγον τινὶ, τυγχάνειν λόγου. Vid. Kuster. de Verb. Med. p. 96. ed. L. B. Villois. ad Longum p. 277. Ad genitivum λόγου autem in Heliodori loco τι subaudias ex legitima constructione urbi μεταδιδόναι, de qua vid. Melet. Crit. I. p. 20. sq. Sic Euripides Suppl. v. 350. sq. ἀλλὰ τοῦ λόγου Προδοὺς, ἔχοιμ' ἂν δῆμον εὐμενέστερον. Vertit Marklandus: sed deliberandi facultatem si dedero prius, habebo populum magis benevolum. Item in Notis p. 138.: „Intellige τὶ ante τοῦ λόγου. Quod hic appellatur προδιδόναι τοῦ λόγου, Xenophon vocat διδόναι λόγον, Hist. Graec. lib. V. p. 555. E.“ Imo D. ed. Leuncl. sec. SCHAEF.

* Apoc. XIII, 7: Καὶ ἐδόθη αὐτῷ (ἐξουσία) πόλεμον ποιῆσαι. coll. v. 5: Καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἐξουσία πόλεμον ποιῆσαι. Sic v. 15. Marcus c. X, 37: δὸς ἡμῖν (ἐξουσιαν) ἵνα — καθίσωμεν. MICH.

* Apoc. VI, 4: Καὶ τῷ καθημένῳ ἐπ' αὐτῷ ἐδόθη αὐτῷ (sc. ἐξουσία) λαβεῖν τὴν εἰρήνην ἀπὸ τῆς γῆς. c. VII, 2. et in aliis huius libri locis, ubi nunc additur nomen, nunc omittitur, sed ipse Ioannes addit v. 8. In no-
91 tissima et frequentissima dictione δὸς cum verbis constructa, idem abesse vocabulum credo. Iason ad Medeam [Euripid. Med. v. 1399. sq. ed. Pors.]:

Δός μοι, inquit, πρὸς θεῶν,
Μαλακοῦ χρωτὸς ψαῦσαι τέκνων.
Da mollem attrectare filiorum cutem.

Plene dictum foret: Δός μοι ἐξουσίαν τοῦ ψαῦσαι μαλακοῦ. Id nomen esse addendum, probat, quod Medea respondet: Οὐκ ἔστι: sed hic deesse nomen ἐξουσία novimus. Ergo petierit Iason, necesse est, quod denegat Medea. Sed illa denegat attrectandorum filiorum potestatem, quod

Digitized by Google

sibi vult τὸ οὐκ ἔχι, sc. σοὶ ἐξουσία αὕτη. Ergo facultatem istam rogaverit, oportet. Simili autem Latini utuntur ἐλλείψει, ut dare dicant, pro dare copiam vel potestatem alicuius rei. Idque tum ab aliis, tum praesertim a Virgilio poëta fieri, plane est in vulgus notum. Plene poëta: Det libertatem fandi, flatusque remittat. BERNH.

* Sic ἡ ποδῶν ἔχουσιν, sc. ἐξουσίαν, quantum pedum habent (facultatem.) Aelianus Var. Hist. I, 11. SCHOETTG.

* Sed iam dixerat Schoettgenius, addendum vocabulum δύναμις. V. hanc voc. Alterutrum falsum sit, oportet. Maneat potius Lamberti Bos sententia, quae satis sibi et melius constat. Et ἐξουσία nunquam, quod ego sciam, potentiam, sed potestatem aliquam vel ius significat. Quod referri ad hunc sermonem non potest. Cum non sit improbabilis Lamberti Bos sententia de huius dictionis ἐλλείψει: videtur tamen non esse alienum, indicasse aliud vocabulum, quod addi manco sermoni possit. Id autem quodnam sit, Euripides habet in Ione v. 1109: 92

Τίς προθυμία
Ποδῶν ἔχει σε.

Quae loquendi ratio plane similis est huic: Τίνα ἔχεις ποδῶν προθυμίαν. Itaque ἡ ποδῶν ἔχει dicitur pro ἡ ποδῶν ἔχει προθυμία. Quam supplendi rationem equidem non negligendam puto, propter auctoris Graeci exemplum. BERNH.

* Saepe non βουλῇ aut γνώμῃ, sed ἐξουσίᾳ omissum videtur in ἰδίᾳ et δημοσίᾳ, v. c. in Isocratis orat. adv. Callimach. p. 898. καὶ τὰς μὲν ἰδίας ὁμολογίας δημοσίᾳ κυρίας ἀναγκάζετε εἶναι, τὰς δὲ τῆς πόλεως συνθήκας ἰδίᾳ τὸν βουλόμενον λύειν ἐάσατε. Quum privatas transactiones auctoritate publica sanciatis, civitatis conventiones privata a quolibet everti patiamini. Obtinet id in primis in statuis et marmoribus, quae δημοσίᾳ posita fuisse leguntur. Hinc etiam apud Whelerum itiner. p. 232. pro δημοσίαν vir doctus in Misc. Obs. Crit. Vol. IV. T. III. p. 353. δημοσίᾳ, publica auctoritate, reponit. ubi tamen Sponius T. I. p. 398. et Smithus

Digitized by Google

p. 19. minus vitiose exhibent δημόσιον, adverbialiter scilicet capiendum. r. st.

ΕΟΡΤΗ, Festum. (p)

Attica est ἔλλειψις, cum dicitur ἐν Διονύσου, pro ἐν ἑορτῇ Διονύσου, vel ἀγῶνι. Maximus Tyr. Dissert. XXXIII: Οἱ δὲ ἐν Διονύσου γελῶσι: alii in Bacchi (festo) rident. Idem Dissert. XXXVII: Οἱ ἐν Διονύσου τὰ δράματα ὑποκρινόμενοι: qui in Dionysiis fabulas agunt. Et in eadem inferius: Ἢ εἴ τις ἄλλη ἐν Διονύσου μοῦσα: et si qua alia in Dionysiis Musa. (q)

(p) Adde: vel ἑορτάσματα, ut Septuaginta in Genes. XXIX, 26: τὰ ἑβδομα ταύτης. Sic v. 28. Conf. γενέσια. MICH.

(q) Item Actor. II, 1: τὴν ἡμέραν τῆς πεντηκοςῆς. 93 coll. Tobiae c. II, 1: ἐν τῇ πεντηκοςῇ ἑορτῇ, ἥ ἐςιν ἁγία ἑπτὰ ἑβδομάδων. MICH.

* ΕΠΙΒΑΤΗΣ, Classiarius.

In locutione illa πληροῦν τὰς ναῦς apud scriptores saepius obvia subauditur ἐπιβατῶν, vel πληρωμάτων, classiariis. Thucydides L. I. c. 29. καὶ τὰς ναῦς ἅμα ἐπλήρουν. c. 141. οὔτε ναῦς πληροῦντες. Sic Aelianus ἦγε τὰς ναῦς ὁπλιτῶν πεπληρωμένας. Adde Polybium L. III. c. 96. ubi utrumque, et τὸ, πληροῦν τὰς ναῦς, et τὰ πληρώματα, occurrit. Graeca voce ἐπιβάτης usus est etiam Hirtius B. A. c. XI. Deinde omnibus epibatis nudatae. Rarius tamen, quantum equidem memini, in ipsa phrasi vox ἐπιβάτης apud scriptores expressa reperitur. SCHWEB. Herodotus VI. c. 5. οἱ δὲ, πληρώσαντες ὀκτὼ τριήρεας, ἔπλεον κ. τ. λ. L. VII. c. 168. ἐπλήρωσαν νέας ἑξήκοντα. L. VIII. in. Πλαταιέες — συνεπλήρουν τοῖσι Ἀθηναίοισι τὰς νέας. ubi Valckenarius: „Milites nautaeque, sive propugnatores et socii navales efficiebant τὰ πληρώματα, quae

dicuntur." Ibid. c. 46. *ἔσαν μέν σφι καὶ ἄλλαι πεπληρωμέναι νέες.* Paullo aliter Thucydides VI. c. 52. *καὶ ὅτι Συρακούσιοι πληροῦσι ναυτικόν.* Sequitur mox: *καὶ ὡς οὐδὲν εὗρον ναυτικὸν πληρούμενον.* SCHAEF.

* ΕΠΙΘΕΜΑ, Operculum.

In *ἱλαςήριον*, (q) sed noster maluit *πῶμα*, quod infra vide. SCHOETTG.

(r) *Ἐπίθεμα* omittitur in *ἱλαςήριον*, Rom. III, 25. et Hebr. IX, 5. coll. LXX. Exod. XXV, 17. ubi integra est syntaxis. MICH.

* ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ, Episcopus.

Saepissime apud Ecclesiasticos Scriptores. Damasus epist. 3. p. 100. edit. Rom. *Αὐξέντιος τοῦ Μεδιολάνου*, sc. *ἐπίσκοπος*. SCHOETTG.

* ΕΠΙΣΤΟΛΗ, Epistola, Mandatum.

Haec vox frequenter omittitur post verba *πέμπειν*, *ἐπιςέλλειν*, et secundum nonnullos etiam post *ἀποςέλλειν*. (*) Kühnius tamen ad Aeliani Var. Hist. XII, 51. *τὸ ἐπιςολὴν* omitti rectius in *ἐπιςέλλειν*, quam *ἀποςέλλειν* statuit. Conf. Perizon. ad Aelian. Var. Hist. IV, 18. Plures locos vide apud Herodian. I, 10, 5. III, 5, 4. III, 14, 1. IV, 3, 3. Matth. II, 16. XIV, 10. LEISN.

(*) Obiter moneo, in Artemidoro V. 50. scribendum esse *ἐπεςάλη αὐτῷ ὑπὸ τῆς γυναικός*. Idem vitium eximendum Melampodi π. Π. init. (Fabricii Bibl. Gr. I, 15, 2.) In Pausania IV. c. 22. edendum erat, praeeunte Cod. Mosc., *ἐπεδείκνυον ἐς τὸν δῆμον τὰ ἀντεπεςαλμένα ἐκ Λακεδαίμονος*. Sicque corrigendum in Aeliano V. H. X. c. 20. *Ἀντεπέςειλε δὲ Ἀγησίλαος*, κ. τ. λ. ubi Perizonius Pausaniae loco abutitur. SCHAEF.

* ΕΠΙΤΗΔΕΤΜΑ.

Suppletur a scholiaste Thucydidis I. 144. *τὸ δὲ ναυτικὸν τέχνης ἐςί.* scilicet *ἐπιτήδευμα ἢ πρᾶγμα.* F. ST.

Digitized by Google

ΕΠΟΣ, Verbum.

Ὀνείδιον [imo *ὀνείδειον*. SCHAEF.] absolute reperitur pro *ὀνείδιον ἔπος*. Ὀνειδίοις [*ὀνειδείοις*] sc. *ἔπεσι*. Sic *μειλιχίοισι* sc. *ἔπεσι*. Homerus Iliad. P. v. 431:

Πολλὰ δὲ μειλιχίοισι προσηύδα.
Saepe blandis (verbis) alloquutus est.

94 Addidit idem hoc versu:

Δεξιῇ ἡσπάζοντο ἔπεσσί τε μειλιχίοισι.

Elliptice rursus Apollonius III, 31:

Καί μιν ἔπειτ' ἐξαῦτις ἀμείβετο μειλιχίοισι.

Sic in *αἰμυλίοισιν*, apud eundem II, 51:

Τοῖα δὲ μειδιόωσα προσέννεπεν αἰμυλίοισιν.

Homerus Iliad. A. v. 539:

Αὐτίκα κερτομίοισι Δία Κρονίωνα προσηύδα.

Iliad. Δ. v. 256:

Αὐτίκα δ' Ἰδομενῆα προσηύδα μειλιχίοισι. (s)

* Plene ibidem v. 241.

Τοὺς μάλα νεικείεσκε χολωτοῖσιν ἐπέεσσιν.

Conf. O. v. 210. „Anacr. odar. 8. 9. Δακέθυμά μοι λέγοντες· sed Herodo. 1, 129. dixit, καὶ ἄλλα λέγων ἐς αὐτὸν θυμαλγέα ἔπεα." Fischer. ad Weller. III. 1. p. 256. SCHAEF.

(s) Apud Polybium saepe occurrit διὰ πλειόνων ποιήσασθαι μνήμην, καὶ διὰ βραχιόνων, sc. ἐπέων. Latini similiter: multis, paucis. LEISN.

* Sic etiam in *ἀμείβεσθαι* et *ἀπαμείβεσθαι* absolute positis. Plene Homerus Δ. v. 286. *ἀμείψασθαι ἐπέεσσιν*. Item in *τοῖον*, *ποῖον*, *οἷον* apud Homerum, in quibus etiam *μῦθος* idem saepius exprimit. V. Μῦθος. Ἔπη, carmina, in *ἐρωτύλα*. Bion V. 10. 13. carmina amatoria. In *κερδαλέα*. Apollon. Argon. L. III. 426. In Κυκλικὰ, Κύπρια, Ἰαμβεῖα, aliisque. Eadem Ellipsi gaudent quoque Latini. Terentius Andr. Act. I. Sc. I. v. 2. Adesdum, paucis te volo. Ci-

Digitized by Google

cero ad div. L. VI. ep. 7. Multa Deos venerati. Idem L. XI. ep. 16. Non tenebo te pluribus. SCHWEB.

* ΕΡΓΑΣΤΗΡΙΟΝ, Officina.

Aristoph. Lysistr. 408. *ἐν τῶν δημιουργῶν.* i. e. in opificum (officinis): subintellecta voce *ἐργαστηρίοις.* Ita *Ἐκκλησ.* 420: *ἐς τῶν σκυλοδεψῶν.* sc. *ἐργαστήρια.* LEISN. Vid. Kuster. ad Lysistr. v. c. SCHAEF.

ΕΡΓΟΝ, Opus.

Deficit etiam subinde *ἔργον*, ut apud Homerum: *Ποῖον ἔρεξας;* sc. *ἔργον.* Quale fecisti (opus)? (t) Sic in *ἐμὸν, σὸν, ἐκείνου ἐςὶ*, meum, tuum, illius est.

Apud Lucam in Actis I, 7: *Οὐχ ὑμῶν ἐςι* 95
γνῶναι etc. Non vestrum est nosse. (u) Aelian. Var. Hist. I, 4: *Καὶ ἐκεῖνο δὲ κυνὸς Αἰγυπτίου τὸ σοφὸν,* sc. *ἔργον*: etiam illud canis Aegyptii sapiens est (opus.) Quod integre idem I, 21: *σοφὸν ἔργον.* (x) Aeschylus Choëph. vers. 629.

Κακῶν δὲ πρεσβεύεται τὸ Λήμνιον
Λόγῳ —

ubi Scholiastes: *λείπει, ἔργον.* (y) [Recte. *Λήμνια* enim *ἔργα* a scriptoribus celebrantur, veluti ab Herodoto VI. c. 138. extr. Sed simplicius etiam *κακὸν* subaudias: nec minus crebro dicuntur *Λήμνια κακά.* SCHAEF.]

(t) Adde Matth. XX, 12: *Οὗτοι οἱ ἔσχατοι μίαν ὥραν ἐποίησαν.* scil. *ἔργον.* Vide ibi Hombergium. In *ἀνῆκον, καθῆκον, πρέπον*, etc. SCHOETTG.

(u) Matth. c. XX, 23: *Οὐκ ἔξιν ἐμὸν*, scil. *ἔργον.* Roman. IX, 16: *Οὐ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος Θεοῦ*, scil. *ἔργον ἐςί.* 2 Thessalon. III, 2. *Οὐ γὰρ πάντων (ἔργον ἐςὶν) ἡ πίςις.* MICH.

(x) *Ἔργον* addidit Isocrates in Paneg. *Ἃ δέ ἐςιν ἴδια, καὶ τῆς ἡγεμονίας ἄξια, καὶ τοῖς προειρημένοις*

ὁμολογούμενα, ταῦτα δ' ἐμὸν ἔργον ἐξὶν εἰπεῖν. Quae igitur propria sunt et digna principatu, et cum eis, quae antea dixi, conveniunt, ea vero meum est etiam dicere.

Ubi consimilis est Latinorum ἔλλειψις. Quando enim dicitur, meum, tuum etc. id est, deest vocabulum opus vel negotium. Idem fit genitivis: v. g. magni animi est, veniam dare deprecantibus. Id, defi-
96 ciente sermone, dictum putandum pro: magni animI opus est. Plene dixit Virgilius Aeneidos L. X. v. 468, 469:

Sed famam extendere factis,
Id virtutis opus.

Quod solita ἐλλείψει diceretur: Id virtutis est. In plurali hoc nomen addit Euripides in Medea vers. 913: Γυναικὸς ἔργα ταῦτα σώφρονος, id prudentis est feminae. Quod recte dixeris ἐλλειπτικῶς: Ταῦτά ἐςι γυναικὸς σώφρονος: vel: Τοῦτο δὲ σώφρονός ἐςι γυναικός. BERNH.

(y) Sic Petrus epist. II. c. I, 20. Πᾶσα προφητεία γραφῆς, ἰδίας ἐπιλύσεως (scil. ἔργον) οὐ γίνεται. Nulla scripturae prophetia propriae interpretationis (opus) est. (z)

(z) Pluralis ἔργα in pluribus Adiectivis neutris. Alciphron epist. I, 2: ἄπρακτα καὶ ἀνήνυτα μοχθοῦμεν. In vanum et irritum laboramus. Integra constructio est: μοχθοῦμεν περὶ τὰ ἔργα ἄπρακτα καὶ ἀνήνυτα. SCHOETTG.

* Μεγαλεῖα, sc. ἔργα. Lucas in Evang. c. I. 49. et in Actis Apost. II, 11. Idem τὰ ἔνδοξα, in Evang. c. XIII, 17. τὰ ἀρεσὰ, Ioann. Evang. III, 22. MICH.

* In παράδοξα Luc. V. 27. Siracides c. XIX. 5. plene παράδοξα καὶ θαυμάσια ἔργα. Vid. Zeibich. athl. παραδ. p. 14. 15. F. ST.

* Subauditur haec vox in Nominibus cum articulo periphrastice positis, e. g. τὸ τῆς ἐλευθερίας, pro ἡ ἐλευθερία. Τὰ τῆς τιμωρίας, pro ἡ τιμωρία. Τὰ τῆς τροφῆς, pro ἡ τροφή. [Vid. Meletem. Crit. I. p. 31. sq. Obiter moneo, temere ibid. p. 97. Euripidea Iphig. Taur. v. 610. tentata fuisse. Eiusdem plane constructionis aliud exemplum reperias in Euripid. Erechth. fragm. I. in. SCHAEF.] Plene est apud Onosandr. c. XLII. s. III. Στρατηγοῦ

Digitized by Google

δὲ ἰδίας ἀγχινοίας ἔργον. Xenophon L. II. K. Π. p. 119. προθυμίας μᾶλλον ἢ τέχνης ἔργον ἐσί. In διαιρεῖν absolute posito. Thucydides L. V. 75. Καὶ διελόμενοι (τὸ ἔργον), τὴν πόλιν περιετείχιζον. Plene L. VII. c. 19. Κατὰ πόλεις διελόμενοι τὸ ἔργον. In sollemni illa formula, qua percontantibus rei eventum responderunt: Αὐτὸ σημανεῖ, vel Αὐτὸ δείξει, Res ipsa indicabit. V. Euripidis Phoeniss. v. 626. et ad h. l. cl. Valckenaer. Plene etiam Euripides Phoeniss. v. 447. Σὸν ἔργον, μῆτερ Ἰοκάζη, λέγειν. Athenagoras Legat. p. 11. ὑμῶν ἤδη ἔργον. SCHWEB.

* ΕΡΕΤΗΣ, Remex.

Haec vox interdum subaudienda est in ζύγιος, in θαλάμιος. Hesychius: θαλάμιος λέγεται ὁ ἔσχατος, ὁ δὲ μέσος ζύγιος, ὁ δὲ ἀνώτατος θρα- 97
νίτης. Item in πάραλοι subintell. ἐρέται apud Aristoph. Ran. 1103. Vid. Scholiasten. LEISN.

* ΕΡΙΟΝ, Lana.

Omittitur fere post ξαίνειν, et καταξαίνειν, carminare, vel carpere (lanam), apud Aristophanem Ἐκκλησ. 89. et 92. 93. Lysistr. 356. 579. Saepe additur apud Plutarchum et Lucianum. LEISN.

* In κατάγειν, deducere filum. Plato in Sophista p. 99. ξαίνειν, καὶ κατάγειν, καὶ κερκίζειν. Item in τὰ ἑλκύσματα, μηρύσματα, κατάγματα, s. ἐρίου. Sophocles Trachin. v. 706.

Τὸ γὰρ κάταγμα τυγχάνω ῥίψασά πως
Τῆς ὄϊος.

V. cl. Valckenaer in Ammonium p. 117. et Ruhnkenium ad Timaei Lex. p. 112. SCHWEB. Moeris p. 215. Κάταγμα, Ἀττικῶς. μήρυμα, Ἑλληνικῶς. Plene Ammonius p. 78. τὸ τοῦ ἐρίου ἕλκυσμα. In talibus passim v. κρόκη subaudias. Scholiastes ad Aristophan. Ran. v. 586. Ἐκπηνιεῖται. — ἀπὸ τῶν τὴν κρόκην μηρυομένων εἰς πηνία. SCHAEF.

Digitized

* ΕΡΚΟΣ, Septum.

Δρύφακτα, scil. ἕρκη, sunt (septa) transitum prohibentia. Vid. Aristoph. Equ. 672. LEISN.

* ΕΡΧΟΜΕΝΟΣ, Veniens.

In loco Marci VII, 4: Καὶ ἀπὸ ἀγορᾶς, ἐὰν μὴ βαπτίζωνται, οὐκ ἐσθίουσιν. Et a foro (venientes,) nisi loti fuerint, non edunt. Sirac. XXXIV, 25: βαπτιζόμενος ἀπὸ νεκροῦ. Theophrastus Charact. c. 16: περιῤῥανάμενος ἀπὸ ἱεροῦ, lotus, posteaquam ex templo (venerat.) Sic Chrysostomus, qui a Duporto adducitur, ἰδὼν Ἕλληνα ἀπὸ νεκροῦ λουόμενον, videns Gentilem a mortuo (venientem) lavari. Herodotus equidem, eodem indice, ἀπὸ δείπνου γενόμενος dixit, nihil tamen obstat, quo minus hanc vocem commode subintelligamus. SCHOETTG.

* ΕΡΩΣ, Amor.

Aristoph. Plut. 974: κατακέκνισμαι δειλάκρα, sc. ἔρωτι, i. e. misera ego (amore) vellicor,
98 (ab amore) aegritudinem patior. Vid. Ran. 1231. Hinc Pindarus Pyth. Od. IV, 94: Ἔρως ἔκνιξε τὰς Φρένας, amor exulceravit mentem. Τὸ ἔρωτι etiam reticetur in ἁλίσκεσθαί τινος, item in κνισθῆναί τινος. Quo non immerito referas etiam ἔχεσθαί τινος. Quanquam, qui in hac phrasi defectus est, etiam per τὸ ἐκ potest suppleri. Vid. Observationes Miscellaneas Vol. VI. p. 302. [i. e. Hemsterhusii notam ad Xenophont. Ephes. p. 255. sq. ed. Loc. SCHAEF.] LEISN.

* In ἁλῶναί τινος s. ἔρωτι. Xenophon Ephes. L. IV. p. 62. καὶ πρότερον ἐαλώκει τῆς Ἀνθίας. Item καίεσθαι, τρύχεσθαι, ἐπιτύφεσθαι suppressam habent hanc vocem. Vid. Dorville ad Chariton. p. 414. In ἐρεθίζειν sub. εἰς ἔρωτα. Aristaenetus L. I. ep. 27. pro quo ibidem cl. Abresch citat ex

Digitized by Google

Achille Tat. L. V. p. 347. *οὐδέν σε ἠρέθισεν εἰς Ἀφροδίτην.* SCHWEB. In talibus passivis neque *ἔρωτι* neque aliud quidquam subaudiendum esse arbitror, sed hanc legitimam esse illorum verborum hoc quidem sensu constructionem. SCHAEF.

* ΕΣΘΗΜΑ.

Deest in *κροκωτὸν*, ut monet Bisetus ad Aristophanis Lysistr. 44. LEISN.

* ΕΣΘΗΣ, Vestis.

In *ἁλουργὶς*, purpurea (aa). [In *Ἡδωνὶς*, qua voce sic usus est Aeschylus, si Suidam recte intelligo T. II. p. 47. *Ἡδωνίς.* — *Ὁ δ' αὐτὸς (Αἰσχύλος) ἐν Ἡδωνοῖς καὶ τὰς νεβρίδας οὕτω καλεῖ.* Certe idem ibid. *Ἡδωνά. ἱμάτια Θρᾳκικά.* SCHAEF.] *Ἀνασυράμενος* graecis scriptoribus est spurcus, impudens, obscoenus, quasi *ἀνασυράμενος τὴν ἐσθῆτα*, qui vestem adtollit, et obscoenas partes aliis visendas exhibet. Plutarchus in Apophthegm. Laconicis: *ἀνασυραμένη καὶ ἐπιδείξασα αὐτοῖς τὴν κοιλίαν*, adtollens (vestes) ipsisque uterum spectandum exhibens. Diogenes Laertius in Diogene Lib. VI, 40. et in Hipparchia Lib. VI, 97: *εἰ μὴ ἀνασυράμενος δείξειε, πότερον ἀνὴρ ἢ γυνή ἐστιν.* Theophrastus charact. cap. 11: *ὁ δὲ βδελυρὸς τοιοῦτος, οἷος ὑπαντήσας γυναιξὶν ἐλευθέραις, ἀνασυράμενος δεῖξαι τὸ αἰδοῖον.* Supplent autem hanc locutionem Orpheus apud Clementem Alexandrinum de Baubone:

Ὡς εἰποῦσα πέπλους ἀνεσύρατο.

Dionysius Halicarnasseus in Excerptis Legat. c. 4. 99 *Ἀνασυράμενος τὴν περιβολὴν, καὶ σχηματίσας ἑαυτὸν ὡς αἴσχιστον ὀφθῆναι.* Debemus autem elegantem hanc observationem Iac. Duporto ad Theophrasti charact. c. 6. p. 303. cui iungatur Casaubo-

Digitized by

nus ad c. 11. [Sic et ἀνάζέλλεσθαι. Artemidorus IV. c. 44. Ἔδοξέ τις ἀναζειλαμένην τὴν γυναῖκα ἐπιδεικνύειν αὐτῷ τὸ αἰδοῖον. Mox: ἀνεζείλατο δεικνύουσα τὸ αἰδοῖον. Statim: Ἔδοξέ τις — τοῖς συμβιώταις ἀναζειλάμενον (l. — ος) ἑκάζῳ προζουρεῖν. Quod compares cum loco Galeni Suasor. p. 230. ed. Lond. ἀνασυράμενοι προζουροῦσιν. Plene Diodorus Sic. I. c. 67. ἀναζειλάμενοι δὲ τοὺς χιτῶνας καὶ τὰ γεννητικὰ μόρια τοῦ σώματος δείξαντες, κ. τ. λ. SCHAEF.] Sic ἀναβεβλημένος apud eundem Theophrastum cap. 4. subaudiendum relinquit κατὰ τὴν ἐσθῆτα, reiectus vestem, h. e. ad vestem quod attinet (bb). SCHOETTG.

(aa) Sic in πορφυρὶς, χρυσὶς, et in permultis aliis adiectivis. [Conf. Fischer. ad Weller. III. 1. p. 257. SCHAEF.] Lucianus Dial. D.: πορφυρίδας ἔχε, sc. ἐσθῆτας, ὑποδέου χρυσίδας. purpureas habeto (togas), auratas tunicas. BERNH. De χρυσὶς, mire errat vir doctus, quem verbum ὑποδέου in viam reducere poterat. Interpres: indue calceos auratos. Subaudias κρηπίς. SCHAEF.

(bb) Deest τὴν ἐσθῆτα vel τὰς ἐσθῆτας apud Arrianum A. A. VII, 24: περιῤῥηξαμένους δὲ τύπτεσθαι τά τε ζήθη καὶ τὰ πρόζωπα. Vid. Observationum Miscellanearum Vol. V. T. 3. p. 65. LEISN. Herodotus, III. c. 66. in. πάντες τά τε ἐσθῆτος ἐχόμενα εἶχον, ταῦτα κατηρείκοντο κ. τ. λ. ubi v. Valckenar. SCHAEF.

• Videtur hoc vocabulum abesse in Chrysostomi homilia περὶ τῆς εὐταξ. p. 176. de Achanis furto, cuius ex sacra scriptura verba repetuntur: Ἴδον ἐν τῇ προνομῇ ψιλὴν ποικίλην: quod ego dictum puto pro ποικίλην ἐσθῆτα, variegatam vestem. Ebraeus codex istam vestem appellat אדרת שנער: babyloniae autem vestes erant pictae, colorum varietate distinctae. BERNH.

* In ἁπλοῖς et διπλοῖς vel διπλῇ: Latinis simplex et duplex pannus. Horatius Epistol. L. I. 17. 25. quem duplici panno patientia velat. Supplet Homerus adiecta v. χλαῖνα. Odyss. Ω. v. 275. Δώδεκα δ' ἁπλοΐδας χλαίνας. Idem Γ. v. 225. Χλαῖναν — διπλῆν. In πλατύσημος, laticlavia vestis, et ζενόσημος, angusticla-

Digitized by Google

via vestis. Arrianus dissertat. L. I. c. 24. p. 123. *Θὲς τὴν πλατύσημον· ἰδοὺ ξενόσημος.* [Diodorus Sic. Eclog. T. II. p. 535, 69. *πλατύσημον ἔδυ χιτῶνα.* Hesychius: *Καλάσιρις. χιτὼν πλατύσημος.* SCHAEF.] De v. *ἀνασυράμενος* adde Polyaen. L. VII. c. 45. *Ἀνασυράμεναι τοὺς χιτωνίσκους.* Diogenem Laert. L. VI. Segm. 97. *Ἀνέσυρε δ' αὐτῆς ἱμάτιον.* *Ἀναβάλλεσθαι* pro *περιβάλλεσθαι* de amictu usurpari et quidem *ἀττικώτερον*, docet Casaubonus ad Athenaeum p. 53. Sic Chrysostomus Homil. II. in Epistol. ad Romanos: *τὰς ἐξωμίδας ἀναβεβλημένοι.* SCHWEB. Lucianus T. II. p. 218. *καὶ μεσόλευκον χιτῶνα πορφυροῦν ἐνδεδυκὼς, καὶ ἱμάτιον ὑπὲρ αὐτοῦ λευκὸν ἀναβεβλημένος.* unde discas, quid inter se differant verba *ἐνδύειν* et *ἀναβάλλεσθαι*: quod in vestitu discrimen iam novit Homerica poësis, Od. XV. v. 60. s. SCHAEF.

* ΕΣΠΕΡΑ, Vespera.

In *δείλη*. Herodianus L. III. c. XI. §. 9. *Περὶ δείλην μεταπεμψάμενος.* Addita vero voce *ἑσπέρα*, idem L. II. c. VI. §. 9. *περὶ δείλην ἑσπέραν.* Idem L. III. c. XII. §. 16. SCHWEB.

* ΕΣΤΩΣ.

Aristophanes Pac. v. 241. *ὁ κατὰ τοῖν σκελοῖν.* ad q. v. Brunckius: „Supplendum videtur, *ἑστῶς*, *βεβηκὼς*, vel simile quid.“ SCHAEF.

ΕΤΑΙΡΑΙ, Meretrices.

Hoc vocabulum omittitur in *αἱ ἐπὶ (ἀπὸ) τῶν οἰκημάτων.* Interdum etiam in *δωδεκαμήχανος.* [Vid. Brunck. ad Aristoph. Ran. v. 1320. Item, si placet, in *στεγῖτις.* Pollux VII. 201. *τὴν δὲ πόρνην, καὶ χαμαιτύπην ἐρεῖς, καὶ στεγῖτιν.* Vid. Interpretes ad Hesychium T. II. c. 1261. 4. SCHAEF.]

Digitized by Google

* ΕΤΕΡΟΣ.

Homerus Il. XXIV. v. 527. sq.:

δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται ἐν Διὸς οὔδει,
δώρων, οἷα δίδωσι, κακῶν, ἕτερος δὲ, ἐάων.

Supple ante *κακῶν*, *ἕτερος μέν*. Alii supplent *εἷς*: quod minus placet. Plene Od. V. v. 265. sq.:

ἐν δέ οἱ ἀσκὸν ἔθηκε θεὰ μέλανος οἴνοιο
τὸν ἕτερον, ἕτερον δ' ὕδατος μέγαν· —

Gemina ellipsis vocularum *ὁ μὲν*, sequentibus *ὁ δὲ*, de qua v. infra ad 'O. SCHAEF.

ETH, Anni.

100 In *πόσα*, *τόσα* et numeralibus aliis. Ex. gr. *πόσα γέγονας*; quot natus es? *τόσα γέγονα*, tot natus sum, sc. *ἔτη*, (annos.) Apud Dionem Cassium Pompeius Lib. XXXVI. p. 13: — *καὶ τόσα γέγονα*. Polyb. l. XII: *Ὀκτωκαίδεκα γεγονώς* (cc).

* Lucas XIII. c. 9. *εἰς τὸ μέλλον ἐκκόψεις αὐτήν*. de q. l. Marklandus Explicat. veter. aliqu. auctor. p. 286.: „Verti debuit, the next year (vel, against the next year) thou shalt cut it down. *ἔτος* enim intelligitur (vide comm. 8.) ut apud Iosephum Antiq. Iud. I, 11. sect. 2. ed. Huds. de Angelis quos Abramus hospitio excepit: *ἥξειν ἔφασαν εἰς τὸ μέλλον, καὶ εὑρήσειν αὐτὴν (Σάῤῥαν) ἤδη μητέρα γεγενημένην*. Ubi *εἰς τὸ μέλλον* male vertitur aliquando post. quod vitium correxisse potuit Interpres, si illi in mentem venisset historia huius rei quae narratur Genes. XVIII. et respicitur Rom. IX, 9. Apud Plutarch. in Caesar. p. 714. A. *κατέσχησεν ὕπατον εἰς τὸ μέλλον*, recte vertitur, in proximum annum consulem creavit." Plene Moeris p. 268. *Νέωτα, Ἀττικῶς. τὸ μέλλον ἔτος, Ἑλληνικῶς*. SCHAEF.

(cc) *Ἔτους* genitivus omittitur in locutione *ἐν ὥρᾳ*, *ἦγουν ἐν ὥρᾳ ἔτους*, h. e. aestate, aestate adulta, tempore messis. Vid. Graevii Lect. Hesiod. c. II. p. 7. LEISN.

*** ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ, Evangelium.**

Saepius haec vox subauditur in N. Test. quando λόγος absolute ponitur. Plene est Actor. c. XV. 7. Ἀκοῦσαι τὰ ἔθνη τὸν λόγον τοῦ εὐαγγελίου. coll. Marc. XVI. 20. SCHWEB.

*** ΕΥΔΑΙΜΩΝ, Beatus.**

Mirum videri poterat, hoc voc. ad ea, quae frequenti ἐλλείψει absunt, a me referri. Equidem autem satis mihi constare rationem puto, eo quod alia, commodius explicandi huius, quem daturi sumus, loci difficultatem, mea sententia non est via. Theognis v. 197. 198:

Χρήματα δ' ᾧ διόθεν καὶ σὺν δίκῃ ἀνδρὶ γένηται
Καὶ καθαρῶς. αἰεὶ γὰρ μόνιμον τελέθει.

Interpretes, quasi nullo hic opus foret labore, transsiliunt hos scopulos. Elias Vinetus, non ignobilis alias auctor, silentio transit. Hertelius autem, latinus interpres, quid sibi velit, plane nescit. Ita Graeca reddit: Opes vero cui a Iove, et cum iustitia viro fuerint, et integre, semper quidem stabile est. Mihi volventi animo et revolventi istud dictum, ἐλλείψει data, commodis- 101
sime apparere Poëtae sententiam, videtur. Non autem inveni aptius reliquo sermoni vocabulum, quam εὐδαίμων. Quo in contextum recepto, haec erit versus forma: Ὧι ἀνδρὶ διόθεν χρήματα καὶ σὺν δίκῃ καὶ καθαρῶς γένηται, εὐδαίμων ἐξί. Αἰεὶ γὰρ μόνιμον τελέθει. Ita sponte omnia fluunt, nihilque opus est, alienissimas a Poëtae sententia figuras adhibere ad loci intellectum. BERNH. En illustre, si quod aliud, exemplum ἀχρισίας, ut sensus loco corrupto extorqueatur, mirificas ellipses fabricantis. Non magni erat acuminis, vitio intellecto, Theognidea sic corrigere, ut nunc edita leguntur:

Χρήματα δ' ᾧ διόθεν καὶ σὺν δίκῃ ἀνδρὶ γένηται
Καὶ καθαρῶς, αἰεὶ παρμόνιμον τελέθει.

Digitized by

Brunckius ad h. l. p. 281.: „παρμόνιμον. Syncope pro παραμόνιμον. Sic coniunctim scribi debuit. In tribus codd. vox male in duas divisa πὰρ μόνιμον. Inde depravata Aldi lectio γὰρ μόνιμον.“ Sic tota tanquam flatu disiicitur Bernholdi disputatio, quam vix mihi temperavi quo minus inducerem. Sed nimirum verebar reprehensiones querelasque eorum, qui omnia sibi illibata reddi postularent. SCHAEF.

* ΕΥΕΡΓΕΤΗΜΑ, Beneficium.

Aristophanes Ἐκκλησ. 1153:

Μηδὲ ταῖς κακαῖς ἑταίραις τόν γε τρόπον προεικέναι,
Αἳ μόνον μνήμην ἔχουσι τῶν τελευταίων ἀεί.

ubi τῶν τελευταίων, sc. εὐεργετημάτων. LEISN.

* ΕΥΡΗΜΑ, Inventum.

In illo Pythagorae εὕρηκα. Plene apud Herodotum, quamquam in alia re, L. VII. c. 4. Εὕρημα εὕρηκεν. SCHWEB. Rectius ad illam vocem subaudias τὸ ζητούμενον. SCHAEF.

* ΕΥΧΗ, Votum.

In ἀμφαδίην, quod Grammaticorum quidam male pro adverbio habuerunt. Homerus Iliad. H. v. 196. Alio sensu in eadem voce Odyss. E. v. 120. subauditur ἀπὸ κοινοῦ ἐκ τοῦ εὐνάζεσθαι, εὐνή. Vid. Eustathius p. 212. l. 53. SCHWEB. Accedo Grammaticis ἀμφαδίην pro adverbio habentibus. Theognis v. 90. ed. Brunck. ἔχθαιρ', ἀμφαδίην νεῖκος ἀειράμενος. SCHAEF.

ΕΧΘΡΑ, Inimicitia.

In phrasi διαλύεσθαι πρός τινα, vel καταλύεσθαι, pacem facere cum aliquo, supple ἔχθραν, vel ἔχθρας, ut sit, inimicitias dissolvere. Addidit Polyaenus Lib. III, p. 233: — τῶν διαλυομένων τὰς ἔχθρας. [Diodorus Sic. XIV.

Digitized by Google

c. 40. extr. *διαλύεσθαι τὴν ἔχθραν.* Differt, quod ibid. c. 110. legitur, *διαλυθεὶς τῆς πρὸς τοὺς Ἕλληνας διαφορᾶς.* Recte Interpres: liberatus a controversia. Sic idem Exc. Legat. T. II. p. 631, 14. *διελύθη τῆς παρὰ τῶν Ῥωμαίων τιμωρίας.* SCHAEF.] Item Dionysius Halicarnasseus Lib. V. p. 326: — *μήτε προκαταλύσηται τὴν ἔχθραν,* neque ante dissolveret inimicitiam, id est, pacem faceret. et pag. 327: *Ἂν βουληθῶσι καταλύσασθαι τὴν ἔχθραν:* si vellent pacem facere. [Dio Chrysost. T. II. p. 171. ed. Reisk. *βέλτιον ἡγοῦμαι πᾶσιν ἀνθρώποις, οὐ μόνον ὑμῖν, μήτε ἀναιρεῖσθαι ῥᾳδίως ἔχθραν, μὴ σφόδρα ἀναγκαίαν, τάς τε πρότερον οὔσας καταλύεσθαι πάντα τρόπον, ἂν ᾖ δυνατόν.* Aliter Dionysius Halic. Ant. Rom. T. I. p. 509. *Καὶ μετ' οὐ πολὺ πρεσβευσαμένοις τοῖς Σαβίνοις καταλύεται τὸν πόλεμον.* SCHAEF.] Sic et *καταλλάσσεσθαι,* sc. *ἔχθραν.* Herodotus Lib. I. p. 23: *κατηλλάσσετο τὴν ἔχθρην τοῖσι ϛασιώτῃσι:* positis inimicitiis in gratiam rediit cum se- 102
ditiosis. [In eodem VIII. c. 140, 1. Ald. habet *καταλλάσσεσθε.* Al. et vulgo *καταλύσασθε.* Eodem utrumque sensu: sed praestat posterius, cum statim sequatur *καταλύσασθαι.* Alia utens constructione simulque explicans verbum Diodorus Sic. Eclog. T. II. p. 496, 71. *καὶ τὸν μὲν Θυνίωνα καὶ Σωσίϛρατον καὶ τοὺς Συρακουσίους κατήλλαξε καὶ εἰς ὁμόνοιαν ἤγαγεν.* Ex hac significatione huius verbi et altera illa, qua dicitur de permutatione pecuniae, pendet ambiguitas ioci Matreae apud Athenaeum T. I. p. 73. *καὶ (διὰ τί) τὰ τετράδραχμα καταλλάττεται μὲν, ὀργίζεται δ' οὔ;* Vid. Hemsterh. ad Thom. Mag. p. 110. — Eadem significatio verbi *διαλλάττειν,* quod a Thoma Mag. illi adeo praefertur p. 235. *Διηλλάγη δοκιμώτερον, ἢ κατηλλάγη.* Euripides Phoen. v. 445. sq. ed. Pors.

Digitized by Google

Ἀλλ' εἰς σὲ τείνει τῶνδε διάλυσις κακῶν, Μῆτερ, διαλλάξασαν ὁμογενεῖς Φίλους. Diodorus Sic. XI. c. 79. extr. τούς τε Δωριεῖς καὶ Φωκεῖς διήλλαξεν. Idem Exc. Legat. T. II. p. 630. τῶν γὰρ ἐχόντων τὰς ἀμφισβητήσεις, οὓς μὲν διηλλάγησαν ἀλλήλοις, κ. τ. λ. Leg. διηλλάχεσαν. SCHAEF.] Eiusdem vocis genitivus, ἔχθρας, requiritur in nomine διάλυσις, quando pro reconciliatione ponitur (dd). [Diodorus Sic. III. c. 70. extr. τὰς ἐν τοῖς πολέμοις διαλύσεις σπονδὰς προσαγορεύειν. Poterat τὰς τῶν πολέμων διαλύσεις. Sic idem Exc. Legat. T. II. p. 622, 97. περὶ συλλύσεως τοῦ πολέμου. Nam et σύλλυσις hoc sensu dicunt. In eiusdem Eclogis T. II. p. 524, 28. absolute legas περὶ διαλύσεως, ubi al. π. συλλύσεως. SCHAEF.]

(dd) Adde Duportum ad Theophrasti charact. c. 12. p. 413. 414. SCHOETTG.

ΕΧΩΝ, Habens.

Frequens Luciano est huius participii Ellipsis. Ex. gr. in Fugitiv. pag. 125: Ὁ τὴν κιθάραν, sc. ἔχων, qui citharam tenet. In Gallo p. 171: Ὁ τὰ ῥάκια, τὰ πιναρὰ, supp. ἔχων vel φορῶν: qui sordidos illos pannos gestat. In Bis Accus. p. 213: Ὁ τὴν σύριγγα, qui fistulam (habet.) Ibid. p. 226: Ἡ τὰ ποικίλα, sc. γράμματα ἔχουσα, quae varias habet picturas. 2 Cor. VIII, 15: Ὁ τὸ πολὺ, οὐκ ἐπλεόνασε, καὶ ὁ τὸ ὀλίγον, οὐκ ἠλαττόνησε. [Vid. Interpretes ad Lucian. T. I. p. 365. T. III. p. 381. coll. supra v. Ἐκδιδούς. infra v. Ποιήσας. SCHAEF.]

* Eadem vocis huius Ellipsis est in illis Philosophorum: τὰ πρός τι, res relativae, et τὰ κατὰ διαφοράν, res absolutae. Sextus Empiricus Pyrrh. Hypotyp. p. 35. in quibus etiam interdum additur τὸ ἔχοντα. Plene occurrit apud eumdem L. VIII. p. 488. Τὰ μέν ἐστι κατὰ διαφοράν, τὰ δὲ πρός τί πως ἔχοντα. SCHWEB.

Digitized by Google

Z.

ΖΕΤΣ, Iupiter, vel ΘΕΟΣ, Deus.

In *βρέχει*, *ὗει*, pluit, *νίφει*, ningit, *βροντᾷ*, tonat, *ἀστράπτει*, fulgurat. [Aristophanes Anag. Fragm. VII. *Καὶ ξυννένοφε, καὶ χειμέρια βροντᾷ μάλ' εὖ.* Rarius *λάμπει* de fulgure. Etymolog. M. c. 556, 8. *Λάμψακος. ὅτι τοῖς Λαμψακηνοῖς χρησμὸς ἐδόθη, ὅπου ἂν αὐτοῖς λάμψῃ, ἐκεῖ πόλιν κτίσαι. ἀστραπῆς οὖν γενομένης, εἶδον τὸν τόπον, καὶ ἔκτισαν τὴν πόλιν, Λάμψακον ταύτην προσαγορεύσαντες. καὶ τοὺς πολεμοῦντας αὐτοῖς βαρβάρους λόχον ποιήσαντας, διὰ τῆς ἀστραπῆς ἰδόντες, κατέκαυσαν.* SCHAEF.] Lucas Evang. XVII, 29: *Ἔβρεξε πῦρ καὶ θεῖον*, pluit ignem et sulphur, supp. *ὁ θεὸς*, ut Exod. IX, 23: *Ἔβρεξε Κύριος χάλαζαν*: pluit Dominus grandinem. Sic *ὕσαντα θεὸν* dixit Athenaeus Deipnosophistarum Lib. VIII. et Aristophanes alibi: *Νομίζειν, καινὸν ἀεὶ τὸν Δία ὕειν ὕδωρ*: putare, novam semper Iovem pluere aquam. [Wesselingius Dissert. Herodot. p. 182.: „*Καὶ εἰ ποιήσειεν ὁ Ζεὺς ὕδωρ* Theophrastus Charact. C. 3. p. 32. cum Casaub. adnotatione: aër enim censebatur [Iupiter]; frequens propterea *ὕσαντος Διὸς*, sive, ut Iosephus ex suae gentis disciplina, *θεοῦ ὕσαντος* Antiq. XIV, 14, ult., *νίφοντος θεοῦ* ibidem C. 15, 14.“ Add. idem ad Herodot. p. 293, 16. Valckenar. ad eund. p. 347, 3. Toup. Emendat. in Suid. T. I. p. 397. Fischer. ad Weller. III. 1. p. 257. Plene etiam Apollonius Rhod. III. v. 1399. *Διὸς ἄσπετον ὀμβρήσαντος.* SCHAEF.]

* Item in *Ὀλύμπιος ἀστεροπητής*. Homerus Iliad. A. v. 580. qui et alibi dictus *Ζεὺς ἀστεροπαῖος*, Iupiter fulgurator. [In *Ἰκέσιος*. „Pausan. 1, 20. p. 48. *Ἰκεσίου δὲ μήνιμα*· intell. *Διός*· de quo separatim scripsit Leisnerus.“ Fischer. ad Weller.

Digitized by Google

III. 1. p. 257. In illo Pausaniae loco Cod. Vind. legit *Ἰκεσίου δὲ Διὸς μήνιμα.* quod et ipsum bonum. Elliptice Pausanias VII. c. 25. in. *Τὸ δὲ τοῦ Ἰκεσίου μήνιμα.* Plene Euripides Hec. v. 349. Pors. *πέφευγας τὸν ἐμὸν Ἰκέσιον Δία.* Orpheus Argon. v. 106. Gesn. *Ἰκεσίου Ζηνὸς κοῦραι Λιταί.* ubi Eschenbachius comparat Homeri Od. XIII. v. 213. *Ζεὺς ἱκετήσιος.* In *Φίλιος.* Euripides Androm. v. 604. Musgr. *τὸν σὸν λιποῦσα Φίλιον.* ubi v. Musgrav. SCHAEF.] In *ὗει* Ellipsis suppletur a Theocrito Id. IV. v. 43.

Χὠ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλοκα δ' ὗει.

Et Theognis v. 25. — *οὐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς Οὔθ' ὗων πάντως ἀνδάνει, οὐδ' ἀνέχων.* SCHWEB. Theognideum locum Brunckius sic edidit: *οὐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς Οὔθ' ὗων πάντας ἀνδάνει, οὔτ' ἀνέχων.* Bene hoc: illud non item. Scribendum enim *πάντεσσ'*. Vid. Porson. Ind. Rerum ad Toup. Emendat. v. Vocalis et ad Euripid. Orest. v. 1623. SCHAEF.

* Item in forma iurandi elliptica *μὰ τὸν*, de qua vid. infra ad v. *Θεός.* SCHAEF.

* ΖΩΑ, Animantia.

Ζῶα omittitur in *τὰ πετεινὰ, ἀμφίβια, ἑρπετὰ, τετράποδα, σιτιστά.* Matth. cap. XXII, 4. MICH. Vid. Fischer. ad Weller. III. 1. p. 257. SCHAEF.

* ΖΩΟΝ, Animal.

In *τὸ πετεινὸν* et *πτηνὸν*, volucres. Item in *τὰ ἄλογα*, apud Mauricium Strateg. 5, 3. et 7, 8. Fortassis et in *θνησιμαῖον*, Levit. XI, 11. SCHOETTG.

* Apud Aristoph. Nub. 1429. *βοτὰ*, sc. *ζῶα*, sunt animalia omnis generis. *Τὰ βληχητὰ*, scil. *ζῶα*, (animalia,) quae balant, apud Suidam. Vid. infra *Θηρίον.* LEISN.

* It. *ἑρπετὰ* et *ἐνάλια*, Iacobi epist. c. III, 7.

Digitized by Google

Ellipsin supplevit Aristoteles de Mundo, *ἐνάλια ζῶα* nominans. *χερσαῖα*, terrestria. Palaephatus Κεφ. *κή. ἄλλο τι τῶν χερσαίων*, scil. *ζώων*. Item ad *ὑποζύγιον*, quod falso substantivum neutrum esse Lexicorum scriptores dicunt. Multa ita finguntur substantiva, quae, si accurate rem expenderis, sunt adiectiva *ἐλλειπτικῶς* usurpata. In versu igitur 126. Theognidis sententiarum,

πρὶν πειρασθείης ὥςπερ ὑποζυγίου.

plene dictum foret: *ὥςπερ ὑποζυγίου ζώου*. Auctor *κτῆνος* subesse putat; nec repugno. BERNH.

* In *ἀμφίβια*, *βραχύβια*. In *σιτιςὰ* Matth. XXII. 4. uti Horatius L. I. ep. VII. v. 35. Altilium satur. SCHWEB.

* Hebr. IX, 5. *χερουβὶμ δόξης ἐπισκιάζοντα*. Si Blackwallum audis crit. 5. p. 88. supple *ζῶα*. F. ST.

* ΖΩΝΤΕΣ, Viventes.

Haec vox subauditur saepius in *εἶναι*. Matth. II. 18. *Ὅτι οὐκ εἰσί*. Ellipsin supplet Sophoclis Scholiast. Gr. ad v. 572. *ἐν τοῖς ζῶσίν ἐςιν*. In *μένειν*. 1. Cor. XV. 6. *ἐξ ὧν οἱ πλείους μένουσιν ἕως ἄρτι*. Vid. v. *βίος*. Sic etiam Latini. Plinius L. III. ep. VII. §. 2. Annon videtur tibi Nero modo fuisse? Cicero ad div. l. VII. ep. 29. Nos, quod simus, quod habeamus, quod homines existimemur, id omne abs te habere. Pro eo Suetonius Aug. c. 98. Per illum se vivere cet. SCHWEB.

H. 104

ΗΘΟΣ, Ingenium.

In *τὸ μανικὸν*, furiosum, *τὸ τεθηριωμένον*, efferatum, *τὸ πρόθυμον*, promptum, *τὸ ἥμερον*, mansuetum etc. Aelianus Var. Hist. IX, 16: *Ἀλλὰ καὶ τὸ τῶν οἰκητόρων ἥμερον καὶ πρᾷον*, suppl. *ἦθος*: sed et incolarum mansuetum et mite (ingenium) (a).

Digitized by Google

* In τὸ Φίλεργον Aelian. L. XIII. V. H. c. 1. Φονικὸν Id. L. VI. 8. τὸ ἀβροδίαιτον Thucydid. L. I. c. 7. aliisque. Plene Herodianus L. VI. c. I. §. 14. ὑπῆρχε δέ τι καὶ Φυσικὸν ἦθος πρᾶον καὶ ἥμερον τῷ Ἀλεξάνδρῳ. SCHWEB.

* Non opus est ad talia neutra adiectivorum aut participiorum neque ἦθος neque aliud substantivum subaudiri. Constat enim haec neutra pro substantivis generis feminini poni, e. gr. τὸ πρόθυμον est i. q. ἡ προθυμία. Bernardus Reliqu. Med. Crit. p. 40. sq.: „τοῦ ἀῤῥώξου pro [τῆς] ἀῤῥωξίας, adiectivum neutrum pro substantivo generis foeminini. Euripides Hecub. vs. 1129.

— — — ἐκβαλὼν δὲ καρδίας τὸ βάρβαρον.

ubi Schol. τὸ βάρβαρον ἀντὶ τοῦ ἡ βαρβαρότης. Gregorius Naz. Stelit. II. p. 146. σὺ δέ μοι προσκύνει τὸ σύντονον τοῦ λόγου. Atque sic quoque Latini. Vid. Salmasius in Solinum p. 74.“ SCHAEF.

(a) Herodianus τὸ ἦθος saepe addit, saepe omittit. Omittit L. V, 1. 5: τὸ μέτριόν μου καὶ πρὸς τοὺς ἀρχομένους Φιλάνθρωπον. conf. II, 4. 2. III, 8. 14. τὸ Φιλοχρήματον. Vid. Rom. II, 4. Addit autem VI, 1. 14. l. 6, 2. et saepe alibi. Conf. Antoninum τῶν εἰς ἑαυτὸν L. I. §. 1. sq. LEISN.

* Τοὐμὸν similiaque neutra passim sic usurpata reperias, ut ἦθος subaudire possis. Euripides Herc. f. v. 163. ed. Musgr. ἔχει δὲ τοὐμὸν οὐκ ἀναίδειαν, γέρον, Ἀλλ' εὐλάβειαν. Quo Libanius Toupio Emend. in Suid. T. II. p. 423. videtur respexisse, cum Epist. XVIII. p. 6. m. Anatolio scriberet: ἔχει δέ τινα τοὐμὸν Φιλανθρωπίαν. haud scio an sine causa idonea: huiusmodi enim locutiones in scriptoribus Graecis pervulgatissimi usus sunt. Supplet λῆμα Euripides Med. v. 349. ed. Pors. ἥκιστα τοὐμὸν λῆμ' ἔφυ τυραννικόν. Addam bonae frugis notam ex libro egregio, quem Gallia

Digitized by Google

nunc ipsum summisit. Philostratus Her. p. 6. ed. Boisson. τοὐμὸν δὲ πολλῷ ἐπιεικέςερον. ad q. l. Editor p. 296. „Plato Alcib. I. c. 3. p. 28. Nürnb. οὐ γάρ ἐςι τοιοῦτον τὸ ἐμόν. Hac elegantia saepe utitur Philostratus. Apollon. I. 35. p. 44. τοὐμὸν ὑπογράφων σοι, ταῦτα εἶπον. II. 31. p. 83. τοὐμὸν δὲ ὧδε ἔχει. III. 22. p. 112. καὶ μήπω θαυμάσῃς τοὐμόν. Themistius or. 23. p. 290. C. σκοπεῖσθαι οὖν χρὴ τοὐμὸν ὅπως ἔχει. Plenius noster Her. p. 6. τοὐμὸν ἦθος ἑρμηνεύει σοι. Apoll. vit. VI. 13. p. 251. τοὐμὸν διαβάλλειν ἦθος.“ — Alibi subaudias κέρδος s. ὄφελος. Sophocles Electr. v. 251. καὶ τὸ σὸν σπεύδουσ' ἅμα Καὶ τοὐμὸν αὐτῆς. Euripides Iphig. Aul. v. 483. ed. Musgr. μήτ' ἀνθελέσθαι τοὐμόν. quod bene vertunt: neque anteferas meam utilitatem. Cf. Med. v. 743. 1219. Vid. Valcken. ad Phoen. v. 476. ad Hippol. v. 48. (ubi unice probanda, opinor, Musgravii ratio. Nimirum Venus, tanquam duorum malorum optione sibi data, levius, ὃ οὐ προτιμᾷ θατέρου, interitum Phaedrae, eligit, gravius, salutem inimicorum suorum, aversans.) — Sed crebrius neutra illa sic usurpantur, ut vicem gerant pronominum personalium. Sophocles Trachin. v. 1069. ὡς εἰδῶ σάφα, Εἰ τοὐμὸν ἀλγεῖς μᾶλλον ἢ 'κείνης. Euripides Orest. v. 290. ed. Pors. ὅταν δὲ τἄμ' ἀθυμήσαντ' ἴδῃς. Med. v. 347. τοὐμοῦ γὰρ οὔ μοι Φροντὶς, εἰ Φευξούμεθα, Κείνους δὲ κλάω ξυμφορᾷ κεχρημένους. v. 737. τἀμὰ μὲν γὰρ ἀσθενῆ, Τοῖς δ' ὄλβος ἐξὶ καὶ δόμος τυραννικός. Iphig. Taur. v. 1057. καὶ τἄμ' ἐν ὑμῖν ἐξιν, ἢ καλῶς ἔχειν, Ἢ μηδὲν εἶναι καὶ ξερηθῆναι πάτρας. ubi notavit Marklandus. Helen. v. 902. ed. Musgr. ὅπως ἂν τοὐμὸν ἀσφαλῶς ἔχῃ. Aristophanes Thesmoph. v. 105. εὐπίςως δὲ τοὐμὸν Δαίμονας ἔχει σεβίσαι. de quo loco vid. Toup. Emend. in Suid. T. II. p. 152. Plutarchus Mor. T. I. p. 596.

Digitized by Google

ἃ δὲ δεῖ Φίλοις σοῖς ἢ πολίταις γενέσθαι παρ' ἡμῶν, οὐ τἀμὰ κωλύσει. Alia dedi infra ad v. Κόλπος. Add. Bastii nota in Philostrateis Boissonadii p. 207. SCHAEF.

* ΗΙΩΝ, Littus.

In ἄκραι de littore; promontoria enim sunt extrema littora; quae alias ἀκρωτήρια. Plene habet Homerus Iliad. P. v. 265. Ἀμφὶ δέ τ' ἄκραι Ἠϊόνες βοόωσιν. SCHWEB. Aliter explet Longus p. 90. ed. Villois. Ἡ ναῦς — — — εἰς τὰς ἄκρας πέτρας ἐξεβράσθη. SCHAEF.

ΗΛΙΚΙΑ, Aetas.

In νέα, recens, iuvenilis, ut: Ἀρετὴν ἐκ νέας ἄσκει, supple, ἡλικίας: virtutem a iuventa cole. Sic in ἡ νηπιέη apud Homerum Iliad. I, 487:

— — — — ἐν νηπιέῃ ἀλεγεινῇ.
— — — — in infantia molesta.

ubi Eustathius: ἡ παιδικὴ ἡλικία, ἡ ἀνατροφὴ κατ' ἔλλειψιν. (b)

* Plena locutio legitur apud Macarium Homil. p. 8. ἐκ νέας ἡλικίας, et Themistium Orat. XXIV. p. 304. A. ἐκ νεαρᾶς ἡλικίας. Item in παρὰ τὴν πρώτην apud Gregor. Nyssen. contra Eunom. p. 292. V. Thomas Mag. p. 284. SCHWEB.

* Plene etiam apud Simplicium Comment. in Epictet. Enchirid. p. 165. ed. Schweigh. χωλὸς ἐκ νέας ἡλικίας. Eadem ellipsis in μικρὰ et βαιά. Vid. Meletem. Crit. I. p. 70. SCHAEF.

(b) Aristophanes Ἐκκλησ. 912:

Κάλει τὸν Ὀρθαγόραν, ὅπως
Σαυτῆς κατόναιο, ἀντιβολῶ σε.
Accerse huc Orthagoram, ut
Tua (aetate) fruaris, quaeso.

Σαυτῆς, supple ἡλικίας. LEISN. Mire decepit Leisnerum Taneg. Fabri versio: ita tua aetate fruaris. i. e.

Digitized by Google

ita te fruaris. Usus est enim Faber voce aetas sensu Plautino, de quo vid. Parei Lexic. Plautin. et Forcellinus h. v. Nihil igitur in loco Aristophanico subaudiendum est: omnium minime *ἡλικία*. Vertas ad verbum: ita [recte Brunck. *οὕτως*] bene tibi sit ex te ipsa. Hemsterhusius ad Chrysost. Homil. III. p. 66. extr.: „Loquendi modus apud Graecos familiaris, *ὀναίμην*, vel *οὕτως ὀναίμην σοῦ*." Alciphron III. ep. 19. in. *Κοινωνικὸς ὢν καὶ Φιλέταιρος ὄναιο σαυτοῦ καὶ τῆς γυναικὸς καὶ τῶν παιδίων.* [Aristophanes Thesmophor. v. 469. *οὕτως ὀναίμην τῶν τέκνων.*] ubi vid. Bergler. SCHAEF.

* ΗΛΙΟΣ, Sol. 105

Aristophanes Thesmoph. 507: *Δεικνύναι τινὶ ἱμάτιον ὑπ' αὐγὰς*, ostendere cui vestem ad lucem. *ὑπ' αὐγὰς*, sc. *ἡλίου*, ad solem. Conf. Euripidem Hecuba 1154. Iamblichum Protrept. c. 8. Longinum III, 4. LEISN. Timaeus Lex. Plat. p. 264. *Ὑπ' αὐγάς. — ὑπὸ τὸν πεφωτισμένον ἀέρα.* ubi v. notas Ruhnkenii et Hemsterhusii. SCHAEF.

* Item in *ἀνατολή*. Plene apud Herodot. L. VII. c. 58. *Πρὸς ἠῶ τε καὶ ἡλίου ἀνατολάς.* [Aeschylus Prom. v. 713. *ἡλίου πρὸς ἀντολάς.* Add. Fischer. ad Weller. III. 1. p. 257. SCHAEF.] Sic Latini etiam loqui amant, qui subinde voces oriens et occidens absolute ponunt. Pro quo plene dicunt sol oriens et occidens. Caesar de B. G. L. I. c. 1. Belgae — spectant in septemtriones et orientem solem. v. cl. Oudendorpium, qui plura exempla affert. In *ἠλέκτωρ* apud Homer. Iliad. Z. v. 513. *ὡς ἠλέκτωρ, ἐβεβήκει.* cf. schol. Gr. ad h. l. SCHWEB.

* Item in *δυσμή*. Plene Hyperides apud Suidem T. I. p. 888. *ἐν ταῖς ἡλίου δυσμαῖς.* SCHAEF.

* ΗΜΕΙΣ, Nos.

Ἡμεῖς, nos, deest in Actis Apostol. c. XXI, 8: *Ἐξελθόντες (ἡμεῖς) οἱ περὶ τὸν Παῦλον ἤλθομεν*

Digitized by Google

etc. Roman. XII, 5: (Ἡμεῖς) *οἱ πολλοὶ, ἓν σῶμά ἐσμεν.* MICH.

HMEPA, Dies.

Passim subaudienda relinquitur vox *ἡμέρα*, ut in *ἡ μία*, [Xenophon Cyrop. 4, 6, 4. *βέβληκα μιᾷ δὶς ἐφεξῆς.* ubi Zeunius: „Intelligitur — non *πληγῇ* — sed *ἡμέρᾳ* aut *ὥρᾳ.*“ Weiskius et Schneiderus *μιᾷ*, ut omissum in libris aliquot adeoque suspectum, uncinis incluserunt. SCHAEF.] *ἡ δευτέρα*, [plene Herodotus IX. c. 33. in. *τῇ δευτέρῃ ἡμέρῃ.* L. IV. c. 113. ubi editum est *τῇ δὲ ὑςεραίῃ*, plures libri eodem sensu habent *τ. δ. δευτεραίῃ.* SCHAEF.] *ἡ τρίτη.* Comicus Equitib. p. 291: *Ἐκδικάσας μίαν*, ubi Scholiastes: *λείπει ἡμέραν.* Sic *παρὰ μίαν*, alternis (diebus.) vid. Pollucem I, 7. (c) Lucianus Pseudom. p. 774: *πρὸ μιᾶς τοῦ θεσπίζειν*, pridie quam responsa redderet. (d) [Plutarchus Mor. T. I. p. 805. *τῇ πρὸ μιᾶς νώνων Ὀκτωβρίων*, pridie Nonas Octobris. Plene ibid. T. II. p. 308. *πρὸ μιᾶς ἡμέρας νόννων Ἰανουαρίων.* Vid. Kypkius in N. F. T. I. p. 393 sq. Constructio haec, quod in transcursu moneo, etiam Latinis scriptoribus usurpata. Velleius 1, 10, 5. Nam alterum ex suis — liberis ante paucos triumphi, alterum post pauciores amisit dies. ubi mireris notam viri egregii: „Quis ita loquatur? Legendum puto: paucos ante triumphum.“ Orosius I. c. 4. in. Ante annos Urbis conditae mille trecentos. c. 5. in. Ante annos Urbis conditae mille centum sexaginta. SCHAEF.] Idem in Philops. p. 339: *διὰ τρίτης*, triduo. Aristides: *ἦκεν εἰς τρίτην.* Thomas Magister: *Οὐ λέγουσιν Ἀττικοὶ εἰς τρίτην ἡμέραν, ἀλλ' εἰς τρίτην μόνον.* [Falso. Rectius Moeris p. 152. *Εἰς τρίτην ἡμέραν, Ἀττικῶς. εἰς τρίτην καθ' ἑαυτὸ μόνον, Ἑλληνικῶς.* ubi v. Pierson. SCHAEF.] Aristopha-

Digitized by Google

nes tamen addit ἡμέραν in Lysistr. Vid. Cl. Graevium ad Soloecist. Lucian. p. 747. [Aristophanes Pac. v. 899. τρίτῃ. Praecessit v. 895. αὔριον. Sic Euripides Alcest. v. 327. sq. ed. Musgr. οὐκ εἰς αὔριον, οὐδ' ἐς τρίτην —. SCHAEF.]

Sic ἡ ἑβδόμη. Ad Hebr. IV, 4: Εἴρηκε γάρ που περὶ τῆς ἑβδόμης οὕτω. supp. ἡμέρας (e). [Menander ap. Ammonium p. 67. εἰς τὴν ἑβδόμην Βοηδρομιῶνος. Lucianus T. I. p. 82. Πυανεψιῶνος ἑβδόμῃ ἱσαμένου. Philo T. II. p. 167, 29. περὶ τῆς ἱερᾶς ἑβδόμης. v. 48. προηγουμένως δὲ ταῖς ἑβδόμαις. SCHAEF.] Et in δεκάτη. Aristophanes Avib. 388: εἰς δεκάτην γάρ ποτε παιδαρίου κληθεὶς etc. 585: οὐκ ἄρτε θύω τὴν δεκάτην ταύτης ἐγώ; Euripides σελήνην addit poëtice in Electra 106
1126: Δεκάτῃ σελήνῃ παιδός. [Vid. Toup. Emend. in Suid. T. I. p. 112. sq. SCHAEF.] Et ἡ πεντηκοστή, quae vox in Actis Apost. c. II, 1. occurrit. [Homerus Il. A. v. 54. τῇ δεκάτῃ. Praecessit ἐννῆμαρ. Cui loco simillimus Theocriteus XXVI. v. 29. εἴη δ' ἐνναέτης, ἢ καὶ δεκάτῳ ἐπιβαίνοι. Sed vide ad v. Ἵππος. SCHAEF.]

Porro ἡ ἐπιοῦσα, [Herodianus p. 472. ed. Piers. Τῇ ἐπιούσῃ ἐρεῖς, μὴ προστιθεὶς τὴν ἡμέραν, τῆς δὲ ἐπιούσης ἡμέρας. ubi v. Interpretes, it. ad p. 210. ed. Pauw. Lucianus T. II. p. 125. τῇ ἐπιούσῃ. mox: τῆς ἐπιούσης. Add. Porson. ad Euripid. Phoeniss. v. 1651. De diluculo Xenophon Anab. 1, 7, 1. εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἕως κ. τ. λ. De nocte Diodorus Sic. XX. c. 64. extr. κατὰ δὲ τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα κ. τ. λ. SCHAEF.] ἡ ἐχομένη, (f) ἡ ὑστεραία, [Herodotus IV. c. 113. τῇ δὲ ὑστεραίῃ ἦλθε. ubi al. δευτεραίῃ. L. VII. c. 54. in. ταύτην μὲν τὴν ἡμέρην παρεσκευάζοντο ἐς τὴν διάβασιν· τῇ δὲ ὑστεραίῃ κ. τ. λ. c. 119. ἐν (al. melius delent) τῇ ὑστεραίῃ τήν τε σκηνὴν ἀνασπάσαντες, κ. τ. λ. Xenophon Cyrop. 1, 2, 11. τὴν ὑστεραίαν αὖ θηρῶσι κ. τ. λ. al. τῇ

ὑσεραίᾳ. Diodorus Sic. XX. c. 30. μόγις εἰς τὴν ὑσεραίαν ἠθροίσθησαν. Alciphron III. ep. 72. παραχρῆμα μὲν — εἰς τὴν ὑσεραίαν δὲ κ. τ. λ. Vid. Herodian. Philet. p. 452. SCHAEF.] ἡ κατόπιν, sequens, postera: [Plene Dionysius Halic. Ant. Rom. T. II. p. 645. τῆς κατόπιν ἡμέρας. ubi al. τῇ κατόπιν ἡμέρᾳ. Idem T. I. p. 473. ἡμέραν τε ὁρίσας τῆς μάχης τὴν κατόπιν. Praecessit ibid. ἐκείνην μὲν τὴν ἡμέραν ἡσυχίαν ἔσχε· τῇ δ' ἐξῆς κ. τ. λ. Sic Xenophon Ephes. p. 48. ἐκείνης μὲν τῆς νυκτὸς ἔμειναν εὐωχούμενοι, τῆς δ' ἐξῆς κ. τ. λ. postero autem die. ad q. l. vid. Locella. SCHAEF.] ἡ προτεραία, prior: [Herodotus II. c. 63. προεκκομίζουσι τῇ προτεραίῃ ἐς ἄλλο οἴκημα ἱρόν. al. προτέρῃ: quae perpetua variatio. (Xenophon Cyrop. 4, 2, 6. τὴν προτεραίαν νύκτα. Guelf. προτέραν. Zeunius: „ex glossemate." Unde hoc rescivit?) Lucianus T. II. p. 85. sq. τῇ προτεραίᾳ μὲν —, τῇ ὑσεραίᾳ δὲ —. ubi v. Reitz. Plene Thucydides V. c. 75. τῇ δὲ προτεραίᾳ ἡμέρᾳ. ubi notavit Dukerus. SCHAEF.] (g) ἡ αὔριον, crastina: [Euripides Alcest. v. 796. ed. Musgr. τὴν αὔριον μέλλουσαν εἰ βιώσεται. Noli huc referre Philemonis fragm. p. 356. ed. Cler. Θησαυρὸν εὑρὼν σήμερον, τῆς αὔριον Ἅπαντα τἀκ τῆς οἰκίας ἀπώλεσεν. „Quis non videt legendum σήμερόν τις, αὔριον?" Porsonus in Addend. ad Euripid. Hecub. p. 83. ed. Cantabr. SCHAEF.] ἡ σήμερον, hodierna: [Strato LXXXVII. τίς δύνατ' οὐκ ἀρέσαι τὴν σήμερον, ἐχθὲς ἀρέσκων; SCHAEF.] ἡ ἑκάζη, quaeque: (h) ἡ νῦν, praesens, suppl. ἡμέρα, dies. Exempla ubique reperies. (i) [ἡ δεῦρο. Anonymus apud Suidam T. I. p. 182. ὃς Ἀναξασιακὸς μέχρι τῆς δεῦρο λέγεται. Interpres: ad hunc usque diem. ἡ τότε. Lucianus T. II. p. 584. ὥστε ἐς τὴν τότε καὶ ἔμεινα ὄνος. ut perite edidit Schmiederus. v. Index Emendat. p. X. SCHAEF.] Γενέθλιος et

Digitized by Google

γενεθλιακὴ, scil. ἡμέρα. Philo Iud. in Flacc. pag. 756. Plutarchus Sympos. VIII, 1: — τὴν Σωκράτους ἀγαγόντες γενέθλιον. [Vid. supra ad v. Γενέθλιος. Add. Phrynichus p. 38. SCHAEF.]

Deest etiam saepenumero in aliis haec vox, ut in ῥητὴ, dicta. Lucianus Pseud. pag. 759. [T. II. p. 226. ubi nunc plene editum legitur: ῥητὴν τινα ἡμέραν προειπών. SCHAEF.] ῥητὴν τινα προειπεῖν, (diem) certam indicere, supp. ἡμέραν. Plene Dionysius Halicarnasseus VIII, 545: — καὶ προειπόντες ἡμέραν ῥητήν. [Idem T. III. p. 1425. sq. προειπὼν ἡμέραν ῥητήν. Pausanias III. c. 20. ἐν ἡμέραις ῥηταῖς. SCHAEF.] Pariter in κυρία, propria. Nimirum ἡμέρα κυρία est dies propria, statuta, certa sistendi se in iudicio. Sed plerumque absolute dicitur κυρία. Achilles Tatius L. VIII, 485: Ἡκούσης δὲ τῆς κυρίας. Sic τὴν κυρίαν ὁμολογεῖν dicitur is, qui spondet, se certo die stiturum sese in iudicio, quod Latini dicunt, vadimonium promittere: ut τῆς κυρίας ἀπολείπεσθαι, qui vadimonium deserit. (k) [Herodotus I. c. 48. Φυλάξας τὴν κυρίην τῶν ἡμερέων. Vid. Dorvill. ad Chariton. p. 304. 452. SCHAEF.]

Praeterea in προθεσμία, quae vox proprie loquendo est adiectiva, requiritur ἡμέρα, estque ἡμέρα προθεσμία dies praestituta. Occurrit elliptice in Epist. ad Galat. cap. IV, 2: Ἀλλὰ ὑπὸ ἐπιτρόπους ἐςὶ καὶ οἰκονόμους ἄχρι τῆς προθεσμίας τοῦ πατρός. (l)

Pariter in πεπρωμένη, fatum. Euripides 107
Alcest. vers. 145:

Πεπρωμένη γὰρ ἡμέρα βιάζεται.
Fatalis enim dies violenter accedit.

Vel τύχη. Euripides Alcest. vers. 695:

Καὶ ζῆς παρελθὼν τὴν πεπρωμένην τύχην.
Et vivis praetergressus fatalem casum.

Digitized by Google

Vel *αἶσα*, ut supra: vel *μοῖρα*, quam vocem vide.

Ἡμέρα in *ἀγόραιος*, forensis; et *ἡμέραι* in *ἀγόραιοι*. Strabo L. XIII: *Διοικήσεις, ἐν αἷς τὰς ἀγοραίους ποιοῦνται*. Lucas in Actis Ap. c. XIX, 38: *Εἰ μὲν — πρός τινα λόγον ἔχουσι, ἀγόραιοι ἄγονται*. Gloss. *ὅ τε ἀγόραιός ἐςι*, cum ius dicitur. (m)

(c) Confer Porphyrium de vita Plotini cap. 7. et quos ibi citat Fabricius. SCHOETTG.

(d) Refer etiam huc *μίαν τῶν σαββάτων*, primam Sabbathorum, scil. diem. Matth. XXVIII, 1. Marc. XVI, 2. Actor. XX, 7. 1 Cor. XVI, 2. supplet enim Ioann. XX, 19: *ἐν ἡμέρᾳ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων*. Impegerunt in his locis quamplurimi Interpretum, et eos etiam sicco pede transierunt, qui Syro-Chaldaismum heic latitantem non observarunt. Observandum quippe est, שבת et שבתין Iudaeis tunc temporis significasse hebdomada, et ratio-
108 nem dies numerandi ipsis fuisse hanc: Prima septimanae dies ipsis erat חד בשבת, *μία τῶν σαββάτων*, sc. *ἡμέρα*, primus hebdomadis (dies.) Secunda שני בשבת, *δευτέρα τῶν σαββάτων*, et sic porro. Exempla ut adferremus ex eius aevi scriptoribus necesse esset, sed eius rei nobis otium fecit Lightfootus, ad quem Lectores ablegamus. A nobis autem, quae observata sunt, forte alia occasione poterunt adnotari. Ergo *μία τῶν σαββάτων* est primus septimanae (dies.)

Hoc autem observato, iam interpretationem adlegatorum e N. T. locorum adgredimur. In primo quaedam est difficultas, quae Interpretes torquet, facile vero ex hoc fonte potest tolli. Nimirum Maria Magdalena, et altera illa Maria ad visitandum sepulchrum iverunt, *ὀψὲ τῶν σαββάτων*, exacto Sabbatho, sive post Sabbathum, et finitam septimanam. Ne vero aliquis putet, eas ivisse statim finito Sabbatho, quod erat circa vesperam diei Saturni, addit Evangelista, id factum esse quidem post Sabbathum, sed *τῇ ἐπιφωσκούσῃ* (sc. *ἡμέρᾳ*) *εἰς μίαν σαββάτων*, quando diluculum erat, sive diescere incipiebat in primam diem hebdomados. Occurrit ergo h. l. mentio naturalis, non Iudaici diei, et omnis alias difficultas facili negotio superatur. Secundus locus per se iam planus est et apertus. Tertius nobis ostendit, iam seculo Apostolico in usu fuisse sanctifi-
109 cationem diei primae in septimana, quam nos Solis voca-

Digitized by Google

mus, populumque ad audiendum verbum divinum, et Sacramenta percipienda, eodem die convenisse. Adeoque exinde concludere licet, vel ab Apostolis, vel ab ipso Servatore, institutam esse eius diei observationem religiosam. Eidem quoque diei Apostolus in quarto loco adsignavit opera misericordiae per eleemosynas praestanda, quae res hodieque apud nos in usu est. Conferri huc omnino merentur, quae nuper admodum notavit Edzardus ad Berachoth cap. I. p. 157. sq. SCHOETTG.

(e) Quod ex subiuncto ibidem loco Geneseos (c. II, 2.) adparet, in quo dicitur: ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ. MICH.

(f) Sic τῇ ἑτέρᾳ, Actor. XXVII, 3; τῇ τρίτῃ, Lucae Evang. c. XIII, 32; ἡ ἐχομένη, v. 33. MICH. Diodorus Sic. Exc. Legat. T. II. p. 620. τῇ ἐχομένῃ τοῖς Ἕλλησιν ἡ σύγκλητος εἶπεν. De aetate Ammonius p. 35. ὁ ἐν τῇ ἐχομένῃ ἡλικίᾳ. mox: τὴν δ' ἐχομένην ταύτης ἡλικίαν. SCHAEF.

(g) Gregentius Tephrensis in disput. cum Herbano Iudaeo p. 111: οὐ τῇ προτέρᾳ λελάληκα; nonne heri dixi? SCHOETTG. Chariton p. 60. ἐνέπρησαν Ἑλληνικὴν τριήρη, τῆς προτέρας ὁρμισθεῖσαν ἐπὶ τῆς ἀκτῆς. Vid. Duker. ad Thucydid. p. 362, 94. SCHAEF.

(h) Leo Imper. homil. 1. de sepultura Christi p. 287: ὥσπερ τι τῶν καθ' ἑκάστην γινομένων κατασκευάζοντες, tanquam aliquid, quod singulis diebus fiat, adgrederentur. SCHOETTG. Gregorius Corinth. p. 13. ἁπλῶς δὲ αἱ ἐλλείψεις τῶν Ἀττικῶν μὲν ἴδιαι, οἷον καθ' ἑκάστην, λείπει γὰρ ἡμέραν, ἢ ὥραν, ἢ ὅμοιόν τι τοιοῦτο. Conf. H. Stephan. Animadvers. in Lib. de Dial. p. 22. Exempla ubivis reperias. Saepe una voce scribitur καθεκάστην. SCHAEF.

(i) Adde 2 Petr. c. III, 4. Ἀφ' ἧς γὰρ (scil. ἡμέρας) οἱ πατέρες ἐκοιμήθησαν. Ex quo enim tempore patres obdormierunt. SCHOETTG. Plutarchus Vit. Pelopid. p. 285. E. ἀφ' ἧς γὰρ εἵλοντο πρῶτον ἡγεμόνα τῶν ὅπλων, κ. τ. λ. Praemissâ voce ἡμέρα, Hippocrates Aphorism. V. 14. ἢν ἀνακαθαρθῶσιν ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν, ἀφ' ἧς ἂν ῥῆξις γίνηται, παύονται. Sic et ἐν ἧ. Dionysius Halic. Ant. Rom. T. I. p. 228. προεἰπὼν ὁ Ῥωμύλος ἐν ᾗ τοὺς θεοὺς ἀρεσάμενος ἔμελλε κ. τ. λ. ubi Reiskius p. 616. b.: „f. ἡμέραν προεἰπὼν." Non opus. SCHAEF.

Digitized by Google

110 (k) Κυρία ἡμέρα dictum ab Euripide in Oreste vers. 45:

— — — — Κυρία δ' ἥδ' ἡμέρα,
Ἐν ᾗ διοίσει ψῆφον Ἀργείων πόλις.

Hoc autem loco videtur alia esse huius vocabuli significatio. Non tam enim diem se sistendi (quod fieri ab Oreste aegroto et insaniente non poterat) sed diem conventui publico destinatum indicat. Quod probant, quae adduntur: Ἐν ᾗ διοίσει ψῆφον Ἀργείων πόλις. BERNH.

(l) Etiam plur. num. dicitur pro die fatali, quo est mors subeunda, apud Basilium Magnum homil. εἰς μάρτ. Μάμαντα p. 419: Ὅσοις προθεσμίας τοῦ βίου μακροτέρας ἐποίησεν, quibus produxit vitae terminum. Abest ἡμέρας. BERNH.

(m) Adde Suidam in ἀγοραῖος; Casaubonum ad Theophrasti charact. c. 6. pag. 100; Duportum ad eund. p. 301; Gronovium Observ. 3, 22. (n) SCHOETTG.

(n) Ἡμέρα cum genitivo μηνὸς deest in δεκάτη φθίνοντος, vigesima prima dies mensis. Plena locutio est: δεκάτη ἡμέρα πρὸ τοῦ φθίνοντος μηνός. Ita ἐννάτη φθίνοντος est vigesima secunda dies mensis. Deest etiam in ἕνη καὶ νέα, sc. ἡμέρα μηνὸς, i. e. ultima mensis dies, seu dies tricesima mensis, quomo-
111 do primus Solon eum diem, teste Laertio I. Sect. 57, vocavit. Ex Aristophanis Nub. 1199. clare patet, sic dictum ultimum diem mensis fuisse. Ceterum de divisione mensis apud Graecos vid. Scholiasten Aristophanis ad Nub. 1132. Perizonium ad Aelian. II, 25. et Fabricii Menolog. c. 41. p. 56. LEISN.

* Accedant haec. Oraculum Delphicum apud Athenaeum T. I. p. 84:

Εἴκοσι τὰς πρὸ κυνὸς, καὶ εἴκοσι τὰς μετέπειτα,
οἴκῳ ἐνὶ σκιερῷ Διονύσῳ χρᾶσθαι ἰητρῷ.

Alciphron III. ep. 40. in. ἐπανήκειν τὴν αὐτὴν τὰ κέρματα κομίζοντα παρεγγυῶν. Alia congessit laboriosa industria Fischeri ad Weller. III. 1. p. 257. SCHAEF.

HNIA, Lorum.

Plurale ἡνίαι deest in παρηορίαι, exteriora. Homer. Iliad. II. vers. 152:

Ἐν δὲ παρηορίῃσιν ἀμύμονα Πήδασον ἵει.

Digitized by Google

ubi Scholiastes: *ταῖς ἔξω τοῦ ζυγοῦ ἡνίαις.* [„Lora, quibus funales (equi) continebantur, adpellatione propria *Παρηορίας* vocat Homerus Il. Θ, 87. Π, 152." Valckenar. Adnotat. in Adoniaz. Theocr. p. 246. A. SCHAEF.]

* ΗΧΟΣ, Sonus.

In quibusdam adiectivis ex notione verbi adiecti supplendis. Sic Homer. Iliad. M. v. 160. *Αὖον ἀΰτευν.* s. *ἦχον.* Iliad. Γ. v. 81. *Μακρὸν ἄϋσεν.* s. *κατὰ μακρὸν ἦχον.* SCHWEB.

* ΗΩΣ, Aurora.

In *χρυσόθρονος*, *ἠριγένειος* aliisque adiectivis *ἐπιθέτως* positis. Homerus Odyss. Ψ. v. 347. *χρυσόθρονον ἠριγένειαν Ἕωσεν.* Plene est Iliad. Α. v. 477. *Ἦμος δ' ἠριγένεια φάνῃ ῥοδοδάκτυλος ἠώς.* SCHWEB.

Θ.

* ΘΑΛΑΜΟΣ, Thalamus.

Vox *θάλαμος* omittitur in *παστὸς*, quando pro lecto geniali accipitur. Nam thalamus floribus conspergi solitus. Hinc dicebatur *παστός*, LEISN Lucianus T. I. p. 428 sq. *οἷον ἦν ἐκ τοῦ παστοῦ.* ubi Schol. *παστοῦ. θαλάμου.* Distinguuntur in Epigr. adesp. DCCX. a. *ἐκ δ' ἐμὲ παστῶν Νύμφην κἀκ θαλάμων ἥρπασ' ἄφνως Ἀΐδας.* Παστὸς hîc est lectus genialis. Antipater Sidon. XCVIII. *κροκόεις — — χρυσέων παστὸς ἔσω θαλάμων.* ubi v. Iacobsius. SCHAEF.

ΘΑΛΑΣΣΑ, Mare.

Per Ellipsin huius substantivi dicitur *ὑγρὴ* vel *ὑγρὰ*, quod humidum notat, pro mari. Homerus Iliad. K. 27: *πουλὺν ἐφ' ὑγρὴν*, magnum per mare. [Hymn. in Cerer. v. 43. *ἐπὶ τραφε-*

Digitized by Google

ρήν τε καὶ ὑγρήν. ubi v. Mitscherlich. p. 127. SCHAEF.] Aristoph. Vesp. p. 478: πολλὰ μὲν ἐν γῇ, πολλὰ δ' ἐφ' ὑγρᾷ: multa quidem in terra, multa autem in mari. Callimachus
112 Epigr. XXIII. ἐν ὑγρῇ νεκρὸς, in mari mortuus. Apollon. IV, 980:

Κύρβιας, οἷς ἐνὶ πᾶσαι ὁδοὶ καὶ πείρατ' ἔασιν
Ὑγρῆς τε τραφερῆς τε. — — — (a)

* Haec vox suppressa latet etiam in γλαυκὴ, quando absolute ponitur. Hesiodus Θεογ. v. 440. Οἳ γλαυκὴν δυσπέμφελον ἐργάζονται. [Philodemus XXV. — σύ τε γλαυκῆς μεδέουσα Λευκοθέη, πόντου δαῖμον ἀλεξίκακε. (an π. δαίμον' ἀλεξικάκω?) Conf. Phanocles v. 14. γλαυκοῖς τεγγόμεναι ῥοθίοις. Leonidas Tarent. XCIV. γλαυκοῖο Φυγὼν Τρίτωνος ἀπειλάς. SCHAEF.] Ut apud Latinos in caerula τὸ maria vel aequora subauditur. Virgilius L. VIII. Aen. v. 672.

— sed fluctu spumabant caerula cano.

ubi Servius: i. e. maria. Plene Catullus LXII. 7.

Caerula verrentes abiegnis aequora palmis.

In ἀποχώρησις, quando pro aestu maris accipitur. Polybius T. I. p. 810. In διαπερᾶν. Matth. c. IX. 1. uti apud Horatium pleno sermone in Art. Poet. v. 345. hic et mare transit. Cum autem de flumine sermo est, potest subaudiri ποταμός. In βυθός. 2. Cor. XI, 25. ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα. s. τῆς θαλάσσης. ut apud Latinos ἐλλιπῶς altum ponitur. Virgilius L. I. Aen. v. 3. Multum ille et terris iactatus et alto. Servius ad h. l. mari supplet. SCHWEB.

* In ἡ ἔξω omisit Agathem. Geogr. p. 42. ὀλίγον τι καὶ τῆς ἔξω ἐπιλαμβάνουσα. F. ST. Locus Agathemeri sic habet p. 220. ed. Gron. ἡ δὲ Βαιτικὴ κατὰ τὴν ἐντὸς θάλασσαν, ὀλίγον τι καὶ τῆς ἔξω μετὰ τὸν πορθμὸν ἐπιλαμβάνουσα. Talia

Digitized by Google

quis locutionibus ellipticis, de quibus in Bosiano libro agendum, adnumeret? *τῆς ἔξω θαλάσσης* si h. l. legeremus, abundantia foret orationis, quam scriptor potuisset compendifacere. Sic statim abundanter addidit: *Ἡ δὲ Ταῤῥακωνησία διήκει ἀπὸ τοῦ ὠκεανοῦ καὶ τῆς ἐκτὸς θαλάσσης ἐπὶ τὴν ἐντὸς θάλασσαν.* SCHAEF.

(a) Videatur Spanhemius ad Callimachi hymnum in Iovem v. 23. SCHOETTG.

* Conf. Aristophanes Vespis 676. LEISN.

ΘΑΝΑΤΟΣ, Mors.

Quando *κὴρ*, fatum, vel *κῆρες*, fata, pro morte ponuntur, subaudiri debet genitivus *θανάτου*, ut integra sit loquutio: nam *κῆρες* in genere de quibuscunque malis, calamitatibus et morbis dicuntur. Docemur hoc ex Eustathio, qui ad Iliad. A. haec verba:

— — *Κῆρες γὰρ ἄγον μέλανος θανάτοιο.*
— — Nam nigrae mortis fata tulerunt.

Ἢ πρὸς ἐντέλειαν (inquit) *Φράσεως εἴρηται, ἄλλως γὰρ ἡ κὴρ ἐλλιπῶς ἔχει μονάζουσα, ἢ καὶ πρὸς διαζολήν· εἰσὶ γὰρ κῆρες νόσου καὶ ἑτέρων κακῶν.* Hoc est: Vel integrae loquutionis gratia hoc dictum est: nam alioqui vocabulum *κὴρ* defectivum est, quando solum ponitur; vel distinctionis gratia: sunt enim *κῆρες*, fata morbi aliorumque malorum.

* Subaudienda etiam est haec vox in *παραδιδόναι*. Roman. IV. 25. *ὃς παρεδόθη διὰ τὰ παραπτώματα ἡμῶν.* Quae ellipsis suppletur Luc. XXIV. 20. *Ὅπως τε παρέδωκαν αὐτὸν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ ἄρχοντες ἡμῶν εἰς κρίμα θανάτου.* vel expressa ipsa mortis specie, ut est Matth. XXVI. 2. *ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς τὸ ϛαυρωθῆναι.* Unde *παράδοσις ἐπὶ θανάτῳ* apud Diony-

Digitized by Google

sium Hal. L. VII. p. 445. Item in *ἀρκεῖν*, quod *ἐλλιπῶς* interdum poni testatur Eustathius ad Iliad. Z. p. 474. l. 48. ac suppleri vel *θάνατον*, vel *ὄλεθρον*. v. Iliad. Z. v. 16. *ἤρκεσε λυγρὸν ὄλεθρον*. SCHWEB.

ΘΑΤΕΡΟΝ, Alterum.

Ellipsi Attica absolute ponitur *δυοῖν* pro *δυοῖν θάτερον*, alterum e (duobus). Thucyd. L. I.:
113 *δυοῖν — ἢ κακῶσαι ἡμᾶς, ἢ σφᾶς αὐτοὺς βεβαιώσασθαι*, duorum (alterum) — aut nos affligere, aut se ipsos confirmare. [c. 33. extr. Secutus est autem Bosius rationem Scholiastae, quam non probo. Exciditne *ἓν* post *δυεῖν*? SCHAEF.]

* ΘΕΑ, Dea.

Subintelligitur eadem ratione, qua *θεὸς*, in *μὰ τήν*. Hesychius: *οὐ μὰ τὴν, οὐκ ἀληθῶς*. Adde Bentleium ad Callimachi Epigr. 34. SCHOETTG. Vid. Hemsterhusius ad Aristophan. Plut. p. 120. b. Toupius Emend. in Suid. T. II. p. 324. et Wolfius ad Reiz. de accent. inclin. p. 15. SCHAEF.

ΘΕΟΣ, Deus.

In formula iurandi *μὰ τὸν* subintell. *θεόν*. Scholiastes Aristophanis ad haec verba in Ranis:

Μὰ τὸν, ἐγὼ μὲν οὐδ' ἂν εἴ τις ἔλεγέ μοι.

Ἐλλειπτικῶς, inquit, *ὀμνύει, καὶ οὕτως ἔθος ἐστὶ τοῖς ἀρχαίοις, ἐνίοτε μὴ προστιθέναι τὸν θεὸν, εὐλαβείας χάριν*. id est: Elliptice iurat, et sic mos est antiquis, aliquando non addere Deum, metus gratia. [Gregorius Cor. p. 65. *Καὶ τὸ ἐλλειπτικῶς ὀμνύειν, μὰ τὸν, μὴ προστιθέντες* (l. *προστιθέντας*) *θεὸν, Ἀττικόν ἐστι*. ad q. l. vid. Koen. et H. Stephan. Animadv. in Lib. de Dial. p. 55. Brunckius ad Aristophan. Ran. v. 1374. T. I. p. 215.: „*μὰ τὸν* — Subauditur *Δία*, vel *Ἀπόλλω*, vel *Ποσειδῶ*, vel alius cuiusvis dei nomen,

quod religionis ergo supprimebant, qua de re videndi Scholiastes et Spanhemius. Diversa ratione istud *μὰ τὸν* adhibet Strato in venustissimo Epigr. XLIII. ubi nomen dei non supprimit ex usu illo loquendi; sed iuraturus se reprimit, inchoatumque non absolvit iuramentum.

εἰ μὴ Κλεόνικος ἐλεύσεται, οὐκέτ' ἐκεῖνον
δέξομ' ἐγὼ μελάθροις, οὐ μὰ τὸν.... οὐκ ὀμόσω.

Ad eundem modum dicebant *οὐ μὰ τὴν*, quod Hesychius, apud quem perperam excusum *οὐ μάτην*, exponit *οὐκ ἀληθῶς*, in quam glossam videndus Bentleius ad Menandri fragm. p. 49." et T. III. p. 192.: „Scholion in margine cod. *δέον εἰπεῖν μὰ τὸν Δία, μὰ τὸν εἶπε μόνον. καὶ ἔξι τοῦτο εὐλαβείας ἴδιον, τὸ πεφεισμένως καὶ ἐλλειπτικῶς τοῦ ὅρκου ἅπτεσθαι.* Simile exemplum est in Philodemi festivo Epigr. VIII.

πέντε δίδωσιν ἑνὸς τῇ δεῖνα ὁ δεῖνα τάλαντα,
καὶ βινεῖ Φρίσσων, καὶ, μὰ τὸν, οὐδὲ καλήν."

Add. Ruhnken. Auctar. Fragm. Callimach. p. 572. Toup. l. c. Reiz. de accent. inclin. p. 14. ed. Wolf. Fischer. ad Weller. III. 1. p. 266. s. SCHAEF.] Θεὸς (b) vel *ἥλιος* etiam subauditur in *διαφώσκει*, et *συσκοτάζει*, lucescit, tenebrescit. ut *θεοῦ* vel *ἡλίου* in *διαφώσκοντος*. Polybii Excerpta Legation. p. 1313: *ὁ δὲ κυβερνήτης, ἅρτι διαφώσκοντος, ἄρας τὰς ἀγκύρας.* p. 1311. dixerat, *συσκοτάζοντος ἄρτι τοῦ θεοῦ.* (c) [Vid. Interpretes ad Herodot. III. c. 86. Xenophon Anab. 4, 3, 9. *ὡς τάχιστα ἕως ὑπέφαινεν.* ut interpungendum esse dudum monuerat Abresch. ad Cattier. Gazophyl. p. 92. Idem Cyrop. 4, 5, 5. *ἐπειδὴ συνεσκότασε.* ubi v. Zeun. SCHAEF.]

(b) In verbo *ὕει*, pluit, quod addit Iosephus Antiquit. Iudaic. II, 7, 6: *μήτε ποταμοῦ τὴν γῆν ἐπάρδοντος, μήτε ὕοντος τοῦ θεοῦ*, neque flumine terram irrigante, neque Deo pluente. [Aristophanes Acharn. v.

Digitized by Google

138. sq. *εἰ μὴ κατένιψε χιόνι τὴν Θράκην ὅλην, Καὶ τοὺς ποταμοὺς ἔπηξ' ὑπ' αὐτὸν τὸν χρόνον.* SCHAEF.]

114 In verbis *τιμᾶν* et *σέβεσθαι* subaudiendum *τὸν θεὸν*, quod saepe in Actis Apost. additur, c. XIII, 16. XVI, 14. XVIII, 7. et alibi. BERNH.

(c) Sic et in *χθόνιοι*. Aeschylus Choëphoris v. 474: *Μάκαρες χθόνιοι*, scil. *θεοί*. Beati terréstres (Dei.) (d)

In *προσκυνεῖν* subaudi *τῷ θεῷ*. Theophrastus Charact. c. 15. *Καὶ τοῖς τιμῶσι* etc.

Et in *ἄγνωστον* apud Lucianum in Philopatr. *Ἡμεῖς δὲ τὸν ἐν Ἀθήναις ἄγνωστον ἐφευρόντες καὶ προσκυνήσαντες.* Nos autem Athenis (Deum) ignotum inveniéntes et adorantes. Integre occurrit Actor. XVII, 23. et in locis quam plurimis, a Bosio in dissert. De ara ignoti Dei citatis.

Genitivus *θεοῦ* aliquoties omittitur in Novo Testamento, quum vox *βασιλεία* adhibetur de temporibus Messiae. Nam notum, *βασιλείαν τοῦ θεοῦ*, vel etiam *βασιλείαν τῶν οὐρανῶν* tempora Messiae et N. T. denotare, de qua re prolixiores esse nolumus. Ad hanc Ellipsin vero pertinent duo loca sequentia. Matthaeus Evang. IV, 23. ubi Christus dicitur *κηρύσσων τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας*: et cap. VIII, 2. Iudaei dicuntur (per Hebraismum) *υἱοὶ τῆς βασιλείας*, h. e. illi, ad quos Messias cum praedicatione Evangelii sui praecipue missus erat. (e) SCHOETTG.

115 (d) Sic *μάκαρες* s. *μακάριοι* simpliciter appellantur Dii. Apollonius Argon. I, 48. *Τοῖα φάτις καὶ τοὺς πρὶν ἐπιφλύειν μακάρεσσιν.* BERNH.

(e) *Θεὸς* deest in *Βάκχιος* apud Euripidem Bacch. 195. et 366. *Βάκχιος Θεὸς*, i. e. Bacchus. *Θεοῦ* deest in *νίφοντος* et *ὕοντος*. Aristoph. Vesp. 771. LEISN.

* *Θεῶν* omittitur Act. XIV, 15: *Εὐαγγελιζόμενοι ὑμᾶς ἀπὸ τούτων τῶν ματαίων ἀποστρέφειν εἰς τὸν θεὸν τὸν ζῶντα.* quod voc. esse subaudiendum, nemo facile dubitaverit. BERNH. ◆

* In *ὁδὸς*, cum de christiana religione sermo est. Actor. IX. 9. et 23. Additur v. *Θεοῦ* Actor. XVIII. 26. *Ἐξέθεντο τὴν τοῦ Θεοῦ ὁδόν.* In *ἀνατιθέναι τινὰ* s. *Θεῷ*. v. Observat. Miscellan. VII. 43. In *χρηματίζεσθαι*. Matth. II. 12. *καὶ χρηματισθέντες* s. *ἐκ Θεοῦ*. Cum qua locutione faciunt

Digitized by

illa Arriani de Expedit. Alex. L. VII. c. 16. *λόγιον γὰρ γεγονέναι σφίσιν ἐκ τοῦ Θεοῦ τοῦ Βήλου.* In *λόγια*, quod cum apud sacros, tum profanos scriptores *ἐλλιπῶς* invenitur. Plene Roman. III. 2. *τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ.* et alibi. Sic apud Latinos quoque in consulere, respondere, cum absolute posita reperiuntur, subauditur Deus vel oraculum. Plinius L. II. ep. XX. §. 13. Cum consuleret. s. Deum vel oraculum. Suetonius Aug. c. 94. responsum est. Nec minus in superi, inferi sub. Dii: quae ellipsis ubivis obvia. SCHWEB.

* Omittitur etiam 1) in *πρόπολις* in epigraphe ap. Spon. itiner. T. I. p. 311. *τοῦ προπόλεως Τυρίμνου.* Plene autem in alia apud Smithum p. 23. *ἱερέα τοῦ προπόλεως* (ita enim legendum pro *προπάτορος*) *θεοῦ Τυρίμνου.* 2) In *ἀθάνατοι μάκαρες* Hesiod. Scut. Herc. 79. Add. *θεογ.* 33. 128. 881. et Iensii epigr. 99. et 107. 3) In *ἐπιφανὴς*, ut ex Spanhemio docet Wesselingius ad Simsonii chron. cath. p. 1377. F. S T.

* ΘΗΡ, Bellua.

Omisit hoc nomen Hesiodus *ἔργ.* 527. 528. **Καὶ** *τότε δὴ*, inquit, *κεραοὶ καὶ νήκεροι ὑληκοῖται λυγρὸν μυλιόωντες ἀνὰ δρύα βησσήεντα Φεύγουσιν.* Ubi *κεραοὶ* et *νήκεροι* appellantur pro *κεραοὶ* et *νήκεροι θῆρες.* BERNH.

* ΘΗΡΙΟΝ, Ferum animal.

Deest in *ἑρπετόν.* Homerus Odyss. δ, 418:

— — — — — — *ὅσσ' ἐπὶ γαῖαν*
Ἑρπετὰ γίνονται, καὶ ὕδωρ, καὶ θεσπιδαὲς πῦρ.

Quaecunque in terra animalia sunt, et aqua, et divinitus ardens ignis. Ubi Pseudo-Didymus: *ἑρπετὰ, πάντα τὰ θηρία.* [Bentleius ad Callimach. fragm. p. 523. sq.: „Ἑρπετὰ poëtis sunt animalia quaecunque. Hesychius: Ἑρ-

Digitized by Google

πετὰ, τὰ ἄποδα. καταχρηζικῶς δὲ καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἀλόγων ζώων, καὶ ἄνθρωποι. γήϊνα γὰρ καὶ ἐπίγεια πάντα.“ Vid. Valckenar. Adnotat. in Adoniaz. Theocr. p. 399. sq. SCHAEF.] scilicet ab ἕρ-
116 πειν, incedere. Ita ἐξέρπειν Aristophanes Equ. 604. pro ire posuit. [Vid. Valckenar. l. c. p. 400. qui cur hanc illorum verborum significationem Dorum propriam dixerit, ignoro. SCHAEF.] Aristophanes Avib. 1069:

Ἑρπετά τε καὶ δάκεθ', ὁπόσα περ ἂν
Ἔξιν, ὑπ' ἐμᾶς πτέρυγος,
Ἐν Φοναῖς ὄλλυται.

Apud Tacticos et historicos saepe *τὸ δεξιὸν* et *εὐώνυμον* absolute posita reperiuntur, et subauditur *κέρας*, cuius ellipseos suppletae exempla cum alibi occurrunt, tum apud Polyb. T. I. p. 49. T. II. p. 953. SCHWEB.

* Idem nomen subaudiendum in Simmiae Rhodii Epigr. I. quamquam tales Epigrammatum ellipses in libro Bosiano vix locum habent. Conf. Brunck. ad Epigr. adesp. CLXVIII. (Lect. et Emend. p. 267.) Iacobs. ad CXCII. SCHAEF.

Digitized by Google

* ΚΕΡΑΣΜΑ.

Omittitur *κέρασμα* in *ἄκρατον*, Apocal. XIV, 10. MICH.

* ΚΕΡΜΑ, Nummus.

Κέρματα subaudiendum in *πολλὰ*, Marc. c. XII, 42. et in *λεπτὰ*, ibid. Conf. *Νόμισμα*. MICH.

* ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ, Summa.

In *ἀρχαῖον*, quando absolute ponitur, subauditur *κεφάλαιον*; vel etiam *δάνειον*. Sors, antiquum mutuum. Athenaeus L. XIII. *ὥςτε οὔτε τόκους, οὔτε ἀρχαῖον ἀπεδίδου*. v. Hoogeveen ad Viger. p. 136. SCHWEB. Aristophanes Nub. 1156. *καὶ τἀρχαῖα, καὶ τόκοι τόκων*. ubi Gloss. *τὰ κεφάλαια*. Add. Alciphron I. ep. 26. III. ep. 3. SCHAEF.

* ΚΕΦΑΛΗ, Caput.

In *ἀλγέω τήν*. Callimachus epigr. 34:

Ἀλγέω τὴν διὰ παντὸς, ἔπος τόδε πικρὸν ἀκούων.
Semper (caput) dolet, acerbum hoc verbum audienti.

Supplendum ex mente Bentleii: *ἀλγέω τὴν κεφαλὴν*, quod ipsum elliptice pro *ἀλγέω κατὰ τὴν κεφαλὴν* poni, observat Auctor noster infra in *Κατά*. [In Callimacho si bene habet lectio, poëta *τὴν δεικτικῶς* videtur dixisse. Tales autem ellipses, opinor, hunc in librum non magis inducendae, quam epigrammaticae, de quibus paullo ante dixi. Sed dubites, an Callimacheus locus recte habeat. Alii alia coniecerunt: Brunckius in Analectis dedit *ἀλγέω θὴν* —. Mihi, quod toties fatendum, non liquet. SCHAEF.]

132 Item in *ἀποτέμνεσθαι*, quod simpliciter positum apud Graecos recentiores passim occurrit, semper omitti *τὴν κεφαλὴν*, prolixe ostendit Kühnius Quaest. Philol. Pent. 5. p. 12. (a) In *καλύπτεσθαι*

Digitized by Google

et ἐγκαλύψασθαι subint. τὴν κεφαλήν. 1 Cor. XI, 6. quod additur v. 7. SCHOETTG.

(a) Libellus hic Kühnii bonarum plenus rerum (Quaestiones Philologicae, ex Sacris Veteris et Novi Testamenti aliisque Scriptoribus, in Argentoratensi Academia ad disputandum propositae a Ioachimo Kühnio. Argentorati MDCXCIIX. 4.) cum in perpaucorum manibus versetur, locum illum viri egregii integrum cum lectoribus communicabo. „Quaestio V. Quid significat apud recentiores Graecos τὸ ἀποτέμνεσθαι simpliciter positum? Resp. Photius in Nomocanone Tit. 9. c. 25. citat huiusmodi constitutionem: μηδεὶς ἐρωτάτω μάντιν ἢ θύτην ἢ οἰωνοσκόπον, μήτε χρηματιζέτω χαλδαῖος, ἢ μαθηματικὸς, ἢ τις παραπλησιος. ὁ δὲ παρὰ ταῦτα ποιῶν ἀποτέμνεται. et in Eclogis Βασιλικῶν: δεῖ τὸν πλαζογραφήσαντα ἀποτέμνεσθαι. quod ultimum Petrus Faber l. 3. Semestrium p. 306. ita interpretatur: oportet illis, qui falsas tabulas conficiunt, membrum virile amputare. et in praecedentibus contendit τὸ ἀποτέμνεσθαι notare mutilationem et amputationem alterius membri, quam capitis. Origenes Exhortatione ad Martyrium: εἴ τινος καὶ ἄλλου τῆς κεφαλῆς αἱ τρίχες ἠριθμημέναι εἰσὶ, κἀκείνοις δηλονότι τοῖς διὰ τὸν Ἰησοῦν ἀποτεμνομένοις. ubi redditur ab Erudito Viro: illis qui propter Christum consecrati sunt. Nos vero existimamus, τὸ ἀποτέμνεσθαι simpliciter sine casu positum nunquam aliud significare quam truncari capite. Integra quidem locutio haberet ἀποτέμνεσθαι τὴν κεφαλήν.*) Nicephori Breviar. Historicum p. 232. τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀποτμηθῆναι προστέταχε. Quia vero res et locutio nota et in ore omnibus erant, omisso casu etiam dicebatur simpliciter, ἀποτέμνεσθαι, ut Latini, omissa voce securi, dicunt, percussus, i. e. ἀποτεμνόμενος. Ita et in Activo ἀπέτεμε Ἀρτέμιον, capite truncavit Artemium, idem Niceph. p. 175. edit. Petavii et Codinus p. 151. Ἡρώδην, τὸν καὶ Ἀντίπαν, τὸν ἀποταμόντα τὸν Πρόδρομον. Confer Euseb. Demonstrat. Evangel. l. 3. p. 12. Unde et dies festus, qui in memoriam decollationis Baptistae celebrabatur a Graeca Ecclesia, dictus ἀποτομὴ τοῦ τιμίου Προδρόμου. Codinus de Offic. Aulae Constantinop. Favet huic expositioni ipse Photius Scholiis in Nomocan. supra laudatum, ubi τὸ ἀποτέμνεσθαι explicat per ἀποκεφαλίζεσθαι. et l. 5. C. de Maleficis ita παραφράζει hoc verbum: supplicio capitis ferietur gladio ultore prostratus.**) Posset equidem alicui obo-

Digitized by Google

riri cogitatio, cur non et alius casus subintelligi queat, inprimis si argumentum ipsum velit, ut quis ex. gr. post ἀποτέμνεται subintelligat vel χεῖρα vel πόδα vel aliud corporis membrum; cum scilicet in constitutionibus imperatoriis legitur, ὁ πλαςογράφος ἀποτέμνεται, nonne ibi potius τὴν χεῖρα quam τὴν κεφαλὴν subintelligere habemus? ut sit Latine reddendum, falsarius manu truncatur, quandoquidem crimen falsi non semper capitale esse notum satis est. Verum, utut sit de crimine falsi, velim dari aliquod exemplum, in quo ἀποτέμνεται de amputatione manus simpliciter ponitur, sive in Basilicis sive in Novellis aut in aliis Graecis Autoribus. Non equidem negaverim, τὸ ἀποκεκομμένος vel ἀπόκοπος simpliciter notare eum, quem abscissum et εὐνουχισθέντα vocant Canones. Hoc vero in ἀποτμηθεὶς non processerit,†) quamvis alias utrumque verbum in generali significatione conveniat. Usus enim non permittit, ut alterum pro altero substituatur in specialiori notione. Ex. gr. ἀπέτεμεν Ἡρώδης τὸν Πρόδρομον passim apud recentiores Graecos reperias: ubi si quis substituat τὸ ἀπέκοψε, non tantum sine autoritate literarum id fecerit, verum etiam in sensum inciderit a re proposita alienum. Rursus ἀποκόπτειν ἑαυτὸν eadem significatione dixeris qua ἐκτέμνειν ἑαυτὸν, nunquam vero ἀποτέμνειν ἑαυτὸν, pro εὐνουχίσαι. Ἀκρωτηριάζεσθαι verbum proprium est iis, quibus manus aut pedes aut virilia amputantur. Canones quos vocant Apostolorum, εἴ τις κληρικὸς ὤν, ἑαυτὸν ἀκρωτηριάσει, καθαιρείσθω, si quis Clericus virum sibi abscideri t, deponatur, Canone 22. Caeterum quod locum e Basilicis petitum attinet, ille in Constitut. Leonis LXXVII. ita exstat: ὁ πλαςογράφος ἐπὶ μεγίςῳ ἁμαρτήματι ἀποτέμνεται, falsarius in maximo delicto supplicio capitali afficitur: mallem, propter maximum delictum capite mulctatur. Infra enim sequitur: si falsatione eius crimen capitale mereatur innocens, ipsum falsarium eidem poenae subiiciendum decollandumque esse, ubi iterum est ἀποτέμνεσθαι. ἀποτέμνω autem, ut Codex Sancti Germani, qui Glossas continet, annotat, idem est quod ἀποκεφαλίζω. Labbaeus Castigat. in Glossar. Photius Biblioth. Cod. 79. in fine, ἁλόντες ἀπετμήθησαν, capti et capite truncati sunt. Autor incertus Demonstr. Chronogr. Spectac. 3. ἀπετμήθη εἰς ἓν τῶν σκαλίων τοῦ αὐτοῦ Φόρου, capite truncatus est in quadam fori eiusdem scala. Interdum tamen οἱ ἀποτεμνόμενοι poterunt esse excommunicati: ubi subintelligendum τῆς κοινωνίας ἐκκλη-

Digitized by Google

σιαζικῆς, [imo τῆς ἐκκλησιαζικῆς κοινωνίας] abscissi a communione Ecclesiae. Sed quando haec significatio locum habeat, ipsum statim ὑποκείμενον dabit. Interim ex dictis liquere existimo non recte Fabrum accepisse locum Basilicae laudatum de viri mutilatione." SCHAEF.

*) Xenophon Cyrop. VIII, 8, 3. ἀπετμήθησαν τὰς κεφαλάς. [Ut scriba illic Guelf. Cod., sic errarunt plures in Homer. Il. III. v. 292 qui error vix dignus erat ut enotaretur: tantum aberat, ut γραφὴ σὺν ἀχαρις dici posset.] Item Anab. II, 6, 1. ἀποτμηθέντες τὰς κεφαλὰς ἐτελεύτησαν. Vid. Fischer. Ind. Gr. in Palaeph. v. Ἀποτέμνειν. SCHAEF.

**) Conf. praefationem Tyrwhitti, Summi Viri, ad Lithica p. VII. (LVI. ed. Lips.), quo minus dubites de Kühnii interpretatione. SCHAEF.

†) Non procedit, si ponas simpliciter: procedit, si quid addas, quod τὸν εὐνουχισμὸν indicet. Sic Phrynichus p. 118. ex eoque Thomas Mag. p. 139. σημαίνει — τὸν ἀποτετμημένον τὰ αἰδοῖα. SCHAEF.

* In κατ' ἄκρης apud Homer Iliad. N. 772. s. κεφαλῆς. a culmine. v. Eustathium ad h. l. p. 940. l. 37. v. κορυφή. SCHWEB. Placet Wassii ratio nihil subaudientis vertentisque a vertice, a culmine: ut κατ' ἄκρας idem sit quod κατὰ κεφαλῆς. Vid. eius Addenda ad Thucydid. p. 303, 86. in Dukeri praefatione. Euripides Phoeniss. v. 1192. ed. Pors. κατ' ἄκρων περγάμων ἑλεῖν πόλιν. SCHAEF.

* ΚΙΘΑΡΑ, Cithara.

Apud Aristophanem Thesmoph. 126. κρούματα Ἀσιάδος sunt pulsus seu soni Asiadis citharae. Subintelligendum igitur est κιθάρας, non vero γῆς, ut quidam interpretes voluerunt, quasi de pulsatione terrae seu saltatione loqueretur Comicus. Cithara scil. Ἀσιὰς dicta, quod a Lydis in Asia primum inventa crederetur. Addit Euripides in Cyclope v. 442:

— — Ἀσιάδος οὐκ ἂν ἥδιον ψόφον
Κιθάρας κλύοιμεν — —

Vid. Küsterum ad Aristophanis Thesmoph. 126. Spanhemium ad Callimach. pag. 467. LEISN. Hesychius: Ἀσιάς. ἡ κιθάρα. διὰ τὸ ἐν Ἀσίᾳ εὑρῆσθαι. ubi v. notas. SCHAEF.

Digitized by Google

* ΚΙΝΔΥΝΟΣ, Periculum.

Hanc vocem doctiss. Kusterus [Palmerius] ad Aristophanem Ran. 193. supplet in loco Plutarch. ex libro, Ne suaviter quidem vivi posse secundum Epicurum [Mor. T. V. p. 440.]: *παπαὶ εἰς τὴν γαζέρα τοῖς ἀνδράσιν ἔοικας ἐναλεῖσθαι, καὶ τὸν περὶ τῶν χρεῶν ἐπάξειν.* sc. *κίνδυνον*, vel etiam *πόλεμον.* [Conf. Valckenar. ad Herodot. p. 537, 43. SCHAEF.] Τὸ *κίνδυνον* subaudiri potest in *τρέχειν τὸν περὶ ψυχῆς*, apud Herodotum in Calliope et
133 alios. Plene Dionysius in Isocrate dixit: *τὸν περὶ ψυχῆς τρέχων κίνδυνον.* In διαΦεύγειν saepe subaudiendum, e. g. apud Pausaniam Boeoticor. c. 38. LEISN.

* Deest haec vox in locutione elliptica, *ἐν τοῖς ἐσχάτοις εἶναι*, apud Dionysium Hal. aliosque saepius obvia. Plenam habet idem Dionys. Hal. L. IX. p. 625. *τὰ οἰκεῖα ἐν τοῖς ἐσχάτοις ὄντα κινδύνοις.* [Diodorus Sic. XVII. c. 97. *ὁ βασιλεὺς εἰς τὸν ἔσχατον ἦλθε κίνδυνον.* ubi Cod. *κινδύνου*: bene. Scribe igitur *ὁ β. εἰς τὸ ἔσχατον ἦλθε κινδύνου.* Sic idem Eclog. T. II. p. 524, 19. *εἰς ἔσχατον ἥττης συνελάσας.* Herodotus I. c. 22. *τὸν λεὼν τετρύσθαι ἐς τὸ ἔσχατον κακοῦ.* VIII. c. 52. *ἐς τὸ ἔσχατον κακοῦ ἀπιγμένοι.* Euripides Orest. v. 441. *ἥκεις ξυμΦορᾶς εἰς τοὔσχατον.* Eusebius Eccles. Histor. I. 1. in. *πλάνης εἰς ἔσχατον ἐλάσαντες.* SCHAEF.] Sic apud Latinos est, in extremis esse, extrema omnia experiri: in quibus *τὸ*, pericula, l. periculis subaudiri debet. SCHWEB. In talibus *ἐσχάτοις* neutrius est generis nihilque opus subaudiri. Vid. Trillerum ad Thom. Mag. p. 373. sq. Diodorus Sic. Eclog. T. II. p. 527, 59. *κατὰ τῶν κυρίων πρότερον τὰ ἔσχατα ἐνδεικνύμενοι.* Sin quid supplere iuvat, supple *κακά*. Sophocles Philoct. v. 65. *ἔσχατ' ἐσχάτων κακά.* SCHAEF.

* Supplent vulgo eandem vocem in locutioni-

Digitized by Google

bus usus satis frequentis, ἐν παντὶ εἶναι, ἐν παντὶ γενέσθαι, etc. ubi item κακῷ, κακοῦ, (quemadmodum ex altera ratione vel κινδύνῳ, vel κινδύνου) subaudire possis. Philostratus Her. p. 214. ed. Boisson. ἐν παντὶ ἤδη τῶν Ἀχαιῶν ὄντων. ad q. l. Editor: „Sch. κινδύνῳ. — Bene scholiastes. Aristides I. p. 278. ὡς δ' ἅπαξ περιεσχέθην, ἐν παντὶ εἶναι οὔτε πιζεύων, ἐνδείξασθαί τε οὐκ ἐθέλων ὅτι ἀπιζοίην. P. 304. καὶ τοῦτο μὲν περὶ τῶν ὀδόντων ἐν παντὶ κατέζην. Heliodorus VII. 23. ἐκείνη τε ἐν τῷ παντὶ σαλεύει. Xenophon Hellen. V. 4. §. 29. ἐν παντὶ ἦσαν. Et VI. 1. p. 296. εἰς πᾶν ἀφίκετο βασιλεύς. Plene Plutarchus S. N. V. p. 108. ὡς δὲ ἀναζρέφειν ἔμελλεν, ἐν παντὶ γενέσθαι κακῷ διὰ Φόβον: ubi κακῷ forte additamentum est glossematicum,(*) ut putat Wyttenbachius, quem vide." Plato Sympos. c. 17. εὖ καὶ μάλ' (**) ἂν Φοβοῖο καὶ ἐν παντὶ εἴης. Vid. Bastium p. 130. Sed in Euripid. Hippol. v. 284. ed. Valck. εἰς πᾶν ἀφῖγμαι vertendum, omnia feci. Vid. Valckenar. Eodem sensu Xenophon Anab. III, 1, 13. ἆρ' οὐκ ἂν ἐπὶ πᾶν ἔλθοι. quem locum tetigit Wyttenbachius in Select. Princ. Histor. p. 386. (***) SCHAEF.

(*) Si quid in Plutarcheo loco mutandum, quod non puto, scribam κακοῦ. Haec enim constructio maxime solennis. Ipse Wyttenbachius citat ex Platone ἐν παντὶ κακοῦ εἴη. Sic Herodotus VII. c. 118. ἐς πᾶν κακοῦ ἀπικέατο. L. IX. c. 118. ἐς πᾶν ἥδη κακοῦ ἀπιγμένοι ἔσαν. Vid. Valckenar. ad locum priorem. Simile ἐν παντὶ ἀθυμίας εἶναι, de quo H. Stephanus Operar. in Dionys. Halic. Cap. XVI. (Thucydid. VII. c. 55. Dionys. Halic. Ant. Rom. VI. c. 76. T. II. p. 1214.) SCHAEF.

(**) Notetur εὖ καὶ μάλα. Saepius, copulâ omissâ, εὖ μάλα. Xenophon Oecon. 19, 11. ἦ καὶ σάξαις ἂν εὖ μάλα περὶ τὸ Φυτόν; Plato T. IX. p. 161. τοῖς δὲ κακοῖς εὖ μάλα Φοβεροί. quod cum Pempeli dicto comparat Valckenarius ad Euripid. Phoen. p. 99. b. Aelianus Fragm. p. 1017. ed. Gron. περιβάλλεται πλοῦτον εὖ μάλα ἁδρόν. Alciphron III. ep. 66. πράως εὖ μάλα κατέΦερε κ. τ. λ. Aristaenetus I. ep. 1. καὶ γέροντες εὖ μάλα πρεσβύται Ζαυ-

Digitized by Google

μάζουσιν. Theocritus XXIV. v. 92. κόνιν — ῥιψάτω εὖ μάλα πᾶσαν. XXV. v. 19. αὐλὶς — φαίνεται εὖ μάλα πᾶσα. pro quo Homerus Il. III. v. 72. κτήμαθ' ἑλὼν εὖ πάντα. Dicitur item μάλ' εὖ. Archilochus XV. v. 3. καὶ μάλ' εὖ βεβηκότας Ὑπτίους κλίνουσ'. Aristophanes Lysistr. v. 144. in editione Brunckiana, felici, ut videtur, lapsu typothetae: δεῖ γὰρ εἰράνας μάλ' εὖ. Idem Anag. Fragm. VII. Καὶ ξυννένοφε, καὶ χειμέρια βροντᾷ μάλ' εὖ. Vid. Toup. Emend. in Suid. T. I. p. 425. Plato Theaet. p. 328. ed. Heind. Εἰσὶ γὰρ, ὦ παῖ, μάλ' εὖ ἄμουσοι. ubi alia ex Platone exempla excitavit editor Berolinensis, commode comparans Herodoteum κάρτα εὖ. Haud dissimile Iuliani σαφῶς εὖ οἶδα Orat. I. p. 9. B. quod olim male tentavi. Sic enim Aristophanes Pac. v. 1302. εὖ γὰρ οἶδ' ἐγὼ σαφῶς. SCHAEF.

(***) Ibidem proxime antecedunt haec: ἡμᾶς δὲ — — — τί ἂν οἰόμεθα παθεῖν; Id soloecum videtur Schneidero scribendumque ἡμεῖς. Hoc ut viro egregio adsentiar, tantum abest, ut, si omnes libri ἡμεῖς haberent, ἡμᾶς scribendum censerem. Compara Homer. Odyss. VIII. v. 221. τῶν δ' ἄλλων ἐμέ φημι πολὺ προφερέστερον εἶναι. Herodot. I. c. 4. σφέας μὲν δὴ τοὺς ἐκ τῆς Ἀσίης λέγουσι Πέρσαι ἁρπαζομενέων τῶν γυναικῶν λόγον οὐδένα ποιήσασθαι· Ἕλληνας δὲ κ. τ. λ. L. II. c. 2. Οἱ δὲ Αἰγύπτιοι — — ἐνόμιζον ἑωϋτοὺς πρώτους γενέσθαι πάντων ἀνθρώπων. In talibus oppositio, sive expressa illa, sive tacita, non patitur nominativum infinitivo iungi. Opponuntur autem in loco Xenophonteo Graeci fratri regis Persarum. SCHAEF.

* ΚΙΡΚΟΣ vel ΚΡΙΚΟΣ, Annulus; vel ΚΟΣΜΟΣ, Ornatus.

Subintelligitur in δακτύλιος, digitalis annulus. MICH. Plene Hesychius v. Ψαλία, κρίκοι δακτύλιοι. nisi interpungendum, κρίκοι, δακτύλιοι. ut interpungitur in Glossa Cod. Medic. ad Aelian. de Nat. Anim. VI. 10. p. 1033. b. ed. Lond. SCHAEF.

* ΚΛΑΔΟΣ, Ramus.

In ἱκετήριοι sub. κλάδοι apud Polyaen. L. IV. p. 353. μετὰ ἱκετηρίων αὐτὸν ἐδέξαντο. s. κλάδων. Diodor. Sic. L. XVII. Καὶ μεθ' ἱκετηρίων δεηθέν-

Digitized by Google

των τῶν Ἰνδῶν. Ita certe supplet Sophocles Oedip. v. 3. *Ἱκετηρίοις* [imo *ἱκτηρίοις*] *κλάδοισιν ἐξεσεμμένοι.* supplicibus ramis coronati. [imo instructi.] Potest etiam subaudiri *θαλλός.* Hanc vocem habet Herodian. L. VII. c. 8. §. 19. *Ἱκετηρίας θαλλοὺς καὶ τέκνα προτείναντας.* SCHWEB. De Herodianeo loco Sylburgius p. 951. a. 24. „fortasse auctor scripsit *ἱκετηρίους θαλλούς.*“ bene, opinor. Conf. Melet. Crit. I. p. 93. Neque rectius Polyaeni Diodorique locis Schwebelius utitur; ibi enim vox *περισπαξέα*: id quod fecit in Diodoro Wesselingius, ubi XVII. c. 102. extr. legas: *τῶν δὲ λοιπῶν μεθ' ἱκετηριῶν δεηθέντων.* c. 103. extr. *τῶν δ' ἐγχωρίων ἀπαντησάντων μεθ' ἱκετηριῶν.* Exc. de Virt. et Vit. T. II. p. 568. 51. *τῶν πρεσβυτέρων προσελθόντων μεθ' ἱκετηριῶν.* quomodo etiam p. 569, 19. scribendum suspiceris. [Conf. var. lect. ad XVII. c. 102. 103. Sic in Herodoto VII. c. 141. *ἱκετηρίην λαβοῦσι*, al. melius *ἱκετηρίας.* Sequitur statim: *τὰς ἱκετηρίας τάσδε.* Dionysius Halic. Ant. Rom. T. I. p. 546. *ἱκετηρίας ἀναλαβόντες.*] SCHAEF.

* ΚΛΗΡΟΣ, Sors.

In *ἔλαχε*, Lucae I, 9. (d) Conf. Act. I, 17. ubi suppletam habes Ellipsin. SCHOETTG.

(d) Verba Evangelistae: *ἔλαχε* (*κλῆρον*) *τοῦ θυμιάσαι.* MICH.

* ΚΛΙΜΑ, Clima.

In *τὰ πρὸς ἕω, πρὸς μεσημβρίαν, πρὸς ἄρκτον, πρὸς ἑσπέραν*, subaudi *κλίματα.* Plene est apud Dionys. Hal. L. I. p. 8. *Ἀπὸ δὲ μεσημβρινοῦ κλίματος ὁ Λῖρις Μιντοῦρναν παραμειβόμενος.* Possit etiam adsumi *μέρη*, quod habet Polybius T. I. p. 541. *Τὰ πρὸς ἀνατολὰς μέρη.* SCHWEB.

Digitized by Google

ΚΛΙΝΗ, Lectus.

In phrasi *ϛρωννύειν ἑαυτῷ* supple *κλίνην*, ut in Act. Apost. IX, 34: *ϛρῶσον σεαυτῷ*.

* In *παρασκευασθῆναι* apud Herodian. L. I. c. XVI. §. 12. In *καταχλίνειν* apud Polyaen. L. VIII. p. 801. Potest etiam subaudiri *λέκτρον*, vel *λέχος*. Sic apud Latinos interdum lectus subauditur *ἐλλιπῶς*. Plinius L. VII. ep. XXVII. §. 7. Iubet sterni sibi prima domus parte. s. lectum. SCHWEB.

* ΚΟΓΧΗ, Concha.

In *Πελωρὶς* apud Alciphronem Epist. I, 2. quae vox apud Clementem Alexandrinum et Athenaeum, quod Bergler.us observat, suppleta occurrit. SCHOETTG.

* ΚΟΙΛΙΑ, Venter.

In *ἡ ἄνω* et *κάτω*, superior et inferior. Hippocrates aphor. 4, 4. *Φαρμακεύειν θέρους μὲν μᾶλλον τὰς ἄνω, χειμῶνος δὲ τὰς κάτω.* Pur-
134 gandum aestate quidem superiores (ventres): hieme vero inferiores. SCHOETTG. Vid. Foesius Oecon. Hippocr. v. *Κοιλία*. Subaudias etiam, atque haud scio an rectius, *Φαρμακίας*, quod nomen ex verbo praegresso *Φαρμακεύειν* eliciendum. SCHAEF.

ΚΟΙΝΟΝ, Commune.

In *Φράσει, τί ἐμοὶ καὶ σοί;* quid mihi tecum? *τί ἐμοὶ καὶ ἐκείνῳ;* quid mihi cum illo? [Aristophanes Equit. v. 1022. *τί γὰρ ἔστ' Ἐρεχθεῖ καὶ κολοιοῖς καὶ κυνί;* SCHAEF.] (e) reticetur *κοινὸν*, vel plenius, *κοινὸν πρᾶγμά ἐϛι*, commune negotium est. Additum reperitur illud *κοινὸν* in similibus dicendi generibus. Lucianus in Icaromen. p. 196: *Τί οὖν πτέρυγι καὶ ὀφθαλμῷ κοινόν*

Digitized by Google

ἐξιν; quid alae cum oculo commune est? et adversus Indoct. p. 312: Τί κοινὸν κυνὶ καὶ βαλανείῳ; quid commune cani et balneo? quid cani cum balneo? Aelianus Hist. Anim. XIV, 25: Μηδὲν εἶναι βοῒ κοινὸν ἅμα καὶ δελφῖνι: nihil esse bovi commune cum delphine. Maximus Tyrius Dissert. XXXIII. p. 336: Οὐδὲν φιλοσοφίᾳ καὶ ἡδονῇ κοινόν: nihil philosophiae cum voluptate est commune. Ita Achilles Tatius Lib. VI. p. 387: Τί ἐμοὶ καὶ Θερσάνδρῳ κοινόν; Euripides Ion. 1284:

Τί δ' ἔξι Φοίβῳ σοί τε κοινὸν ἐν μέσῳ;

Polybius Excerpt. Legation. 1327. οὐδὲν αὐτοῖς εἶναι καὶ Ῥωμαίοις κοινόν. [Longus II. p. 55. edit. nup. Ἐκείνῃ καὶ πεδίοις κοινὸν οὐδὲν κ. τ. λ. Epigr. adesp. CCL. Εἰπὲ, τί σοὶ ξυνὸν καὶ Παλλάδι; Paullo aliter Epicharmus ap. Stobaeum p. 365. Grot. τίς γὰρ κατόπτρῳ καὶ τυφλιῷ κοινωνία; Aliter item Chariton p. 67, 9. Τί δὲ σοὶ, φησὶ, πρᾶγμα πρὸς Καλιῤῥόην ἐκείνην, κ. τ. λ. Add. Valckenar. ad Euripid. Hippol. v. 224. SCHAEF.]

* Adde Anacreont. Od. XVII. p. 55. Τί Πλειάδεσσι κἀμοί; Τί δ' ἀςράσιν Βοώτεω; Omissa voce κοινὸν, solummodo τὸ, πρᾶγμα habet Themistius Orat. XXIX. p. 345. B. Ἀλλ' ἐμοὶ καὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ οὐδὲ [leg. οὐδὲν cum Valckenario l. c. SCHAEF.] πρᾶγμά ἐςι. Hanc ellipsin etiam Latini sequuntur, inprimisque Cicero. Sic ille ad divers. L. XIII. ep. 19. Sed ea cauśsa etiam cum aliis compluribus. s. communis est. L. XIV. ep. 1. Cum Patrone Epicureo mihi omnia sunt. ubi Manutius alia insuper exempla huius phraseos ellipticae affert. SCHWEB.

(e) Occurrit apud Arrianum citante Gellio I, 2. Ergo non ex solo Hebraismo diiudicanda est haec loquendi formula, prout ostendit Ioan. Henr. Maius fil. Observation. Sacrar. Lib. I. p. 18. sq. Adde Drusium Miscellaneor. 2, 26. SCHOETTG.

Digitized by

135 * Sic Matth. c. XXVII, 19: μηδὲν σοὶ καὶ τῷ δικαίῳ ἐκείνῳ. MICH.

* KOITH, Lectus.

„Schol. ad Apollon Rhod. IV, 223. — οὐ γὰρ ἐκ μιᾶς κοίτης ἔβλαξον. — — Una voce κοίτης eiecta, quam Grammaticus adiecerat, aut ex vicinia repetitam librarius, restitui facile poterunt Sophoclis trochaici: Οὐ γὰρ ἐκ μιᾶς ἔβλαξον· κ. τ. λ.“ Valckenarius Diatr. in Fragm. Euripid. p. 224. probante Brunckio Sophocl. T. III. p. 444. SCHAEF.

ΚΟΛΠΟΣ, Sinus.

Et haec vox brevitatis gratia nonnunquam (f) supprimitur, praesertim apud Poëtas, cum dicitur ex. gr. ἐν τῷ σῷ, ἐκ τοῦ σοῦ, ἐκ τῶν σῶν etc. Sophocles Philoct. v. 984:

Εἴ μ' οὗτος ἐκ τῶν σῶν ἁπάξεται βίᾳ.
Si me hicce ex tuo (sinu) vi abripiet.

ubi Scholiastes deesse docet κόλπων. [Alii subaudiunt τόπων. v. Brunck. Mihi neutrum placet. In talibus pronomen neutrius est generis, nihilque subaudiri oportet. Τὸ σὸν, τὰ σὰ centies i. q. σύ. Euripides Androm. v. 142. sq. Br. τὸ δὲ σὸν Οἴκτῳ Φέρουσα τυγχάνω. v. 1181. sq. οὗτος μὲν οὖν ἐκ τῶνδ' ἐτιμᾶτ' ἄν, γέρον, Θανών· τὸ σὸν δ' ἦν ὧδ' ἂν εὐτυχέστερον. (Sic et τὸ κείνης i. q. ἐκείνη ibid. v. 713. Orest. v. 1085. Pors.*) εἰ σ' ἐγὼ προδούς ποτε, Ἐλευθερώσας τοὐμὸν, ἀπολίποιμι σέ. v. 1629. ΜΕ. ὦ τλῆμον Ἑλένη, ΟΡ. τἀμὰ δ' οὐχὶ τλήμονα;) Conf. Valckenar. ad Herodot. p. 687, 52. Obiter moneo, Herodot. illud III. c. 155. ἢν μὴ τῶν σῶν δεήσῃ, perperam verti, nisi tu tuis deeris. Vertendum, nisi tu desis. SCHAEF.]

*) Praecessit ibid. v. 1084. μή σ' αἱμά μου δέξαιτο κάρπιμον πέδον, sequente μὴ λαμπρὸς αἰθήρ. quae constructio diligenter notanda; nam viros doctos persaepe offendit. Euripides Herc. F. v. 645. Musgr. μή μοι μήτ' Ἀσιήτιδος Τυραννίδος ὄλβος εἴη, Μὴ

χρυσοῦ δώματα πλήρη. Neque minus rectum οὔτε —, οὐ —. Aeschylus Prom. v. 450. Sch. οὔτε πλινθυφεῖς Δόμους προσείλους ἦσαν, οὐ ξυλουργίαν. Sophocles Antig. v. 249. ἐκεῖ γὰρ οὔτε του γενῆδος ἦν Πλῆγμ', οὐ δικέλλης ἐμβολή. Euripides Med. v. 1345. Pors. ὃς οὔτε λέκτρων νεογάμων ὀνήσομαι, Οὐ παῖδας. οὓς ἔφυσα κἀξεθρεψάμην, Ἔξω προσειπεῖν ζῶντας, ἀλλ' ἀπώλεσα. Iphig. Taur. v. 355. Musgr. ἀλλ' οὔτε πνεῦμα διόθεν ἦλθε πώποτε, Οὐ πορθμὶς, κ. τ. λ. v. 374. ex verissima Tyrwhitti correctione, ἀδελφὸν οὔτ' ἀνειλόμην χεροῖν, — οὐ κασιγνήτη ξόμαι Συνῆψ' κ. τ. λ. Troad. v. 939. οὐ κρατεῖσθ' ἐκ βαρβάρων, Οὔτ' εἰς δόρυ ζαθέντες, οὐ τυραννίδι. Homer. Hymn. in Cerer. v. 236. οὔτ' οὖν σῖτον ἔδων, οὐ θησάμενος —. Empedocles in loco plane eximio de divina natura, quem Porsonus ad Euripid. Phoen. v. 866. tetigit. Οὔτε γὰρ ἀνδρομέῃ κεφαλῇ κατὰ γυῖα κέκασαι, Οὐ μὲν ἀπαὶ νώτων γε δύο κλάδοι αἴσσουσιν, Οὐ πόδες, οὐ θοὰ γοῦν', οὐ μήδεα λαχνήεντα, Ἀλλὰ φρὴν ἱερὴ καὶ ἀθέσφατος ἔπλετο μοῦνον, Φροντίσι κόσμον ἅπαντα κάτ' αἴσσουσα (sic malim) θοῇσι. Apollonius Rhod. III. v. 768. οὔτ' αὐτὴ θανέειν, οὐ φάρμακα δώσειν. Meleager XCI. v. 5. οὔτε γὰρ Αἰθὴρ, Οὐ Χθὼν φησι τεκεῖν τὸν θρασὺν, οὐ Πέλαγος. Lucianus Tragoedopod. v. 139. T. III. p. 653. ἣν οὔτε λιβάνων ἀτμὶς ἐξιλάσκεται, Οὔτε χυθὲν αἷμα βωμίοις παρ' ἐμπύροις, Οὐ ναὸς ὅλβου περικρεμὴς ἀγάλμασιν· Ἣν οὔτε Παιὰν Φαρμάκοις νικᾶν σθένει, — — — Οὐ παῖς ὁ Φοίβου πολυμαθὴς Ἀσκληπιός. v. 311. p. 662. Οὔτέ Διὸς βρονταῖς Σαλμωνέος ἤρισε βία, Ἀλλ' ἔθανε ψολόεντι δαμεῖσα θεοῦ φρένα βέλει, Οὐκ ἐρίσας ἐχάρη Φοίβῳ Σάτυρος Μαρσύας, Ἀλλὰ λιγὺ ψαίρει κείνου περὶ δέρματι πίτυς. sic enim ultima scribenda. Herodotus VIII. c. 98. τοὺς οὔτε νιφετὸς, οὐκ ὄμβρος, οὐ καῦμα, οὐ νὺξ ἔργει κ. τ. λ. ubi rem male gessi. Sic μὴ post μηδὲ sequitur in Epigr. adesp. DLXXI. quemadmodum οὐ post οὐδὲ in Batrachomyom. v. 37. ss. Diodorus Sic. III. c. 50. διόπερ οὐδ' ὄρνεον ἰδεῖν ἔστιν, οὐ τετράπουν ἐν αὐτῇ ζῶον. SCHAEF.

* Latet insuper haec vox, cum de navigatione sermo est. Sic Themistius Orat. VIII. p. 105. A. οὐκ ὤκνει διαπλέων ἐκ τῆς Ἀττικῆς τὸν Ἰόνιον. s. κόλπον. Thucydid. L. VI. c. 34. περαιωθῆναι τὸν Ἰόνιον. Plene idem L. VI. c. 44. ξυνδιέβαλε τὸν Ἰόνιον κόλπον. SCHWEB.

(f) Lucas in Actis Apostol. c. XXVII, 27: ὁ Ἀδρίας, scil. κόλπος. Hadria, s. Hadriaticus sinus. Sed forte rectius subauditur πέλαγος, de quo vocabulo infra suo loco. MICH. Conf. Fischer. ad Weller. III. 1. p. 260. s. SCHAEF.

* ΚΟΜΗ, Coma.

In περιθετὴ apud Polyaenum L. V. c. 42. Περιθέμενος περιθετήν. s. κόμην. sumto capillamento. Pro hac voce τρίχας habet Polybius T. I.

Digitized by Google

p. 318. *Κατεσκευάσατο περιθετὰς τρίχας.* SCHWEB. Pollux X. 170. — *καὶ πηνήκην δὲ, καὶ προκόμιον· καὶ, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Γηρυτάδῃ* [Fragm. p. 232. ubi quem Brunckius citat ex Lysistrata locum, non illic legitur, sed Thesmoph. v. 258.]. *περίθετον· καὶ περιθέτην δὲ, ὡς ἐν Ἀμφιδος Ἀλκμαίωνι καὶ Μενάνδρου Ὀλυνθίᾳ.* v. ibi not. Sic et *προσθετος* s. *προσθετός.* Aristophanes Thesmoph. alt. XII. *κόμαισι περιπέττουσιν αὐτὰς προσθέτοις.* Xenophon Cyrop. I, 3, 2. *κεκοσμημένον — — κόμαις προσθέτοις.* Lucianus T. II. p. 210. *κόμην τὴν μὲν ἰδίαν, τὴν δὲ καὶ πρόσθετον ἐπικείμενος.* Schol. ad Aristophan. Plut. v. 271. *Φενάκη δὲ κυρίως ἡ προσθετὴ καὶ ἐπιτηδευτὴ κόμη.* Myrinus Epigr. II. v. 4. *ἀλλοτρίους πλοκάμους* dicit. SCHAEF.

* ΚΟΡΔΑΞ, Cordax.

Aristophanes Pace 327: *Ἐν μὲν οὖν τουτί μ' ἔασον ἑλκύσαι, καὶ μηκέτι.* At sine hoc tantummodo saltare me, et nil amplius. Florens Christianus *ἑλκύσαι* dictum putat esse pro *κόρδαχ' ἑλκύσαι.* [*Κόρδακα* non licet subaudiri: nam *ἑλκύσαι* iam accusativum suum regit, *ἓν τουτί.* Sic statim sequitur: *τοῦτό νυν καὶ μηκέτ' ἄλλο μηδὲν ὀρχήσεσθ' ἔτι.* Quod si Leisnerus, ut solet Ellipses cupidius venari, illic aliquid supplere volebat, poterat subaudire *ἕλκυσμα*: ut in altero versu *ὄρχημα.* Ego ad sensum explendum nihil desidero. SCHAEF.] Addit Aristophanes Nubib. 540. LEISN.

* ΚΟΡΗ, Puella.

In *παρθενικὴ*, quum simpliciter pro virgine accipitur, et fortasse in ipso *παρθένος*, quippe quod interdum adiective poni videtur. [De hoc usu non dubitandum. vid. Valckenar. ad Euripid. Hippol. v. 1005. — Plene Euripides Epigramm. *παρθενικήν τε κόρην.* quo loco utitur H. Stephanus Animadv. in Libr. de Dial. p. 36. Callicter I. in Anal. Brunck.

Digitized by Google

T. II. p. 294. *Παρθενικὰ κούρα.* Oracula Sibyll. L. V. p. 622. ed. Gall. *Παρθενικαὶ κοῦραι.* Sic et *παρθένος.* Euripides Phoeniss. v. 1744. Pors. *παρθένου κόρας.* SCHAEF.] Dionysius Perieges. 843: *Σὺν καὶ παρθενικαὶ, νεοθηλέες οἷά τε νεβροὶ.* 136
Simul quoque virgines, recens ablactati velut hinnuli. Musaeus vers. 54. habet *κάλλεα παρθενικάων.* Confer eundem v. 130. 133. 160. [Add. Fischer. ad Weller. III. 1. p. 258. 295. SCHAEF.] Item in *ἀταύρωτος* vel *ἀταυρώτη*, pro puella virum nondum experta. Vid. Aristophanis Lysistr. 217. Nec non in *θήλεια* Rom. I, 26. item in *θηλυτέρα.* Plato alicubi plene: *θήλειαι κόραι.* LEISN.

* ΚΟΡΥΦΗ, Vertex.

Exemplum huius Ellipseos suppeditat nobis Homerus Il. Δ. v. 484. — *οἱ ὅζοι ἐπ' ἀκροτάτῃ πεφύασι.* ubi Schol. Gr. *κορυφῇ δηλαδή.* [Fallitur Scholiastes fallitque Schwebelium, cui centies imposuerunt Scholia. *ἐπ' ἀκροτάτῃ* referendum ad *αἴγειρος.* SCHAEF.] In *κατ' ἄκρης.* Iliad. N. v. 772. [Vid. supra ad *Κεφαλή.* SCHAEF.] uti apud Latinos quoque haec Ellipsis reperitur. Sic Horatius L. II. Sat. III. v. 309. ab imo ad summum moduli bipedalis. Idem L. II. Epist. I. v. 32. Venimus ad summum fortunae. s. cacumen. quam vocem supplet Lucretius L. V. v. 1456. ad summum donec venere cacumen. V. Sanctius in Min. L. IV. c. 4. SCHWEB.

ΚΟΣΜΗΜΑ, Ornamentum.

In *τὸ περιτραχήλιον.* Hesychius: *Ἴσθμιον, περιτραχήλιον κόσμημα.* [Vid. Moeris p. 289. 326. et ad utrumque locum Piersonus. Schol. ad Theocrit. XI. v. 41. ΜΑΝΝΟΣ *δέ ἐξιν ὁ περιτραχήλιος κόσμος.* SCHAEF.] Plurale *κοσμήματα* intellige in *τὰ ἐντάφια*, funebria; de cuius vocis Ellipsi si

Digitized by Google

cogitasset Vulteius apud Aelianum Var. Hist. I, 16. non vertisset τὰ ἐντάφια sepulturam. [Non minus inepte in Luciano T. I. p. 367. τὰ ἐντάφια olim vertebant epitaphia. v. interpr. ad h. l. Ceterum τὰ ἐντάφια omnino sunt „vestes" (Euripides Hel. 1263. Musgr. θάπτειν ἐν πέπλων*) ὑφάσμασιν.) „et ornatus sepulcrales." Dorvill. ad Chariton. p. 421. Ipse Chariton p. 13, 16. Ἔγω καὶ αὐτὴ τῶν ἐνταφίων μέρος. πολὺς μὲν ἄργυρος ἐνταῦθα, πολὺς δὲ χρυσός.**) Plene Dionysius Halic. Ant. Rom. T. I. p. 380. τοῖς ἐνταφίοις κόσμοις. Alio sensu ἐντάφια dixit Sophocles Electr. v. 326. ἐντάφια χεροῖν Φέρουσαν, οἷα τοῖς κάτω νομίζεται. Subaudias hîc θύματα. Schol. reddit ἐναγίσματα. Ipse Sophocles v. 405. sq. ἔμπυρα et χοὰς vocat. SCHAEF.]

*) Sic bene Scaliger, tacite probante Dorvillio ad Chariton. p. 354. Conf. Iphig. Taur. v. 313. πέπλων τε προὐκάλυπτεν εὐπήνους ὑφάς. SCHAEF.

**) Quod ibid. v. 13. legitur, ἔξη δὲ σύννους, admonet me duorum Plutarchi locorum, quibus in transcursu opem feram. Vit. Cicer. c. 38. T. IV. p. 821. ed. Reisk. Καίσαρος δὲ κατορθοῦντος τὰ πλεῖστα, καὶ τρόπον τινὰ πολιορκοῦντος αὐτούς, Λέντλῳ μὲν εἰπόντι πυνθάνεσθαι, συγνοὺς εἶναι τοὺς Καίσαρος φίλους, ἀπεκρίνατο· Λέγεις αὐτοὺς δυσνοεῖν Καίσαρι. Ad haec vir egregius in Select. Princip. Historic. p. 435.: „συγνοὺς — δυσνοεῖν. Huius dicti acumen prorsus obliteravit prava scriptura cum hoc loco, tum in Apophthegmatibus p. 205. D. Legendum puto σύννους — συννοεῖν. Latine non ausim reddere acumen quod est in ambiguitate harum vocum: σύννους est contracto ac tristi cogitabundoque vultu, est item concors: συννοεῖν est consentire." Alter locus a Wyttenbachio modo citatus (Mor. T. I. p. 816.) hic est: Πρὸς δὲ τὸν ἀπαγγέλλοντα τοῦ [leg. τοὺς] Καίσαρος φίλους σκυθρωποὺς εἶναι, Λέγεις, ἔφη, δυσνοεῖν αὐτοὺς Καίσαρι, ubi editor: „δυσνοεῖν. Ita et in Vit. Cic. p. 880. B. Xylander vertit ac si exstaret εὐνοεῖν. Hoc melius. Nec tamen acumen satis apparet." Utroque loco vulgata lectio optime habet. Sensus τοῦ ἀποφθέγματος hic est: „Narras, Caesarem, quos ante habuit amicos, nunc inimicos habere. Nam si ei etiamnunc εὖνοι essent, non possent σκυθρωπάζειν, κατορθοῦντός γε τὰ πλεῖστα." SCHAEF.

* ΚΟΣΜΟΣ, Ornatus.

Vide supra voce Κίρκος. MICH. Subaudias etiam in v. περιτραχήλιος. vid. Pierson. ad Moer.

Digitized by Google

p. 289. Item in v. ἐντάφιος, sicubi est i. q. ἐντάφιον. Plenam locutionem modo vidimus ad v. Κόσμημα. SCHAEF.

* ΚΟΧΛΙΑΣ, Cochlea.

In Φερέοικος, domiporta, apud Hesiod. Ἔργ. v. 571.

Ἀλλ' ὁπότ' ἂν Φερέοικος ἀπὸ χθονὸς ἂν φυτὰ βαίνῃ.

Quam Ellipsin supplet Athenaeus L. II. c. 22. Ἡσίοδος δὲ τὸν κοχλίαν Φερέοικον καλεῖ. Sic etiam Cicero de divinat. L. II. c. 64. domiportam (cochleam) appellat, ut Clericus ad Hesiodi l. c. observat. SCHWEB.

ΚΡΕΑΣ, Caro.

Ut Latini dicunt bovilla, suilla, etc. subaudientes Caro: sic Graeci (g) βόειον, ὕειον etc. subint. κρέας. (h) [Vid. Fischer. ad Weller. III. 1. p. 257. Oudendorp. ad Thom. Mag. p. 865. Philodemus XXIII. δύο μνᾶς χοιρείου. Plene Hesychius T. I. c. 742. χοίρεα κρέα. ubi praestat Salmasii χοίρεια. SCHAEF.]

(g) Huc refer τὰ εἰδωλόθυτα, scil. κρέα vel κρέατα, 1 Corinth. IX, 1. MICH.

(h) Aristoph. Equit. 1190: ἀλλ' οὐ λαγῷ' ἕξεις ὁπόθεν δῷς, ἀλλ' ἐγώ. At unde leporinas des, non habebis, ut ego. ubi λαγῷ' pro λαγῶα, sc. κρέα. [Plene idem Acharn. 1110. κἀμοὶ λεκάνιον τῶν λαγώων δὸς κρεῶν. Ellipticae locutionis exempla congessit Piersonus ad Moer. p. 247. SCHAEF.] Unde prov. ἐν πᾶσι λαγῴοις, quod est invitantis, qui lautae mensae spem faciens, lepo- 137
rinam affatim adfuturam dicat. Conf. Aristophanis Eccles. 838. Aristoph. Acharn. 1042: ὀπτᾶτε τἀ 'γχέλεια. Assate anguillares (carnes). ubi Scholiastes: τὰ ἐγχέλεια, λείπει τὰ κρέα. [Ἐγχέλειον idem Thesmophor. alt. fragm. II. SCHAEF.] LEISN.

* Sic ὀρνίθεια. Musonius ap. Stobaeum Serm. XVII. p. 349. Schow. παρακειμένου αὐτῷ ὀρνιθείου τῶν πλειόνων [l. πιόνων. Conf. Lucian. T.

Digitized by Google

III. p. 447. *ἡ δὲ ὄρνις ἡ πρὸ τοῦ Ἕρμωνος, πιμελεσέρα.* et mox: *τὴν πρὸ τοῦ Ἕρμωνος ἀνείλετο, πιοτέραν, ὡς ἔφην, οὖσαν.*] *καὶ πολυτελῶν.* In Luciano T. II. p. 28. corrigendum: *ὀρνιθείων καὶ συείων καὶ λαγώων προκειμένων.* Clemens Alex. p. 850. Pott. *διὸ καὶ Αἰγύπτιοι ἐν ταῖς κατ' αὐτοὺς ἁγνείαις οὐκ ἐπιτρέπουσι τοῖς ἱερεῦσι σιτεῖσθαι σάρκας, ὀρνιθείοις τε ὡς κουφοτάτοις χρῶνται.* ubi quamquam *σάρκας* praecessit, tamen *ὀρνιθείοις* neutro genere sequitur: tum certis finibus huiusmodi Ellipses reguntur. Plene Aristophanes Nub. v. 339. *κρέατ' ὀρνίθεια κιχηλᾶν.* ubi bene Etymol. M. c. 516, 12. *κρέα τ'.* quae lectio non nocet metro. Pac. v. 192. ΕΡΜ. *ἥκεις δὲ κατὰ τί;* ΤΡ. *τὰ κρέα ταυτί σοι φέρων.* Scholiastes ad h. l.: *Ὅτι κατὰ συζολὴν ἔλεγον, οὐ μόνον ἐν ἐκτάσει τὰ κρέα.* Haec enim vox similesque aliae (v. Ruhnken. ad Homer. Hymn. in Cerer. v. 12.) in *ἐκτάσει* crasin, in *συζολῇ* apocopen passae sunt. SCHAEF.

* ΚΡΗΜΝΟΣ, Praecipitium.

In *ἐπὶ τῶν ἄκρων.* Onosander c. VII. *καταξάντες ἐπὶ τῶν ἄκρων.* Addit Thucydides L. VI. c. 97. *Ἐπ' ἄκροις τοῖς κρημνοῖς.* SCHWEB.

* ΚΡΗΝΗ, Fons.

In nominibus propriis fontium absolute positis *τὸ κρήνη* subintelligitur, e. g. *Καξαλία*, *Ἱπποκρήνη* (a), *Ἀρέθουσα*, cet. Sic in *Μεσσηῖς* et *Ὑπέρεια* apud Homerum Iliad. Z. v. 457. Schol. Gr. supplent *κρήνη.* Theocritus Idyll. V. v. 126. *Ἁ Συβαρῖτις.* Plene ibidem v. 146. *Συβαρίτιδος ἔνδοθι κράνας.* In iisdem eadem apud Latinos quoque Ellipsis obtinuit; nisi quod interdum etiam vox suppressa, fons, additur. Sic Horatius L. III. Od. XIII. v. 1. O fons Bandusiae. SCHWEB.

Digitized by Google

(a) Hoc certe omittendum erat. Haec enim vox per se ipsa est i. q. Ἵππου κρήνη, quomodo passim legitur. Pausanias II. c. 31. καθῆραι δέ Φασιν Ὀρέσην καθαρσίοις καὶ ἄλλοις, καὶ ὕδατι ἀπὸ τῆς Ἵππου κρήνης. ἔστι γὰρ καὶ Τροιζηνίοις Ἵππου κρήνη καλουμένη, [al. meliore ordine, Ἵ. καλ. κρ. Sic paullo ante legitur Ὀρέστου καλούμενον σκηνή. et IX. c. 31. ἡ τοῦ Ἵππου καλουμένη κρήνη. ubi mox leg. ἐγγέγραπται.] καὶ ὁ λόγος ἐς αὐτὴν διαφόρως τῶν [malim τοῦ] Βοιωτῶν ἔχει. Ibid. mox praestat αἰτήσοντα. Sed in Libanio T. I. p. 302. ed. Reisk. Ἵππου κρήνην, opinor, e margine in textum irrepsit; ut scribendum videatur: θαῦμα μὲν οὖν καὶ τὸ ἐν Ἑλικῶνι· κρήνην ἐκδοθῆναί Φασι, Πηγάσου τῷ ποδὶ τὴν πέτραν πλήξαντος. SCHAEF.

* ΚΡΗΡΙΣ, Crepida.

Vide supra ad v. ἐσθής. (aa) SCHAEF.

* ΚΡΗΠΙΣ, Fundamentum.

Ex mente Scholiastae Thucydidis in hnius phrasi III. 92. ἐτείχισαν τὴν πόλιν ἐκ καινῆς, supplendum est κρηπίδος. F. ST. Vid. v. Καταβολή. Ἀρχή. SCHAEF.

* ΚΡΙΘΑΙ, Hordea.

Aristophanes Equit. 816.: Σὺ δ' Ἀχιλλείων ἀπομάττει. Tu Achilleis vesceris (hordeis). Scholiastes: ἐκαλοῦντο Ἀχίλλειαί τινες κριθαὶ, ὡς εὐγενεῖς αὗται. Ergo Ἀχιλλείων ἀπομάττεται est, laute vescitur. [Vid. Brunck. ad l. c. item Lexicon Sophocl. v. Ἀχίλλειον πλάκα. SCHAEF.] Aristophanes Ἐκκλ. 221. Καθήμεναι Φρύγουσιν, sedentes frigunt (opsonia). Scholiastes: λείπει τὸ τρίχας. Sed Faber recte haud dubie pro τρίχας legit κριθάς. LEISN. Conf. Plinius Nat. Hist. XVIII, 7, 14. Herodotus VIII. c. 96. Κωλιάδες δὲ γυναῖκες ἐρετμοῖσι Φρύξουσι. Moeris p. 213. Κάχρυς, Ἀττικῶς. κριθαὶ πεφρυγμέναι, Ἑλληνικῶς. ubi v. Pierson. it. in praefat. p. XXXII. SCHAEF.

* ΚΡΙΜΑ, Iudicium.

Deest in ἔνοχος θανάτου, pro, κρίματι θα-

Digitized by Google

νάτου, Matth. c. XXVI, 66. *ἔνοχοι ἦσαν δουλείας*, Hebr. II, 15. Item Matth. X, 15: *ἀνεκτότερον ἔσαι*, scil. *κρίμα*. cap. XI, 22. 24. MICH.

In *ἀνεκτότερον ἔσαι*, quod Matth. XI. 22. et alibi in sacris litteris occurrit, commode subaudire possumus *τὸ*, *κρίμα*: quemadmodum *περισσότερον κρίμα* legitur Matth. XXIII, 14. SCHWEB.

* ΚΡΙΣΙΣ, Iudicium.

In *ἡ ἐπὶ θανάτῳ*, (iudicium) mortis. Artemidorus Oneirocrit. IV, 35: *Ἀλέξανδρος ὁ Φιλόσοφος ἔδοξε τὴν ἐπὶ θανάτῳ* (sc. *κρίσιν*) *κατακεκρίσθαι*. Alexander Philosophus visus est sibi morti (adiudicatus). Idem IV, 62. et V, 49: *Καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ καταδικασθεὶς τὴν ἐπὶ θανάτῳ, ἀπώλετο*. SCHOETTG. Vid. Melet. Crit. I. p. 109. sq. SCHAEF.

* Subaudias item in *ὑπακούειν*, ubi hoc verbum sensu iudiciali dicitur. Xenophon Hist. Gr. 5, 4. 24. *Οἱ δ' ἔφοροι ἀνεκάλεσάν τε τὸν Σφοδρίαν, καὶ ὑπῆγον θανάτου. ἐκεῖνος μέντοι φοβούμενος οὐχ ὑπήκουσεν*. Sequitur statim plene: *καίπερ οὐχ ὑπακούων εἰς τὴν κρίσιν*. SCHAEF.

138 ## * ΚΡΙΤΗΡΙΟΝ.

Ioannes in epist. I, cap. II, v. 3: *Καὶ ἐν τούτῳ* (*τῷ κριτηρίῳ*) *γινώσκομεν*. MICH.

ΚΤΗΜΑΤΑ, Res, Bona.

Τὰ οἰκεῖα dixit Aelianus, subaudiendum relinquens *κτήματα*, (i) in Var. Hist. III, 22. *Ἕκαστον τῶν ἐλευθέρων ἕν, ὅ, τι καὶ βούλεται, τῶν οἰκείων ἀράμενον*: ut singuli ex liberis civibus, quod vellent, unum aliquod ex bonis suis in humeros sublatum secum auferrent. Supple *κτημάτων*. Paullo post addit ipse Auctor: *Καὶ δεύτερον αὐτῷ κτῆμα συνεχώρησαν λαβεῖν*: permiserunt ipsi etiam alte-

Digitized by Google

ram rem sumere. Sic τὰ ἑαυτοῦ. Thucydides L. IV. c. 105: ἐπὶ τοῖς ἑαυτοῦ, ubi Scholiastes: κτήμασι δηλονότι. (k) [Archilochus X. v. 1. Οὔ μοι τὰ Γύγεω τοῦ πολυχρύσου μέλει. Anacreon XV. v. 1. Οὔ μοι μέλει τὰ Γύγεω. XXVI. v. 3. Δοκῶν δ' ἔχειν τὰ Κροίσου. v. Fischer. ad utrumque locum. Xenophon Sympos. 4, 31. ἐπειδὴ τῶν ὑπερορίων ϛέρομαι, καὶ τὰ ἔγγαια οὐ καρποῦμαι, καὶ τὰ ἐκ τῆς οἰκίας πέπραται, κ. τ. λ. Plene idem Memor. II, 8. in. ἐπειδὴ γὰρ ἀφῃρέθημεν τὰ ἐν τῇ ὑπερορίᾳ κτήματα. SCHAEF.]

(i) Vid. infra sub voce οἰκήματα, alteram nostram animadversionem. MICH.

(k) In οἱ ἔχοντες. Vide, quae infra ad vocem χρήματα. (l) SCHOETTG.

(l) Quemadmodum in ἔχειν apud Graecos nonnunquam deest κτήματα, vel χρήματα, vel πράγματα; ita habere apud Latinos eadem ellipsi, eodemque sensu adhibetur. Ovidius de arte amandi v. 541:

Nec nos ambitio, nec amor nos tangit habendi,

Conf. Fast. I, 195. Phaedrus III. Prol. LEISN.

ΚΤΗΝΗ, Iumenta. 139

In τὰ σκευοφόρα. Dio Cassius l. XXVII. p. 33: τήν τε ἵππον καὶ τὰ σκευοφόρα: equitatum et iumenta. Addit (a) Herodianus VIII, 1: Τὰ σκευοφόρα πάντα κτήνη, omnia onera portantia iumenta. [A plaustris onerariis manifesto distinguit Diodorus Sic. V. c. 25. ἀλλὰ καὶ ϛρατοπέδων μυριάδες μετὰ σκευοφόρων καὶ ἁμαξῶν γεμουσῶν ἀσφαλῶς περαιοῦνται. Rariore sensu legas in eiusd. l. XX. c. 29. οἱ μὲν τὰ σκευοφόρα κομίζοντες. Interpres: impedimentorum baiuli. Eodem plane modo Polybius T. II. p. 540. Schw. ἀνατιθέασι τὰ σκευοφόρα τοῖς ὑποζυγίοις. Vertitur: sarcinas iumentis imponunt. In talibus subaudias ἀγγεῖα, ϛρωματόδεσμα, etc. Non erat igitur, cur H. Stephanus

Digitized by Google

Thes. T. III. c. 834. H. reprehenderet v. l. *σκευοφόρα* interpretans, impedimenta et sarcinae bellicae. Sic, opinor, intelligendus etiam Glossator Labbaeanus: „*Σκευοφόρα.* Impedimenta.“ Obiter moneo, quod supra moneri oportuerat, Bosium v. *Ἅμαξα* Xenophonteo loco e Cyropaedia (VI, 3, 29.) abstinere debuisse. Ibi enim nunc recte edunt, *ὃς ἄρχεις τῶν σκευοφόρων*, deleto nomine *ἁρμαμαξῶν*, quod ex iis qnae mox sequuntur, fraudulenter irrepsit. Hoc non vidisse Bosium, non inique ferendum, cum ipse H. Stephanus hîc parum acute viderit, Thes. l. c. F. Conf. Fischer. ad Weller. III. 1. p. 251. SCHAEF.] Eadem vox reticetur in *ὑποζύγια*: nam *ὑποζύγιον* est adiectivum, q. d. *ὑπὸ ζυγὸν ὄν*, quod sub iugo est.

(a) Non addit, ut defectum expleat, sed adiungit *ἐπεξηγήσεως χάριν*: quae alia ratio est. Locus enim sic habet: *τὰ δὲ σκευοφόρα πάντα, κτήνη τε καὶ ὀχήματα, ἐν μέσῳ τάξας, κ. τ. λ.* SCHAEF.

ΚΥΒΟΣ, Alea.

Accusativus *κύβον* deest in verbo *ἀναῤῥιπτεῖν*, quando absolute ponitur. Philostratus in Vita Apollon. L. V, c. 29: *ὑπὲρ δὲ ἀρχῆς ἀναῤῥίπτει παίζων*, de imperio vero (aleam) iacit ludens. Saepe additur *κύβον*, vel etiam *κίνδυνον*, qualia exempla suppeditabunt Lexica. (m)

(m) Vide Casaubonum ad Suetonii Iulium c. 32. et Iensium Lect. Lucian. II, 11. p. 217. LEISN.

* Sic utramque Ellipsin supplet Dionysius Hal. L. III. p. 189. *Καὶ κινδύνων τὸν ἔσχατον ἀναῤῥιπεῖν* [l. *ἀναῤῥιπτεῖν*: sicque edit. Reisk. p. 552. SCHAEF.] *νομίσαντες*. coll. [L. I. c. 80. extr. SCHAEF.] L. VIII. p. 515. Idem L. III. p. 62. *ὑπὲρ ἁπάντων ἀναῤῥίψαι κύβον*. Menander Arrhephoris v. 11. *Ἀνεῤῥίφθω κύβος*. SCHWEB. Herodotus VII. c. 50, 2. *κινδύνους ἀναῤῥιπτέοντες*. ubi vid.

Digitized by Google

Valckenar. eundemque ad Euripid. Phoeniss. p. 419. Add. Markland. ad Suppl. v. 330. et Oudendorp. ad Thom. Mag. p. 783. s. SCHAEF.

* ΚΥΚΛΟΣ, Circulus.

In *παράλληλοι*, quos circulos parallelos appellat Plinius L. VI. c. 33. In *ζωδιακὸς*, pro quo Alcinous habet *ζωοφόρον κύκλον* p. 37. SCHWEB. Diogenes Laërt. VII. 155. *κύκλους δὲ εἶναι ἐν τῷ οὐρανῷ πέντε· ὧν πρῶτον, ἀρκτικὸν, ἀεὶ φαινόμενον· δεύτερον, τροπικὸν θερινόν· τρίτον, ἰσημερινόν· τέταρτον, χειμερινὸν τροπικόν· πέμπτον, ἀνταρκτικὸν, ἀφανῆ. λέγονται δὲ παράλληλοι, καθότι οὐ συμβαίνουσιν εἰς ἀλλήλους· —. ὁ δὲ ζωδιακὸς λοξός ἐστιν, ὡς ἐπιὼν τοὺς παραλλήλους.* Similia Suidas T. II. p. 392. ubi leg. *χειμερινὸς τροπικός· τροπικὸς θερινός.* postque *ἀντίος τοῖς παραλλήλοις* cum Toupio Emend. T. I. p. 370. Plene Manetho II. v. 14. *διὰ κύκλου ζωδιακοῦ.* it. Pollux IV. 158. Insolenter Manetho IV. v. 168. *ζωδιακή.* ubi cum Dorvillio ad Charit. p. 224. subaudias *ὁδός. Ζωοφόρος* legas *ἐλλιπῶς* in carmine genethliaco, quod evulgavit Huschkius Anal. Crit. p. 299. Idem, ut exquisitius, reddendum Synesii Epigramm. I. v. 7. ubi *ζωδιακοῦ* ediderunt (*). Manetho, non minus insolenter, IV. v. 510. *ζωφορίη.* Vid. Dorvill. l. c. p. 267. SCHAEF.

(*) Epigrammatis illius initio nunc legitur: *Ἡ σοφίη σίβον εὗρεν ἐς οὐρανόν· ὦ μέγα θαῦμα.* Al. *ἃ μέγα θαῦμα* unde veram lectionem facile elicias. Corrigo: *οὐ μέγα θαῦμα.* Conf. Melet. Crit. I. p. 93. Iam apte cohaerent, qui vulgo hiant, primi duo istius poëmatii versus. Obiter moneo, v. 7. *δέξο* non tentandum esse. accipe, i. e. disce. Dionysius Hal. de Comp. Verb. p. 156. ed. Reisk. *κῶλα δέ με δέξαι νυνὶ λέγειν, κ. τ. λ.* scito. (Ibid. p. 157. leg. *κατὰ τί δήποτε; βούλεται κ. τ. λ.* In Platonis Phaedone 6. in. malim *Κατὰ τί οὖν δήποτε κ. τ. λ.* Sic 1. in. *Τί οὖν δή ἐστιν, κ. τ. λ.*) Libanius Epist. DCCCCLXXXIII. *λόγους ὑπ' ἄλλων λεγομένους δέχεσθαι.* audire. SCHAEF.

Digitized by Google

ΚΥΛΙΞ, Calix.

Dantur phrases ellipticae, in quibus suppressa est vox κύλιξ, calix, poculum. E. g. in ἡ Θηρίκλειος. Plutarchus Sympos. 1. pag. 619. de Archia: τὴν μὲν ἐπιστολὴν παρῶσαι, λαβεῖν δὲ τὴν Θηρίκλειον, epistolam reiecisse, et (poculum) Thericleum arripuisse. In ἡ μεγάλη, et ἡ μείζων. In Menandri Fragmentis:

Ἄκρατον, ἐβόων, τὴν μεγάλην. ψυκτῆρά τις
Προὔπινεν αὐτοῖς.
Merum, inclamabant, magnum (calicem).
Psycterem aliquis
Porrigebat illis.

quemadmodum recte distinxit verba Auctor Emendationum in Menandri et Philemonis Reliquias p. 70. Sic τὴν μείζονα αἰτεῖν, sc. κύλικα, poscere maius (poculum), quomodo dicebant, quoties genio indulgentes maiora pocula flagitabant. Sophilus apud Athenaeum Deipnosophistarum L. X: — ἄκρατος ἐδίδοτο, ἴσον ἴσῳ, πάλιν τὴν μείζον' ᾔτησεν: merum dabatur, par pari, rursus maius poposcit (poculum). quod Homerus μείζονα κρητῆρα plenius dixit Iliad. IX:

Μείζονα δὴ κρητῆρα, Μενοιτίου υἱὲ, καθίσα,
Ζωρότερον δὲ κέραιρε.
Maiorem iam craterem, Menoetii fili, appone,
Meraciusque misce.

Sic μεγάλαις προπίνειν, sc. κύλιξι. Aristoteles in Problem. Sect. III. alibi: Διὰ τί ἧττον μεθύσκονται, ταῖς μεγάλαις κωθωνιζόμενοι; Quare minus inebriantur, qui magnis (poculis) potant? Cicero: Poscere maioribus poculis. Sic ille in Verrem I, 26: Fit sermo inter eos et invitatio, ut Graeco more biberetur. Poscunt maioribus poculis. [Aristophanes Equit. v. 107. ἔλχ', ἔλκε τὴν τοῦ Δαίμονος τοῦ Πραμνίου. ubi Berglerus: „Subintelligitur κύλικα, aut simile." quem vide etiam ad Alciphron.

Digitized by Google

p. 148. s. Theognis v. 484. Brunck. *πολλὰς πίνων.* Palladas XXI. v. 9. *μίαν δ' ἐπιπίνομεν αὐτοῖς.* SCHAEF.]

* ΚΥΝΕΗ, Galea.

Κυνέη, quando *ἐλλιπῶς* pro galea usurpatur, subauditur aliquoties apud Homerum, ubi de sortitione sermo est. Sic Iliad. ψ. 352. *Ἐν δὲ (κυνέῃ) κλήρους ἐβάλοντο.* et v. 353. *Ἐκ δὲ (κυνέης) κλῆρος θόρε Νεσορίδαο.* Plene idem Iliad. γ. v. 316. *Κλήρους ἐν κυνέῃ χαλκήρεϊ πάλλον ἑλόντες.* SCHWEB.

* ΚΥΡΙΟΣ, Dominus.

In *αὐτὸς*, quando hoc pronomen absolute a servis de Domino usurpatur; item ab ancillabus de Domina. Sic Arrianus Dissert. L. I. c. 19. *τί ποιεῖ αὐτός;* quid agit dominus? Idem L. II. c. 19. *ὑπ' αὐτοῦ.* a domino. [In talibus non ellipsis est nominis *κύριος*, sed pronomen *αὐτὸς* vicem gerit illius nominis. Verissime Casaubonus ad Theophr. p. 34. ed. Fisch. „Sunt *αὐτὸς* et *ἐκεῖνος* voces servorum, quas honoris causa [malim, compendii causa] propriorum nominum loco usurpabant.“ Idemque de aliis huiusmodi locutionibus tenendum, e. c. de voce Pythagoreorum, *αὐτὸς ἔφα.* SCHAEF.] 1 Corinth. VI. 19. *οὐκ ἐστὲ ἑαυτῶν.* s. *κύριοι.* Sic ellipsin supplet Onosander c. X. s. 7. *Τὸ μὴ αὐτὸν εἶναι τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς κύριον.* v. Kusterus ad Aristophanis Nub. v. 219. coll. hoc ipso libro in *διδάσκαλος.* Item in locutionibus *εἶναι ἑαυτοῦ, γενέσθαι ἑαυτοῦ:* quam ellipsin supplet Onosander l. c. SCHWEB.

Recte omnino celeb. Abresch. in animadv. ad Aeschylum L. I. p. 172. *ἑαυτοῦ εἶναι* satis obvium esse pro *ἑαυτοῦ κύριον εἶναι.* Huc refer illud Paulli Apostoli 1 Cor. VI. 19. *καὶ οὐκ ἐστὲ ἑαυτῶν.* Nec estis ipsi vestri iuris. F. ST.

Digitized by Google

ΚΩΛΥΜΑ, Impedimentum.

Deest haec vox in *ἐμπόδιον*, cum obstaculum significat. Addit Euripides Ione v. 862:

Τί γὰρ ἐμπόδιον κώλυμ' ἔτι μοι.

* Utrumque copulâ interpositâ iungit Lucianus T. III. p. 141. *καθάπερ τι κώλυμα καὶ ἐμπόδιον προορώμενοι.* Legitne in Ione T. γ. ἐ. *κώλυμά τέ μοι*? Ceterum de hac ellipsi Dorvillius ad Charit. p. 111. „Revera natura sua esto adiectivum [*ἐμπόδιον*], at quodvis substantivorum, non solum *κώλυμα* reticetor.“ SCHAEF.

* ΚΩΛΥΤΟΝ, Prohibitum.

141 Adiecimus hanc vocem, non quod talis Ellipsis usitata sit graecis scriptoribus, sed quod in Novo Testamento observanda est, qui liber inter omnes graecos alios est praestantissimus. Utimur autem Ellipsi huius vocis in explicatione locorum Matth. XV, 5. Marci VII, 11. (n) Notum est, Servatorem in iis locis reprehendere Pharisaeos, quod aliquando liberos a parentum cura abducerent, eo praetextu, quod pecuniam suam Deo oblationis loco dederint. Quotiescunque ergo parentes egeni a liberis suis aliquid peterent, ex ipsorum instructione, ita ipsis respondebant: *Δῶρον, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς.* Donum, sive oblatio, qua ex me posses utilitatem capere. Viderunt quamplurimi ex viris doctis, subaudiendum hic esse aliquid, sed varie circa hunc locum sunt versati. Possinus Spicileg. Evang. c. 45. p. 108. edit. Fabricii ellipticam orationem hanc vocat, sed, quae omissa sunt, non indicat. Non opus est, ut aliorum sententias operose dispiciamus, quum illis omnibus refutandis charta nostra nimium futura sit curta. Optimus huius loci a tantis perversionibus vindex exstitit Vir in orientali litteratura versatissimus G. E. Edzardi, qui de eo in notis ad tractatum Talmu-

Digitized by Google

dicum Avoda Sara c. 2. pag. 292. sq. prolixe tractat. Nimirum formula, quam in Pharisaeis reprehendit Servator, desumta est ex iure Iudaico, quare ex eodem et illustranda erit, et supplenda. Nos e multis aliis locis a laudato Edzardo adductis unum saltem adducimus ex Avoda Sara fol. 27, 1. ubi sic Rabbi- 142
nistae: וחתנן קונם שאני נהנה מן הערלים מותר Traditio: בערלי ישראל ואסור במולי אומות העולם est, si quis dicat: Res sacrata mihi erit, quidquid utilitatis ad me posset redundare a praeputiatis, (i. e. Voveo, me nihil utilitatis esse percepturum ex praeputiatis) ei licet commodum percipere ex praeputiatis Israelitis, at non licet illud percipere ex circumcisis gentibus. Ex hoc et aliis similibus locis, ab Edzardo et aliis adductis, constat apertissime, sermonem Servatoris nostri esse abbreviatum, et vel מותר, licitum est, vel אסור, prohibitum est, subaudiendum. Prius locum non habet, quia quod Deo semel sacratum erat, in alios usus minime transferri potest. Ergo adsumimus posterius cum Edzardo pag. 295. et verba nostrorum Evangelistarum ita exponimus: Si quis dixerit patri vel matri suae: Res sacrata est, ex qua a me iuvari potuisti: (h. e. vovi, te nulla re a me posse iuvari) ergo nec licebit mihi, res Deo semel sacratas aliis et profanis usibus impendere. SCHOETTG.

(n) Vide, quae infra de ellipsi Verborum, sub voce ὀφείλειν, notavi. MICH.

* ΚΩΠΗ, Remus.

Aristophanes Acharn. 552: *θαλαμίων* [imo *θαλαμιῶν*. v. Brunck. ad h. l. SCHAEF.] *τροπουμένων*, ubi *θαλαμίαι τροπούμεναι* sunt remi, qui loro ad scalmum alligantur. Quem locum Frischlinus male expressit. *Θαλαμία* autem, subint. *κώπη*, est remus, quo re-

Digitized by Google

143 miges infimi ordinis, *θαλάμιοι* apud Graecos dicti, utebantur. Videantur Hesychius et Kusterus ad h. l. Item Florens Christianus ad Pacem 1231. LEISN. Etymol. M. c. 441, 23. *Θαλαμίδιοι κῶπαι, αἱ ἠρέμα ἐλαύνουσαι.* Sic et Suidas T. II. p. 162. Carent Lexica voce *θαλαμίδιος*: iure. Corrupta est enim, (perinde ut alia plura huius generis, e. c. *ἀχαρίδιος*, *ἀνεμίδιος*, *δραχμίδιος*, *στατηρίδιος*, de quibus vid. Kusterus ad Suid. T. I. p. 195. in Clerici Biblioth. Sel. T. XXIV. P. I. p. 93. et ad Schol. Aristoph. Av. v. 696. Toup. Emend. T. II. p. 422.) scribendumque *θαλαμιαῖος*, quod Lexicis, a quibus item abest, tuto inferas. SCHAEF.

* Homerus Od. X. v. 130. *οἱ δ' ἅμα πάντες ἀνέρριψαν.* quod elliptice dictum putant. Ernestius quidem ad Od. XI. v. 238. supplet *ἐρετμά.* Possis item *κώπας* subaudire, et comparare *τὰς κώπας ἀναφέρειν*, de quo vid. Villoison. ad Longi Pastor. p. 196. sq. Sed iam Toupius Emend. in Suid. T. III. p. 30., facta comparatione aliorum Odysseae locorum, legendum monuit *οἱ δ' ἅλα π. ἀ.*: hancque emendationem Scholiorum Harleianorum auctoritate nuper confirmavit Porsonus p. 38. b., in textum nunc ipsum admisit Wolfius. SCHAEF.

Λ.

* ΛΑΓΑΝΑ, Placentae.

Λάγανα subauditur in *τὰ ἄζυμα*, in Novo Testamento passim, collata versione septuagintavirali in חַלּוֹת מַצּוֹת. MICH.

* ΛΑΓΩΟΣ, Lepus.

In *πτώξ*, apud Suidam aliosque *ἐλλιπῶς* posito. Plene est apud Homerum Iliad. X. v. 310. *πτῶκα λαγωόν.* SCHWEB. Dicitur de quovis animali timido: nam est *παρὰ τὸ πτώσσειν*, ut syno-

Digitized by

nymon πτὰξ, quod Schützius, praeeunte editore Glasguensi, Aeschylo Agam. v. 137. in minori editione vindicavit, παρὰ τὸ πτήσσειν. Hesychius: Πτῶκες. δειλοί. λαγωοί. δορκάδες. ἔλαφοι. νεβροί. Obiter videamus Philostratum Icon. II. 2. p. 812. κολακεύει δὲ αὐτὸν ὁ Χείρων, οἷον λέοντα, πτῶκας ἁρπάζειν, καὶ νεβροῖς συμπέτεσθαι. Mirum negotium leo lepores et hinnulos currendo sectans: magis etiam mirum negotium Achilles tali in re leoni collatus. Id, opinor, sentiens Valckenarius ad Herodot. p. 650, 10. corrigendum censuit οἷόν τε ὄντα. Equidem suspicor οἷον θέοντα πτ. ἁ. Compara Tyrtaeum III. v. 4. νικᾷῃ δὲ θέων Θρηΐκιον βορέην. (Sic Dionysius Hal. Ant. Rom. T. I. p. 370. γεωργικὸς ἀνὴρ, καὶ τὸν βίον ἀνεπίλημπτος, οἷος μηδὲν ἂν ψεύσασθαι κέρδους ἕνεκα ἰδίου. In Epigr. adesp. DCLXVII. leg. οἷος ἐκείνας ψεύσασθαι. Οἶδεν enim, quod Iacobsius nuper coniecit, per linguae indolem hîc stare non potest, cum sit novit, non norat.) SCHAEF.

* ΛΑΜΠΑΣ, Candela.

Aristophanes Ecclesiaz. v. 1035. ἢν περιῇς γέ που τῶν κηρίων. si consumtis cereis superstes sis. Brunckius ad h. l. „Suspectum est mihi κηρίων, quod nullibi legisse memini ea significatione, quam huius loci sententia flagitat, nempe pro cereis candelis. Scribendum κηρίνων, et notanda ellipsis substantivi λαμπάδων.“ SCHAEF.

* ΛΑΟΣ, Populus.

Stylo novi testamenti negligitur ad nomen Ἰσραὴλ, v. g. Act. I. 6. XIII. 23. 24. ubi pro τῷ Ἰσραὴλ statim plene τῷ λαῷ Ἰσραὴλ. Conf. etiam Matth. VIII. 10. XV. 21. XXVII. 42. Marc. XV. 32. Luc. I. 68. II. 25. 34. IV. 25. VII. 9. etc. In quibusdam locis, si mavis, supple οἶκος ex Matth. X. 6. F. ST.

Digitized by Google

* ΛΑΧΑΝΟΝ.

In *ἡδύοσμον*, mentha, Matth. c. XXIII, 23. coll. Lucae Evang. c. XI, 42. MICH.

* ΛΕΓΟΜΕΝΑ, Dicta.

Proverbialiter dicimus *τὰ ἀπὸ τρίποδος*. subaudi *λεγόμενα*, vel *χρησθέντα*. Hesychius: *παροιμία ἐπὶ τῶν ἀληθῶς λεγομένων, ἤτοι ἀπὸ τοῦ Δελφικοῦ τρίποδος, ἢ ἀπὸ τοῦ Πυθαγορικοῦ.* [Galenus Hippocr. Gloss. Explic. prooem. p. 55. extr. H. Steph. *νομίζω δή σοι τὰ ὑπὸ Ἀριστοφάνους ἀρκέσειν.* subaudi *λεγόμενα* s. *λεχθέντα*. SCHAEF.] Etiam in *μεταξὺ* subaudiendum *λεγομένων* apud Theophrastum charact. c. 7. Plene *μεταξὺ λεγομένων* est apud Lucianum in Philopseud. *μεταξὺ λόγων* autem in Dial. Charontis et Mercurii etc. LEISN. Hemsterhusius ad Luciani Coll. Sel. p. 59. „*Μεταξὺ λόγων.* Loquendi formula, quam usurpabant, si quid ab instituta oratione alienum sermonibus intersereretur. Apollodorus apud Pollucem X, 93. *Μεταξὺ τῶν λόγων δὲ τουτί μοι δοκεῖ* ubi a me quaedam sunt observata.“ Haec in maiore Luciani editione frustra quaeras. SCHAEF.

* ΛΕΓΩΝ, Dicens.

Hoc aut aliud participium eiusdem significationis, velut *εἰπών*, *κελεύων*, passim subaudiendum est ad integritatem orationis. Sophocles Ai. v. 726. *τὸν τοῦ μανέντος κἀπιβουλευτοῦ ϛρατοῦ* (an *ϛρατῷ*?) *Ξύναιμον ἀποκαλοῦντες, ὡς οὐκ ἀρκέσει κ. τ. λ.* ubi Brunckius: „*ὡς οὐκ ἀρκέσει.* — — Extrinsecus adsumendum participium *λέγοντες.*“ Euripides Phoen. v. 1469. ed. Valck. *ἀνῆξε δ' ὀρθὸς λαὸς εἰς ἔριν λόγων, Ἡμεῖς μὲν, ὡς νικῶντα δεσπότην ἐμὸν, Οἱ δ', ὡς ἐκεῖνον.* ubi v. Valcken. Diodorus Sic. Eclog. T. II. p. 490. 44. *ἔπεμψεν ἀγγελιαφόρον μὴ θυρυβεῖσθαι αὐτόν.* Add. Wass.

Digitized by Google

ad Thucyd. p. 293, 65. in Dukeri praefat. Wesseling. ad Diod. Sic. T. I. p. 726, 74. SCHAEF.

* ΛΕΞΙΣ, Vox.

Apud Longinum Sect. XXXII: *ἐνταῦθα τῷ πλήθει τῶν τροπικῶν ὁ κατὰ τῶν προδοτῶν ἐπιπροσθεῖ τοῦ Ῥήτορος θυμός.* Hic multitudi- 144
ne metaphorarum ira rhetoris in proditores proruit. [Imovertendum: Hic multitudinem metaphorarum ira rhetoris in proditores obnubilat et abscondit. vid. Toupium p. 339. SCHAEF.] *Τῶν τροπικῶν* sc. *λέξεων.* Quae ellipsis, paucis interiectis, denuo occurrit. [*μεγάλαι τὴν Φύσιν εἰσὶν αἱ τροπικαί.* SCHAEF.] LEISN. Citat Didymum *ἐν τῇ τροπικῇ λέξει* Lexicon Sangermanense Ms. Vid. Ruhnken. ad Tim. p. 4. Longe diversi generis sunt *τὰ τροπικὰ* Dialecticorum, de quibus in Spenceri Annotat. ad Origen. c. Cels. p. 85. sqq. SCHAEF.

* In *πεζῇ*, oratione pedestri: unde *πεζῇ λέγειν.* et opponitur *τῇ ἐμμέτρῳ* s. *τῇ μετὰ μέτρων.* v. Hoogeveen ad Viger. p. 87. Sic etiam Horatius L. II. Od. XII. 9. Pedestribus historiis. Eodem modo apud Latinos in prorsa et versa subauditur oratio. SCHWEB. Ammonius p. 131. ed. Valck. *ὁ δίχα μέτρου λόγος, ὁ προσαγορευόμενος πεζός.* Schol. Ven. ad Homer. Il. II. v. 252. *ἀθετοῦνται ςίχοι ἑ, ὅτι πεζότεροι τῇ συνθέσει.* ubi notetur usus comparativi, paullo ille quidem rarior. Hinc nata aliquot vocabula boni commatis, ab Eustathio usurpata, quae in Lexicis frustra quaeras, *πεζολέκτης* (ad Iliad. p. 569, 7. Rom. 432, 10. Bas.), *πεζολογία* (ad Odyss. p. 1888, 1. 728, 33.), *πεζολογικῶς* (ad Odyss. p. 1833, 50. 651, 3.). Transiit haec Scotti industria, cum ad defectus Lexicorum explendos etiam Eustathii commentariis uteretur. SCHAEF.

Digitized by Google

ΛΕΧΟΣ, Lectus.

In *τὸ ϛρωτὸν*, stratum. [Sic *ἐλλιπῶς* legitur in Apollodori Bibl. III, 10, 2. nisi fallit Valckenarii meaque coniectura. Vid. Melet. Crit. I. p. V. 88. Talibus locis rectius *Φάρος* subaudias. Plene Sophocles Trachin. v. 917. *ὁρῶ δὲ τὴν γυναῖκα δεμνίοις τοῖς Ἡρακλείοις ϛρωτὰ βάλλουσαν Φάρη.* SCHAEF.] Plene dixit Euripides Oreste v. 313: *Μένε ἐπὶ ϛρωτοῦ λέχους*, mane in strato lecto. [qui alibi *λέκτρον* addit. Helen. v. 1281. ed. Musgr. *καὶ ϛρωτὰ Φέρεται λέκτρα σώματος κενά.* Sed Hesiodus Theog. v. 797. *στρωτοῖς ἐν λεχέεσσι.* Homer. Hymn. in Cerer. v. 285. *ἀπ' εὐϛρώτων λεχέων.* SCHAEF.]

* ΛΗΠΤΕΟΝ, Accipiendum.

Quum Grammatici monere volunt, vocem aliquam ex superiori loco repetendam, et ex praecedentibus quasi quodam communitatis iure assumendam esse, dicunt *ἀπὸ κοινοῦ*, supple *λῃπτέον*, *ὑπακουϛέον*, aut simile. LEISN. Simplicius suppleas *ἐϛί.* Sic Schol. August. ad Euripid. Phoeniss. v. 253. Valck. *ἵν' ᾖ* (conf. Valckenar. p. 91. b.) *ἀπὸ κοινοῦ τὸ πείσεται.* Quamquam non nego, saepius reperiri *λῃπτέον ἀπὸ κοινοῦ.* Sed in talibus simplicissimum quidque optimum. SCHAEF.

* ΛΙΒΑΣ, Gutta.

Dionysius Halicarnasseus de Structura Orat. Sect. 4. ex Hegesia: *οὐ γὰρ μικρὰν εἰς Θηβαίων ὕδωρ ἔπτυσεν ὁ Διόνυσος. Ἡδὺς μὲν γάρ ἐϛι, ποιεῖ δὲ μαίνεσθαι.* Neque enim (guttulam) in Thebanam undam evomuit Bacchus. Est quidem potu dulcis, parit vero insaniam. Quo in loco consequentia satis arguunt, in *μικρὰν* ellipsin esse substantivi feminini *λιβάδα*, vel *χύσιν*, aut consimilis. vid. Sylburg. LEISN. Tum laceris scriptorum fragmentis non utendum, ut novas ellipses fabriceris. SCHAEF.

Digitized by Google

ΛΙΘΟΣ, Lapis.

In *δομαῖος*. Apollonius Rhodius L. I. vers. 737:

— — — *τῆς οἵγε νέον βάλλοντο δομαίους*
Ἰέμενοι (a).

[Plene Epigramm. adesp. CCIV. v. 3. *Φοῖβος ἐπωμαδὸν ἦρε δομαῖον Λᾶα.* SCHAEF.]

(a) Item ante Adiectiva a nōminibus gemmarum deducta; it. ante *μαργαρίτης*. An etiam in *θεμέλιος*, fundamentum? An et in *ὁ ςάδιος*, pro quo et *τὸ ςάδιον*, subaudito forsan *διάςημα* vel *σημεῖον*, dicitur? MICH. 145

* In *σάρδινος*, *ἀετίτης*, *ἀμέθυσος*; *ἀκρογωνιαῖος*, Ephes. II, 20. (b) In verbo *βάλλειν*. (c) Iosephus Antiquitatum Iudaicarum Lib. III, 1, 5: Sic itaque (Moses) mitigavit ipsos, *καὶ τῆς τοῦ βάλλειν ὁρμῆς ἐπέσχε*, et a lapidando absterruit. SCHOETTG.

(b) *Ἴασπις*, *σμαράγδινος*. Additur nomen a Ioanne in Apocalypsi c. IV, 3: *ὅμοιος λίθῳ ἰάσπιδι καὶ σαρδίνῳ*. BERNH.

(c) Tyrtaeus in Sententiis supplet ellipsin, *μεγάλοις βάλλετε χερμαδίοις*. BERNH.

* In *ὁλοοίτροχος*, cursu perniciosus. Homerus Iliad. N. v. 137. Plene dixit Xenophon L. IV. K. A. p. 194. *ὁλοτρόχους ἁμαξιαίους, καὶ μείζους καὶ ἐλάττους λίθους*. rotunda saxa ingentia (plaustralia) cet. [Alio modo explet Theocritus XXII. v. 49. *πέτροι ὁλοοίτροχοι*. quod ibidem statim sequitur *οὔςτε*, bene habet. Conf. Homer. Il. XIII. v. 138. Obiter moneo, eiusdem poëmatii v. 168. scribendum esse *πνοιὴ ἄγοισ' ἀνέμοιο*. SCHAEF.] In *μάρμαρος*, albus. Homer. Iliad. M. v. 380. *μαρμάρῳ ὀκριόεντι βαλών*. s. *λίθῳ*. [Plene Callimachus H. in Apoll. v. 23. ex emendatione Valckenarii (Koppiers. Observ. Philol. p. 140. Ruhnken. Epist. Crit. p. 131.): *λίθος ἐςήρικται μάρμαρος*. Aliter Euripides Phoeniss. v. 1416. ed. Pors. *λαβὼν δ' ἀφῆκε μάρμαρον πέτρον*. SCHAEF.] In proverbiali locutione: *Πάντα κινεῖν*. s. *λίθον*. omnem lapidem movere. Thucydid. L. I. c. 93, [Phrasin *πάντα κινήσειν* in Libanii ep. 261. supplet

Wolfius per *λίθον*. coll. ep. 412. F. ST. „Lucian. de morte Peregr. 12. p. 324. To. 3. *πάντα ἐκίνουν*. Integrum — proverbium est, et *πάντα λίθον κινεῖν* (Plin. 1. ep. 20. 15.): v. Zenob. Paroemm. 6, 63. Apostol. 15, 65.: et *πάντα κινεῖν πέτρον* (Eurip. Heraclidd. 1002.): v. Diogen. 7, 42." Fischer. ad Weller. III. 1. p. 258. Suppleas etiam *κάλων*. Proverbiales enim locutiones eiusdem significationis sunt, *πάντα κάλων κινεῖν*, *σείειν*, *ἀνασείειν*, *ἐξιέναι*. Philo de Somn. p. 162. ed. Wechel. *πάντα μὲν οὖν ἀνασείειν κάλων* (Cod. *καλὸν*. voluit *κάλον*, quae forma haud raro occurrit, sic tamen ut libri fere varient. Conf. Wesseling. ad Diodor. Sic. T. I. p. 203, 84. ad Herodot. p. 115, 32. Facius ad Pausan. II, 37, 5. Brunckius ad Aristoph. Pac. v. 458. Iacobsius ad Crinagor. XV. v. 2. Add. Diodor. Sic. XVII. c. 43. ubi nulla ex libris enotata varietas.) *ἀχαλίνου στόματος καὶ κατηγόρου γλώττης*. ad q. l. lege doctam notam Hoeschelii p. 255. et conf. Hemsterhus. ad Lucian. T. I. p. 173. Valckenar. Diatr. in Fragm. Euripid. p. 233. Toup. Emend. in Suid. T. II. p. 20. sq. Musgrav. ad Eurip. Med. v. 282. Belin. ad Lucian. T. V. p. 315. SCHAEF.] Idem in illo Senario: *δὶς πρὸς τὸν αὐτὸν (λίθον προσκρούειν) τοῦτον οὐκ ἔστι σοφοῦ*. Quam ellipsin supplent Zenobius III. 29. et Diogenianus IV. 19. Sic Latine habet Ausonius epistol. XI. p. 615. tu ut tua culpa ad eumdem lapidem bis offenderes. SCHWEB.

* ΛΙΜΗΝ, Portus.

Ἐλλιπῶς apud scriptores saepe leguntur verba *ἀνάγειν*, *κατάγειν*, *καταίρειν*. in quibus subauditur *εἰς λιμένα*, vel *ἀπὸ λιμένος*. Sic Homerus Odyss. γ. 10. *Οἱ δ' ἰθὺς κατάγοντο*. s. *εἰς λιμένα*. Actor. XXVII. 2. *Ἀνήχθημεν*. Plena locutio occurrit apud Arrianum Dissert. L. III. c. 21. *Ἀλλ' ἀπὸ λιμένος*

Digitized by Google

μὲν οὐδεὶς ἀνάγεται. cf. Eustathium ad Ilíad. Σ. p. 953. l. 31. Sic in *καταίρειν* ellipsin supplet Dionysius Hal. L. I. p. 43. *Κατάραντες εἰς λιμένα καλόν.* SCHWEB. Haec quoque ellipsis sine causa idonea conficta est; poteratque Schwebelius eodem iure Ellipsium Catalogum augere his nominibus, *Βαβυλὼν*, *Ῥώμη*, *Σοῦσα*, aliis id genus, ut significationem verborum *ἀναβαίνειν* et *καταβαίνειν* singularem explicaret. SCHAEF.

* Neglexit Diodorus Sic. Bibl. L. IX. in adiectivo *Φαληρικῷ*, Phalareo, vel potius emendante Scheffero Phalerico (vel Phaleraeo. Steph. Byzant. *Φαληραῖος*.) Portu dixit Nepos in Themistocl. VI. 1. Idem vocabulum, vel *ἀκτὴ*, quod adiicit Musaeus de Her. et Leandr. vs. 259. subaudiendum in *ναύλοχος*, de quo conf. progr. de nominibus Smyrnae §. 1. F. ST. Plene *ναύλοχος λιμὴν* Homerus passim habet. Philonica, quibus utitur Sallierius ad Thom. Mag. p. 927. *τοῖς ἀληθείας ναυλοχωτάτοις ὑποδρόμοις καὶ λιμέσιν ἐνορμίσασθαι.* Obiter moneo, Lexicis inferendum esse nomen *ναυλόχιον*, quo usus est Aristophanes. Vid. Fragm. Babylon. IX. Reperias idem in Lexico Herodoteo p. 176. b. ed. Wessel. SCHAEF.

* ΛΙΤΡΑ, Libra.

In re nummaria apud scriptores saepe supprimitur *λίτρα*, libra. Paeanius Metaphr. L. III. c. 21. *Μισθὸς ἦν τριῶν μυριάδων ἀργυρίου ϛαθμός.* Plene est c. XXII. *Ἀργυρίου λιτρῶν εἰς δέκα μυριάδας.* Eadem ellipsi utuntur Latini in Pondo. Festus, Centenas pondo dicebant antiqui, referentes ad libras. v. Gronovius de Pec. vet. L. I. p. 28. et Sanctii Min. L. IV. c. 4. p. 598. SCHWEB. Diodorus Sic. XIV. c. 116. *χιλίας λαβόντες λίτρας χρυσίου.* SCHAEF.

Digitized by Google

* ΛΟΓΙΖΟΜΕΝΟΣ, Reputans.

Plato in Phaed. de morte Socratis loquens: *ὥςε ἐγκαλυψάμενος ἀπέκλαιον ἐμαυτόν· οὐ γὰρ δὴ ἐκεῖνόν γε, ἀλλὰ τὴν ἐμαυτοῦ τύχην, οἷον ἀνδρὸς ἑταίρου ἐξερημένος εἴην.* Hic *λογιζόμενος*, vel quid simile, subaudiendum. Xenophon Cyrop. VII: *Ὁ μὲν δὴ ταῦτα εἰπὼν ἀπῄει, κατοικτείρων τήν τε γυναῖκα, οἷου ἀνδρὸς ξεροῖτο, καὶ τὸν ἄνδρα, οἵαν γυναῖκα καταλιπὼν, οὐκ ἔτ' ὄψοιτο.* [Ad h. l. Zeunius p. 659. de somniis nugisque aliorum nescio quid crepans, ipse fortiter nugatur. SCHAEF.] Demosthenes: *Δακρύσαι ἔφη, καὶ ὀδύρασθαι τὴν Ἑλλάδα, ὡς διάκειται.* vid. Budaei Comment. Graecae ling. LEISN. Praestat, opinor, simplicior ratio Wyttenbachii Annot. ad Herodot. in Select. Princip. Historic. p. 347. „[Herodot. I. c. 31.] *οἵων τέκνων ἐκύρησε.* Homericus est usus in *οἵων* pro *ὅτι τοίων*, sive *ὅτι τοιούτων.* Argivae beatam praedicabant matrem, quod tales nacta esset filios. Il. σ, 95. *Ὠκύμορος δή μοι τέκος ἔσσεαι, οἵ' ἀγορεύεις.* Od. δ, 611. *Αἵματος εἷς ἀγαθοῖο, Φίλον τέκος, οἵ' ἀγορεύεις.* quem versum laudat Aristides Orat. T. I. p. 25. Simonides Epigramm. XCIV. apud Brunck. Analect. T. I. p. 144. *Οἰκτείρω σε, τάλαν Καλλία, οἵ' ἔπαθες.* Euripides Med. 23. Hinc explicandus Aelianus Hist. An. V, 54. *Ἦν δὲ ἄρα ἡ πάρδαλις καὶ τοῦ πιθήκου δολερώτερον, οἵας γοῦν ἐπ' αὐτοῖς παλαμᾶταί τε καὶ ῥάπτει τὰς πάγας.*" Cum loco Aelianeo compares Homer. Hymn. in Mercur. v. 282. sqq. Homerus Il. VI. v. 166. *τὸν δὲ ἄναικτα χόλος λάβεν, οἷον ἄκουσεν.* XXII. v. 346. *αἲ γάρ πως αὐτόν με μένος καὶ θυμὸς ἀνείη, Ὤμ' ἀποταμνόμενον κρέα ἔδμεναι, οἷά μ' ἔοργας.* [Praemisso participio satisque accommodate ad Leisneri rationem Odyss. XVI. v. 92. *ἦ μάλα μευ κατα-δάπτετ' ἀκούοντος Φίλον ἦτορ, Οἷα Φατὲ μνη-*

Digitized by Google

ϛῆρας ἀτάσθαλα μηχανάασθαι.] Odyss. XVII. v. 479. μή σε νέοι διὰ δώματ' ἐρύσσωσ', οἳ' ἀγορεύεις. Ibid v. 160. τοῖον ἐγὼν οἰωνὸν ἐϋσσέλμου ἐπὶ νηὸς Ἥμενος ἐφρασάμην. ubi Ernestius: „οἷον edd. vett. [it. codd. Vindobb. et Harlei.] quod et ipsum rectum.“ imo melius. XVIII. v. 72. Ἦ τάχα Ἶρος ἄϊρος ἐπίσπασον κακὸν ἕξει, Οἵην ἐκ ῥακέων ὁ γέρων ἐπιγουνίδα φαίνει. quae non est exclamatio, sed aetiologia, cur Irus malum habiturus sit: quod miror non vidisse virum optimum, Dammium, N. Lex. Gr. c. 59. Ibid. v. 219. οὐκέτι τοι Φρένες εἰσὶν ἐναίσιμοι, οὐδὲ νόημα, Οἷον δὴ τόδε ἔργον ἐνὶ μεγάροισιν ἐτύχθη, κ. τ. λ. quae vulgo perperam interpungunt. Sophocles Oed. T. v. 701. Κρέοντος, οἷά μοι βεβουλευκὼς ἔχει. Euripides Alcest. v. 969. Musgr. οἱ δὲ δεσπότιν Στένωσιν, οἵαν ἐκ δόμων ἀπώλεσαν. Herodotus VIII. c. 12. ἐς φόβον κατιζέατο, ἐλπίζοντες πάγχυ ἀπολέεσθαι, ἐς οἷα κακὰ ἧκον. bene Interpres: ut qui in tantum malorum devenissent. Thucydides VII. c. 75. ἄλλως τε καὶ ἀπὸ οἵας λαμπρότητος καὶ αὐχήματος τοῦ πρώτου ἐς οἵαν τελευτὴν καὶ ταπεινότητα ἀφῖκτο. Interpres ex ratione Leisneri: praesertim cogitantibus, quanto ex splendore etc. Plato T. X. p. 244. καὶ τοὺς ἄλλους ποιητὰς τοὺς ἀγαθοὺς ζηλῶν, οἷα ἔκγονα ἑαυτῶν καταλείπουσιν. Lucianus T. I. p. 135. s. ἀληθὲς ἄγοντας τὸ πένθος, οἷος αὐτοὺς ὁ θύννος ἐκ μυχοῦ τῆς σαγήνης διέφυγεν. T. II. p. 124. ἔνθα δὴ ἐγὼ ἐποτνιώμην (sic leg. conf. Schol. ad Euripid. Orest. v. 213. Thomas Mag. p. 732. Abresch. Lect. Aristaen. p. 245. Ruhnken. ad Tim. p. 221.) τε καὶ ἐδάκρυον, οἷα ἔμελλον ἀγαθὰ καταλιπὼν αὖθις πλανηθήσεσθαι. Sic et ὅσος. Herodotus VII. c. 169. ἐπιμέμφεσθε, ὅσα ὑμῖν ἐκ τῶν Μενέλεῳ τιμωρημάτων Μίνως ἔπεμψε μηνίων δακρύματα. Idem II. c. 175. in. πολλὸν πάντας ὑπερ-

Digitized by Google

βαλλόμενος τῷ τε ὕψεϊ καὶ τῷ μεγάθεϊ, ὅσων τε τὸ μέγαθος λίθων ἐςὶ καὶ ὁκοίων τέων. ubi *ἡ ποιότης* iuncta *τῇ ποσότητι*, quemadmodum in Epigr. adesp. CCCLXXIV. *ἀρετάων Ἀσκληπιοδότου τὸ κλέος ἀθάνατον, Ὅσσα καὶ οἷα πόρεν γέρα πατρίδι.* SCHAEF.

146 * ΛΟΓΙΣΤΕΟΝ, Considerandum.

Dionysius Halicarnass. de Struct. Orat. Sect. XXI. pag. 172. edit. Uptonii: *Μή ποτ' οὖν κρεῖττον ἢ λέγειν.* i. e. (considerandum est,) an satius sit affirmare etc. ubi Upton recte monet, esse ellipsin *τοῦ Λογιςέον* vel *Σκεπτέον.* [Vid. infra ad v. *Σκεπτέον.* SCHAEF.]

* ΛΟΓΟΙ, Sermones.

Facile est iudicatu, abesse hoc vocabulum in Basilii Magni homil. *εἰς τοὺς ἁγ. μ. μαρτ.* p. 411: *Τούτους τοὺς παρακλητικοὺς ἐνδιδόντες ἀλλήλοις.* Plene dicendum fuit, *παρακλητικοὺς λόγους.* BERNH.

ΛΟΓΟΣ, Oratio.

In *ὁ ἐπιτάφιος*, funebris, supp. *λόγος*, oratio. Plene *λόγον ἐπιτάφιον* dixit Dionysius Halicarnasseus Lib. V. p. 291: *Καὶ προελθὼν ἐπὶ τὸ βῆμα, τὸν ἐπιτάφιον ἔλεξεν ἐπ' αὐτῷ λόγον:* Et progressus ad tribunal, funebrem in eum dixit orationem. [Item plene, sed aliter, Plutarchus Mor. T. I. p. 869. *Τῶν Ἀθηναίων δέτινος ἔπαινον ἐπιτάφιον ἀναγινώσκοντος τῶν πεσόντων ὑπὸ Λακεδαιμονίων, κ. τ. λ.* SCHAEF.] Elliptice autem passim occurrit *ὁ ἐπιτάφιος τοῦ Δημοσθένους, τοῦ Λυσίου*, etc. Sic *ὁ Παναθηναϊκὸς, Πανηγυρικὸς, Πλαταϊκὸς, Συμμαχικὸς, Μεγαρικὸς*, et similia, dicuntur *κατ' ἔλλειψιν* vocis *λόγος* (d).

Comicus etiam *μηκύνειν* absolute dixit pro *μη-*

Digitized by Google

κύνειν τὸν λόγον, proferre sermonem, in Lysistr. v. 1134. p. 905. *Πόσους εἴποιμ' ἂν ἄλλους, εἴ με μηκύνειν δέοι*; — si (sermonem) extendere par esset. ubi Bisetus: *Εἴ με μηκύνειν δέοι, τὸν λόγον δηλονότι* (e). [Plutarchus Mor. T. I. p. 8. *ἀπαλλάξομαι τοῦ ἔτι περὶ αὐτῶν μηκύνειν.* Plene Herodotus II. c. 35. in. *Ἔρχομαι δὲ περὶ Αἰγύπτου μηκυνέων τὸν λόγον.* Thomas Mag. p. 614. *Μηκύνω τὸν λόγον κάλλιον, ἢ ἐκτείνω.* ubi v. not. SCHAEF.]

* Ἢ *προσφέρεσθαι.* Euripides in Cycl. v. 174. 147 Silenus ad Ulyssem:

Ἄκου', Ὀδυσσεῦ, διαλαλήσομέν τί σοι.

Cui Ulysses:

Καὶ μὴν φίλοι γε προσφέρεσθε πρὸς φίλον.

Veniam dicendi petit Silenus: dat Ulysses, dicens, liberum eis, quippe amicis, esse, (verba) ad amicum facere, *προσφέρεσθαι λόγον πρὸς φίλον.* [Fallitur. Euripidea in editione Musgravii recte vertuntur: Atqui amici accedite ad amicum. Conf. Xenophon Agesil. p. 66. ed. Hutch. *ὃς καὶ πρὸς τοὺς διαφόρους ἐν τῇ πόλει, ὥσπερ πατὴρ πρὸς παῖδας, προσεφέρετο.* ubi vid. nota Hutchinsoni. SCHAEF.] *προσφέρειν* autem *λόγον* graece dici, me monitore opus non est. BERNH. Exempla huius locutionis similiumque si desideras, vide Dorvill. ad Chariton. p. 459. (461.) 639. Markland. ad Eurip. Suppl. v. 600. Villoison. ad Long. p. 211. In talibus medium, quod sciam, nunquam usurpatur: quod ipsum argumento est, falli Bernholdum. Herodotus IX. c. 108. in. *οὐδὲ βίην προσεφέρετο.* Al. *προσέφερε.* bene. SCHAEF.

* Non alienum videtur in usum tironum allatis alia notatu digna exempla addere. Deest haec vox in *κατάλληλος* et *ἀκατάλληλος*, quibus utuntur inprimis scholiastae Graeci, cum volunt decla-

Digitized by

rare, orationem cohaerere, vel minus. [Vellem Schwebelius aliquot exempla huius Ellipsis attulisset. Quae enim ego in promtu habeo exempla usus illarum vocum in Grammaticorum scriptis, non sunt e genere elliptico. Apollonius de Synt. p. 9, 28. *τὸ κατάλληλον τῆς συντάξεως.* p. 222. 29. *προφανὲς γίνεται τὸ ἀκατάλληλον.* p. 224, 28. *διέκριναν τό τε κατάλληλον καὶ ἀκατάλληλον.* Legas quidem in Eustathio ad Iliad. p. 236, 25. (179, 7.) *τοῦ καταλλήλου τῆς συντάξεως.* Sed quis non intelligit, in hoc similibusque locis esse casus obliquos generis neutrius? SCHAEF.] In *συμμιγνύειν.* Polyb. T. I. p. 45. In *διατάσσεσθαι* et *ἀντιδιατάσσεσθαι.* Sextus Empir. p. 404. et 405. In *συμβάλλειν.* Actor. c. XVII. 18. In *αἱρεῖν.* Homer. Odyss. Θ. v. 500. *Ἔνθεν ἑλών.* [Id multi, inprimis e recentioribus, imitati sunt. Vid. Dorvill. ad Charit. p. 92. Toup. ad Longin. p. 350. SCHAEF.] In *ἀπαμείβεσθαι.* Idem Iliad. A. v. 84. et alibi saepe: quamquam in hoc saepius *μύθοις* habet Homerus, quod perinde est. e. g. Od. B. v. 83. Iliad. Γ. v. 171. Sic Terentius Phorm. Act. IV. Sc. III. v. 33. tria non commutabitis verba. In *ὑπολαμβάνειν.* Xenoph. L. II. K. II. p. 101. In *ἐπιφέρειν.* Dionys. Hal. L. VII. p. 430. In *τείνειν.* Sophocl. Aiax v. 1059. Verbum compositum *παρατείνειν* cum voce expressa *λόγους* est Actor. XX. 9. [Sic et *ἐκτείνειν.* Vid. de his vir. doct. ad Thom. Mag. p. 614. SCHAEF.] In *μηκύνειν*, quo etiam Herodotus *ἐλλιπῶς* usus est L. III. c. 60. ellipsin supplet Sophocles Electr. v. 1514. *Μηδὲ μηκύνειν λόγους.* SCHWEB.

* In *μαντευτὸς* ap. Xenoph. Lib. IV. expedit. Cyri p. 219. *ὅσπερ αὐτῷ μαντευτὸς (λόγος) ἦν ἐκ Δελφῶν.* Conf. Misc. Obs. Crit. Vol. V. p. 235. F. ST. Mire abutitur vir doctissimus Xenophontis loco, qui sic habet p. 334. ed. Schneid. *ἐθύετο τῷ Διῒ τῷ*

Digitized by Google

Βασιλεῖ, ὅσπερ αὐτῷ μαντευτὸς ἦν ἐκ Δελφῶν. Obiter moneo, vocem μαντευτὸς, Abreschio Misc. Obs. Crit. l. c. paullo rariorem visam, reperiri etiam in Euripidis Ion. v. 1228. Musgr. (mox v. 1237. πυθόχρηςος). Philostratea exempla excitavit Wesselingius ad Herodot. p. 434, 58. Legitur item in Heliodoro L. IX. in. ὑπὸ τοῦ μαντευτοῦ τῆς ψυχῆς. Sed locus hic corruptus est, scribendumque μαντευτικοῦ, quod et Corayo placere intellexi. Frequens satis commutatio talium formarum: frequentissima adiectivorum αἰσθητὸς et αἰσθητικός. Vid. Dundass. in Addend. ad Oribas. p. 28. [coll. Reisk. in Add. ad Anon. Introd. Anatom. in., qui partim recte, partim secus:] vitium hoc irrepsisse credens ex contracto scribendi modo, et Wyttenbach. ad Plutarch. Mor. T. I. p. 347. SCHAEF.

(d) Aristophanes Equit. 615. sq.: ἐπελθεῖν ἅπαντά τινι σαφῶς, sc. λόγῳ, omnia dilucide alicui explicare (oratione.) Et Vesp. 634: πάντα ἐπέρχεσθαι, omnia (oratione) persequi. [Sic διέρχεσθαι. Diodorus Sic. V. c. 84. in. Ἐπεὶ δὲ περὶ τῶν ἀξιολογωτάτων νήσων διήλθομεν, κ. τ. λ. Lucianus T. I. p. 50. Καὶ ταῦτα μὲν, ἃ σὺ διῆλθες, κ. τ. λ. Paullo rarius hoc sensu διαπορεύεσθαι. Diodorus Sic. Fragm. T. II. p. 638. sq. ἀφεὶς γὰρ τὸ τὰ συντελεσθέντα ὑπ' αὐτοῦ καλῶς διαπορεύεσθαι, κ. τ. λ. Conf. Wyttenb. Annot. ad Xenoph. p. 370. SCHAEF.] Genitivus λόγων potest etiam subaudiri in διὰ πλειόνων, διὰ βραχιόνων ποιήσασθαι μνήμην. Διὰ βραχέων μεμνῆσθαί τινος. Deest λόγος etiam in ἰδιώτης, i. e. vulgaris dicendi forma, apud Dionysium Halicarnasseum in Iudicio de Lysia §. 3. Etiam in illo Scholiastarum τὸ ἑξῆς pro serie orationis seu ordine, supplendum est τοῦ λόγου, ut sit τὸ ἑξῆς τοῦ λόγου, quod ipsum interdum additur. vid. Stephani Proparasc. Thucyd. LEISN.

(e) Et alia talia occurrunt. Sic Libanius epist. 8. p. 22. bis dixit εἰπεῖν, pro εἰπεῖν λόγον, habere (sermonem:) cui et respondet Latinorum dicere. ὑπολαμβάνειν, sc. λόγον, *das Wort gleich aufgreifen.* Aelianus Var. Hist. I, 148
34: τὰ αὐτὰ δὲ λέγοντος τοῦ Μάρδου, ὑπολαβὼν ὁ βασιλεὺς ἔφη. Mardo vero eadem dicente, excipiens (eius verba) rex ait.

Digitized by Google

Aliter Constantinus Porphyrogenneta de imagine Christi Edessena p. 96. edit. Combefis. *καὶ συνελόντι φάναι*, sc. *λόγῳ*, et ut paucis dicam. SCHOETTG.

* ΛΟΓΟΣ, Ratio.

In *ἐπὶ τίνι*, quod integrum est *ἐπὶ τίνι λόγῳ*; quanam de caussa? Leo Imp. Serm. de sepulchro Christi p. 227: *ἐπὶ τίνι γὰρ καὶ ἔμελλον οὕτω κήδεσθαι τοῦ διδασκάλου*; Quanam enim de (caussa) tantam magistri curam habituri erant? Suppletur autem vox *λόγος* in duobus locis infra ad praepositionis *ἐπί* Ellipsin adductis.

Sic et in *παντάπασι* apud Platonem 2. de Rep. pag. 116. ubi unus interrogat: *Ἀλλὰ μὴν πρώτη γε καὶ μεγίστη τῶν χρειῶν ἡ τῆς τροφῆς παρασκευή, τοῦ εἶναί τε καὶ ζῆν ἕνεκα*; Annon prima et maxima omnium necessitatum est cibi praeparatio, ut esse et vivere queamus? alter respondet: *Παντάπασί γε*. Omnino. Hic intelligenda vox *λόγοις*, ut tota constructio similis sit illi, *ἐν παντὶ λόγῳ*, omni ratione, h. e. omnino. Similis locus est in fine eius libri p. 156. SCHOETTG.

* Terent. Hec. Omnibus modis miser sum. *παντάπασι δυστυχῶ*. BERNH.

149 ## * ΛΟΓΟΣ, Ratio, *die Rechnung*.

In *συναίρειν*, Matth. c. XXVIII, 24. c. XXV, 19. suppletur c. XXVIII, 23. SCHOETTG.

* ΛΟΓΧΗ, Lancea, Spiculum.

In illo proverbio apud Suidam: *δι' ὀξείας δραμεῖν*. s. *λόγχης*. quod de iis dicitur, qui in periculo aliquo versantur. SCHWEB. Vid. Lennep. ad Phalar. p. 267. b. SCHAEF.

* ΛΟΙΔΟΡΙΑ, Calumnia.

Aristophanes Acharn. 380. *πλύνειν* ponit pro maledicere, seu probris onerare. Deesse

Digitized by Google

tum videtur *λοιδορίαις*. Chrysostomus id vocabulum alicubi addit. [Addit Photius Biblioth. c. 25, 7. Similiter *ὀνείδεσιν* addit Basilius M. Orat. ad Iuv. p. 95. ed. Grot. Vid. Toup. Emend. in Suid. T. III. p. 102. Koen. ad Gregor. p. 127. Brunck. ad Aristoph. Plut. v. 1061. ad Pac. v. 971. SCHAEF.] Aristophanes etiam in Pace 638. verbum *σείειν* pro calumniis vexare per ellipsin vocis *λοιδορίαις* ponit. LEISN. De ellipsi, Leisnero non assentior. Sed *σείειν* recte vertit. Aristophanes Fragm. Δαιταλ. XX. *Ἔσειον, ἤτουν χρήματ', ἠπείλουν, πάλιν Ἐσυκοφάντουν.* Alciphron III. ep. 70. *οὐκ ἐκ δικαστηρίων, οὐδὲ ἐκ τοῦ σείειν κατὰ ἀγορὰν ἀδίκους ἐπινοοῦντι πόρους.* Vid. Vales. ad Euseb. Histor. Eccles. VII. c. 30. p. 360. 5. ed. Read. Maius Observ. Sacr. L. II. p. 75. sqq. Albert. ad Hesych. T. II. c. 1163. 5. SCHAEF.

* ΛΟΙΠΟΣ.

Λοιπὸς subintelligitur apud Marcum evang. c. X, 41: *καὶ ἀκούσαντες οἱ δέκα (λοιποί.)* MICH.

* ΛΟΥΤΡΟΝ, Balneum.

In *δημόσιον* passim videtur subaudiri. Vid. Iacobs. ad Macedonii Epigr. XXX. SCHAEF.

M.

* ΜΑΓΝΗΤΙΣ, Magnes.

In *λίθος*, quando absolute ponitur, pro materia substrata, uti dici solet, subauditur *ἡ μαγνῆτις.* Sic reperitur apud Themistium Orat. XXIII. p. 299. A. *Ἐκκρέμανται εὐθὺς, ὥσπερ τῆς λίθου τὰ σιδήρια,* Plene est apud Alexandrum Aphrodis. in praefat. Probl. *Λίθος ἡ μαγνῆτις ἕλκει τὸν σίδηρον μόνον.* SCHWEB.

ΜΑΖΑ, Maza.

Ἐλλειπτικῶς saepe apud Veteres legitur *τε-*

τριμμένη, trita, et μεμαγμένη, subacta. Supple μάζα. Comicus in Pace p. 624:

Τετριμμένης γάρ φησιν ἐπιθυμεῖν.
Nam cupere tritam dicit.

sc. μάζαν. [Archilochus ap. Athenaeum T. I. p. 116. Ἐν δορὶ μέν μοι μάζα μεμαγμένη. SCHAEF.] Item ἡ οἰνοῦττα, vino subacta, Aristoph. Plut. 1122. Nubib. 507. et μελιττοῦτα, mellita, sc. μάζα: [„Herodo. 8, 41. μελιτόεσσα — αὕτη δ' ἡ μελιτόεσσα. Hesychius: Μελιτοῦττα μάζα μέλιτι δεδευμένη· τὸ δὲ αὐτὸ καὶ μελιτόεσσα." Fischer. ad Weller. III. 1. p. 258. Barbarum est μελιττοῦτα, scribendumque μελιτοῦττα. Vid. Valckenar. ad Herodot. p. 638, 34. Brunck. ad Aristoph. Lysistr. v. 601. Vitiosam illam formam Schmiederus nuper in Luciani Lexiph. c. 6. reliquit. SCHAEF.] quemadmodum πλακοῦς, placenta, elliptice dicitur pro πλακοῦς ἄρτος, panis latus et tenuis. Item ἡ ψαιςή. vid. supra Ἄλφιτον. [It. Φύςη s. Φυςῆ. quod fere ἐλλιπῶς dicitur, nonnunquam etiam plene Φυςῆ μάζα. Vid. Moeris p. 384. ibique interpr. it. in Addend. Toup. Emend. in Suid. T. II. p. 363. sq. ubi simul plenam locutionem, quam antea improbaverat, iure tuetur; quod fugiebat Iacobsium ad Leonid. Tarent. Epigr. LV. SCHAEF.]

* ΜΑΘΗΜΑΤΑ, Disciplinae.

In ἐγκύκλια et similibus. vid. Hesychius. LEISN. Elliptice Philo T. I. p. 364, 33. τῇ συμπάσῃ τῶν ἐγκυκλίων μουσικῇ. Plene Ammonius de Voc. Diff. p. 35. ὁ διὰ τῶν ἐγκυκλίων μαθημάτων δυνάμενος ἰέναι. quae repetita sunt in libello Eranii Phil. p. 165. Aliter explet Plutarchus Mor. T. I. p. 24. τῶν ἄλλων τῶν καλουμένων ἐγκυκλίων παιδευμάτων. Aliter item Eusebius Histor. Eccles. VI. c. 18. p. 279. ed. Read. ἐπὶ τὰ ἐγκύκλια γράμματα. (In

Digitized by Google

eodem capite legas *τὰ φιλόσοφα μαθήματα, τὰ κοσμικὰ καὶ φιλόσοφα μαθήματα.*) Conf. Suicer. Thesaur. Eccles. v. *Ἐγκύκλιος.* (Obiter moneo, in Dionys. Halic. Ant. Rom. T. I. p. 245. ex Cod. Vat. scribendum esse *τὴν ἐγκύκλιον ἀποδίδωσι κίνησιν.* Vulgatâ ibi lectione mireris non abusos esse ad catalogum Ellipsium locupletandum.) SCHAEF.

* ΜΑΘΗΤΗΣ, Discipulus.

Omittitur saepe in illis locutionibus: *Παρθένιος ὁ τοῦ Διονυσίου*, Athenaeus Deipnosophist. X, 5. XV, 8. Utroque in loco lapsi sunt interpretes, qui verterunt, Parthenius Dionysii filius. Rectius: Parthenius Dionysii (discipulus.) Ita *Περσαῖος ὁ τοῦ Ζήνωνος* apud Dionem Orat. 53 est Persaeus Zenonis (discipulus.) Plura vide apud Ionsium de Script. Hist. Philos. I, 2. p. 16. [Add. Tho. Galeum Dissert. de Scriptor. Mytholog. p. 19. sq. SCHAEF.] *Μαθηταί* deest in illo: *οἱ ἀμφὶ τὸν Πλάτωνα*, et in similibus locutionibus; quanquam hoc interdum notet Platonem ipsum cum discipulis simul, immo solum etiam Platonem significare possit. Ad superiora refer Aristophanis Acharn. 1031: *Κλαῖε πρὸς τοὺς Πιττάλου*, ubi Scholiastes: *λείπει τοὺς μαθητάς.* LEISN. Brunckius ad h. l. „Supple *οἴκους*, vel *μαθητάς.*“ Conf. idem ad v. 1222. SCHAEF.

* Omittitur *μαθητὴς* in Novo Testamento post Numeralia *οἱ δώδεκα, ἕνδεκα, ἑβδομήκοντα.* Et post Genitivum, Rom. VIII, 9: *οὐκ ἔστιν αὐτοῦ.* MICH.

* In *γνώριμος*, qua voce Philosophi modestiae caussa suos discipulos compellarunt, apud Alcinoum de Doctrin. Platon. p. 55. [Fallitur Schwebelius ad h. v. subaudiens *μαθητής.* Imo *γνώριμος*, familiaris, amicus, appellatio est humanior *τοῦ μαθητοῦ*, referenda illa inter *ἀξιώσεις* Atti-

corum. Plutarchus Mor. T. I. p. 270. *ἢ γνωρίμων (παρόντων) διδάσκαλον ἀποκαλύπτειν.* (Quae ibid. mox sequuntur, *ὅτι νυςάζοντα — ἐπέςησεν ἐξεγείρων*, temere tentavit Wakefield. Silv. Crit. II. p. 81. Verte: quod dormitantem — excitando attentum fecisset. Vid. de verbo *ἐπιςῆσαι* supra ad v. *Διάνοια.*) Vid. Hoeschel. ad Phrynich. p. 179. a. ed. Pauw. Toup. ad Longin. p. 394. Talibus locis passim redditur familiaris: non male, si propriam vim nominis spectes; secus, si communem usum linguae Latinae. Vid. Taylor. praefat. ad Demosth. Orat. c. Midiam init. not. a. Toup. l. c. SCHAEF.] In *οἱ δώδεκα* Marc. VI. 7. plene Luc. IX. 1. In illa inscriptione ad Heronis *Βελοποιϊκά: Ἥρωνος Κτησιβίου Βελοποιϊκά.* s. *μαθητοῦ τοῦ Κτησιβίου.* Quam Ellipsin cum non animadverterent *οἱ πάνυ* Lipsius de Machin. III. Dial. 3. et Turnebus L. II. c. 4. dubii de auctore fuerunt. Forte eodem errore in quibusdam codicibus legebatur: *Ἥρωνος ἢ Κτησιβίου.* v. Mathematicos Graecos Parisiis editos in testim. de Tacticis p. XII. XIII. SCHWEB.

* ΜΑΛΑΚΟΝ ΤΙ, vel ΜΑΛΘΑΚΟΝ ΤΙ, Molle quid.

Τὸ ἐνδοῦναι saepe capitur pro remissiorem
151 se praebere, vel cedere, ut *ἐνδοῦναι τῇ ἡδονῇ*, vel *πρὸς ἡδονήν.* Proprie autem *ἐνδοῦναι* est tradere, praebere. Subest igitur huic dicendi generi ellipsis, et subintelligi debet *μαλακόν τι*; ut integra phrasis sit *ἐνδιδόναι τινὶ μαλακόν τι*, i. e. proprie, molle quid et remissum alicui praebere, quod idem est, ac se ipsum mollem ac remissum alicui praebere. Id autem qui facit, alteri utique cedit. Integra phrasis apud Aristophanem Plut. 488. et Euripidem Helen. 515. et Herodotum in Thalia XV. occurrit. Haec

Digitized by Google

Kusterus ad Aristophanis Plut. 488. Quibus adde Lucianum in Toxaride, qui habet *ἐνδιδόναι πρὸς τὰς πληγὰς*, ictibus succumbere. Inde *ἐνδιδόναι* dicitur acies, quae inclinatur, ibid. Et ventus flatum remittens dicitur *ἐνδιδόναι* ab eodem Luciano in Ver. Hist. et contra *ἐπιδιδόναι*, ubi increbescit. vid. Iensii Lect. Lucian. III, 3. pag. 324. LEISN. Obtinet sane in hac locutione ellipsis, sed simplicissima illa inque verbis activis neutraliter dictis usitatissima pronominis reciproci. *Ἐνδοῦναι* enim quoties cedere (*εἶξαι*, ut explicat Timaeus Lex. Plat. p. 101.) significat, plene dicitur *ἐνδοῦναι ἑαυτόν*. Plenae locutionis exempla passim obvia. Vid. Ruhnken. ad Tim. l. c. Affinis, nec tamen plane eiusdem, significationis est alterum illud, *μαλακόν* s. *μαλθακόν τι ἐνδοῦναι*, i. e. *μαλακίζεσθαι*, *μαλθακίζεσθαι*. [Iungit utrumque Lucianus T. I. p. 763. *καὶ τὸ μὴ ἐνδοῦναι μηδὲ μαλακισθῆναι, πολλοῖς τοῖς δυσχερέσι κατὰ τὴν ὁδὸν ἐντυγχάνοντα*. ut locus interpungendus.] De hac locutione add. Valckenar. ad Herodot. p. 250, 24. Ruhnken. l. c. Haud dispar usus locutionis *πικρόν τι ἐνδοῦναι*. Euripides Androm. v. 223. *καὶ μαζὸν ἤδη πολλάκις νόθοισι σοῖς Ἐπέσχον, ἵνα σοι μηδὲν ἐνδοίην πικρόν*. Phrasi nonnihil immutatâ Lucianus T. II. p. 93. *μαλακῶς ἐνδιδόντος τοῦ πνεύματος*. ubi item subaudiendum *ἑαυτό*. SCHAEF.

* MANTEION, Oraculum.

In *Αἰγεῖον*, de quo Harpocration, et aliis talibus. SCHOETTG.

* Aristophanes Nub. 508: *Ἐς Τροφωνίου*, supple *μαντεῖον*. Etiam in *Λόγια* deest *μαντεῖα* apud Aristophanem Equit. 1012. et Euripidem Phoeniss. 914. in *θέσφατα*. LEISN.

* Aristophanes Equit. v. 220. *χρησμοί τε συμ-*

Digitized by Google

βαίνουσι, καὶ τὸ Πυθικόν. ubi Brunckius: „*τὸ Πυθικὸν*, subauditur *μαντεῖον.*“ SCHAEF.

* In *ἀνελεῖν*, quando absolute ponitur. Herodotus L. II. c. 139. supplet *ἀνεῖλε τὸ μαντήϊον.* respondit oraculum. Idem L. I. 13. *Ἦν μὲν τὸ χρηςήριον ἀνέλῃ.* Uti *τὸ*, respondere, absolute ponitur etiam apud Latinos. v. *Θεός.* SCHWEB. Aliter Euripides Iphig. Aul. v. 89. *Κάλχας δ' ὁ μάντις ἀπορίᾳ κεχρημένοις Ἀνεῖλεν.* Herodotus VI. c. 69. *οἱ μάντιες τὸν αὐτὸν τοῦτον ἥρωα ἀναίρεον εἶναι.* Sed quando absolute ponitur, simplicius subaudias *ὁ θεός.* Exempla plenae locutionis habent Arnaldus Lect. Graec. p. 13. Graevius ad Lucian. T. III. p. 577. Similiter Antoninus Liber. C. I. p. 10. *Χρωμένῳ δ' Ἑρμοχάρει ὁ θεὸς ἀνεῖπεν κ. τ. λ.* ubi vid. Verheyk. it. Koen. ad Gregor. Cor. p. 235. SCHAEF.

* MANTIΣ, Vates.

Subauditur haec vox in *Δαιμονόληπτοι*, *Ἐγγαςρίμυθοι*, *Στερνομάντεις*, *Εὐρυκλεῖς*, *Πυθωνικοὶ*, *Ἐνθουσιαςαὶ*, *Ἐκςατικοὶ*, *Τερατοσκόποι*, aliisque, de quibus vide Potteri Antiquit. Gr. L. II. c. 12. SCHWEB.

* MAPTTPION, Testimonium.

In *συμβιβάζειν*, quae vox proprie notat colligere, congerere: postea argumenta un-
152 decunque ad aliquem convincendum colligere. Et sic explicat Hesychius: *Συμβιβασθέντες, διδαχθέντες, διαλεχθέντες. Συμβίβασις, πεῖσις, διδαχὴ, πίςις.* Hic ergo subintelligenda vox *μαρτύριον*, testimonium, demonstratio, aut simile quid. Sic de Saulo converso dicitur Actor. IX, 22. quod Iudaeos Damascenos confuderit, *συμβιβάζων, ὅτι οὗτός ἐςιν ὁ Χριςός.* Colligens (argumenta,) quod ille sit Chri-

Digitized by Google

stus. SCHOETTG. Non satisfacit Schoettgenii ratio. *Συμβιβάζονται*, non *μαρτύρια*, sed homines *μαρτυρίοις*, *τεκμηρίοις*, *λόγοις*, i. e. ad assensionem permoventur. Sic et *προσβιβάζειν* dicitur. Vid. Melet. Crit. I. p. 34. sq. Plato *συμβιβάζειν* raro exemplo neutraliter dixit, ut sit i. q. *εἰς συμβίβασιν καὶ ὁμολογίαν ἐλθεῖν περί τινος*. Vid. Ruhnken. ad Timaeum p. 241. sq. SCHAEF.

* ΜΑΣΤΙΞ, Flagellum.

Hoc vocabulum deest in *βυρσίνη*, (flagellum) coriaceum, apud Aristophanem Equit. vers. 59. LEISN. Recte, si Graeci usi sunt adiectivo *βύρσινος*: quod dubito. Imo *βυρσίνη* substantivum est, ab Aristophane comicâ licentiâ risus captandi gratia effictum. Brunckius ad l. c. „*βυρσίνην*. Salsus iocus. *μυρσίνην*, myrti ramum, exspectasses: sed de coriario loquens, *βυρσίνην*, vocem a *βύρσα* fictam, dixit. In conviviis famuli frondosis ramis muscas a mensa abigebant. Ad hunc morem respiciens Comicus scutica Cleonem armatum rhetoras ait abigere, innuens eum aegre pati, si quis alius rhetor ad populum verba facere velit.“ SCHAEF.

MAXH, Pugna.

In *ϛαδίῃ*, stataria. Homerus Iliad. O. vers. 283:

Ἔσθλὸς δ' ἐν ϛαδίῃ.
Strenuus etiam in stataria (pugna.)

Et Apollon. Rhod. l. I. v. 200:

Εὖ δὲ καὶ ἐν ϛαδίῃ δεδαημένος ἀντιφέρεσθαι.
Bene etiam stataria (pugna) certare edoctus.

[Plene Strabo T. IV. p. 36. *Οἱ δ' Εὐβοεῖς ἀγαθοὶ ὑπῆρξαν πρὸς μάχην τὴν ϛαδίαν.* qui paullo post affert locum Homericum Il. XIII. v. 713. *οὐ γάρ σφι ϛαδίῃ ὑσμίνῃ μίμνε φίλον κῆρ.* Athenaeus T. II. p. 548. *ἔλαβον δὲ καὶ παρὰ Τυρρηνῶν τὴν*

Digitized by Google

ϛαδίαν μάχην Φαλαγγηδὸν ἐπιόντων. Dicitur item ϛαδιαία μάχη. Vid. Interpretes ad Thom. Mag. p. 806. Videnturque Graeci etiam ἐν ϛαδίῳ μάχεσθαι dixisse. Conf. var. lect. ad Homer. Il. VII. v. 240. ad Heroic. adesp. VII. v. 2. Diodor. Sic. T. II. p. 91, 95. SCHAEF.]

Μάχην etiam supple in συνάπτειν, pro manum conserere. Euripides Phoenissis v. 1309. Ξυνῆψαν. ubi Scholiastes: συνῆψαν μάχην. vide ibi Barnesium. [Diodorus Sic. XIX. c. 73. σπεύδων συνάψαι τοῖς πολεμίοις. (Mox plene: συνάψας δ' αὐτῷ μάχην.) C. 74. ἐξ ἐφόδου συνῆψεν εἰς χεῖρας. L. XX. c. 12. ἡ πεζὴ δύναμις τῶν βαρβάρων ἅπασα συνῆψεν εἰς χεῖρας. SCHAEF.] Plene μάχην συνάπτειν dixit Xenophon Κύρ. Παιδ. L. I. c. 43. (a) [Euripides Phoen. v. 1245. ed. Pors. μόνος ξυνάψω ξυγγόνῳ τῷ'μῷ μάχην. ad q. l. vid. Valckenar. p. 418. verissime corrigens in Heracl. v. 811. ed. Musgr. μάχην συνάψας, frustra renitente Heathio p. 123. b. Diodorus Sic. XVI. c. 12. συνάψας μάχην. SCHAEF.]

153 (a) Pausanias Atticorum cap. XIII: πρὸ τῆς ἐν Λεύκτροις, supple μάχης γενομένης. et cap. XXVIII: Τὴν ἐπὶ τῆς ἀσπίδος Λαπιθῶν πρὸς Κενταύρους. LEISN. Exscripsit, ut videtur, ex adnotatione Sylburgii ad Pausan. p. 94. ed. Kühn. SCHAEF.

* Allatis non immerito addimus Homer. Iliad. N. v. 314. ubi plene, Ἀγαθὸς δὲ καὶ ἐν ϛαδίῃ ὑσμίνῃ. Est enim ὑσμίνη idem quod μάχη. Idem Iliad. M. v. 192. Πλῆξ' αὐτοσχεδίην. quod plene dixeris κατ' αὐτοσχεδίην μάχην: percussit cominus. Eustathius ad Iliad. N. p. 906. l. 10. [Αὐτοσχεδίην inter adverbia referam: ut sit i. q. αὐτοσχεδόν. Neve quem turbet terminatio vocis feminina, meminerit, quod vulgo dicunt ἐξ αὐτοσχεδίου, Hymni Homer. in Mercur. v. 55. dici ἐξ αὐτοσχεδίης. SCHAEF.] In σημεῖον absolute posito apud scriptores, in primis tacticos. Sic Dionysius Hali-

Digitized by Google

carnassensis vel solus suppeditabit exempla, in quibus *σημεῖα*, modo expressa voce *μάχης* vel *πολέμου* ponit, modo absolute, uti apud Latinos Signum. Utriusque locutionis exempla habet Index Gr. Sylburgianus. In *ἐκτάττειν*. Plene Onosander c. VI. *Μέλλων μὲν ἐκτάξειν εἰς μάχην*. Item in *ἐξάγειν*, *προάγειν*, *συμβάλλειν*, sub. *τὰς δυνάμεις εἰς μάχην*. Sic Herodianus L. III. c. 12. *Τὴν ὑςάτην καὶ μεγίςην μάχην συμβαλόντα*. Sic plena oratione habet Virgilius Aen. L. X. 146. Illi inter sese duri certamina belli Contulerant. SCHWEB.

ΜΕΓΑ, Magnum.

Τὸ *Φρονεῖν* aliquando absolute dicitur pro *μέγα Φρονεῖν*. Pausanias Messeniac. pag. 280: *Φρονοῦσα δὲ ἡ Μεσσήνη διὰ τὸν πατέρα*. Idem Pausanias in Atticis c. XII: *Φρονήσας ἐφ' αὑτῷ*. scil. *μέγα*. [Conf. ad posteriorem locum Kühnius et Facius. Euripides Suppl. v. 447. Musgr. *καὶ τοὺς ἀρίςους, οὓς ἂν ἡγῆται Φρονεῖν, Κτείνει*. Xenophon Cyrop. VIII, 7, 7. *οὐκ εἶα τελέως με Φρονεῖν*. Hanc enim genuinam puto lectionem, cuius sensum Camerarius recte expressit. Altera illa, quam nuper praetulit Schneiderus, etiam membrorum turbat concinnitatem. Conf. Pausanias I. c. 14. *Φρονῆσαι δὲ Ἀθηναίους ἐπὶ τῇ νίκῃ ταύτῃ μάλιςα εἰκάζω*. ubi verbo *Φρονεῖν* iunctum vides *μάλιςα*, ut in loco Xenophonteo *τελέως*. Haec adverbia indicant gradum *τοῦ Φρονήματος*, spirituum, significatum alibi adiectivis generis neutrius. Euripides Hippol. v. 445. Valck. *ὃν δ' ἂν περισσὸν καὶ Φρονοῦνθ' εὕρῃ μέγα*. Aristophanes Acharn. v. 976. *ἅμα καὶ μεγάλα δὴ Φρονεῖ*. Xenophon Memor. I, 1, 13. *τοὺς μέγιςον Φρονοῦντας ἐπὶ τῷ περὶ τούτων λέγειν*. Plato T. X. p. 260. *ἐΦρόνουν γὰρ ἤδη ἐπὶ τῇ ὥρᾳ θαυμάσιον ὅσον*. Conf. Bastii Speci-

Digitized by Google

men Aristaen. p. 38. Iam me vel tacente lector facile intelligat, rationem Bosianam mihi parum probari. Scilicet *Φρονεῖν* ipsum per se est spiritus habere, *Φρόνημα παρέχεσθαι, Φρονηματίαν εἶναι, πεΦρονηματίσθαι.* SCHAEF.]

* Praeterea notabilis est vocis huius ellipsis in quibusdam locutionibus. Actor. V. 36. *λέγων εἶναί τινα ἑαυτόν.* Plene habetur c. VIII. 9. Epicteti Enchir. c. XIII. *Κἂν δόξῃς τισὶν εἶναί τις.* In *οἷόν τινα* apud Homer. Iliad. E. v. 638. [Homericus hic locus plane diversi generis est, cum vis orationis pendeat a vocabulo *οἷον.* SCHAEF.] Exinde contraria ratione *οὐδεὶς* dicitur homo vilis, contemtus: ut 1. Cor. XIII. 2. *οὐδέν εἰμι.* Epicteti Enchir. c. XXIV. *Ἄτιμος ἐγὼ βιώσομαι, καὶ οὐδεὶς οὐδαμοῦ.* [Vid. Locella ad Xenoph. Ephes. p. 143. SCHAEF.] Hanc ellipticam dicendi rationem secuti sunt etiam Latini. Sic Iuvenal. I. 74. Si vis esse aliquis. Ovidius Metam. L. XIII. 241.

Est aliquid, de tot Graiorum millibus unum
A Diomede legi.

Idem Remedior. Amor. v. 482.

Est aliquid valida sceptra tenere manu.

Exemplum luculentum utriusque locutionis habet Cicero ad div. L. VII. ep. XXVII. Haec tibi scripsi, ut isto ipso in genere, in quo aliquid posse vis, te nihil esse cognoscere. SCHWEB.

* Sic masculinum *μέγας* subintelligitur in Actis Apostol. cap. V, 36: *λέγων εἶναί τινα ἑαυτόν.* coll. cap. VIII, 9: *λέγων εἶναι ἑαυτὸν μέγαν.* MICH.

* Neque in huiusmodi locutionibus ellipsis vere obtinet, sed ipsum illud *τὶς* per ironiam aut *ἀξεϊσμὸν* ponitur pro adiectivo *μέγας.* Ceterum hic usus pronominis *τὶς* satis frequens est. In Plutarchi Moral. T. I. p. 249. elegans est quod habet

Digitized by Google

Codicis margo, *ὡς τινας ὄντας*, vix tamen, opinor, a Plutarcho profectum. Lucianus T. I. p. 576. *ἀφ' ὧν εἶναί τις ἔδοξεν.* ubi v. Reitz. Eodem sensu dicitur *εἶναί τι.* Vid. Valckenar. Adnot. Crit. in N. F. p. 404. SCHAEF.

* ΜΕΓΕΘΟΣ, Magnitudo.

Reticetur haec vox, ubi de mensura alicuius rei sermo est. Herodianus L. I. *Ἀνδριὰς δώδεκα πήχεων, χρύσεος.* Subintelligitur *κατὰ τὸ μέγεθος.* quod plene expressit Diodorus Sic. L. II. *κατὰ τὸ μέγεθος ἓξ δακτύλων ὄντες.* et Lucian. T. III. p. 49. *πηχυαῖος τὸ μέγεθος*, cubitali magnitudine. [Talibus locis, ubi nomen illud non additum est *πρὸς ἀντιδιαζολὴν* alius cuiusdam proprietatis, orationem agnosco non plenam, sed redundantem: ut haec quoque ellipsis temere conficta videatur. Frequentant autem Graeci huiusmodi pleonasmum. Herodotus I. c. 51. in. *κρητῆρας δύο μεγάθεϊ μεγάλους.* Quod, ut plurima alia Herodoti, imitatur Pausanias. L. IX. c. 2. extr. *πεποίηται δὲ ὀρθὸν μεγέθει ἄγαλμα μέγα.* L. X. c. 8. extr. *Οὗτος δὲ μεγέθει μέγας καὶ ἀνωτάτω τοῦ ἄσεως* (bona genitivi huius forma, cui nescio cur Facius hic alibique bellum indixerit) *ἐξί.* Aristoteles Mirab. Auscult. CXXIV. *πέτραν — μεγάλην τῷ μεγέθει.* Idem pleonasmus in parvitate significanda obtinet. Herodotus IV. c. 52. (*κρήνη*) *μεγάθεϊ σμικρὴ ἐοῦσα.* Pro quo Palaephatus XXV. (*βοῦς*) *τὸ μέγεθος μικραί.* Alia habet Wesselingius ad Herodotum p. 24. a. quibus adde ex Suida T. II. p. 396. *σήλην μικρὰν τῷ μήκει.* De his similibusque pleonasmis utriusque linguae vid. Dorvill. ad Charit. p. 284. Dixi supra, *ἀντιδιαζολῆς χάριν* vocem *μέγεθος* passim addi. Referas huc, si vis, Pausan. II. c. 34. extr. *ἄγαλμα — μεγέθει τε μέγα, καὶ ἐπὶ τῇ τέχνῃ θέας ἄξιον.* Aelian. de N. A. XVII. c. 25. in. *πιθήκων — γένη ποικίλα τὴν χρόαν, μεγέθει τε μέ-*

Digitized by Google

γιζα. Item de parvitate. Diodorus Sic. XVII. c. 90. ὄφεων πλῆθος, μικρῶν μὲν τοῖς μεγέθεσι, ταῖς δὲ ποικιλίαις ἐξηλλαγμένων. Pro quo Aelianus de N. A. XVII. c. 2. βραχυτέρους μὲν γὰρ εἶναι τῷ μεγέθει πολλῷ, ποικίλους γε μὴν τὴν χρόαν ὁρᾶσθαι. Quamquam si quis haec quoque πλεοναζικῶς dici pertendat, ego quidem non multum repugnem. SCHAEF.] Ita etiam Latini dicunt, longus sex cubitorum, sub. magnitudine. Haec Vossius de Construct. c. XIII. SCHWEB.

ΜΕΔΙΜΝΟΙ, Medimni.

Quemadmodum δραχμὰς omittunt nonnunquam Graeci, cum sermo est de re nummaria, uti supra diximus; ita μεδίμνους, mensurae Atticae nomen, reticent aliquando, cum sermo est de re frumentaria. Polybius L. V. p. 488: Καὶ σίτου προσθεῖναι μυριάδα, supp. μεδίμνων. Et frumenti addere (medimnorum) decem millia. Plenius Aelianus Var. Hist. VI, 12: — σῖτος εἰς ἑκατὸν μεδίμνων μυριάδας, frumentum ad centum medimnorum myriadas.

* Sic etiam Paeanius L. III. c. I. Σῖτόν τε εἴκοσι μυριάδας ἐδωρήσατο τῷ δήμῳ. Ducenta millia modiorum tritici populo dono exhibuit. Nisi quis hoc in loco modium malit subaudiri. Dubium tamen mihi non est, mensuram Graecam medimnorum et Romanam modiorum apud veteres auctores interdum inter se misceri. v. Bosius ad Cornelii Nepot. XXV. c. 2. Ita etiam loqui amant Latini, e. g. Horatius L. I. Sat. I. v. 45. Millia frumenti tua triverit area centum. SCHWEB. Herodotus III. c. 91. πρὸς [latetne in h. v. πυρούς? vid. var. lect. coll. Gloss. C. D'O. ad Aristoph. Plut. v. 987. et Wesseling. ad Diodor. Sic. T. II. p. 568, 84.] γὰρ δύο καὶ δέκα μυριάσι Περσέων τε τοῖσι ἐν τῷ Λευκῷ τείχεϊ τῷ

ἐν Μέμφι κατοικημένοισι καταμετρέουσι, καὶ τοῖσι τούτων ἐπικούροισι. ubi ellipsis non intellecta miras olim turbas concitavit. Bene Iac. Gronovius p. 120. a. ed. Wessel. „Sententia est: Insuper enim 120. millia medimnorum Persis etiam in Albo castello Memphios considentibus metiuntur et eorum auxiliariis. Consuetudo ista Graeci sermonis erat in frumento et argento μυριάδας tantum exprimere, quum materia mensurae et species nummi publice constarent.“ Scholiastes ad Aristoph. Plut. v. 178. διὸ καὶ Ψαμμίτιχος λέγεται πέμψαι πυρῶν μυριάδας τρεῖς. Plene Diodorus Sic. XIX. c. 58. πυρῶν μὲν μεδίμνων μυριάδας τετρακοσίας πεντήκοντα. L. XX. c. 46. πυροῦ μὲν μεδίμνων πεντεκαίδεκα μυριάδας. c. 73. σίτου μυριάδας μεδίμνων τρεισκαίδεκα. c. 79. extr. σίτου δὲ μεδίμνων εἴκοσι μυριάδας. Paullo aliter c. 96. κριθῶν μεδίμνους μυρίους, — πυρῶν μεδίμνους τετρακισμυρίους. ubi praecessit, σίτου τριάκοντα μυριάδες ἀρταβῶν. SCHAEF.

ΜΕΛΟΣ, Membrum.

Ἔλλειπει hoc substantivum subinde in adiect. n. g. ut in Epist. ad Hebr. XII, 13: ἵνα μὴ τὸ χωλὸν ἐκτραπῇ, subint. μέλος: ne claudum (membrum corporis) luxetur. (b) 154

(b) Porro in αἰσθητήρια, h. e. illa membra et organa, quae ad sensus externos requiruntur. Auct. epist. ad Hebr. V, 14. Item in τὰ αἰδοῖα, pudenda. SCHOETTG.

* Μέλος deest in πόσθιον, pudendum. item in ἀκροπόσθιον. Porro tam in κυλλὸς, quam in χωλὸς subaud. μέλος est, quum utraque vox tam de manibus, quam pedibus adhibita legatur. vid. Pollux IV, 188. et Scholiastes Aristophanis Avib. 1379. Item in ἐπίκαιρα supple μέλη, i. e. (partes corporis) potissimae. vid. Observat. Miscellan. Vol. V. p. 278. It. in πυγαῖα. LEISN.

Digitized by Google

* In παραλελυμένος s. τὰ μέλη. Luc. V. 8. Actor. IX. 33. quod etiam ἐλλιπῶς dicit Celsus L. III. 27. resolutus. s. membris. SCHWEB. Non opus quidquam subaudiri. Talia ubi adduntur, morbi natura et sedes accuratius significatur. Diodorus Sic. XX. c. 72. καὶ ταῖς ὅλαις αἰσθήσεσι διὰ τὸν χρόνον ἤδη παραλελυμένους. Vid. Wesseling. T. I. p. 193, 71. ubi praeter alia πάρετοι τὰ μέλεα ex Aretaeo excitat. Euripides Alcest. v. 202. παρειμένη δὲ χειρὸς ἄθλιον βάρος. Schol. τὴν ἰσχὺν τῆς χερὸς [l. χειρὸς] παραλελυμένη. SCHAEF.

ΜΕΛΟΣ, Canticum.

Ἐλλείπει similiter in neutris adiect. iunctis plerumque verbo ᾄδειν, βοᾶν etc. E. gr. Ἄιδειν τὸ ἐγερτήριον, παροριμητικὸν, ἐνδόσιμον, hortatorium, incentivum. τὸ συγκλητικὸν, quo convocatur multitudo. τὸ ἀνακλητικὸν, quo receptui canitur. τὸ πολεμικὸν, classicum. τὸ ἐμβατήριον, praeliare canticum, apud Lacedaemonios, et simil. Vide Maximi Tyrii Dissert. VII. pag. 76. et Dionis Cassii L. XXXVI, 26. Additur μέλος apud Aelianum Var. Hist. II, 44. his verbis: τὸ παροριμητικὸν ἐμπνεῦσαι μέλος, διάτορόν τε καὶ γεγωνὸς ὅτι μάλιστα, hortatorium inflare canticum, vehemens et quam maxime intentum. (c)

155 (c) In παρακλαυσίθυρον. vid. supra voc. Ἄισμα. LEISN.

* Sic Bion Idyll. I. 36. οἰκτρὸν ἀείδει. In ἐρωτύλα s. μέλη. Id. III. 10. 13. In Σικελικὸν Moschus Idyll. IV. 127. quod expressit Bion Id. VIII. 2. Σικελὸν μέλος. In τὸ κύκνειον Polyb. T. II. p. 1308. Sic etiam plene dicit ἐμβατήριον μέλος καὶ τακτικὸν Maximus Tyr. Orat. XXXVII. p. 441. SCHWEB.

Digitized by

ΜΕΡΙΣ, Pars.

Deest frequenter in adiectivis et articulis feminini generis, ut in ἐσχατιὰ vel ἐσχατιὴ, extrema (ora). Homerus Iliad. I.: Ναῖον δ' ἐσχατιὴν Φθίης, habitabant extremam (oram) Phthiae, supple μερίδα vel μοῖραν. Ἐσχατιῆς μοίρης est in Epigramm. [Fallitur Bosius. Ἐσχατιὰ semper substantivum est: nec quidquam iuvat ἐσχατίης (hoc enim accentu vox notanda) μοίρης, quod ex Epigrammate, H. Stephano Thes. T. I. c. 1371. F. praeëunte, vir optimus excitavit. Est illud Ioannis Barbucalli XI. Praeter hunc an alius adiectivo ἐσχάτιος usus sit, ignoro. Dorvillio si alia exempla in promtu fuerunt, vellem ea indicasset, cum in extremo ad Charitonem Commentario hoc adiectivum commemoraret. SCHAEF.]

In ἡ ἑῴα, orientalis. Aristoteles de Mundo: Κατὰ τὰς ἑῴας, scil. μερίδας, in (partibus) Orientis. et ἡ πρὸς ἀνατολὰς, supple μερὶς, pars, quae spectat ortum. (d)

In ᾗ, qua: nam plena loquutio est, ἐν ᾗ μερίδι, in qua parte. Sic τῇ μὲν, τῇ δὲ, hac, illac, pro ἐν τῇ μὲν μερίδι, τῇ δὲ μερίδι: in hac et illa parte. (e) [Aristophanes Pac. v. 1231. ΘΩΡ. ποίᾳ δ' ἀποψήσει ποτ', ὦ 'μαθέσατε; ΤΡ. τηδί, — — καὶ τῇδ' —. SCHAEF.]

(d) Subintelligitur in δεκάτῃ, Hebr. VII, 2. 4. vel in plurali δεκάται, decimae, ibid. vers. 8. 9. Bos supplet μοῖρα infra hac voce. MICH.

(e) Observanda est et huius nominis Ellipsis in sequentibus. Arrianus VI. p. 430: τὴν πολλὴν τῆς φρατιᾶς ἄγοντες, sc. μερίδα. (f)

Idem L. I. pag. 45: Ταύτῃ πρῶτον, ᾗ Ἀλέξανδρος προεκινδύνευσεν. Inclinant se primum ea (parte), ubi Alexander primus periculum subierat. Ταύτῃ, sc. μερίδι. Sic ἐπ' ἀριστερᾶ περιβεβλῆσθαι, sinistre amictum esse, dixit Artemidorus III, 24; et ἐπ' ἀριστερᾶ γράφειν, sinistre scribere, idem cap. 25. 156

Auctor vitae Theodori Grapti p. 199: Οἱ Θεοδώρου λόγοι τὴν νικῶσαν εἶχον, sc. μερίδα, Theodorus disputatione victor exstiterat. SCHOETTG.

(f) Ita τῆς μαρίλης συχνὴ, Aristophanes Acharn. 349: τῆς γῆς πολλὴ, Pace 166. τῆς ἀθάρης πολλὴ, Plut. 694. LEISN. Xenophon Cyrop. III, 2, 2. Πολλὴν τῆς χώρας. ubi Zeunius supplet μερίδα. Sed Fischerus p. 201. „πολλὴν τῆς χώρας" de qua forma loquendi v. Abresch. Thucyd. p. 662. Kusterus ad Arist. Plut. 694. et Acharn. 349. Wessel. ad Diod. Sic. p. 506. To. 1. volunt intelligi μερίδα vel μοῖραν. At hoc nomen in multis huius formae generibus intelligi non potest: ut ap. Plat. Cratyl. 11. [ubi v. Heindorf. p. 28.] ὀρθοτάτη τῆς σκέψεως." Eadem fere repetit p. 405. item repudians rationem eorum, qui hîc ad ellipsin confugiunt. Neque improbo. Quam enim ellipsin fabricere in similibus locutionibus, quarum eadem ratio, ὁ πολὺς τοῦ χρόνου, ὁ ἥμισυς τοῦ σίτου? vid. Dorvill. ad Chariton. p. 135. Zeun. ad Xenoph. Cyrop. p. 383. Pari modo Sophocles Antig. v. 853. προβᾶσ' ἐπ' ἔσχατον θράσους. Isocrates Evag. p. 325. ed. Lang. τῆς δυνάμεως τὴν πλείσην παρασκευάσαντος. Diodorus Sic. XIX. c. 23. ἔχων τῆς βασιλικῆς δυνάμεως τὴν κρατίσην. L. XX. c. 30. τῆς στρατείας (l. στρατιᾶς) τὴν κρατίσην καὶ πλείσην ἀπέβαλεν. c. 40. ἐλπίζοντες τήν τε κρατίσην τῆς Λιβύης κατακληρουχήσειν. c. 70. τὴν πλείσην τῆς δυνάμεως ἀπολέσας. ubi al. τὴν πλείσην μοῖραν. quam vocem Wesselingius pro Grammatici commento recte habet. Dionysius Hal. Ant. Rom. T. II. p. 765. τήν τε ἄλλην τῆς κτήσεως ἄγειν καὶ φέρειν κ. τ. λ. SCHAEF.

* Deest etiam haec vox in δεκάτη Ebr. VII. 4. Item in εἰκοστή: e. g. Arrianus Dissert. L. II. p. 173. καὶ εἰκοστὴν αὐτοῦ δοῦναι ὀφείλει. Sic apud Latinos quoque in decima, vicesima, quae saepius absolute ponuntur, subauditur pars. Cicero de Nat. Deor. L. III. c. 36. Neque Herculi quisquam decumam vovit umquam, si sapiens factus esset. Idem ad Attic. L. II. ep. 16. Quod vectigal superest domesticum praeter vicesimam? SCHWEB.

ΜΕΡΟΣ, Pars.

Vocabulum hoc passim in Lingua Graeca elegantiae gratia omittitur. Exempla quaedam, in

Digitized by Google

quibus deesse observavimus, proferemus. Deest primo in adiectivis neutris, ut *ἥμισυ*, (g) dimidia (pars). Homer. Iliad. I.:

——— *καὶ ἥμισυ μοίρεο τιμῆς.*
——— et dimidium sortire honorem. (h)

[Diodorus Sic. XV. c. 90. extr. *τὸ μὲν ἥμισυ τῶν προσόδων κ. τ. λ.* ubi Wesselingius: „*ἥμισυ τῶν* Reg. ambo, Venet. Vulgo interponitur *μέρος*, sed nota a Steph. inustum.“ SCHAEF.]

Sic *τὸ ἕτερον*, altera. Lucianus Asino p. 97: *Εἰς τὸ ἕτερον ἐπικλίνον.* subintelligitur *μέρος.* in altèram (partem) inclinans. (i) *Τὸ λοιπὸν*, ut: *τὸ λοιπὸν τοῦ βίου.* (k) Addidit Polybius L. III. p. 242: *τὸ λοιπὸν τοῦ βίου μέρος*, reliqua pars vitae. (l)

In *Ἴσον.* Homerus Iliad. I. 612:

Ἴσον ἐμοὶ βασίλευε. sc. *μέρος.*
Aequalem mecum regni (partem) tene.

Aristaenetus l. I. Ep. *κύλικα Ἴσον ἴσῳ κεκραμένην.* (plene *κατὰ μέρος ὕδατος Ἴσον τῷ μέρει* 157
οἴνου ἴσῳ.) ex Aristophanis Pluto p. 108. ubi eadem verba. [v. 1133 ubi v. Hemsterhus. SCHAEF.]

Τὸ πλέον, (m) *πλεῖζον*, maior, maxima (pars). (n) *Τὸ ἄκρον*, extrema (pars); ut Hebr. XI, 21: *Καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ*, sc. *μέρος.* (p)

Τὸ ἔσωθεν, τὸ ἔξωθεν, τὸ ὄπισθεν, τὸ ἔμπροσθεν, τὸ λαιὸν, τὸ δεξιὸν, τὸ ἕν. Interior, exterior, posterior, anterior, laeva, dextra, una (pars). Thucydides L. VIII. c. 46: *καθ' ἕν.* Scholiastes: *μέρος δηλονότι.* Lucas in Evang. c. XI, 39: *Τὸ ἔξωθεν τοῦ ποτηρίου (μέρος)*, exteriorem poculi (partem).

Τὸ ἐμοὶ ἐπιβάλλον, mihi competens (portio). (q) Additur *μέρος* a Luca in Evang. c. XV, 12: *Πάτερ, δός μοι τὸ ἐπιβάλλον μέρος τῆς οὐσίας*: Pater, da mihi portionem sub-

Digitized by Google

stantiae, quae me contingit. Eodem sensu τὸ γιγνόμενον, sc. μέρος, sumitur. (r) [„Herodo. 4, 115. ἀπολαχόντες τῶν κτημάτων τὸ ἐπιβάλλον· (*) sed c. 114. pro τὸ ἐπιβάλλον dixit τὸ μέρας· et Luc. 15, 12. legitur, δός μοι τὸ ἐπιβάλλον μέρος τῆς οὐσίας, h. e. partem virilem. v., praeter Lucae interpretes, Gataquerus ad Antonin. 7, 7. p. 209. Trai. Atque huc referri potest locus Herodo. 6, 94. ὁ δὲ Πέρσης τὸ ἐωϋτοῦ ἐποίεε." Fischer. ad Weller. III. 1. p. 258. s. Diodorus Sic. I, 1. τὸ ἐπιβάλλον ἑκάστοις ἐκ τῆς πεπρωμένης. ubi v. exquisita nota Wesselingii. Adde ex Diodori Excerpt. T. II. p. 597, 18. οὐδὲν πλέον ἀπεφέρετο τῆς τοῖς ἰδιώταις ἐπιβαλλούσης μοίρας. Dionysius Halic. Ant. Rom. T. I. p. 497. s. item plene: τὸ ἐπιβάλλον μέρος ἕκαστος οἴσεται τῆς τύχης. Ἐλλιπῶς idem T. II. p. 683. nisi, quod me non nolente facies, praeferas lectionem Ven. Cod. τὸ ἐπιβάλλον ἑκάστῳ πλῆθος ἐκέλευσε παρέχειν ἕκαστον λόχον. Sic statim sequitur: τὸ ἐκ τῆς τιμήσεως ἐπιβάλλον ἑκάστῳ διάφορον ἅπαντας ἐκέλευσεν εἰσφέρειν. SCHAEF.]

Praeterea deest in καθ' ὅ, καθ' ὅ, τι, καθ' ὅσον, quae significant quatenus, in quantum, quasi, ex qua parte. [Plene Dionysius Halic. Ant. Rom. T. II. p. 943. καθ' ὃ μάλιστα δυσάλωτος εἶναι μέρος ἐδόκει. SCHAEF.] Pariter in τὸ ἐμὸν, i. e. quantum in me est; pro virili. [it. quod attinet ad. SCHAEF.] Plato in Timaeo: Καὶ τὸ μὲν ἐμὸν, supp. μέρος. [Euripides Bacch. v. 832. Br. τό γ' ἐμὸν εὐτρεπὲς πάρα. Plene Heraclid. v. 679. Musgr. ἐρήμους δεσπότας τοὐμὸν μέρος Οὐκ ἂν θέλοιμι πολεμίοισι συμβαλεῖν. Sic et Sophocles Trachin. v. 1217. κοὐ καμεῖ τοὐμὸν μέρος. Herodotus I. c. 108. extr. χρὴ δὴ τό γε ἐμὸν ὑπηρετέεσθαι ἐπιτηδέως. Lucianus T. I. p.

743. *τὸ δ' ἐμὸν ἔτι ἐνδεῖ.* Plene p. 48. *καὶ τὸ ἐμὸν μέρος ἀσχημονοῦσα.* ubi vid. Iac. Gronov. SCHAEF.] Sic *τὸ σὸν, τὸ ἐκείνου,* [Euripides Hec. v. 983. Pors. *τοὐκείνου μὲν εὐτυχεῖς μέρος.* SCHAEF.] *τὸ ἐπ' ἐμοί*, quantum in te, in illo, in me est. Plene Dionysius Halicarnasseus L. IV. pag. 409: *Τόγε ἐφ' ἡμῖν εἶναι μέρος.* Et Euripides Rheso v. 405: — *βαρβάρους Ἕλλησιν ἡμᾶς προὔπιες τὸ σὸν μέρος.* [Plene *τὸ σὸν μέρος* Plato Crit. c. 11. 16. SCHAEF.]

Dicunt etiam *τὸ κατ' ἐμὲ*, quod est in Epist. 158
ad Rom. I, 15: *Οὕτω τὸ κατ' ἐμὲ πρόθυμον καὶ ὑμῖν τοῖς ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελίσασθαι:* Sic quantum in me est, promptum est ad Evangelium vobis etiam, qui Romae estis, annunciandum. (s) Plene dixit Isaeus, et Maximus Tyrius Dissertatione VI. p. 59: *τὸ κατ' ἐμαυτοῦ μέρος.* [Dele *κατ'*. *τὸ ἐμαυτοῦ μέρος* habent et Heinsiana editio, qua usus est Bosius, et Davisianae, p. 62. Cant. 261. Lond. SCHAEF.]

* Euripides Herc. f. v. 169. Musgr. *τὸ δ' εἰς ἔμ', Ἡράκλεις, ἐμοὶ μέλει κ. τ. λ.* Eusebius in Stobaei Serm. p. 310, 10. *τὸ εἰς ἑαυτὸν ἧκον.* Ioannes Cantacuz. Histor. L. III. c. 41. in. T. II. p. 484. med. *τό γε εἰς αὐτοὺς ἧκον.* — Lucianus T. II. p. 186. *οὐδὲ τοῦ γένους τὸ ἐπ' ἐμαυτῷ ἐπιλήσομαι.* T. III. p. 2. *ἄκουε τό γε ἐπ' ἐμοί.* Phalaris p. 276. *μήτε χρημάτων τὸ ἐπ' ἐμοὶ, μήθ' ὅπλων ἐνδεεῖς εἶναι νομίζοντες.* Dio Chrysost. T. II. p. 105. *τό γε ἐπ' αὐτοῖς.* Themistocles Epist. XI. 16. *τὸ δ' ἐπὶ τούτοις εἶναι.* Conf. Gregor. Cor. de Dialect. p. 30. Praemisso *ὅσον*, Euripides Orest. v. 1338. Pors. *σώθηθ', ὅσον γε τοὐπ' ἔμ'.* ubi praestantissimus editor alia exempla usus accusativi congessit. [Alibi, praemisso *ὅσον*, articulus abest. Lucian. T. II. p. 204. *ὅσον ἐπὶ τῇ γῇ.* Origenes c. Cels. p.

Digitized by

186. med. Spenc. *γένεσίν τε, ὅσον ἐφ' ἑαυτοῖς, κ. τ. λ.* ut locus scribendus. Sic et Dioscorides Epigr. XXXII. v. 3. *ὅσσον ἐπ' ὠδῖσιν.*] — Herodotus VII. c. 158. *τὸ δὲ κατ' ὑμέας τάδε πάντα ὑπὸ βαρβάροισι νέμεται.* Xenophon Anab. I, 6, 9. *τὸ κατὰ τοῦτον εἶναι.* Lucianus T. III. p. 517. *τό γέ τοι κατ' αὐτόν.* p. 526. *τὸ κατ' ἐμέ.* Additâ voce *μέρος*, Diodorus Sic. XIX. c. 72. *ἀήττητον τὴν πατρίδα τὸ καθ' αὐτὸν μέρος ἀποδεικνύων.* Phalaris p. 244. *τὸ καθ' ἡμᾶς μέρος.* Locutione paullum inflexâ, Euripides Bacch. v. 179. *ὅσον καθ' ἡμᾶς δυνατόν.* Neque hîc articulus semper additur. Idem Iphig. Aul. v. 1441. *κατ' ἐμὲ δ' εὐκλεὴς ἔσῃ.* Xenophon Oecon. XI. 9. *τὴν πόλιν μηδὲν κατ' ἐμὲ χρήμασιν ἀκόσμητον εἶναι.* ubi Weiskius: „usitatius et rectius esset *τὸ κατ' ἐμέ.*" Optime habet quod editur. SCHAEF.

Secundo reticetur etiam vox *μέρος* in verbis quibusdam cum casu secundo constructis. [Simplicius fere est in talibus *τὶ* s. *τινὰ* subaudire. SCHAEF.] E. gr. *μετέχειν τινί τινος*, participem esse cum aliquo alicuius rei. Plene, *μετέχειν τινὶ*, vel *ἔχειν μετά τινι* [ubinam, vir optime, hoc legisti? SCHAEF.] *μέρος πράγματός τινος*, habere cum aliquo partem alicuius rei. Plenam loquutionem aliquando reperies. [Expletae modo illo simpliciore en aliquot exempla. Herodotus IX. c. 18. *εἴ τι ἀλκῆς μετέχουσι.* Charito p. 124, 3. *τοὺς δὲ ἀξιώματός τι μετέχοντας κ. τ. λ.* ubi parum probo rationem Dorvillii. Similiter Dionysius Hal. Ant. Rom. T. II. p. 749. *τῶν κοινῶν οὐδὲν ἔτι μετεῖχον.* ubi tamen Cod. Vat. *οὐδενὸς.* SCHAEF.] Aeschylus Choëphoris v. 240:

> Καὶ τοῖς τοιούτοις οὔτε κρατῆρος μέρος
> Εἶναι μετέχειν, οὔτε etc.

Sic apud Lysiam Orat. contra Philon. pag. 470: *μετέχειν τὸ μέρος τῶν δεινῶν, ὥσπερ καὶ τῶν ἀγα-*

Digitized by Google

θῶν μετέχουσι, participes esse malorum, sicut et bonorum participes sunt. (t) Xenophon *Κύρου Παιδ.* L. II. p. 27: *Δέδοικα, ἔφη, μὴ ἄλλου τινὸς μᾶλλον ἢ τοῦ ἀγαθοῦ μεθέξω πλέον μέρος.* Vereor, inquit, ne alius cuiusdam rei quam boni maiorem capiam partem. Et L. VII. *Κύρου Παιδ.* p. 195: *πλεῖζόν σου μέρος μεθέξομεν.* [Isocrates p. 174. ed. Lang. *οἵπερ καὶ τῶν κινδύνων πλεῖζον μέρος μεθέξουσιν.* Similiter Herodotus IV. c. 145. *μοιράν τε τιμέων μετέχοντες.* SCHAEF.] Et Aristophanes in Pluto v. 225. p. 24: *Ὅπως ἂν ἴσον ἕκαζος ἐνταυθοῖ παρὼν, Ἡμῖν μετάσχῃ τοῦδε τοῦ Πλούτου μέρος.* Ut singuli eorum, qui hic adsunt, aequalem nobis Pluti huius portionem capiant. [Kusterus ad Schol. h. v.: „Male hîc Scholiastes ait, *τὸ μετέχειν* nunc Accusativum regere, nunc Genitivum. Nam proprie semper regit Accusativum. Quando autem Genitivo iungitur, id fit per Ellipsin Accusativi *μέρος*. Integra phrasis enim est, *μετέχειν τινὶ μέρος τινὸς πράγματος*: ut hoc loco apud Comicum.“ SCHAEF.] Ex quibus exemplis patet, *μετέχειν* cum secundo 159
casu constructum semper subintellectum habere accusativum *μέρος*; nam quartum casum requirit post se hoc verbum, ut videre est ex aliis. [Sophocles Oedip. Col. v. 1484. *ἀκερδῆ χάριν μετάσχοιμι*. ubi recta ratio videtur Brunckium latuisse. SCHAEF.] Comicus Plut. v. 1145. pag. 109: *Οὐ γὰρ μετεῖχες τὰς ἴσας πληγὰς ἐμοί.* Neque enim tu eorundem mecum verberum fiebas particeps. Ubi Scholiastes: *Οὐ μόνον μετέχω τοῦδε, ἀλλὰ καὶ μετέχω τόδε Φαμὲν, καὶ εὕροις ἂν τοῦτο οὐ μόνον παρὰ ποιηταῖς, ἀλλὰ καὶ λογοποιοῖς.* Notavit recte Scholiastes, dici *μετέχειν τινὸς*, et *μετέχειν τι*, sed debuisset monere, priorem locutionem esse ellipticam. (u) [Addo Aristo-

phan. Concion. v. 582. *ὡς τὸ ταχύνειν χαρίτων μετέχει πλεῖζον παρὰ τοῖσι θεαταῖς.* ad q. l. Brunckius: „Subauditur *μέρος*, qua ellipsi nihil frequentius. Alibi id nomen expressum occurrit. Plenam locutionem observes in Pl. 226.

ἡμῖν μετάσχῃ τοῦδε τοῦ πλούτου μέρος.

Ran. 334.

φιλοπαίγμονα τιμὰν,
χαρίτων πλεῖζον ἔχουσαν
μέρος.

Qui locus nostro simillimus. Idcirco minime necesse est *πλείζων* legere, ut placet Toupio ad Suidam III. 228." SCHAEF.]

Pari modo in *τῷ μετεῖναι* cum genitivo constructo supprimitur *μέρος*. E. gr. *οὔ μοι μέτεζι τοῦ πράγματος*: ad me non attinet haec res; ego huius rei particeps non sum. ut Comicus Plut. v. 630. p. 68: *Ὅσοις μέτεζι τοῦ χρηζοῦ τρόπου*, sc. *μέρος*: Quibuscunque (pars) est bonorum morum. (v) [Simplicius subaudias *τι*, quod addit Euripides Iphig. Aul. v. 498. Markl. ubi praecessit v. 494. *τί δ' Ἑλένης παρθένῳ τῇ σῇ μέτα;* quemadmodum Phoeniss. v. 423. Pors. *καὶ σοί τί θηρῶν ὀνόματος μετὴν, τέκνον;* Vid. Toup. Emend. in Suid. T. II. p. 257. sq. Antoninus Lib. C. II. p. 16. *Φάμενοι μετεῖναι τὰ ἡμίσεια* (l. *ἡμίσεα*) *τῶν γερῶν ἑαυτοῖς.* SCHAEF.]

Eadem ratio est similis generis phrasium, *μεταλαβεῖν* [Scholiastes ad Aristophan. Plut. v. 226. — *μεταλαμβάνω τούτου καὶ τοῦτο Φαμέν.* Vid. Wesseling. ad Diodor. Sic. T. I. p. 185, 4. Athenaeus T. II. p. 71. *μεταλαμβάνων καὶ ἄριζον.* Dionysius Halic. Ant. Rom. T. I. p. 457. *ἔλαθον αὐτοὺς τοῦ τῶν κινδυνευόντων μεταλαμβάνοντες πάθους.* ubi Cod. Vat. *τὸ τ. κ. μ. πάθος.* — Sic etiam *μεταλαγχάνειν.* Euripides Suppl. v. 1077. *μετέλαχες Τύχας Οἰδιπόδα, γέρον, Μέρος.* ubi Marklando

non assentior. SCHAEF.] *κακίας, μεταδοῦναι ἀρετῆς.* Herodianus L. III. 6. IV. 2. 5. qui genitivi non pendent a verbis, sed ab intellecto nomine *μέρος.* [Isocrates c. 557, 6. ed. Wolf. mai. *ἔτι δὲ τῶν μὲν τοιούτων ἔργων, ὅσα μετὰ κινδύνων πέπρακται, τὸ πλεῖζον ἄν τις μέρος τῇ τύχῃ μεταδοίη.* Vid. Melet. Crit. I. p. 20. sq. Exemplis ibi congestis accedat ex Alciphronis Epistolis T. II. p. 218. ed. Wagn. *μεταδίδωμι δῆτα καὶ σοὶ δύο τούτων ἔχειν.* ubi quae sequuntur, *τῶν κριθίων ὀλίγων οὐσῶν,* sic opinor corrigenda esse, *τ. κ. ὀ. ὄντων.* (Contra in Platonis Theaet. p. 318. ed. Heind. leg. *κινήσεων οὐσῶν.*) *Κριθίον* vox bonae notae. Reperi item in Longo p. 93. ed. Vill. Augeat igitur Lexica cum simili deminutivo *λιθίον*, quo usus est Pausanias II. c. 25. SCHAEF.] Hinc falsum esse adparet id, quod docent Grammatici, verba participandi genitivum regere. (x)

* Et *μέρος* saepe omitti, multis exemplis probatum fuit. Sed et deest illud 2 Tim. III, 13. *προκόψουσιν ἐπὶ τὸ χεῖρον*, nempe *μέρος.* Iulianus Caes. p. 226. *οὐκ ἀξιῶ τῆς χείρονος ἐμαυτὸν μερίδος.* Item in *ἐγνωσμένον* ap. Agathem. p. 60. 62. nec non p. 41. *ἀπὸ γὰρ τῶν βορειοτάτων ἐπὶ τὰ νοτιώτατα,* a borealissimis partibus ad partes australissimas. Sic in Aristaeneti phrasi L. I. ep. 10 *συνεβάλετό σοι τοῦ γάμου,* scil. *μέρος.* Adde Act. I. 8. Hesiod. Θεογ. 623. 722. F. ST. De loco Aristaeneti, assentior Hemsterhusio corrigenti *συνελάβετο.* — Oribasius p. 132. *ἐπειδὴ κατὰ τοῦτο μάλιζα τῆς κεφαλῆς οἱ ζέφανοι κατατίθενται.* ubi Dundassius: „Gal. et Ms. *κατὰ τοῦτο μάλιζα τὸ μέρος τῆς κεφαλῆς.* magis placet haec lectio.“ Sed Dukerus in Addend. „Oribasius sine reprehensione omittere potuit vocem *μέρος,* cuius ellipsis in hoc genere loquendi obvia est.“ SCHAEF.

Digitized

(g) Coll. Paean. Lib. IV. c. IV. n. 3. μέρος ἥμισυ. Marc. evangel. c. VI, 23: ἕως ἡμίσους τῆς βασιλείας μου. MICH.

(h) Sic τὸ τρίτον. Apoc. VIII, 7. IX, 18. τὸ δέκατον. XI, 13. SCHOETTG.

160 (i) Hebr. VI, 19: Τὸ ἐσώτερον. Interior (pars), quae est intra velum. SCHOETTG.

(k) Sic τετραπλοῦν, apud Lucam evangel. c. XIX, 8. item S. Paulus: τὸ περισσὸν, pro praerogativa, Rom. III, 1. et πολὺ, ibid. vers. 2. Et Marcus in evang. c. II, 12: ἐναντίον. MICH.

(l) Ὅσον, quantum, pro καθ' ὅσον μέρος: et in plurali ὅσα. SCHOETTG.

(m) Dici autem τὸ πλέον κατ' ἔλλειψιν pro: πλέον μέρος, Euripides probat in Oreste vers. 102. 103:

Τό, τ' ἐμὸν οἴχεται
Βίου τὸ πλέον μέρος ἐν
Στοναχῇσί τε καὶ γόοις.

Mihi autem maxima abit vitae pars inter gemitus et luctus. BERNH.

(n) Sic ἐπὶ πολὺ, maximam (partem.) Arrianus Lib. I. p. 55: ἐπὶ πᾶν, (o) scil. μέρος, ex omni (parte); quod coniunctim scribitur ἐπίπαν. Idem II. p. 147: Ὀργῇ γὰρ ἐχώρουν ἐπίπαν οἱ Μακεδόνες. Plurimi enim Macedonum irae (locum) dabant. SCHOETTG.

* Παράπαν, pro παρὰ πᾶν, scil. μέρος, ex omni (parte). SCHOETTG.

(o) Sic ἐπὶ παντὶ, scil. μέρει, ex omni parte, omnino. Pythagorae Aurea Carmina v. 24: ὃ δέ τοι ἐρέω, ἐπὶ παντὶ τελείσθω. BERNH.

161 (p) Τὸ δείλινον, vespertina: et πρώϊμον, matutina, scil. pars diei. MICH.

(q) Philo de opificio mundi pag. 5: Mundus non consisteret, nisi Deus mensurasset τὸ ἑκάστῳ ἐπιβάλλον, unicuique (portionem) suam. SCHOETTG.

* Demosthenes de Cor. c. 76: ἐφ' ἡμᾶς ἐπιβάλλον μέρος. LEISN.

(r) Ἧττον (scil. μέρος) ἔχειν, vinci, *den kürzeren ziehen.* Paeanius Lib. VII, cap. XI. ἔλαττον ἔχειν, idem ibid. MICH.

(*) Ad h. l. Larcherus T. III. p. 523. s. ed. alt. „La portion de leur patrimoine qui leur revenoit. τῶν κτημάτων τὸ ἐπιβάλλον. On sous-entend μέρος. Hérodote a dit liv. VII, §. XXIII, ἀπολαχόντες γὰρ μόριον ὅσον αὐτοῖσι ἐπέβαλε, ὤρυσσον. On trouve dans Dé-

ized by Google

mosthènes (de Corona, pag. 182, segm. 435.) τῆς τῶν ἄλλων ἀνθρώπων τύχης τὸ ἐπιβάλλον ἐφ' ἡμᾶς μέρος μετειληφέναι νομίζω τὴν πόλιν. „Je pense que notre ville a eu sa part de la partie de la fortune du reste des hommes qui pouvoit nous revenir." La même phrase se trouve dans Denys d'Halicarnasse (Antiq. Rom. l. VIII, §. LXXIV, pag. 520, lin. 38.) τούτων ὑπάρξει τὸ ἐπιβάλλον ἑκάστοις λάχος. „Chacun aura la part qui lui reviendra par le sort, la part que le sort lui adjugera." M. Gottleber (Act. Erudit. An. 1771, pag. 221.) pouvoit donc appuyer cette phrase de Denys d'Halicarnasse de meilleures autorités que de celles de Saint Luc et du Scholiaste d'Aristophanes." SCHAEF.

(s) Sic Rom. XVI, 19: χαίρω οὖν (κατὰ) τὸ ἐφ' ὑμῖν, scil. μέρος. MICH.

(t) Theophrastus Charact. c. 16: Δάφνης εἰς τὸ στόμα λαβὼν, sc. μέρος, lauri partem in os sumens. SCHOETTG. Simplicius subaudias τι. SCHAEF.

(u) Sic κοινωνεῖν et μετέχειν τινός. Hebr. II, 14. MICH.

(v) Euripides [Iphig. Taur. v. 1299. ubi aliter interpretatur Marklandus p. 393. Non probo. SCHAEF.] addit: μέτεσιν ὑμῖν τῶν πεπραγμένων μέρος. Isocrates: Ἀρετῆς οὐδὲν μέρος τοῖς πονηροῖς μέτεσι. LEISN.

(x) Idem observandum de verbo φθονεῖν, invidere. Theophrastus Charact. cap. 17: Ἐφθόνησάς μοι τοῦ ζωμοῦ καὶ τοῦ οἰναρίου. sc. μέρος. Invidisti mihi insculum et villum tuum. SCHOETTG. Propria haec est constructio verbi φθονῶ, nec quidquam subaudiendum. Vid. Fischer. ad Weller. III. I. p. 412. sq. SCHAEF.

Μέρος τι, Pars aliqua (y). 162

Ad haec μέρος τι subintelligitur ante Genitivos, quos Attici iungunt cum verbis quibusdam. [Sufficit τὶ, τινὰ, τινὰς subintelligi. SCHAEF.] Aristophanes Pace v. 436. p. 652:

Ὅστις προθύμων ξυλλάβοι τῶν σχοινίων.

scil. μέρος τι. i. e. Quicunque alacriter prehenderet (partem aliquam) funium. Plene in alio eius generis verbo dixit Sophocles in Philoct. v. 307:

— Καί που τὶ καὶ βορᾶς μέρος
Προσέδοσαν.

Digitized by Google

— Et partem aliquam cibi
Addiderunt (z).

(y) Μέρος τι omittitur ante ἀπὸ, ut Lucas habet in Actis Apostolicis c. V, 2: ἐνοσφίσατο ἀπὸ τῆς τιμῆς. Matthaeus in Evangel. c. IX, 16: αἴρει τὸ πλήρωμα αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ἱματίου. Item ante ἐκ, ut Matth. cap. XXV, 8: ἐκ τοῦ ἐλαίου ὑμῶν. MICH.

(z) Marcus in Evangel. c. II, 21: αἴρει τὸ πλήρωμα αὐτοῦ τὸ καινὸν (μέρος τι) τοῦ παλαιοῦ. Septuaginta Interpretes in Proverb. cap. XXII, 9: τῶν γὰρ ἑαυτοῦ ἄρτων ἔδωκε τῷ πτωχῷ. cap. XXII, 25: μήποτε μάθῃς τῶν ὁδῶν αὐτοῦ. Exodi c. XXIX, 7: Καὶ λήψῃ τοῦ ἐλαίου τοῦ χρίσματος. vers. 20: Καὶ λήψῃ τοῦ αἵματος αὐτοῦ. cap. XXXIV, 15: Καὶ φάγῃς τῶν αὐτῶν. vers. 16: Καὶ λάβῃς τῶν θυγατέρων αὐτῶν τοῖς υἱοῖς σου, καὶ τῶν θυγατέρων σου δῷς τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ. Levitici c. X, 18. cap.
163 XX, 2: ὃς ἂν δῷ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ. sic v. 3. 4. Numeror. c. XXV, 2: καὶ ἔφαγεν ὁ λαὸς τῶν θυσίων αὐτῶν. MICH.

* Omittunt eodem modo aliquam partem vel quidpiam etiam Latini. Tacitus in German. c. XV: Mos est civitatibus ultro et viritim conferre principibus vel armentorum, vel frugum. vid. Gronov. ad h. l. Μέρος τι etiam supprimitur in φαγεῖν ἄρτου, aliisque multis. LEISN.

* Triplex hic locum habet Ellipsis. 1) Vel enim subaudiri potest ἐκ. 2) Τινὰς vel τινά. 3) Vel denique μέρος τι, uti docet Eustathius ad Iliad. f. 1292. l. 31. et ad Odyss. f. 351. l. 9. coll. Henr. Stephano de Dial. Att. p. 45. et Barnesio ad Euripid. Cyclop. v. 397. Nimirum observandum est hic, ubi totum significatur, Accusativum verbis iungi; ubi vero tantum pars innuitur, Genitivum adscisci elliptica dicendi ratione. Sic Aelian. L. I. V. H. c. VI. Ὅταν αὐτοὺς λαθόντες ὑοςκυάμου φάγωσι. et L. II. c. XVII. Ἐπιθεὶς ἐπ' αὐτὸν τῶν κρεῶν. s. μέρος τι. Homerus Odyss. I. v. 225. Τυρῶν αἰνυμένους. ubi Eustathius loco supra citato: οὐ γὰρ πάντας ἐκεῖ τοὺς τυροὺς ἦν αἴνυσθαι, ἀλλὰ μέρος αὐτῶν. Sic in τι absolute posito subauditur κατά τι μέρος. Homer. Iliad. I. v. 641. et Odyss. II. v. 310.

Digitized by

οὐ μὲν γάρ τι etc. et alibi saepe. uti Latinorum quid usurpari solet. Cicero ad div. L. II. ep. 20. Nisi quid me Etesiae morantur. i. e. ex aliqua parte. Vel aliqua pro aliqua ex parte. Sic Mela L. III. c. 9. §. 35. Ideo eius orae notae sunt aliqua. SCHWEB.

Μέρος cum κατά.

Item μέρος cum praepositione κατὰ subintelligitur in genitivis illis, quos Attici iungunt cum verbis passivis, καταῤῥήγνυσθαι, συντρίβεσθαι, κατάγεσθαι. [His ambagibus non opus. Subaudi τι. SCHAEF.] Ex. gr. Ξυνετρίβη τῆς κεφαλῆς, dixit Comicus in Pace p. 268. pro ξυνετρίβη κατά τι μέρος τῆς κεφαλῆς. ad verbum: Contritus est aliqua in parte capitis (aa). [Vid. Thomas Mag. p. 499. Moeris p. 233. Gregorius Corinth. p. 51. horumque Interpretes. Cum accusativo Aristophanes Fragm. incert. XVI. Ἵνα μὴ καταγῇς τὸ σκάφιον, πληγεὶς ξύλιῳ. Schol. inedit. in Aristid., quo utitur Valckenarius ad Herodot. p. 501, 2. κατεαγῇς οὖν τὸν μηρὸν κ. τ. λ. Leg. κατεαγεὶς ο. τ. μ. Vid. Interpr. ad Thom. Mag. p. 497. Abresch. ad Cattier. p. 12. SCHAEF.]

Deest etiam μέρος cum κατὰ in τοῦτο μὲν, τοῦτο δὲ, partim, partim (bb). ut sit, κατὰ τοῦτο μὲν μέρος, κατὰ τοῦτο δὲ μέρος: ex una parte, ex altera (cc).

(aa) Artemidorus Oneirocrit. I, 33. κατὰ μικρὸν, particulatim. SCHOETTG.

(bb) Ellipsis huiusmodi occurrit in epist. ad Hebraeos, c. X, 33. MICH.

(cc) Adde et hoc. Psalm. XXX, 5: Τοεσπέρας αὐλισθήσεται κλαυθμός. Vesperi eiulabitur fletus. Integrum est κατὰ τὸ τῆς ἑσπέρας μέρος. Τὸ δεύτερον, 164
in Epist. Iudae v. 5. pro κατὰ τὸ δεύτερον μέρος τοῦ χρόνου, alio tempore. SCHOETTG. (dd)

(dd) Τὸ ἔξῆς, in posterum. Paeanius Lib. VII. c. I. Sic etiam τὸ παρὸν, praesens tempus, in Ep. ad He-

Digitized by Google

braeos c. XII, 11; et τὸ πρότερον, prius tempus, apud Ioannem in Evangel. c. VI, 62. MICH.

Μέρους.

In ἐκ θατέρου, ex altera (parte.) Sic ἐξ ἑκατέρου, ab utraque (parte.) Zosimus Lib. II. 19: πολλῶν δὲ καὶ ἀναριθμήτων ἐξ ἑκατέρου πεσόντων (ee).

(ee) Sic 1 Cor. I, 12: Ἐγώ εἰμι Παύλου, Ἀπολλῶ, Κηφᾶ, Χριστοῦ. Pro ἐγώ εἰμι μέρους Παύλου etc. Ego sum (a partibus) Pauli (ff). SCHOETTG.

(ff) Hoc vocabulum addidit Lucas Act. XXIII, 9. Ἀναστάντες οἱ γραμματεῖς τοῦ μέρους τῶν Φαρισαίων. BERNH.

Μέρει.

Apud Homerum in καιρίῳ, Iliad. Δ. v. 185:

Οὐκ ἐν καιρίῳ ὀξὺ πάγη βέλος.

Non in opportuna (parte) est fixa sagitta.

ubi Eustathius: ἐν ἐπιτηδείῳ μέρει (gg).

* In Sophoclea locutione, ἑρκέων ἐγκεκλεισμένους, Aiac. v. 1274., itemque in Euripidea, τόνδ' εἰσεδέξω τειχέων, Phoeniss. v. 461. Pors., ad genitivum μέρει subaudit Dorvillius ad Chariton. p. 345. Mihi placet, quam vir egregius ibidem improbat, Abreschii ratio, longe illa simplicior probataque etiam Valckenario. Vid. Abresch. ad Cattier. p. 60. Valckenar. ad Phoeniss. p. 166. SCHAEF.

(gg) Ἐν τούτῳ, sc. μέρει, hac in parte. I. Ioann. IV, 9. s. cf. 2 Cor. IX, 3. SCHOETTG. (hh)

165 * In ᾧ, quod est apud Iustinum Martyrem παραίν. πρὸς Ἕλλ. in fine, ubi Hermetis haec affert verba: Θεὸν νοῆσαι μέν ἐστι χαλεπὸν, φράσαι δὲ ἀδύνατον, ᾧ καὶ νοῆσαι δυνατόν. Ὦ, pro ἐν ᾧ μέρει. Sententia dicti huc fere redit: Deum penitius noscere, difficile est quidem; sed eloqui plane nemo potest, ubi etiam cogitatione apprehenderit. i. e. eam etiam, quam de Deo habueris, cognitionem verbis tu non facile conceperis. BERNH.

Digitized by Google

(hh) In *τοσούτῳ* et *ὅσῳ* Hebr. I, 4. quod tamen et ad *μέτρον* referri potest. MICH.

Μέρη.

Ut in *ἥμισυ* subintell. *μέρος*, sic in *ἡμίσεα*, *μέρη*. (ii) et in aliis, ut Aelianus Var. Histor. IX, 15: *Τὰ πρῶτα ἔδωκαν αὐτῷ.* Primas ei dederunt. Idem XI, 41: *Τὰ πρῶτα Φέρεσθαι*, primas ferre; (kk) quod Latini imitati, primas dixere, pro primas partes (mm).

In *τὰ ὄπισθεν*, *τὰ ἔμπροσθεν*, *τὰ ἔσωθεν*, *τὰ ἔξωθεν*, (oo) *τὰ λαιὰ*, *τὰ δεξιά* etc. Aelianus Var. Hist. I, 7: *Τὰ ἐξόπισθεν ἑφέλκουσι.* (Partes) posteriores attrahunt. Idem I, 18: *Τὰ περὶ τοὺς ὤμους*, (partes) circa humeros. Xenophon in Cyropaedia: *Τὰ τυφλὰ τοῦ σώματος καὶ ἄοπλα, καὶ ἄχειρα ταῦτα*, sc. *μέρη*: Caecas et inermes et manibus destitutas has corporis (partes.) (pp) Thucydides Lib. III, 23. *ἐς τὰ γυμνά.* ubi Scholiastes: *μέρη δηλονότι* (qq). [*Τὰ ἄκρα.* Lucianus T. II. p. 64. *ἀνακεκρᾶσθαι κατὰ τὰ ἄκρα.* (Prima illius capitis sic legenda: *Μετὰ δὲ τὸ προοίμιον, ἀνάλογον τοῖς πράγμασιν ἢ μηκυνόμενον ἢ βραχυνόμενον, εὐαφής τε καὶ εὐάγωγος ἔξω ἡ ἐπὶ τὴν διήγησιν μετάβασις.*) Inprimis de corporis extremitatibus. Idem T. II. p. 338. (334.) *ὅτι ἀμφοτέραις κατασχὼν αὐτοῦ τὰ ἄκρα διεπίεσα.* ubi fallitur Guietus *πλευρὰ* subaudiens. Pausanias II. c. 11. *ἄκρα, χεῖρες καὶ πόδες.* quae epexegesis vocem illam satis interpretatur: quamquam Cod. Mosc. habet *ἄκραι χεῖρες.* Posidippus Epigr. XIII. v. 3. *τίπτε δ' ἐπ' ἄκρα βέβηκας*; pro quo Euripides Ion. v. 1185. Musgr. *ἐν δ' ἄκρουσι βὰς ποσί.* Vid. Dorvill. ad Chariton. p. 327. sq. Lennep. ad Phalar. p. 72. SCHAEF.]

In *δύο*, *ἀμφότερα*, *ϑάτερα*, ut: *διελεῖν εἰς δύο*, dividere in duas (partes.) (rr) Dio Cas- 166

sius Lib. XXXV. p. 5: *Ἐπὶ θάτερα τοῦ ποταμοῦ*: Ex altera (parte) fluvii (ss). [Plene Diodorus Sic. XIV. c. 47. *κατοικοῦντας ἐπὶ θάτερα μέρη τῆς Σικελίας*. Sic et c. 100. L. XX. c. 8. videtur scripsisse: *ἐπὶ θάτερα δὲ μέρη τοῦ πεδίου ἐνέμοντο κ. τ. λ.* *Ἐλλιπῶς* idem L. XV. c. 84. *κατήντησαν ἐπὶ θάτερα τῆς Μαντινείας*. Sed ibi quoque Cod. *ἐπὶ θάτερα μέρη*. quod genuinum videtur. Euripides Bacch. v. 1118. Br. *Ἰνὼ δὲ τἀπὶ θάτερ' ἐξειργάζετο*. quem versum in Athenaeo lectum Brunckius (ipse Bacharum editor!) inter Fragmenta Inus Sophocleae retulit. Achilles Tatius II. c. 10. p. 59. ed. Bip. *καὶ ἡ μὲν ἐπέκεινα τρέπεται τὴν ἐπὶ τὸ δωμάτιον αὐτῆς· ἐγὼ δὲ ἐπὶ θάτερα*. Similiter Lucianus T. I. p. 363. *καὶ ἦν τραπῇ ἐπὶ θάτερα, οἰχήσεται περιτραπέν*. (Iacobsius: „Aliis placeant haec *τραπῇ περιτραπέν*." Mihi quidem non displicent: nec displicuerunt, opinor, Luciano, qui etiam T. II. p. 761. *τραπόμενος — περιτρεπόμενον*.) Philostratus Her. p. 210. Boiss. *ἐκ τοῦ ἐπὶ θάτερα*. ubi v. adnot. p. 602. Formâ solutâ Pausanias IX. c. 32. *καὶ οὕτω παρὰ ἔτος ἐς μὲν τὰ ἐπέκεινα τοῦ χώματος ἐκτρέπουσι τὸ ὕδωρ, τὸ δὲ ἐπὶ τὰ ἕτερα αὐτοῦ γεωργοῦσι*. SCHAEF.] Idem Dio Lib. XXXVII. p. 32: *Νέμονται δὲ ἐπ' ἀμφότερα τοῦ Κύρνου*: Habitant autem ex utraque Cyrni (parte.) De Iberis ibi sermo est (tt). Plenius dixit Polybius Lib. I: *Ἐπ' ἀμφότερα τοῦ μετώπου μέρη*: Ad ambas frontis partes (uu).

Et, quod notandum, in *ἐπέκεινα*, quod pro adverbio vulgo habetur, et saepe cum genitivo construitur, ut in Act. Apost. c. VII, 43: *Καὶ μετοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Βαβυλῶνος*: Et transferam vos trans Babylonem. Proprie *ἐπέκεινα* composita vox est ex *ἐπὶ* et *ἐκεῖνα*, in quo subintell. *μέρη*, unde pendet genitivus ille, qui additur. Sic *ἐπέκεινα τῆς Βαβυλῶνος* est, quasi dicas: *ἐπ' ἐκεῖ-*

Digitized by Google

να μέρη τῆς Βαβυλῶνος, ad illas ulteriores (sc. partes) Babylonis. [Euripides Hippol. v. 1210. Br. ἀκτή τις ἐξὶ τοὐπέκεινα τῆσδε γῆς. Achaeus apud Athenaeum T. IV. p. 227. ἐκ τοῦ 'πέκεινα. Herodotus III. c. 115. ὅκως θάλασσά ἐξι τὰ ἐπέκεινα τῆς Εὐρώπης. Verte: mare esse ultra Europam. Aliter Interpres, cuius rationem miror Larchero probatam esse. Hoc quoque imitatur Pausanias. L. X. c. 1. Σκαρφεῖς μέντοι τὰ ἐπέκεινα 'Ελατείας. c. 36. τὰ ἐπέκεινα δὲ οἱ Δελφοί. Paullo aliter Lucianus T. II. p. 135. ἀπεσκόπουν τὰ ἐπέκεινα ὅπως ἔχοι. Bene Interpres: prospexi, quomodo ulteriora se haberent. Dionysius Hal. Ant. Rom. T. I. p. 536. ὄρος ὑψηλὸν ἐπέκεινα τοῦ Τιβέριος ποταμοῦ κείμενον. Diodorus Sic. III. c. 50. τὴν ἐπέκεινα τῆς Σύρτεως Λιβύην. ubi nonnulla dedit Wesselingius. Alia exempla paullo superius vidimus. Rarius sensu tropico dicitur. Scholiastes ad Lucian. T. III. p. 333. παντὸς ἐπέκεινα θαύματος. ubi Solanus insigniter errat scribendum censens ἐπινικᾶ. Gloss. C. D'O. ad Aristophan. Plut. v. 982. ἐπέκεινα νόμου. Eustathius ad Iliad. p. 601, 37. (458, 7.) ἐπέκεινα πασῶν πόλεων. Vid. Thomas Mag. p. 336. et Wesseling. l. c. Rarius item quod dicit Scholiastes ad Aristophan. Plut. v. 545. προσθεὶς τὰ λοιπὰ ἐπέκεινα εἰς ἐπαύξησιν τῶν τῆς πενίας κακῶν. SCHAEF.] Iam proprie duas esse voces ἐπέκεινα, et subaudiri debere μέρη, constat etiam exinde, quod Graeci Latinorum cis vel citra exprimant ἐπὶ τάδε. [Dionysius Hal. Ant. Rom. T. I. p. 354. καὶ κλήρους αὐτοῖς προσένειμε τοὺς ἐπὶ τάδε τοῦ Τιβέριος. Diodorus Sic. V. c. 32. in. τοὺς ἐπὶ τάδε τῶν Πυρηναίων ὀρῶν. Ex eodem Excerpt. T. II. p. 621, 63. τῆς ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου χώρας. et ibid. p. 622. in. Lucianus T. I. p. 496. τὰ ἐπὶ τάδε τοῦ Ἴστρου μόνα. Suidas T. III. p. 198. Ἐπὶ τάδε τῆς πό-

Digitized by Google

λεως ὁρμεῖν οὐκ ἐδύνατο. SCHAEF.] Polybius L. III. p. 221: — πῶς ἡττηθεὶς τῆς ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου πάσης ἐξεχώρησε: quo pacto victus excesserit omni Asia cis Taurum. Et paullo post: τοὺς ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου κατοικοῦντας, sc. μέρη: qui habitant ad hasce Tauri (partes,) i. e. qui cis Taurum incolunt. Ἐπὶ τάδε καὶ ἐπ' ἐκεῖνα habet etiam Dio Cassius p. 171. [Plato Phaedon. c. 60. ξυνέπεται γὰρ αὐτῷ, καὶ ὅταν εἰς τὸ ἐπέκεινα τῆς γῆς ὁρμήσῃ, καὶ ὅταν εἰς τὸ ἐπὶ τάδε. Dionysius Hal. Art. Rhetor. XI. 1. p. 396. Reisk. τὴν κρίσιν ποιεῖσθαι, ἢ ἐπὶ τάδ', ἢ ἐπ' ἐκεῖνα. Theophrastus ap. Athenaeum T. III. p. 440. Οἱ Ἀθήνῃσι ἐπὶ τάδε πέρδικες τοῦ Κορυδαλλοῦ πρὸς τὸ ἄξυ κακκαβίζουσιν· οἱ δ' ἐπέκεινα, τιττυβίζουσιν. SCHAEF.] Sic εἰς τὰ ὑπερέκεινα 2 Cor. X, 16. [Ὑπερέκεινα Thomas Mag. p. 336. μόνων τῶν συρφάκων esse dicit: quod sane miror bono Trillero bilem non movisse. SCHAEF.]

Similiter κατ' ἐκεῖνα, sc. μέρη, dicunt, in istis partibus, isthic loci. Gallus apud Lu-
167 cianum in cognomine Dialogo p. 173: Καὶ αὖθις ἐξ Ἰταλίας ἐκπλεύσας, οὕτω διέθηκα τοὺς κατ' ἐκεῖνα Ἕλληνας: Et cum ex Italia rursus navigassem, ita affeci Graecos, qui isthic erant. Perperam ibi Interpres habet: Graecos eius temporis: hoc enim dicitur κατ' ἐκείνους, sc. χρόνους. Sed κατ' ἐκεῖνα dicitur pro κατ' ἐκεῖνα μέρη τῆς γῆς, quod aliter effertur κατ' ἐκείνους τόπους, Polyb. L. III. p. 234. Ita ἐπέκεινα proprie est ἐπ' ἐκεῖνα μέρη, in illis partibus, vel ad illas partes, i. e. ultra. Et haec est ratio, cur ei voci adiungatur genitivus. (vv)

* Sic Marc. XV. 38. Ἐσχίσθη εἰς δύο. Plene Polyb. T. I. ἐσχίσθη δ' εἰς δύο μέρη. [Diodorus Sic. Eclog. T. II. p. 533, 42. εἰς τρία δὲ μερίσας

Digitized by Google

τοὺς ἀποσάτας, κ. τ. λ. SCHAEF.] In ἔσχατα apud Homer. Iliad. Θ. v. 225. Τοί ῥ' ἔσχατα νῆας ἐΐσας εἴρυσαν. i. e. εἰς ἔσχατα μέρη. In ἄμφω et ἀμφότερα, quae interdum in oratione absolute ponuntur, ita ut oratio pendere videatur. v. Viger. de Idiot. p 61. [Homerus Il. IV. v. 145. ἀμφότερον, κόσμος θ' ἵππῳ, ἐλατῆρί τε κῦδος. quod nollem Wassius comparasset cum Thucydidio l. c. 13. ἐμπόριον παρέχοντες ἀμφότερα. (Ita legendum. i. e. κατ' ἀμφότερα, de quo mox. Vid. Wyttenbach. Sel. Princ. Histor. p. 362.) Dionysius Hal. Ant. Rom. T. I. p. 439. ὡς ἡμῶν μὲν ἀμφότερα ἱκανῶν ὄντων τούς τε φίλους εὖ ποιεῖν καὶ τοὺς ἐχθροὺς κακῶς, ὑμῶν δ' οὐδέτερα. Plutarchus T. IV. p. 306. ed. Reisk. Archilochea inflectens ad Homereorum similitudinem, quod alii etiam fecerunt (v. Iacobs. ad Anthol. Gr. I. 1. p. 150. Schweighaeus. ad Athen. T. VII. p. 418.): καὶ γὰρ τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων ἕκαστος ἐφαίνετο, κατὰ τὸν Ἀρχίλοχον,

ἀμφότερον, θεράπων μὲν Ἐνυαλίοιο θεοῖο,
καὶ Μουσέων ἐρατὸν (sic l.) δῶρον ἐπιστάμενος.

Pausanias II. c. 11. extr. διαύλου δὲ, ἀμφότερα, καὶ γυμνὸς καὶ μετὰ τῆς ἀσπίδος. (Praecedit ibi pusilla menda, quam facillime eximas scribendo: ὃς νίκας ἀνείλετο. Idem qui turbas toties concitavit error hîc genuinam voculam elisit, illic spuriam invexit: quod non vidisse Sylburgios et Kühnios iure mireris.) Phalaris ep. I. ὅτι σὺ ἀμφότερα, καὶ μήτηρ αὐτῷ καὶ τροφὸς, καὶ πατὴρ ἐγένου. ubi quod Lennepius καὶ τροφὸς non delevit, admodum laudo. Conf. Valckenar. Adnotat. Crit. in N. F. p. 401. et compara Homer. Odyss. IV. v. 339. XVII. v. 130. Virgil. Aen. I. v. 458. q. l. unice tenendum Atridas. SCHAEF.] In ἐξ ἀμφοῖν apud Polyb. T. II. p. 1023. plene T. II. p. 1024. ἐξ ἀμφοῖν τοῖν μεροῖν. [Herodotus VII. c. 10. 2. ἤτοι κατὰ γῆν ἢ καὶ (del.) κατὰ θάλασσαν ἐσσωθῆναι, ἢ καὶ κατ' ἀμφότερα.

Diodorus Sic. ἐλλιπῶς V. c. 7. τοῖς ἐπ' ἀμφότερα ϛομίοις. Plene idem XVIII. c. 59. τὴν ἐπ' ἀμφότερα τὰ μέρη τῆς τύχης παλίρροιαν. L. XIX. c. 4. ἐπ' ἀμφότερα τὰ μέρη τοῦ τείχους παρελθόντας. Mox: κατ' ἀμφότερα τὰ μέρη παρεισπεπτωκέναι. Ibid. c. 99. in. οἱ περιοικοῦντες ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν τὴν λίμνην. ubi paullo post legendum: ὧν δύο μὲν ἔχοντες κ. τ. λ. Quae sequuntur exempla, alius sunt generis, de casu aut modo intelligenda. Herodotus VII. c. 139. καὶ οὕτω ἂν ἐπ' ἀμφότερα ἡ Ἑλλὰς ἐγίνετο ὑπὸ Πέρσῃσι. Eodem plane sensu Plutarchus Mor. T. I. p. 33. κατ' ἀμφότερα. Diodorus Sic. II. c. 23. ἐχρῆτο γὰρ ταῖς ἐπ' ἀμφότερα συνουσίαις ἀναίδην. (ἀνέδην legendum esse, vel inde intelligas, quod continuo sequitur: τῆς ἐκ τῆς πράξεως αἰσχύνης οὐδὲν ὅλως Φροντίζων.) Ex eodem Excerpt. T. II. p. 563, 42. τὸ μὴ παραλιπεῖν ἀνεπισημάντους τὰς τῶν ἡγεμόνων προαιρέσεις ἐπ' ἀμφότερα. De Thucydide Incerti Auctoris p. 12. Duk. λέγεται γὰρ ἐπ' ἀμφότερα. Thomas Mag. p. 332. Ἐπ' ἀμφότερα εἰπεῖν ἱκανὸς, βέλτιον, ἢ κατ' ἄμφω. SCHAEF.] In multis eiusmodi Graecos denuo imitantur Latini. Sicuti Graeci ἐλλιπῶς dicunt τὰ πρῶτα, τὰ δεύτερα φέρεσθαι, Latini eodem modo loqui amant. Cicero clar. Orat. c. XXI. Etsi utrique primas, priores tamen deferunt Laelio. Quinctilianus Instit. Orat. L. X. c. I. Quamvis ei secundas fere Grammaticorum consensus deferat. s. partes. SCHWEB.

* Diodorus Sic. XIX. c. 32. τὰ βαρύτατα τῆς ἀποσκευῆς. ubi etiam χρήματα subaudias: si modo aliquid subaudiendum. Potuisset Ἑλληνικώτατα, τὴν βαρυτάτην τῆς ἀποσκευῆς. SCHAEF.

(ii) Πολλά, pro κατὰ πολλὰ μέρη, in multis partibus. Aelianus in Var. Histor. I, 23. Τὰ μὲν, τὰ δὲ, ex hac, ex illa parte. ibidem. SCHOETTG.

Digitized by

(kk) Alio sensu τὰ πρῶτα, pro κατὰ τὰ πρῶτα μέρη τοῦ χρόνου, primis temporibus. Aelianus Var. Hist. III, 47. Τιμόθεον τὰ μὲν πρῶτα ἐπῄνουν Ἀθηναῖοι. (ll) Sic μετὰ ταῦτα. Ioann. VI, 1. SCHOETTG.

* Operae pretium est, afferre difficiliorem paullo intellectu dictionem Euripidis in Medea v. 125:

Τῶν γὰρ μετρίων πρῶτα εἰπεῖν.

Quae ego hoc modo esse intelligenda puto. Τῶν μὲν μετρίων πραγμάτων πρῶτα εἰπεῖν δεῖ μέρη, vel πρῶτα εἰπεῖν μέρη ἡγοῦμαι δεῖν. Mediocritati primas ego 168
tribuendas dico vel existimo. BERNH. Tortuosissima ratio, quam ipsa poëtae verba vanitatis convincunt. Locus integer sic habet: τῶν γὰρ μετρίων, πρῶτα μὲν εἰπεῖν, (sic vulgo recte interpungunt: minus recte Brunckius.) Τοὔνομα νικᾷ. Bene Interpres: Nam, ut hoc primum dicam, mediocrium nomen vincit. SCHAEF.

(ll) Diogenes Laërtius prooem. n. X: Ἡ δὲ Ἰταλικὴ, ἀπὸ Πυθαγόρου, ὅτι τὰ πλεῖστα κατὰ τὴν Ἰταλίαν διέτρεψε, ubi integra phrasis haec est: κατὰ τὰ πλεῖστα τοῦ βίου μέρη, per plurimas vitae partes vel tempora. Subaudiendum autem hoc vocabulum recte, neque sine idoneo auctore dici, exemplum habemus in Chrysostomi hom. περὶ προσευχῆς: Καὶ μὴ ἀποστερήσωσιν ἑαυτοὺς τῆς σωτηρίας τὸ λειπόμενον τοῦ βίου μέρος. BERNH.

(mm) It. τὰ δεύτερα λαμβάνειν, vel νομίζεσθαι. Iulianus in Caesar.: Μήπου τὰ δευτερεῖα λαβόντες οἴχονται. Paullo post: ταῖς δὲ ἀγαπητὸν καὶ τὸ τὰ δεύτερα κομίσασθαι, pro δεύτερα μέρη, secundas ferre, sc. partes. (nn) BERNH.

(nn) Similiter τὰ δευτερεῖα, secundae (partes). Menand. fragm. p. 244. et τὰ δεύτερα ἐν στρατηγίαις ἐμφέρειν, apud Lucian. pro lapsu inter salutand. vid. Iensii Lectiones Lucian. II, 20. p. 277. LEISN.

(oo) Εἰς τὰ ὀπίσω, Luc. IX, 62. Ioan. VI, 66. XVIII, 6. Τὰ πρὸς τὴν θύραν, sc. μέρη, vestibulum. Marc. II, 2. SCHOETTG.

(pp) Sic τὰ τῆς ὑπεροψίας, scil. μέρη, superbia; Paeanius L. VII. c. 15. S. Petrus in epist. I, c. V, 9: τὰ 169
αὐτὰ τῶν παθημάτων. Matthaeus in Evang. c. XXII, 21: τὰ τοῦ Καίσαρος, et τὰ τοῦ Θεοῦ. Paulus ad Corinth. epist. I, cap. I, v. 27: τὰ μωρὰ et τὰ ἀσθενῆ τοῦ κόσμου. et vers. 28: τὰ ἀγενῆ τοῦ κόσμου, καὶ τὰ ἐξουθενημένα etc. In epist. 2. ad Corinth. c. X, 13: εἰς τὰ ἄμετρα.

Digitized by Google

Matthaeus in Evang. c. XIX, 29: ἑκατονταπλασίονα. Lucas in Evangel. cap. XVIII, 30: πολλαπλασίονα. Ἐν ὑψίζοις, vid. χωρίον. MICH.

(qq) In Ἴσα. Vide Harpocrationem in Ἴσα βαίνειν. Porro in καθέκαςα. Theophrastus Charact. c. 3. pro καθ' ἕκαςα μέρη, per singulas partes. SCHOETTG.

(rr) Marcus in Evangel. cap. XV, 38: ἐσχίσθη εἰς δύο. MICH.

(ss) Plene dixit Proclus in Sphaera: Ἀλλ' ἐπὶ θάτερα μέρη τρέπεται τοῦ κόσμου. BERNH.

(tt) Τὰ ἑῷα, (regiones) orientales. Paeanius 6, 16, 8. SCHOETTG.

(uu) Omittitur quoque haec vox ter in epistola ad Ephesios, et quidem in formula: ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. Τὰ ἐπουράνια proprie sunt loca supracoelestia: deinde, quia coelum et regnum coelorum saepe quoque denotant tempora Novi Testamenti, haec formula eandem significationem obtinet, ita, ut vel bona, vel homines sub Novo Testamento viventes intelligantur. Sic Eph. I, 3: Deus nobis benedixit omni benedictione spirituali, ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. cap. II, 5. 6: Deus nos cum Christo resuscitavit, καὶ συνεκάθισεν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, et in coelestibus (bonis N. T.) una collocavit in Christo Iesu. Porro cap. VI, 12: Non est nobis lucta contra carnem et sanguinem; — sed contra nequitiam spiritualem, ἐν τοῖς ἐπουρανίοις (scil. οὖσι,) nobis, qui sub N. T. vivimus. Vertunt vulgo: sub coelo; sed, quemadmodum ἐπίγειος nunquam denotat, quod sub terra, sed supra terram est, sic quoque ἐπουράνιος. Tandem Hebr. IX, 23. legales ceremoniae dicuntur exemplaria rerum coelestium, quibus scil. res N. T. spirituales opponuntur. Brevius haec tangimus, sed prolixius omnia deducuntur in dissertatione de Hierosolyma coelesti, quae cum Horis Hebraeo - Talmudicis lucem vidit. SCHOETTG.

(vv) Similiter Thucydides saepe τὰ ἐπὶ Θράκης, i. e. Thracia, usurpat. [Aristophanes Av. v. 1369. εἰς τἀπὶ Θράκης ἀποπέτου. Vesp. v. 288. τῶν προδόντων τἀπὶ Θράκης. Plene idem Pac. v. 283. ἐς τἀπὶ Θράκης χωρία. Sic etiam Synesius Epist. XLIII. de quo loco vid. Porsonus ad Eurip. Med. v. 139. II. p. 17. b. Videturque τἀπὶ Θράκης locutio fuisse Atheniensibus usu trita quotidiano. Aliter Antiphanes ap. Athenaeum T. IV. p. 152. τἀκ τῆς

Ἀσίας καὶ τἀπὸ Θρᾴκης λήμματα. SCHAEF.] L. VI, 65. Dukerus legendum putat, ἐς τὸ κατὰ τὸ Ὀλυμπίειον, per ellipsin τοῦ μέρος, ut IV, 78. I, 59. LEISN.

* Sic τὰ πρὸς ἕω, scil. μέρη. Paeanius L. IX, c. 2. et L. X, c. 1. item τὰ ἑῷα, L. X, c. 2. coll. ἐν τοῖς μέρεσι τοῖς ἑῴοις, L. X, c. 3. Sic μάλιςα, et ἐς τὰ μάλιςα, scil. μέρη, maxima parte. [Fallitur. Omnino mire abusi sunt viri docti voce μέρος ad ellipses fabricandas. SCHAEF.] Paulus in epist. 2. ad Corinth. c. X, 16: τὰ ὑπερέκεινα. c. XII, 9. 15: ἥδιςα. Petrus in epist. 2, cap. II, 12: Φυσικά. 171 MICH.

Μέρη cum κατά.

Deest etiam accusat. pl. μέρη cum praepositione κατὰ in voce ἴσα. ut Philipp. II, 6. τὸ εἶναι ἴσα θεῷ. (xx) Additur κατὰ apud Homerum Iliad. Λ. 336:

Ἔνθα σφὶν κατὰ ἴσα μάχην ἐτάνυσσε Κρονίων.
Tunc eis aequavit pugnam Saturnius. (yy)

* Ἴσα, additave praepositione, ἐπὶ ἴσα, κατὰ ἴσα, adverbialiter dicuntur, nihilque subaudiendum est. Homerus Il. V. v. 440. μηδὲ θεοῖσιν Ἶσ' ἔθελε Φρονέειν. Hymn. in Vener. v. 215. ex Cod. Mosc. ἀγήρως Ἶσα θεοῖσιν. Vid. Wesseling. ad Diodor. Sic. T. II. p. 555, 69. Sic et ἴσον, ἐπ' ἴσον, κατ' ἴσον. [Lucianus T. III. p. 399. μοῖρα χρεῶν, καὶ ἴσον ἅπασιν. Solanus: „Videtur hic aliqua vox excidisse.“ Nihil desideres, si mecum legas μοῖρα χρεῶν κατ' ἴσον ἅπασιν.] Eademque significatione ἀπὸ τοῦ ἴσου, ἀπὸ τῆς ἴσης, ἐν ἴσῳ, ἐξ ἴσου, ἐξ ἴσης, ἐπ' ἴσου, ἐπ' ἴσης. Haec postrema quatuor cum saepe scribantur ductu continuo, ἐξίσου, ἐξίσης, ἐπίσου, ἐπίσης, suspiceris Lexicographos hinc exsculpsisse adiectiva ἔξισος, ἔπισος, quae si e Lexicis expellenda censeas, ego quidem vix ausim contradicere. In Polybio quidem T. I. p. 649. Schw. lenissima mutatione corrigas ἐπ' ἴσου ἦν ὁ κίνδυνος. In loco autem Hippocratis, quem citavit Foesius Oecon. v. Ἔξισος, nihil impedit diductis vocibus scribere

Digitized by Google

ἐξ ἴσων: neque enim in talibus quidquam discriminis inter numerum pluralem ac singularem intercedit. SCHAEF.

(xx) In phrasi κατὰ μέσα idem nomen abesse censendum. Dionysius Perieg. v. 987: Ἔςι δέ τις κατὰ μέσσα περίτροχος ὕδασι λίμνη. Plene dictum foret: κατὰ μέσα μέρη τῆς γῆς, in terrae medio. BERNH.

(yy) Etiamne, quum vicem seu vices notat? ut Paulus in epistola ad Romanos c. XVI, 22. τὰ πολλά, multoties. MICH.

Μερῶν.

In ἐκ δεξιῶν, a dextris (partibus), quod saepe in Novo Testamento. (zz) [Vid. Hemsterhus. in Dukeri praefat. ad Thucydid. * * * * Sic Herodotus VI. c. 33. τὰ ἐπὶ δεξιά. Praecessit τὰ ἐπ' ἀριςερά. Aristophanes Pac. v. 957. περιΐθι τὸν βωμὸν ταχέως ἐπὶ δεξιά. quam scribendi rationem cur Brunckius, unice probans ἐπιδέξια, repudiaverit, ignoro. Herodotus VII. c. 69. πρὸς δεξιά. Obiter notetur paullo rarior locutio, χειρὸς τὰ δεξιά. Sophocles Triptol. Fragm. I. χειρὸς εἰς τὰ δεξιά. Theocritus XXV. v. 18. τεῆς ἐπὶ δεξιὰ χειρός. Hermodemus (Heyn. Lect. et Observ. in Iliad. I. 1. p. 688.): καὶ ὅταν κατὰ δεξιὰ χειρὸς Ἁρπάπτῃ, νίκην καὶ ὑπέρτερον εὖχος ὀπάζει. Depromta haec, ut videtur, ex poëmate apotelesmatico de Διοσημείοις. SCHAEF.] Similiter in ἐξ εὐωνύμων, a sinistris. (aaa) [Diodorus Sic. IV. c. 56. τὴν γῆν ἔχοντας ἐξ εὐωνύμων. SCHAEF.]

(zz) Ioann. VIII, 23: Ὑμεῖς ἐκ τῶν κάτω (μερῶν) ἐςέ· ἐγὼ δὲ ἐκ τῶν ἄνω (μερῶν) εἰμί. It. in ἐκ γειτόνων, quod habet Chrysostomus Orat. ὅτι τὸν ἑαυτ. μὴ ἀδικ. p.
172 93: Ἡ τοῦ πλουτοῦντος ἐκ γειτόνων οἰκοῦντος ἄδεια καὶ τροφή. divitis hominis in vicinia habitantis. [Parum videtur vir doctus scriptores graecos trivisse, qui ἐκ γειτόνων ex solo Chrysostomo excitaverit. Fallitur idem μερῶν subaudiens. Rectius Kusterus ad Aristophan. Ecclesiaz. v. 420. cum iis comparat locutionibus ellipticis, quas voce οἶκος subaudita explemus. Vide eundem ad Plut. v.

Digitized by Google

435. Add. Bergler. ad Alciphron. p. 216. Davis. et Markland. ad Maxim. Tyr. T. II. p. 281. ed. Reisk. Dorvill. ad Chariton. p. 595. Valckenar. ad Schol. Euripid. Phoen. p. 712. sq. Belin. ad Lucian. T. V. p. 113. Thomas Mag. p. 369. Ἐς γειτόνων βαδίζω, ἐν γειτόνων εἰμί. Diodorus Sic. XIII. c. 84. τινὰ τῶν ἀπὸ γειτόνων πένητα. Paullo rarius articulus additur. Alciphron T. II. p. 228. ed. Wagn. Μισῶ τὸν ἐκ τῶν γειτόνων ἀλεκτρυόνα. SCHAEF.]

In phrasi ἐκ τῶν ἐναντίων subaudi μερῶν. Idem enim significat, quod Latinorum contra, sive e contraria parte. Aelianus Var. Hist. L. II. c. XIII: Οὐ μόνον οὐδενὸς αἴτιον κακοῦ τῇ πόλει, ἐκ δὲ τῶν ἐναντίων καὶ κόσμον ταῖς Ἀθήναις ὄντα. BERNH. Eadem significatione τἀναντία τούτων dixit Xenophon Mem. Socr. I, 2, 60. τἀναντία idem ibid. IV, 2, 4. τοὐναντίον Diodorus Sic. XVIII. c. 2. 65. Excerpt. T. II. p. 552, 94. τὸ ἐναντίον αὐτῷ Dionysius Hal. Art. Rhetor. p. 360. ed. Reisk. κατὰ τοὐναντίον Diodorus Sic. XVIII. c. 4. πᾶν τοὐναντίον idem XIV. c. 111. Hierocles in Aur. Carm. p. 98. extr. ed. Lond. πολὺ τοὐναντίον Lucianus T. II. p. 203. Quae satis ostendunt, Bernholdum hîc etiam ad ellipsin frustra confugisse. SCHAEF.

(aaa) Plene haec dixit Herodianus L. VIII, 1. 12. et IV, 2. 8. SCHOETTG.

* ΜΕΤΑΛΛΟΝ, Metallum.

In ἀργύρεια et χρύσεια, quando absolute ponuntur. Argentifodinae, aurifodinae. Plene habet Thucydid. L. II. c. 55. οὗ τὰ ἀργύρεια μέταλλα ἐξὶν Ἀθηναίοις. Polyb. T. I. p. 848. οὐ μακρὰν τῶν ἀργυρείων μετάλλων. SCHWEB. Suppleas etiam ἔργα. Aristides T. II. p. 187. ed. Iebb. περιγινομένων γὰρ τῇ πόλει χρημάτων συχνῶν ἀπὸ τῶν ἔργων τῶν ἀργυρείων. Add. Lexic. Xenoph. T. I. p. 389. b. Fischerus ad Weller. III. 1. p. 256. „Ἔργα, vel μέταλλα. Demosth. p. 668. To. 1. οἱ ἐκ τῶν ἀργυρείων· sed idem p. 1044. To. 2. scripsit, τῶν ἐν τοῖς ἔργοις τοῖς ἀργυρείοις· et Thuc. 6, 91. τὰς τοῦ Λαυρείου τῶν ἀργυρείων μετάλλων προσόδους. Plut. V. Them. 4. p. 281. To. 1. τὴν Λαυρεωτικὴν πρόσοδον ἀπὸ τῶν ἀργυ-

Digitized by Google

ρείων μετάλλων· ut Plin. H. N. 34, 55. Hard. Invenitur autem, et in aurariis, et in argentariis, metallis. add. idem 33, 26.“ Diodorus Sic. I. c. 49. ἐκ τῶν ἀργυρείων καὶ χρυσείων μετάλλων. De altera forma ἀργύριον vid. Bergler. ad Alciphron. p. 160. Dorvill. ad Chariton. p. 84. Diodorus Sic. I. c. 15. χαλκουργείων εὑρεθέντων καὶ χρυσείων. Strabo p. 1177. A. ed. Amstel. ἔχι δὲ καὶ χαλκωρυχεῖα καὶ σιδηρουργεῖα καὶ χρυσεῖα. Plene Diodorus Sic. XVI. c. 8. τὰ δὲ κατὰ τὴν χώραν χρύσεια μέταλλα. Add. Suidas T. I. p. 511. SCHAEF.

METPON, Mensura.

Solent Graeci, quoties indicare volunt quantitatem, sive mensuram excellentiae unius rei supra aliam, et vice versa, adhibere ablat. neut. πολλῷ, ὅσῳ, πόσῳ, τοσούτῳ, ὀλίγῳ, μικρῷ, μακρῷ. In quibus μέτρῳ subaudiendum recte censet Scholiastes Thucydidis, ut πολλῷ ὑποδεεξέρων, multo inferiorum. Plene: ἐν πολλῷ μέτρῳ ὑποδεεξέρων. Sic Hebr. I, 4: Τοσούτῳ κρείττων et ὅσῳ διαφορώτερον. Integre: ἐν τοσούτῳ μέτρῳ κρείττων, et ἐν ὅσῳ μέτρῳ διαφορώτερον. Emendandus igitur Aeliani locus corruptus, qui est in Var. Hist. I, 23: Ἐν τοῖς Ἕλλησι τοῖς πάλαι μακρᾷ τῇ δόξῃ διέπρεπε Γοργίας ὁ Λεοντῖνος Φιλολάου, καὶ Πρωταγόρας Δημοκρίτου. Pro μακρᾷ levi mutatione legendum μακρῷ, subintellecto μέτρῳ, et vertendum: Inter Graecos veteres gloria longe (proprie, longa mensura) antecelluit Gorgias Leontinus Philolaum, et Protagoras Democritum. (bbb) Sic Aeschylus in Prometheo Vincto p. 34: τέχνη
173 δ' ἀνάγκης ἀσθενεξέρα μακρῷ. Euripides Androm. v. 691: λῷξα γὰρ μακρῷ τάδε. Thucydides L. VII. cap. 80: προὔλαβε πολλῷ, longe praeces-

sit. Dionysius Halicarnasseus L. IX. p. 566: *μακρῷ προὔχοντες ἡμῶν*, longe praestantes nobis. Plutarchus de liberor. educat. p. 13: *μακρῷ κρείττους*, longe praestantiores. Heliodorus Aethiopicorum L. V, 15: *Ἐνταῦθα ἤδη μακρῷ τὸν Πέλωρον ὑπερεῖχεν ὁ Θεαγένης*: ibi iam longe Pelorum superavit Theagenes. Quin immo ipse Aelianus Var. Hist. II, 23. dixit: *μάκρῳ ἄμεινον*. et in Hist. Anim. I, 60. *μακρῷ κρεῖττον*. Themist. Orat. II. p. 57: *ὑπερφέρειν μακρῷ*, longe superare. Iulian. Orat. I. p. 30: *μακρῷ σεμνότερα*. Idem Epist. 51: *μακρῷ γεγονότας αὐτῶν κρείττονας*. Plene dixit idem Epist. 54: *πολλῷ τῷ μετρίῳ — — νικῶμεν*. Et Zosimus V, 19: *πολλῷ τῷ μέτρῳ τὸν ἀριθμὸν ὑπεραίροντας*. (ccc)

* In multis adiectivis in neutro genere positis subauditur *μέτρον*. Sic Homer. Il. P. v. 240.

Οὔτι τόσον νέκυος πέρι δείδια Πατρόκλοιο,
Ὅσσον ἐμῇ κεφαλῇ πέρι δείδια.

Plene foret *κατὰ τόσον μέτρον* cet. In *πολλόν*. Dionysius Περ. v. 360. *μάλα πολλὸν ὑπὲρ Σειρηνίδα πέτρην*. In *ἄκρον*. Theocritus Idyll. XIV. v. 61. *ἐς ἄκρον ἀδύς*. In *πηχύϊον*. Apollonius Rhod. L. I. v. 379. *Ἐρετμὰ πηχύϊον προὔχοντα*. Remi cubiti mensura prominentes. In *μέγα* multis vocibus addi solito, e. g. *μέγα φέρτατος, μέγ' ὄλβιος, μέγα νήπιος, μέγ' ἀμείνων, ἄριστος*, in quibus plena est locutio *κατὰ μέγα μέτρον*: quod Latini per valde vel longe reddunt; vel etiam per superlativum, e. g. longe optimus, longe praestantissimus. Imitantur Graecos Latini in tanto, quanto, quo, eo, multo, nimio, cet. Neque ego dubito, in eiusmodi Romanos scriptores ad Graecorum v. *μέτρον* potius respexisse, quam ut cum aliis negotio subintelligamus. SCHWEB. Ego vero multum dubito,

Digitized by Google

ut qui in neutra lingua ad huiusmodi locutiones quidquam subaudiendum censeam. SCHAEF.

(bbb) Vid. Observationum Miscellanearum Vol. II. p. 152. LEISN.

(ccc) Sic et in aliis: ἐς τοσόνδε, ἐπὶ τὸ πολὺ, ἐπὶ πολὺ, saepius apud Arrianum. Asterius Amasenus homil. 1. p. 3: Πρὸς τὸ πλέον τὴν κακίαν ἀσκήσαντες: malitiam multo magis exercentes. πρὸς τὸ πλέον, sc. μέτρον. (ddd) Παρὰ πολύ. Lucianus Nigrino pag. 28: καὶ παρὰ πολὺ βελτίων ἀπῆλθε, longe melior abiit. SCHOETTG.

(ddd) Paeanius L. VIII. cap. 10: εἰς τοῦτο ἦλθε δυναςείας, scil. μέτρον. MICH.

* ΜΗΔΟΣ, Consilium.

In πεπνυμένον. Homerus Odyss. Δ. v. 711. πεπνυμένα εἰδώς. Plene est apud eundem Od. B. v. 38. πεπνυμένα μήδεα εἰδώς. SCHWEB. Similes profecto hi loci: sic tamen, ut in priore ad sensum explendum nihil admodum desideres. Ita vero saepissime abutuntur similitudine locorum, quod in uno abundanter additum est, in altero tanquam necessarium ad sensus integritatem subaudientes. SCHAEF.

174 ## * ΜΗΚΟΣ, Longitudo.

In usitata dictione: πόσον; ubi quidem non incommode cum Lamb. Bos subaudires διάςημα. Sed est tamen etiam nominis μῆκος exemplum apud Euripidem in Hel. v. 1284:

> Πόσον δ' ἀπείργει μῆκος ἐκ γαίας δόρυ;
> Quantum a terra depelletur navis?

Quo loco recte etiam usitata formula dixeris: Πόσον ἀπείργει γαίας τὸ δόρυ; BERNH.

* In adiectivis mensuram significantibus, nec non in substantivis quibusdam subauditur v. μῆκος. Hesiodus Ἔργ. v. 423.

> Ὅλμον μὲν τριπόδην τάμνειν, ὕπερον δὲ τρίπηχυν,
> Ἄξονά θ' ἑπταπόδην.

Digitized by Google

s. τῷ μήκει.

Mortarium quidem tripedale seca, pistillum vero tricubitale,
Axemque septempedalem.

ubi Moschopulus: τέμνε ξύλον τριῶν ποδῶν τὸ μῆκος: et Ioannes Tzetzes τριῶν ποδῶν μῆκος ἔχοντα. Plura exempla huius ellipseos etiam sequentes Hesiodi versus suppeditare possunt. Sic Homerus Odyss. I. v. 325.

Τοῦ μὲν ὅσον τ' ὀργυιὰν ἐγὼν ἀπέκοψα παραςάς.
Ab hac, quantum duae ulnae sunt, ego abscidi adstans.

ὀργυιὰν, s. τῷ μήκει. Addit Aelianus L. XII. V. H. c. 44. Αἱ ἐν Σικελίᾳ λιθοτομίαι περὶ τὰς Ἐπιπολὰς ἦσαν ςαδίου μῆκος. et Herodotus L. II. c. 3. Μῆκος μὲν ἑκάτερον πήχεων ἑκατόν. Eamdem loquendi rationem sequuntur etiam Latini. Sic Caesar de B. C. L. II. c. 2. Asseres enim pedum duodecim cuspidibus praefixi — in terra defigebantur. Expressa oratione Plinius L. XXVII. 9. Filices bina cubita excedentes longitudine. SCHWEB. De his ellipsibus, quae dicuntur, idem tenendum, quod modo ad v. Μῆδος monuimus. SCHAEF.

ΜΗΝ, Mensis.

Secundus casus μηνὸς desideratur aliquando in participio ἱςαμένου. v. gr. Ἕκτῃ ἱςαμένου, plene, ἐν ἕκτῃ ἡμέρᾳ τοῦ ἱςαμένου μηνὸς, sexto die mensis ineuntis. (eee) [„Apud Aelian. V. H. 2, 25. legitur τοῦ δ' αὐτοῦ μηνὸς ἕκτῃ ἱςαμένου· Herodo. 6, 106. ἦν γὰρ ἱςαμένου τοῦ μηνὸς εἰνάτη.“ Fischer. ad Weller. III. 1. p. 259. Lucianus T. II. p. 101. Τῷ δ' ἐννάτῳ μηνὶ, πέμπτῃ ἱςαμένου, κ. τ. λ. Vid. Wesseling. ad Herodot. p. 487, 38. Larcher. ad Herodot. T. IX. p. 600. SCHAEF.]

* Sic apud Latinos quoque in Ianuarius, Februarius, Martius subauditur mensis.

Digitized by Google

Sunt enim nomina mensium adiectiva, non substantiva, ut quidam temere censent; siquidem etiam dicitur Kalendis, Nonis, Idibus Ianuariis. v. Vossius de Construct. p. 19. Sanctius L. IV. p. 603. SCHWEB.

(eee) Sic etiam μεσοῦντος et φθίνοντος. SCHOETTG. (fff)

(fff) Graeci dicunt: δεκάτη φθίνοντος. i. e. vigesima prima dies (mensis.) Plena locutio est: δεκάτη ἡμέρα πρὸ τοῦ φθίνοντος μηνός. Sic in ἕνη καὶ νέα supple ἡμέρα μηνὸς, ultima dies, seu tricesima dies mensis. vid. Laërt. I. Sect. 57. Aristoph. Nub. 1119. et Scholiastes ad v. 1132. Perizon. ad Aelian. II, 25. Vid. supra voc. ἡμέρα. LEISN.

MHTHP, Mater.

Deest saepe μήτηρ ante genitivum nominis
175 proprii, additum nomini mulieris. Comicus Thesmoph. v. 448. p. 811. ἡ Λαμάχου, sc. μήτηρ. Aelianus Var. Hist. XIII, 30. Ὀλυμπιὰς ἡ Ἀλεξάνδρου, Olympias (mater) Alexandri. Lucas in Evang. XXIV, 10: Μαρία Ἰακώβου, Maria Iacobi (mater.) ut plene Marc. XV, 40. (ggg)

* Item in alia verborum structura μήτηρ passim subaudiendum. Sophocles Antig. v. 513. ὅμαιμος ἐκ μιᾶς τε καὶ ταὐτοῦ πατρός. Recte huc referas alterum Sophoclis locum, de quo supra ad v. Κοίτη. SCHAEF.

(ggg) Sic Marcus cap. XV, 47: καὶ Μαρία Ἰωσῆ, scil. μήτηρ. et cap. XVI, 1: ἡ τοῦ Ἰακώβου. MICH.

* Vide Bochartum Hieroz. I, 2. 43. SCHOETTG.

* Conf. Aristophanes Equit. 447. cum Scholiaste; et Ionsius de Scriptoribus Historiae Philosoph. I, 2. p. 14. sq. LEISN.

* MHXANHMA, Machina.

In τὰ ἐπιβατήρια apud Suidam sub. μηχανήματα, machinae, quarum ope muri conscenduntur: quam ellipsin, in exemplo quodam

Digitized by Google

ex veteri auctore prolato, ipse supplet: *τὰ ἐπὶ τῶν τειχῶν μηχανήματα.* Item in *πολιορκητήρια.* Plene habet Onosander c. XLII. s. III. *Πολλῶν δὲ καὶ ποικίλων ὄντων μηχανημάτων πολιορκητηρίων.* SCHWEB. Diodorus Sic. XX. c. 48. *καὶ τοῖς μηχανήμασιν ἑτέρας μηχανὰς ἀντιταττόντων.* Subaudias etiam *ὄργανον.* Idem XVII. c. 44. *ἄχρηστον τὴν τῶν ὀργάνων βίαν ἐποίουν.* add. c. 85. Theo Progymn. p. 19. ed. Heins. *τῶν ὀργάνων τὴν ποίησιν.* Diodorus Sic. Eclog. T. II. p. 497, 30. *ὄργανα πολιορκητικά.* Ibid. p. 507, 72. *πετροβόλον ὄργανον.* [Alibi dixit *πετροβόλος* masculino genere. Vid. II. c. 27. XX. c. 48. 49. 84. add. Eclog. T. II. p. 490, 50. Subaudias *καταπέλτης.* Plene ibid. p. 498, 83. *καταπελτῶν ὀξυβελῶν τε καὶ πετροβόλων.* L. XVII. c. 45. scribendum, ni fallor: *ἐπισήσας ἔτι τοὺς πετροβόλους καταπέλτας.* ubi nec Rhodomanni nec Wesselingii interpretatio vulgatae lectionis satis placet. Compara XX. c. 45. *ἐπισήσας τοὺς πετροβόλους κ. τ. λ.* Idem nomen sicubi feminino genere legatur, subaudi *μηχανή.* Sic plene idem Eclog. T. II. p. 491, 81. *διὰ μηχανῶν πετροβόλων.* Eustathius ad Odyss. p. 1711. 58. (474, 14.) *διά τινος πετροβόλου τεραξίας μηχανῆς.*] SCHAEF.

* ΜΙΣΘΟΣ, ΜΙΣΘΩΜΑ, Merces.

Si vera esset coniectura Henrici Stephani ad Anacreontis Od. 28. in verbo *ἀπέχειν* deesset *μισθόν.* Quae ellipsis non adeo dura est, quam Pauw existimat, si *δεικτικῶς* explicetur. [Legitur in Anacreonte *ἀπέχει*, quod vertunt sat est. vid. Fischerum p. 110. sq. Mazochius in Tabul. Heracl. p. 215. (12): „Marci XIV. 41. *Ἀπέχει· ἦλθεν ἡ ὥρα:* quod Vulgatus interpres: Sufficit: venit hora. Cui adstipulatur Hesychius, in quo paullo extra alphabeti seriem legitur: *Ἀπέχει· ἀπόχρη, ἐξαρκεῖ.*

Digitized by Google

Alii malunt, Habet (quod nihilo minus impersonale est) alii Amodo, seu Iam nunc. Nec alterius significantiae est Anacreontis illud Od. 28. qui, visa mulierculae depicta effigie, exclamavit, *Ἀπέχει· βλέπω γὰρ αὐτήν.* Habet (aut Satis habet) certe eccillam video.“ SCHAEF.] *Μισθὸς* subaudiendum in *Δέκαμνος* apud Aristophanem Pace 1234. vid. Scholiast. [Secutus est Leisnerus, non veterem Scholiastam, sed Bisetum. Male. Aristophanis verba, *ἔπειτ' ἐπὶ δεκάμνῳ χεσεῖ καθήμενος*; recte vertuntur in editione Burmanni: ergone super vase decem minarum sedens cacabis? Intelligendum enim *δεκάμνουν θώρακος κύτος*, de quo v. 1224. Praeterea *δέκαμνος* illud, quod Leisnerus commemoravit, non magis quam *δέκαμνον*, quod, ex Biseti Commentario, ut videtur, haustum, trivialia Lexica habent, Graecum est. Graeci enim dicunt *δεκάμνους*. Vid. Valckenar. Adnotat. in Adoniaz. Theocr. p. 314. B. SCHAEF.] Vocabulum *μισθώματα* autem omitti solet in *τὰ ἐπίχειρα*, manupretium. Aristophanes Vesp. 579. LEISN. Fallitur Leisnerus ad *ἐπίχειρον* subaudiens *μίσθωμα*: neque enim adiectivum *ἐπίχειρος* usquam reperias. Etymol. M. c. 367, 27. *Ἐπίχειρα, οἱ μισθοί.* Eximie Tragicus (Sophocles Valckenario ad Euripid. Hippol. p. 207. a. B., Euripides Hemsterhusio ad Lucian. T. I. p. 106. 51.) apud Clement. Alex. p. 588, 30. Pott.:

> *ὅθ' οὕνεκ' ἀρετὴ τῶν ἐν ἀνθρώποις μόνη*
> *οὐκ ἐκ θυραίων τἀπίχειρα λαμβάνει,*
> *αὐτὴ δ' ἑαυτὴν ἆθλα τῶν πόνων ἔχει.*

Theocritus Epigr. XVI. v. 8. *τελεῖν ἐπίχειρα.* ubi miro errore vir optimus: „*τελεῖν ἐπίχειρα* dicuntur, qui, quae in promtu sunt, afferunt.“ mox corrigens *τ. ἐπίῃρα.* quod doleas in Addendis non retractatum esse. Sed sic omnes etiam pernota subinde oblivisscimur. Vid. Hemsterhus. l. c. Inter-

Digitized by Google

pretes ad Hesych. T. I. c. 1401. Wesseling. ad Diodor. Sic. T. I. p. 625, 17. SCHAEF.

* Μίσθωμα, vel ἀργύριον, vel τίμημα, vel denique χρῆμα subintelligi posse in θεωρικὸν, θεατρικὸν, docet Zeibich. athl. παραδ. p. 104. F. ST.

MNA, Mina.

In locutionibus Atticis: ἐπὶ δραχμῇ, ἐπ' ὀβολοῖς ἐννέα etc. δανείζεσθαι, supple μνᾶν. Addidit Aeschines Orat. contra Timarchum. Vide Salmasium de Modo Usurar. c. 6.

* MNĦMA, vel MNHMEION, Sepulcrum. 176

Subauditur haec vox in v. κεῖσθαι absolute posito, quando de mortuis sermo est. Sic Homerus Od. B. 105. Αἴ κεν ἄτερ σπείρου κεῖται. [l. κέηται. SCHAEF.] ubi Schol. Gr. ἐν τῷ τάφῳ. Plene habet Luc. c. XXIII. 53. Καὶ ἔθηκεν αὐτὸν ἐν μνήματι λαξευτῷ, ὅπου οὐκ ἦν οὐδέπω οὐδεὶς κείμενος. Quando autem de aegrotis τὸ, κεῖσθαι sumitur, subintelligitur ἀσθενὴς ἐν κλίνῃ. Marc. II. 4. Χαλῶσι τὸ κράββατον, ἐφ' ᾧ ἦν κατακείμενος. conf. v. Ἀσθενής. Et denique κεῖσθαι frequenter dicuntur, qui in pugna occubuerunt. Aelian. V. H. L. XII. c. 21. Μητέρες, ὅσαι ἐπυνθάνοντο τοὺς παῖδας αὐτῶν ἐν τῇ μάχῃ κεῖσθαι. ubi suppressum intelligitur τὸ, νεκρός: quo sensu saepius apud Homerum reperitur. SCHWEB. Haec quoque adnotatio profecta ex insano Ellipsium amore. Talia si cui videntur explicationis indigere, is Lexica consulat. SCHAEF.

Μνῆμα, vel μνημεῖον, subaudiendum in ἡρῷον. Paeanius L. IX. cap. 2. MICH.

MOIPA, Portio.

Frequentior est ἔλλειψις vocis μοῖρα in adie-

ctiv. fem. ut *μία*, *ἵα*, una etc. Homerus Odyss. Ξ. vers. 435:

> Τὴν μὲν ἵαν Νύμφῃσι — — — —
> — — — τὰς δ' ἄλλας νεῖμεν ἑκάςῳ.
> Unam Nymphis — — — —
> — — — alias distribuit singulis.

Ubi in *ἵαν* intell. *μοῖραν*, in *ἄλλας*, *μοίρας*. [Praecessit: *καὶ τὰ μὲν ἔπταχα πάντα διεμοιρᾶτο δαῖζων*. Eliciendum igitur e verbo *διεμοιρᾶτο* nomen *μοῖρα*. quae ratio non tam elliptica est, quam syntactica. Vid. supra p. 206. sq. SCHAEF.] Sic in *δέκάτη*, decima, ut Latini in ea voce pars subintelligunt, [Fischer. ad Weller. III. 1. p. 259. „Herodo. 2, 135. *τὴν δεκάτην τῶν χρημάτων*· 8, 27. *ἡ δὲ δεκάτη ἐγένετο τῶν χρημάτων*· ut Demosth. p. 467. To. 1. dixit, *τριακοςήν*· Herodo. 9, 78. *τῷ σὺ τὴν ὁμοίην ἀποδιδούς*· Xen. Cyrop. 3, 3. 18. *ἐπ' ἴσης*." Add. Wesseling. ad Diodor. Sic. T. I. p. 266. sq. SCHAEF.] et in *ἡμίσεια*, dimidia. Dionysius Halicarnasseus L. V. p. 323: *Οὐετούριος δὲ τὴν ἡμίσειαν τῆς ςρατιᾶς ἐπαγόμενος*: Veturius dimidiam (partem) exercitus adducens. [Non opus subaudiri *μοῖραν*. *τὴν ἡμίσειαν τῆς ςρατιᾶς* est ex noto graecismo i. q. *τὴν ἡμίσειαν ςρατιάν*. Alexis ap. Athenaeum T. I. p. 180. *τὸν μὲν ἰδιώτην τοῦ βίου τὸν ἥμισυν Ἀπολωλεκέναι νόμιζε, τὸν δὲ τῆς τέχνης Τὴν ἡμίσειαν*. Xenophon Cyrop. I, 2, 9. *ἐξάγει τὴν ἡμίσειαν τῆς Φυλακῆς*. IV, 5. in. *καὶ ἡμῖν πέμπετε τοῦ πεποιημένου σίτου τὸν ἥμισυν*. ut Zeunius perite edidit, cuius nota consulenda. Dionysius Halic. Ant. Rom. T. II. p. 700. *τὴν ἡμίσειαν τῆς ἐξουσίας αὐτὸς ἀφελόμενος*. Sic p. 790. *τὰς ἡμισείας τῶν ἀπολειπομένων κατέκαυσε*. Quamquam non nego, in talibus *μοῖρα* passim addi. Hoc modo idem Dionysius ibid. p. 925. *τὴν ἡμίσειαν τῆς ςρατιᾶς μοῖραν παρὰ τοῦ πατρὸς λαβών*. Rectius subaudias *μοῖρα*, si tamen

Digitized by Google

aliquid supplendum, ad ἐξ ἡμισείας, quod saepius legitur: itemque ad ἐφ' ἡμισείᾳ, quod rarius est. Demosthenes Τ. I. p. 430. οὐ γὰρ ἐφ' ἡμισείᾳ χρηςὸν εἶναι δεῖ κ. τ. λ. ubi Reiskius Ind. p. 404. subaudit μερίδι. SCHAEF.] Ἐπὶ ἴσῃ dicitur etiam pro ἐπὶ ἴσῃ μοίρᾳ, aequali (portione.) ἐκ τῆς ἴσης, scil. μοίρας, ex aequa (parte.) Dio Cassius XLIII. p. 270: καὶ ἄδειαν ἐπί τε τῇ ἴσῃ καὶ ἐπὶ τῇ ὁμοίᾳ δοῦναι. [Lucianus Τ. III. p. 407. ἐκ τῆς ὁμοίας ἢ πένεσθαι ἢ πλουτεῖν ἅπαντας. SCHAEF.] Addidit vocem μοῖρα τῷ ἴσῃ Homerus Iliad. I:

Ἴσῃ μοῖρα μένοντι, καὶ εἰ μάλα τις πολεμίζοι.
Aequalis portio manenti, fortiterque pugnanti.

In τριπλῇ et τετραπλῇ. Iliad. A. vers. 128:

Τριπλῇ τετραπλῇ τ' ἀποτίσομεν — —

In πεπρωμένη, fatum. Plene Apollonius II. vers. 177 817:

Ἔνθα δ' Ἀβαντιάδην πεπρωμένη ἥλασε μοῖρα.

et Euripides in Electr. v. 1290:

Πεπρωμένην γὰρ μοῖραν ἐκπλήσας Φόνου.

Herodotus L. I. c. 91. p. 39: Τὴν πεπρωμένην μοίρην ἀδύνατά ἐςι ἀποφεύγειν καὶ θεῷ. [Sic etiam Pindarus Fragm. incert. CXC. p. 160. Heyn. Aliter Aeschylus Prom. v. 103. τὴν πεπρωμένην δὲ χρὴ Αἶσαν φέρειν ὡς ῥᾷςα. Aliter item Sophocles Antig. v. 1337. ὡς πεπρωμένης Οὐκ ἔςι θνητοῖς ξυμφορᾶς ἀπαλλαγή. SCHAEF.]

MONON, Solum.

Elegantiae Graecae linguae etiam inservit ellipsis vocabulae μόνον, quae deest saepe in αὐτὸ τοῦτο, ipsum hoc. Aelian. Var. Histor. IV, 9: Αὐτό γε μὴν τοῦτο ἐνεφάνισεν αὐτοῖς, ὅτι καλεῖται Πλάτων. i. e. Hocce vero (unum) declaravit illis, quod vocaretur Plato. Idem II, 29. de Pittaco: In templis scalas fecit, ad nullum

Digitized by Google

quidem usum idoneas, *αὐτὸ δὲ τοῦτο, ἀνάθημα εἶναι.* supple *μόνον.* id est: sed ad hoc (solum,) ut donarium essent. Plenius idem III, 17: *Ἢ αὐτὸ τοῦτο μόνον.* Vide Clariss. Perizonium ad eum auctorem L. II. c. 29. [it. Toup. ad Longin. p. 396. Valckenar. ad Ioann. Chrysost. Orat. I. in laudem Pauli Apost. p. VI. Ruhnken. ad Tim. p. 228. qui de hac locutione similibusque accurate egerunt. Ceterum haudquaquam necesse est, ut ad illam subaudiatur *μόνον*: nam ipsum *αὐτὸς ἰσοδυναμεῖ τῷ μόνος.* vid. Apollon. Dyscol. in Valckenar. Adnotat. ad Theocr. Adoniaz. p. 207. A. Quod sicubi *μόνον* additur, fit ex redundantia dictionis. SCHAEF.]

Deest etiam in aliis, ut apud Lucianum in Bis Accus. [T. II. p. 802. sq.] *Εἶτ' εὐωχοῦνται, ποιησάμενοί με τῆς εὐφροσύνης μάρτυρα*: dein epulantur facientes me (solum) laetitiae testem. ubi ellipsin voculae *μόνον* esse docet Henr. Stephanus in Append. ad Al. Script. de Dial. Attic. ut sensus sit: *ποιησάμενοί με μόνον μάρτυρα* etc. (hhh) [Non video quid nos cogat in loco illo Lucianeo ad hanc ellipsin confugere. Nec magis hoc opus neque in Euripid. Herc. f. v. 337. ubi *τὸ ὄνομα τῇ οὐσίᾳ*, neque in Xenophont. Mem. III, 13, 6. ubi *τὸ ἱμάτιον τῷ Φορτίῳ* opponitur. Idem tenendum de loco Antonini Liber. c. 20. p. 128. ubi si *ἐν Ὑπερβορέοις* pronunties cum *τονώσει*, ut oppositio exsistat, *μόνον* nec subintelligendum, neque addendum est. Lucianus T. I. p. 495. *Καὶ δυνησόμεθα, ὦ Ἑρμῆ, δύ' ὄντες ἀναθέσθαι ἀράμενοι τὸ Πήλιον ἢ τὴν Ὄσσαν;* Egregie magnus Interpres: „Hic *δύ' ὄντες* pro *δύ' ὄντες μόνον* dictum esse manifestissimum est, inquit H. Stephan. App. ad Scr. de D. A. p. 105. additis e Luciano pluribus eiusmodi locis; in quibus equidem quid opus sit ellipsi, nullus video, atque adeo lubens sequor exactissimum iudicium Dukeri ad Thu-

Digitized

cydid. p. 292. n. 25." Denique in Longo p. 108, 6. si cum Villoisono ad ἐσθίειν subaudias μόνον, vim verborum comicam paullum minui facile sentias. SCHAEF.] Longinus περὶ ὕψους Sect. 35: Οὐ γὰρ μεγέθει τῶν ἀρετῶν, ἀλλὰ καὶ τῷ πλήθει πολὺ λειπόμενος ὁ Λυσίας: non enim magnitudine (tantum,) verum etiam numero virtutum longe eo (Platone) inferior est Lysias. Artemidorus Oneirocritic. V. pag. 264: — Οὐ διὰ τὸ γενόμενον, ἀλλ' ὅτι καὶ διάστροφος ἦν τοὺς ὀφθαλμούς: i.e. οὐ μόνον διὰ τὸ γενόμενον: non (solum) propter factum, sed etiam quod distortos haberet oculos. Paulus ad Rom. IV, 9: Ὁ μακαρισμὸς οὖν οὗτος ἐπὶ τὴν περιτομὴν, ἢ καὶ ἐπὶ τὴν ἀκροβυστίαν; An igitur haec-ce beatitudinis praedicatio in circumcisionem, an etiam in praeputium? Ubi in priore membro, ἐπὶ τὴν περιτομὴν, requiritur μόνον, ut sit: solum in circumcisionem: propterea vulgatus interpres etiam addidit. Et ad Philipp. II, 4: Μὴ τὰ ἑαυτῶν ἕκαστος σκοπεῖτε, ἀλλὰ καὶ τὰ ἑτέρων ἕκαστος, pro Μὴ μόνον τὰ ἑαυτῶν etc. (iii) [De hac ellipsi multi egerunt. Vid., ut his utar, Hemsterhus. ad Lucian. T. I. p. 85, 26. Wesseling. ad Diodor. Sic. T. I. p. 7. et 141. sq. Haud raro etiam καὶ in altero membro omittitur. Aristophanes Av. v. 531. κοὐδ' οὖν, εἴπερ ταῦτα δοκεῖ δρᾶν, Ὀπτησάμενοι παρέθενθ' ὑμᾶς, Ἀλλ' ἐπικνῶσιν τυρὸν, ἔλαιον, κ. τ. λ. (Addito μόνον in priore membro, idem Concion. v. 358. καὶ γὰρ οὐδὲ τοῦτό με Μόνον τὸ λυποῦν ἐστιν, ἀλλ' ὅταν Φάγω, κ. τ. λ.) Vid. Valckenar. ad Euripid. Hippol. p. 202. b. ad Ioann. Chrysost. Orat. I. p. XV. Lennep. ad Phalar. p. 107. 373. Toup. ad Longin. p. 294. Ubi tamen diligenter cavendum, ne quod πρὸς ἀντιδιαστολὴν simpliciter dictum est, pro elliptico dicendi genere hac ratione explendo habens:

Digitized by

quod ipsi Toupio videtur accidisse. (Expressâ particulâ *καὶ* in posteriore membro, sed omissâ *ἀλλὰ*, Apollonius Rhod. IV. v. 1674. *εἰ δὴ μὴ νούσοισι τυπῇσί τε λυγρὸς ὄλεθρος Ἀντιάει, καὶ δή τις ἀπόπροθεν ἄμμε χαλέπτει.*) In talibus pro particula *ἀλλὰ* passim ponitur *δέ*. Lucillius Epigr. XII. v. 4. *οὐ κυσὶν ἄγνωστος, τῇ δὲ πόλει γέγονας.* quod recte interpretatur Iacobsius. (Plene *οὐ μόνον — δὲ —* Iulianus p. 7. C. 16. C. 46. A. B. plenissime p. 46. extr. *οὐκ ἀνδράσι μόνον — καὶ γυναιξὶ δὲ —.*) SCHAEF.]

(hhh) Vide infra de Ellipsi Adverbiorum, voce *μόνον*, et adnotationem ibi nostram. MICH.

(iii) Haec postrema exempla rectius in classem exemplorum, ubi adverbia desunt, reiecta fuissent. Ceterum vide Dukerum ad Thucyd. IV, 92. LEISN.

* MONOΣ, Solus.

Adiectivi huius ellipsin in neutro tantum genere, eoque vix nisi adverbialiter explicando, Bossianae Ellipses exhibent. Occurrit mihi aliud, in quo ipse nominativus *μόνος* omittitur. Ex Aeschyli Agamemn. v. 1653. depromsit illud laudatus Abresch. Lect. Aristaenet. L. II. p. 225. *οὐκ αὐτὸς*, scilicet *μόνος*, *ἠνάριζες*. Vid. v. 1644. et ibi Scholiasten. F. ST. Haec vellem vir doctus omisisset. Ceterum *αὐτὸς ἰσοδυναμεῖν τῷ μόνος* antea monui. SCHAEF.

MOPION, Particula.

Supple huius vocis casum sextum *μορίῳ* in *ἀκαρεῖ*, *βραχεῖ* etc. V. gr. quum dicitur *ἐν ἀκαρεῖ τοῦ χρόνου*, quae locutio frequens Luciano, in Ti-
179 mone pag. 61. et Contemp. pag. 352. et *ἐν βραχεῖ τοῦ χρόνου, τῆς ἡμέρας*: in exiguo (momento) temporis: in brevi (particula) diei. Plene *ἐν βραχεῖ μορίῳ τῆς ἡμέρας* dixit Thucydides L. I. [Gregorius Cor. p. 13. *ἐν βραχεῖ, λείπει γὰρ καὶ-*

Digitized by Google

ρῷ, ἢ λόγῳ. καὶ τὸ ἐν ἀκαρεῖ δὲ τοιοῦτον ἐστί. ubi v. Koen. Malim autem haec pro dativis neutrius generis habere, ad quos plane nihil subaudiendum sit. Lucianus T. I. p. 4. ὡς ἐν βραχεῖ μαθήσομαι τὴν τέχνην. T. III. p. 338. πλούσιος ἐν βραχεῖ ἐγένετο. Sed ibid. p. 336. ἐν βραχεῖ est, ut paucis complectar. Sic et neutrum pluralis numeri. Alciphron III. ep. 71. διὰ βραχέων ἀποπειραθείς. paucis experimento capto. (Masculinum pluralis hoc sensu cadentis est Graecitatis. Tzetzes Chil. VII. 401. Φέρεται λόγος οὐ πολλοῖς, γνώριμος δὲ βραχέσιν. Perperam vertitur ibid. VIII. 863.) SCHAEF.]

* De locutione Attica eleganti ἐν ἀκαρεῖ vid. cl. Valckenar. ad Ammon. p. 18. sqq. Subauditur etiam haec vox in ὀψὲ τῆς ὥρας apud Dionysium Halic. VIII. p. 551. quod plene diceres ἐν τῷ ὀψὲ ὄντι μορίῳ τῆς ὥρας. cum serum esset diei. ut ἐλλιπῶς etiam habet Livius L. II. c. 8. Nec minus in simili huic Matth. XXVIII. 1. Ὀψὲ τῶν σαββάτων. [Paene incredibilis hic Ellipsium abusus. Haec enim satis usitata adverbii ὀψὲ constructio, ad quam nihil plane subaudiendum est. Alciphron I. ep. 3. ὀψὲ τοῦ καιροῦ. Sicque Berglerus III. ep. 71. edere debebat. Vid. Valckenar. Animadv. ad Ammon. p. 78. Dorvill. ad Chariton. p. 145. SCHAEF.] In τὸ μεσαμβρινὸν apud Theocritum Idyll. I. v. 15. plen. κατὰ τὸ μεσαμβρινὸν μόριον τῆς ἡμέρας. meridiano tempore. In terminis quibusdam Grammaticis apud Graecos scholiastas saepius occurrentibus, e. g. τὸ, συνδετικὸν, συγκριτικόν. Particula coniunctiva, comparativa. Plene apud Dionysium Hal. T. II. p. 133. Ἐν δὲ τοῖς συνδετικοῖς καὶ τοῖς προθετικοῖς μορίοις. in copulativis et praepositivis particulis. In locutionibus quibusdam philosophicis, e. g. τὸ ζωτικὸν τῆς ψυχῆς, τὸ αἰσθητικὸν, τὸ κινητικὸν, τὸ νοη-

Digitized by Google

τικὸν, τὸ ὀρεκτικὸν, τὸ θρεπτικὸν, sub. μόριον. vid. Salmasius ad Simplicium et Epictetum p. 193. In altera illa significatione, qua membra significat, quae suo nomine dicere pudori est τοῖς σεμνοτέροις, subauditur τὸ μόριον, vel τὰ μόρια. In τὸ τῆς γυναικὸς apud Hesychium in v. Σινδικὸν διάσφαγμα. In τὸ γυναικεῖον. Plene utitur Clemens Alexandrinus p. 22. B. ἀνδρεῖον μόριον et γυναικεῖον. SCHWEB.

* ΜΟΡΦΗ, Forma.

In μεταβάλλειν, quod elliptice positum habet Sextus Empiricus L. I. c. 12. p. 273. Καὶ οἱ μὲν Διομήδους ἑταῖροι εἰς θαλασσίους μετέβαλλον ὄρνις, ὁ δὲ Ὀδυσσεὺς, εἰς ἵππον, ἡ δὲ Ἑκάβη, εἰς κύνα. Plena locutio est μεταβάλλειν τὴν μορφὴν εἰς cet. Sic ipse laudatus modo auctor supplet s. 167. Εἰς ἵππον μετέβαλε τὴν μορφήν. Aelianus V. H. L. I. c. XV. Καὶ τὸν Δία αὐτὸν μεταβαλεῖν τὴν μορφὴν εἰς περιστεράν. SCHWEB. Alio modo Antoninus Liber. c. XXI. extr. ἡ δὲ μεταβάλλουσα τὴν φύσιν. Ἐλλιπῶς Ammonius de Voc. Differ. p. 93. ἑτεροίωσις δ', ὅταν ἀφ' ἑτέρου σώματος εἰς ἕτερον μεταβάλῃ, οἷον Νιόβη εἰς λίθον. Talibus autem locis activum, subaudito pronomine reciproco, vicem gerit medii; neque opus subaudiri substantivum. Sic etiam mutare passim i. q. mutari. Conf. Dorvill. ad Charitou. p. 386. Valckenar. ad Herodot. p. 409, 79. 670, 40. et vid. Verheyk. ad Antonin. Liber. p. 141. 233. Muncker. ad eund. p. 250. sq. SCHAEF.

* ΜΟΥΣΑΙ, Musae.

Philostratus Her. p. 194. ed. Boiss. οἱ μὲν, τὴν Καλλιόπην, οἱ δὲ, πάσας, οἱ δὲ, καὶ τὸν Ἀπόλλω πρὸς ταῖς ἐννέα παρατυχεῖν αἰτούμενοι τῷ λόγῳ. ad q. l. Editor p. 585. „πρὸς ταῖς

Digitized by Google

Ἐννέα] Absolute, subaudito *Μούσαις*: quam loquendi formam Angli habent: Popius initio carminis Lyrici in diem Caeciliae festum:

Descend, ye Nine, descend and sing."

Plene Euripides Med. v. 827. Pors. *ἁγνὰς ἐννέα Πιερίδας Μούσας.* SCHAEF.

ΜΥΘΟΣ, Verbum.

Μῦθον deest in illo Homeri: *Ποῖον ἔειπες*; quodnam dixisti (verbum?) Plene Iliad. A. 552: — — *ποῖον τὸν μῦθον ἔειπες*; Alioquin *ἔπος* intellige. [*Ποῖον* in illa phrasi Homerica (quemadmodum in altera, *ποῖον ἔρεξας*,) neutrius est generis, nec quidquam opus subaudiri. Sic et in numero plurali. Euripides Phoen. v. 718. Pors. *ἃ δ' ἐμποδὼν μάλιστα, ταῦθ' ἥκω Φράσων.* ET. *τὰ ποῖα ταῦτα*; Conf. Sophocl. Oedip. R. v. 935. SCHAEF.]

* ΜΥΣ, Mus.

In *ὀροφίας*. Aristophanes Vesp. 206. ubi ita Scholiastes: *ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, μῦς ὀροφίας. Λέγονται μῦς ὀροφίαι καὶ ὄφεις περὶ τὰς ὀροφὰς διάγοντες καὶ ταύτας κατατρώγοντες.* Dicuntur quasi trabales, quia nidulantur in trabium fastigiis, et eas rodere solent. LEISN. Si Leisnerus locum Aristophanis paullo curatius inspexisset, abstinuisset hanc ellipsin conminisci: nihil est enim *ἐλλιπὲς* in illo Comici ioco. SCHAEF.

ΜΥΣΤΗΡΙΑ, Mysteria.

In *τὰ μεγάλα*, et *τὰ μικρὰ*, aliquando. Comicus in Plut. v. 846:

Μῶν οὖν ἐμυήθης δῆτ' ἐν αὐτῷ τὰ μεγάλα;
Numquid in ea veste initiatus es magnis?

supple *εἰς μυστήρια*. [Vellem Bosius aliud exemplum huius, quae ipsi videtur, ellipsis excitasset. In

Digitized by Google

versu enim illo ex verbo ἐμυήθης eliciendum nomen μυςήρια. Haec autem ratio, ut passim monui, ἰδίωμα est syntaxis Graecae, neque potest inter ellipses veri nominis referri. SCHAEF.] Addidit μυςήρια idem inferius Act. IV. sc. 4. v. 1014:

Μυςηρίοις δὲ τοῖς μεγάλοις ὀχουμένην
Ἐπὶ τῆς ἁμάξης.
Cum aliquando ad magna mysteria veherer
Curru.

180 N.

ΝΑΟΣ, Templum.

Ναὸν subaudias saepe post praepositionem εἰς vel πρὸς, sequente genitivo nominis alicuius Dei Deaeve proprii, ut: Εἰς Ἀπόλλωνος, εἰς Ἀσκληπιοῦ, εἰς Ἀρτέμιδος, sc. ναόν. Sic Latini: Ad Vestae, ad Dianae, ad Castoris. Euripides Ione 405. et 787. ἐκ θεοῦ συθεὶς, ex Dei (templo) egressus. Vid. ad prior. loc. Barnes. Pausanias Attic. p. 84: οὔτε ἐν Ἀμφιαράου τινὰ τιμὴν ἔχει, nec in Amphiarai (templo) ullos honores habet. [Conf. Valckenar. ad Herodot. p. 589, 58. Burgess. ad Dawesii Miscell. Crit. p. 467. Brunck. ad Aristophan. Lysistr. v. 407. SCHAEF.]

ΝΑΥΣ, Navis.

In adiectivis illis, Διήρης, τριήρης, πεντήρης, ἑξήρης, ἑπτήρης etc. biremis, triremis, quinqueremis etc. Πεντηκόντορος, (navis) quinquaginta, ordine continuo, habens remos, supp. ναῦς. item in Σχεδία, (navis,) quae subito fit. Eustathius Ὀδ. ε. Σχεδία, inquit, ἡ δι' ὀλίγου συμπαγεῖσα ναῦς. Est enim σχέδιος adiectivum, notans subito factum ex materia, quae ad manus est. (a)

Secundum huius vocis casum, νεὼς, supple in illo proverbio: Ἀπὸ καταδυομένης ὅ, τι ἂν λά-

Digitized by Google

βης, κέρδος. A depressa (navi) quicquid acceperis, in lucro deputandum est. Suidas, *Ἀπὸ καταδυομένης*, inquit, *λείπει νεὼς*, etc. ut ibi legendum.

Quartum casum *ναῦν* supplo in verbis nauticis 181
absolute positis, ut: *ἐλαύνειν*, (b) *ἀνάγειν*, *ἐπανάγειν*, *κατάγειν*, ut Ioannes in Evangel. c. VI, 19: *Ἐληλακότες οὖν ὡς ϛαδίους εἴκοσι πέντε*: quum igitur promovissent (navim) quasi stadia viginti quinque. Lucas Evang. c. V, 3: — *ἠρώτησεν αὐτὸν, ἀπὸ τῆς γῆς ἐπαναγαγεῖν ὀλίγον*, subintell. *τὴν ναῦν*: rogavit ipsum, ut a terra paululum promoveret (navim.) (c)

Absolute etiam dicunt *ἐμβαίνειν*, *ἐπιβαίνειν*, *εἰϛβαίνειν*, ut intelligatur *εἰς ναῦν*. Apollonius Rhodius Argon. I. vers. 1275:

— — — — — *ὦκα δὲ Τῖφυς*
ἐϛβαίνειν ὀρόθυνεν ἐπαύρεσθαί τ' ἀνέμοιο. (d)

Vide plura exempla apud Ampliss. Cuperum Observ. II, 3. (e)

* Subaudienda relinquitur haec vox in aliis bene multis exemplis apud veteres scriptores frequenter obviis. Sic in *ναυαρχίς*: navis praetoria. Polyb. T. I. p. 73. In *ὁλκάς*. Themistius Orat. XXVI. p. 316. Plene Maximus Tyr. Orat. XIX. p. 229. *διὰ νεὼς ὁλκάδος*. In *Σαλαμινία*, quae et *Δηλιάς*: pro quo habet Aelianus V. H. L. I. c. 16. *ἡ ναῦς ἡ ἐκ Δήλου*: et *πάραλος* apud Aristophan. in Avib. v. 1204. Quae fuerint hae naves, explicant Gr. schol. ad h. l. In *ὁπλιταγωγοὶ*, qua voce aliquoties *ἐλλιπῶς* utitur Thucydides, plene autem L. VIII. c. 30. *ἐν ναυσὶν ὁπλιταγωγοῖς*. *Πεντηκόντορος* legitur apud Aelian. V. H. L. VIII. c. 2. In illa nautica locutione *πρύμναν κρούεσθαι*, l. *ἐπὶ πρύμναν κρούειν*, s. *τὴν ναῦν*. v. Onosandr. c. IV. n. 14. In *ἔχειν*, Homer. Od. Γ. v. 182. Plene est Od. K. v. 91. [Sophocles Philoct. v. 305. *τάχ' οὖν*

Digitized by Google

τις ἄκων ἔσχε. Herodotus VIII. c. 40. σχεῖν πρὸς Σαλαμῖνα. Plene V. c. 33. ἔσχε τὰς νέας ἐς Καύκασα. Alia vide paullo post (c). Add. Thom. Mag. p. 748. Kühn. ad Pausan. p. 35. 54. 274. (ubi Pausanias: ἔσχε ταῖς ναυσίν. unde discas, Schwebelii rationem passim fallere.) Dispari sensu Herodotus VIII. c. 68. 2. τὰς νῆας αὐτοῦ ἔχῃς πρὸς γῇ. quomodo Euripides Hec. v. 35. ναῦς ἔχοντες — ἐπ' ἀκταῖς τῇσδε Θρῃκίας χθονός. quod cum prioribus illis Musgravius in Supplem. Notar. minus recte comparat. SCHAEF.] In ἀνωθέειν. Hom. Od. O. v. 552. In ἀπαίρειν et καταίρειν. Euripid. Bacch. v. 1293. coll. Schol. Gr. edit. Barnes. In κατέχειν. Polyaen. L. VII. c. 47. In μεταίρειν. Matth. XIII. 53. et sic in αἴρειν. Plene Thucydid. L. I. c. 52. Τὰς μὲν ναῦς ἄραντες ἀπὸ τῆς γῆς. In ὁρμίζειν. Plene Dionys. Hal. L. VII. p. 421. Ὁρμίσας τὰς ναῦς. In διαβάλλειν. Herodot. L. V. c. 33. Plene idem habet L. V. c. 34. Ἐπεί τε διέβαλον ἐκ τῆς Χίου τὰς νέας ἐς τὴν Νάξον. Haec Ellipsis etiam apud Latinos est usitata. Sic Hirtius de Bell. Alex. c. XVI. Capitur hoc proelio quinqueremis una et biremis. Cornel. Nep. VII. c. IV. Et in trierem — ascendit. Cicero ad div. L. XII. 14. Onerariae omnes ad unam a nobis exceptae sunt. In conscendere. Idem ad div. L. XII. 25. Conscende nobiscum, et quidem ad puppim. In exire. Idem L. IX. 6. Ostiae videri commodius eum exire posse. In quibus et multis aliis subauditur v. Navis. SCHWEB.

* Fischer. ad Weller. III. 1. p. 259. „Thuc. 4, 9. ἐκ λῃῤῥικῆς Μεσσηνίων τριακοντόρου. Polyb. 16, 1. τριημιολίαι, καὶ τριήρεις τρεῖς· ib. c. 2. συμπεσὼν ὀκτήρει — δεκήρης — τριημιολίας· ib. c. 6. δεκήρης, ἐννήρης, ἑπτήρης, ἑξήρης — τετρήρεις — πεντήρης. Theophr. charr. 25. ἡμιολίας.

Digitized by Goo

sed *ναῦς* additum est a Diod. Sic. 19, 65. Sic Plut. V. Alcib. 21. p. 29. To. 2. simpliciter dixit, *τὴν Σαλαμινίαν*, et ib. c. 28. p. 40. *τῆς ναυαρχίδος*, ut Herodo. 8, 92. *τὸ σημήϊον ἰδὼν τῆς ϛρατηγίδος*, et ib. 94. *ἰδόντας δὲ τοὺς Κορινθίους τὴν ϛρατηγίδα Φεύγουσαν.* Demosth. p. 929. To. 2. *ἐν τῇ εἰκοσόρῳ.*" Diodorus Sic. XVI. c. 5. *λῃϛρίσι πολλαῖς πλέοντες.* c. 82. *δώδεκα λῃϛρίσι τοὺς πλέοντας λῃϊζόμενον.* Vid. Interpretes ad Thom. Mag. p. 576. sq. SCHAEF.

(a) Νῆες supple etiam in *πάραλοι.* Vid. Scholiast. ad Aristophanis Ran. 1103. Item in *ἱππαγωγοὶ* apud Aristophanem Equ. 596. Sunt scil. *ἱππαγωγοὶ* naves, quarum usus in transvehendis equis, quibus postea uti solemus in terra. Scholiastes: *ἱππαγωγοὺς δὲ, τὰς ἵππους καὶ ἄνδρας ἀγούσας ναῦς.* Scilicet naves Graecorum modo a mensura, quam capiunt, *χιλιαγωγοὶ, μυριαγωγοὶ*, vel a re, cui sunt destinatae, ut *σιταγωγοὶ*, quae frumentum deferunt, et *ἱππαγωγοὶ* denominantur. LEISN.

(b) Aristophanes *ἐλαύνειν ναῦν* plene Equ. 1179. LEISN. Vid. Fischer. ad Palaephat. p. 143. a. SCHAEF.

(c) It. *προσβάλλειν.* Pollux L. I. c. 9. de portu scribens: 182
Ῥάδιος προσχεῖν, ἀσφαλὴς προσβαλεῖν. [Euripides Orest. v. 356. Pors. *Μαλέᾳ προσίσχων πρῶραν.* Sed nihil nos impedit, quae simplicior ratio est, ellipsin hanc etiam pronomine reciproco explere: adeoque locos reperias, ubi altera illa ratio non procedat. Talis est Demosthenis p. 1285. *ἀκριβῶς εἰδὼς, ὅτι ἀναγκαῖον εἴη τῇ νηὶ προσέχειν εἰς Ῥόδον.* Compara Sophocl. Philoct. v. 236. *τίς σ', ὦ τέκνον, προσέσχε, τίς προσήγαγε Χρεία; τίς ὁρμή; τίς ἀνέμων ὁ Φίλτατος;* (Non audiendus hîc Wakefieldius scribens *τί σ'*. Vulgata lectio Philoctetae *τὸ πάθος*, luxurians illud et verborum usu et nominum, eximie declarat.) Plutarchus Mor. T. V. p. 506. *ὡς γῇ προσέξων τὸ σῶμα καὶ διανηξόμενος.* Ceterum advertenda huius verbi sic usurpati constructio cum praepositione *ἐν* paullo rarior. Scholiastes ad Aristophan. Plut. v. 303. *προσέσχεν οὖν Ὀδυσσεὺς ἐν τῇ νήσῳ*, ut Hemsterhusius iure edidit. Similis hîc atque illic structura verbi simplicis. Pausanias I. c. 32. *ταύτῃ τῆς Ἀττικῆς ἔσχον οἱ βάρβαροι.* Videturque ibid. c. 14. ex duobus Codicibus scribendum esse, *οἳ τῆς χώρας Μαραθῶνι ἔσχον.* Aristophanes Ran. v. 188. *ποῦ σχήσειν δοκεῖς;*

Digitized

Nisi scribendum *ποῖ*. Nam statim sequitur *ἐς κόρακας ὄντως*; SCHAEF.] Ubi eadem Graecis est Ellipsis, quae Latinis, qui appellere absolute dicunt pro appellere navem. Appellere classem dixit Cornelius Nepos in Thrasyb. IV, 4.

In *εἰςβάλλειν*. Euripides in Cycl. v. 99:

Βρομίου πόλιν ἐοίκαμεν εἰςβαλεῖν.
Videmur ad Bacchi urbem appulisse.

Quae ita sunt accipienda: *Κατὰ Βρομίου πόλιν ἐοίκαμεν εἰςβαλεῖν τὴν ναῦν.* BERNH.

• Etiam in *ἐμβάλλειν* subintell. *ναῦν*, de remigantibus quando sermo est. Aristophanes Ran. 208. Eq. 599. LEISN.

(d) Omittitur quoque in *ἐπακτία*. Euripides in Androm. v. 853. ubi defertam se a patre querens, talia fatur Hermione:

Ἔλιπες, ἔλιπες, ὦ πάτερ, ἐπακτίαν
Ὡςεὶ μονάδ' ἔρημον οὖσαν
Ἐναλίου κώπας.
Deseruisti me, pater, velut stantem ad littus,
Desertam remoque carentem (navem).

Quo loco de nave esse sermonem, patet ex eo, quod remi fit mentio. Ergo ita erit integra dictio: *ὡς ἐπακτίαν ναῦν.* BERNH.

(e) Et Gatakerum ad Antonini *τὰ πρὸς ἑαυτὸν* 3, 3.
183 Sic et *ἐᾶν*, relinquere (navem) fluctibus, Actor. XXVII, 40. *ἐπιδιδόναι*, ibid. v. 15. et *κατέχειν εἰς αἰγιαλὸν*, vers. 40. SCHOETTG. Herodotus VI. c. 101. in. *Οἱ δὲ Πέρσαι πλέοντες κατέσχον τὰς νέας τῆς Ἐρετρικῆς χώρης κατὰ τέμενος, κ. τ. λ.* [Sequitur statim: *κατασχόντες δὲ ἐς ταῦτα τὰ χωρία.* ubi al. *κ. δὲ ταῦτα τ. χ.* Wesselingio iudice, „utique non male". Hoc si eodem modo intellexit vir eximius, retractavit quod olim ad Diodor. Sic. T. I. p. 371, 76. Rhodomani versionem taxans dixerat.] Idem VIII. c. 40. in. *Ὁ δὲ Ἑλλήνων ναυτικὸς στρατὸς ἀπὸ τοῦ Ἀρτεμισίου, — ἐς Σαλαμῖνα κατίσχει τὰς νῆας.* Xenophon Hist. Gr. II, 1, 29. *κατασχὼν ἐπὶ τὴν Ἀβαρνίδα.* [Paullo ante leg. sine articulo *ἐς τειχύδρια.*] Plutarchus T. IV. p. 822. s. Reisk. *κατασχὼν δ' εἰς Βρεντέσιον.* Add. Thom. Mag. p. 748. Musgrav. ad Euripid. Cyclop. v. 349. SCHAEF.

Digitized by Google

* ΝΑΥΤΗΣ, Nauta.

In *θαλάμιος*, i. e. remex infimi ordinis, *ὁ κατωτάτω ἐρέσσων ἐν τῇ νηΐ*, apud Thucydidem. Eadem ellipsis admitti potest in *ζύγιος*. Hesychius: *θαλάμιος λέγεται ὁ ἔσχατος, ὁ δὲ μέσος ζύγιος, ὁ δὲ ἀνώτατος θρανίτης*. LEISN. qui etiam in praefatione videndus. Obiter moneo, Dorvillium ad Chariton. p. 610., ubi de usu elliptico articulorum cum genitivo disputat, inter substantiva ad tales articulos subaudienda perperam retulisse *Ναυτικόν*. Locus enim Xenophontis Histor. Gr. L. III. in. quo utitur, sic habet: *ἔχων γὰρ τὸ ἑαυτοῦ ναυτικὸν σὺν τῷ Κύρου*. Hîc *ναυτικῷ* omissum est, non per ellipsin veri nominis, sed ex natura syntaxeos linguarum, quae articulis utuntur. SCHAEF.

* ΝΕΚΡΟΣ, Mortuus.

Aristophanes Ἐκκλησ. v. 533: *Ἀλλ' ἔμ' ἀποδύσασ' — — ᾠχου καταλιποῦσ', ὥσπερ εἰ προκείμενον*. Sed postquam me exueras, abiisti, relinquens me ut mortuum. In *προκείμενον* subaudi *νεκρόν*. Vide in eiusdem Avibus 474. Ita positus apud Virgilium, et compositus apud Persium occurrit. LEISN. Ad talia nihil subaudiendum: ipsa enim per se dicuntur sensu speciali de mortuis. Homericum, ut hoc utar, *κεῖται Πάτροκλος*, egregie fallatur qui *ἐλλιπῶς* dictum putet. — Fischer. ad Weller. III. 1. p. 259. „Herodo. 9, 85. *ἔθαπτον τοὺς ἑωϋτῶν*· intell. *νεκροὺς*, suorum cadavera, ut c. 84. legitur, *Μαρδονίου ὁ νεκρὸς*, et *τὸν νεκρὸν τὸν Μαρδονίου*." Fallitur. Non cogitavit vir optimus, si intelligas *νεκροὺς*, hoc consequi *ἀτοπίας*, ut caesi dicantur sua ipsorum cadavera sepelivisse. (Conf. Lucian. T. II. p. 871. *ἱκετεύων, ὅπως ὁ νεκρὸς αὐτοῦ τοῖς οἰκείοις ἀποδοθῇ*.) Verte igitur nihil subaudiens:

Digitized by Google

sepeliebant suos, *sie begruben die Ihrigen.* SCHAEF.

* ΝΕΥΡΑ, Nervus.

In *αὖ ἐρύειν* de arcu apud Homerum Iliad. Θ. v. 325. ubi schol. Gr. *εἰς τοὐπίσω ἕλκοντα τὴν νευράν.* retro trahentem nervum. SCHWEB. Hanc quoque ellipsin sine ulla necessitate confinxit. Verba poëtae sunt:

βῆκε δ' ἐπὶ νευρῇ· τὸν δ' αὖ κορυθαίολος Ἕκτωρ
αὐερύοντα, — — — — —

scil. *αὐτήν.* SCHAEF.

* ΝΗΣΟΣ, Insula.

Interdum in *πιτυόεσσα*, vel *πιτυοῦσσα*, pinis abundans; *πλατανιζόεσσα*, vel *πλατανιζοῦσσα*, platanis abundans, etc. vid. Sylburg. ad Pausaniae Lac. c. 14. LEISN.

* In omnibus nominibus insularum propriis, quando absolute ponuntur, e. g. in *Βρεττανικαὶ*, *Κυκλάδες*, *Σποράδες*, *Γυμνάσιαι* vel *Βαλερίδες*, *Ὀφιοῦσα* [*Ὀφιοῦσσα*], apud Strabonem aliosque est ellipsis: in quibus etiam saepe v. *νῆσος* vel *νῆσοι* additum reperitur. SCHWEB.

* Fischer. ad Weller. III. 1. p. 259. „Herodo. 4, 85. *ἐπὶ τὰς Κυανέας καλευμένας.*“ Palaephatus c. XXXII. 10. *μεταξὺ τῆς Κέρνης καὶ τῆς Γαδειρέων.* s. *νήσου.* si Fischerus posteriora recte correxit. SCHAEF.

* ΝΙΚΗ, Victoria.

Videtur haec vox non incommode subaudiri posse in illa locutione, *Ὀλυμπιάδα ἀνελέσθαι*, apud Herodot. L. VI. c. 103. *Ὀλυμπιάδα ἀνελέσθαι τεθρίππῳ συνέβη.* s. *νίκην.* qua voce ipse denuo statim utitur cum eiusdem verbi participio iuncta: *καὶ ταύτην μὲν τὴν νίκην ἀνελόμενόν μιν.*

Digitized by Google

SCHWEB. Vid. Wesseling. ad Herodot. p. 470, 98. (Dissert. Herodot. p. 204.) Philodemus Epigr. XXVII. v. 7. *τὸν δὲ Λυκίνου Τῖα καὶ εἰς μεγάλην ςέψον Ὀλυμπιάδα.* Praecessit v. 4. *ἄνθετό σοι νίκης Χάρμος ἀπ' Ἰσθμιάδος.* Sic Callimachus Fragm. CIII. p. 475. *θήσουσιν νίκης σύμβολον Ἰσθμιάδος.* SCHAEF.

* ΝΙΚΗΣΑΣ, Qui vicit.

Callimachus Epigr. XII. *Θῆρις Ἀρισαίου, Κρὴς, ὑπ' ἐμοὶ, δολιχόν.* Recte subaudit *νικήσας* Vulcanius. Ruhnkenius Epist. Crit. p. 174. „Est imitatio Simonidis Anthol. III. 2. p. 284. *Εἰπὸν, τίς, τίνος ἐσσὶ, τίνος πατρίδος, τί δὲ νικῇς; Κάσμυλος, Εὐαγόρου, Πύθια πὺξ, Ῥόδιος.* Quo minus dubitari debet, quin in *δολιχὸν* supplendum sit *νικήσας*, ut victor in curriculo longo intelligatur. Lapis apud Murator. p. 649. *Σάμιχος Ἐπαινέτου Λαρυμνεὺς παίδων τῶν πρεσβυτέρων δολιχόν.* Vide Dorvillium ad Charit. p. 310.“ Plato T. IV. p. 150. *Μιλτιάδην δὲ τὸν ἐν Μαραθῶνι εἰς τὸ βάραθρον ἐμβαλεῖν ἐψηφίσαντο.* Hoc qui vertunt, qui Marathone pugnavit, minus assecuti videntur vim verborum. Rectius Findeisenus p. 408. Quamquam bene novi gloriosissimum titulum *τῶν Μαραθωνομάχων.* SCHAEF.

ΝΟΜΙΣΜΑ, Numisma.

In *τὸ δίδραχμον, τετράδραχμον, λεπτόν.* etc. (f)

* V. Chishul in not. ad Inscript. Sigeam p. 3. SCHWEB.

* Fischer. ad Weller. III. 1. p. 259. „Demosth. p. 1246. To. 2. *πένθ' ἡμιμναίων*· ibid. p. 1333. *τρι᾽ ἡμιμναῖα.* Plut. V. Pompe. 33. p. 181. To. 4. *ἡμιμναῖον ἀργυρίου.*“ *Κατιτήριον* a Moeride p. 222. servatum si generis neutrius est, subaudi *νόμισμα.* Sic quod vulgo *ἐπίβαθρον* dicitur, (Gallimach.

Fragm. CX. p. 482. coll. Valckenar. Callim. p. 10. Add. Ernest. ad Callim. h. in Del. v. 22. Brunck. ad Apollon. Rhod. I. v. 421.) Diodoro Sic. I. c. 96. est *ἐπίβαθρον νόμισμα*: nisi tamen locus interpolatus est. Ego quidem huc inclino, ut verba, *νόμισματον ὀβολὸν*, pro spuriis habeam. SCHAEF.

184 (f) Νόμισμα omittitur in numismatibus: AMΥNTA, ΦΙΛΙΠΠΟΥ, ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. LEISN.

* Sic in *ἀσσάριον*, Matth. c. X, 29. *δηνάριον*, c. XX, 13. *λεπτὸν*, Marc. c. XII, 42. Lucas in evang. c. XII, 59. Possis et *κέρμα* subaudire. MICH.

* NOMΟΣ, Lex.

In *παραβαίνειν*, quod notat transgredi, violare (leges). Pythagoras in aureis carminibus:

Πῇ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι καλὸν οὐκ ἐτελέσθη;
Quanam re violavi (leges?) quid mali patravi? quodnam a me bonum est omissum?

SCHOETTG.

* Ioannis epist. 2. v. 9: Πᾶς ὁ παραβαίνων. sc. *νόμον*. BERNH.

* Aelianus Var. Hist. XIII, 24. ἔγραψεν, subaudi *νόμον*, (legem) dedit. Alias addi solet. LEISN.

NOMOΣ, Modus.

In *ὄρθιος* etc. Euripides Heracl. 830:

Ἐπεὶ δ' ἐσήμην' ὄρθιον Τυρσηνικῇ
Σάλπιγγι.

[Displicet haec ratio. Ὄρθιον hîc neutrum est et adverbialiter dicitur. Poëtae verba bene vertunt: „Postquam autem signum clare datum est Tyrrhenicâ tubâ.“ Sic etiam plurale *ὄρθια*. Vid. Ruhnken. ad Hymn. in Cerer. v. 20. SCHAEF.]

* NOΣΩN, Aegrotans.

Vide Obs. Crit. Nov. T. III. p. 27. F. ST. Disputat ibi Abreschius satis copiose (si quis „loquaciter“ dicat, non mirer) de verbis Xenophontis Ephes. p. 70. Loc. *ἔκειντο δὲ ὑπὸ μέθης κ. τ. λ.*

Digitized by Google

primum nube exemplorum docens, verbo *κεῖσθαι* persaepe iungi participium, post monens, nihilo secius „citra omne additamentum suam verbis constare integritatem". Recte: neque opus erat Abreschiana ad catalogum Ellipsium augendum detorqueri. SCHAEF.

* NOΣOΣ, Morbus.

In *πλευρῖτις, ἰσχιὰς, ἀρθρῖτις*. SCHOETTG.

NOTΣ, Mens.

Προσέχειν absolute quoque dicitur, pro *προσέχειν τὸν νοῦν*, attendere animum. Lucas in 185
Act. XVI, 14: *Προσέχειν τοῖς λαλουμένοις*: ut (mentem) adverteret ad ea, quae dicebantur. Sic Hebr. II, 1: *προσέχειν τοῖς ἀκουσθεῖσι*. Plene dixit Comicus in Pluto: *Πρόσεχε τὸν νοῦν, ἵνα πύθῃ*: adhibe mentem, ut intelligas. Plato in Epist. *Αὐτοῖς σφόδρα προσεῖχον τὸν νοῦν*: illis sedulo attendebam animum. [Aristophanes Nub. v. 1010. *καὶ πρὸς τούτοις προσέχῃς τὸν νοῦν*. Pac. v. 174. *πρόσεχε τὸν νοῦν ὡς ἐμέ*. Vid. Staveren. ad Corn. Nep. XV. c. 6, 2. Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 212. (add. Alciphron. I. ep. 33. p. 136.) Bernard. Reliqu. Med. Crit. p. 25. Brunck. ad Aristoph. Vesp. v. 1015. SCHAEF.] Aelianus etiam *προσέχειν τὴν διάνοιαν* dixit Var. Hist. XIV. c. 43. Xenophon Oeconomicor. L. II, 7. (g) [Aristophanes Concion. v. 600. *καὶ τὴν γνώμην προσέχουσαι*. SCHAEF.]

Similiter *ἐπέχειν τινί*, subintell. *νοῦν*. Paulus 1. Epist. ad Timoth. IV, 16: *Ἔπεχε σεαυτῷ καὶ τῇ διδασκαλίᾳ*: Attende tibi ipsi et doctrinae. (h) [Aristophanes Lysistr. v. 490. *οἱ ταῖς ἀρχαῖς ἐπέχοντες*. quod recte interpretatur Bisetus. (Praecedit v. 489. ΠΡ. *διὰ τἀργύριον πολεμοῦμεν γάρ; Λ. καὶ τἄλλα γε* (etiam: sic

Digitized by Google

Pac. v. 1003. it. Euripid. Hec. v. 1269. Pors. Orest. v. 1616. Phoeniss. v. 619. 1695. Med. v. 1358. add. Cleobul. ap. Diogen. Laërt. I. 90.) *πάντ' ἐκυκήθη.* sequiturque continuo v. 491. *ἀεί* (sic leg.) *τινα χορχορυγὴν ἐκύκων.* (Conf. Pac. v. 991. *λῦσον δὲ μάχας καὶ χορχορυγάς.*) Hìc *κυκᾶσθαι* dicuntur mala, quae turbando concitantur. Idem sensus permultis locis verbi *ταράττειν*, ut cum dicitur *ταράττειν πόλεμον.* Lege praeclaram notam Ruhnkenii in praefat. ad Schelleri Lexic. Lat. Belg. p. XIV. Sic et *τυρβάζειν.* Sophocles Fragm. ex inc. trag. LVIII. *Ἄρης συὸς προσώπῳ πάντα τυρβάζει κακά.*) Longus p. 104. Vill. *ἐπεῖχε δὲ τοῖς ἄνθεσιν, ὥστε διαφθεῖραι αὐτά.* Vertitur: hinc animum floribus perdendis adiecit. Lucianus T. II. p. 212. *τοῖς μεγίστοις ἐπέχειν τὸν νοῦν.* (In transcursu videamus Hegemonis Epigramma in Huschkii Anal. Crit. p. 199., ubi idem verbum, etsi longe diversa significatione, positum est. Legas ibi: *ὀγδώκοντ' ἐνθάδε μυριάδας Σπάρτας χίλιοι ἄνδρες ἐπέσχον* AIMATO *Περσῶν.* Corrigo ΛHMATI. Conf. Philiad. Epigr. et Demosthen. T. I. p. 322.) SCHAEF.]

(g) In *στρέφειν, ἐπιστρέφειν, μεταστρέφειν.* Apollonius Rhodius in Argonautic. I. v. 807.

— — — — Εἶκε ποτ' αὖτις
Ὀψὲ μεταστρέψωσι νόον.

Στρέφειν Act. VIII, 42. auctor in ellipsi vocis *ἑαυτὸν* posuit. BERNH.

(h) Adde Lucae Evang. c. XIV, 7. Actor. III, 7. Sic et *ἐνέχειν.* Lucae cap. XI, 53. SCHOETTG.

* *Προσποιεῖσθαι* aliquando etiam significat attendere. Tunc vero omitti intelligitur *νόον.* Hac sententia verbum hoc accepit Theophrastus in Charact. mor. c. 1: *ἀκούσας τι, δόξει μὴ προσποιεῖσθαι*, puta *νόον*: cum audiverit aliquid, simulabit, se non advertere (mentem).

Digitized by

BERNH. Sic etiam Fischerus in Ind. v. *Προσποιεῖσθαι*: quae ratio vereor ut omnibus probari possit. Mihi quidem, deleto *δόξει*, quo aliquot libri carent, quodque natum suspicor ex interpretatione verbi *προσποιεῖσθαι*, scribendum videtur, *καὶ ἀκούσας τι, μὴ προσποιεῖσθαι* (scil. *ἀκοῦσαι*: vid. Valckenar. ad Euripid. Hippol. p. 217. sq.) ut infinitivus *προσποιεῖσθαι* pendeat ab *οἷος*. Quod si cui iusto durius videatur, ut est sane vel in Theophrasteo libello perdurum, infinitivum hîc poni, cum antecedat *Φήσει*, idem sequatur, is leni mutatione bis corrigat *Φῆσαι*. Aliter Valckenarius l. c. p. 218. a. B. SCHAEF.

* Item in *ἐπιζῆσαι*, quod *ἐλλιπῶς* habet Antoninus L. I. §. XI. V. *Διάνοια*. Sic Plinius apud Latinos L. VIII. ep. 19. Proinde, si quando, nunc intende libro, quem cum hac epistola accipies. pl. intende animum. ut est apud Horatium L. I. ep. II. 35. si non Intendes animum studiis et rebus honestis. SCHWEB.

* NTΞ, Nox.

Deest haec vox in *ἀβρότη*, quando absolute pro *νὺξ* ponitur. Est enim sua natura adiectivum, quod significat hominibus carens. Sic *ἄβροτος ἐρημία* apud Aeschylum. v. Eustathius ad Iliad. Z. v. 78. *εἰςόκεν ἔλθῃ νύξ ἀβρότη*. ubi ita commentatur: *ἐντελῶς ἐῤῥέθη. ὅτε γὰρ ἀβρότη μόνον ῥηθείη, λείπει τὸ, νύξ*. Item in *ἀμολγῷ*: plene foret *ἐν ἀμολγῷ χρόνῳ νυκτός*. intempesta nocte. Hesychius certe *ἐπιθέτως* habet *ἀμολγὸν νύκτα*. Homerus Iliad. Λ. 173. *μολὼν ἐν νυκτὸς ἀμολγῷ*. ubi etiam Schol. Gr. addunt *τῷ καιρῷ*. SCHWEB. Rectius, opinor, Gesnerus in Ind. ad Orph. *ἀμολγῷ* pro neutro habet, ubi nihil subaudiendum. *Ἀμολγὸν νύκτα* Hesychius ex Euripidis Alcmena excitat: quod in Sylloga Musgravii frustra

Digitized by

quaeras. Sic Orpheus Hymn. XXXIII. v. 12. δι' ἀμολγοῦ νυκτός. SCHAEF.

186 Ξ.

ΞΕΝΙΑ, Hospitium.

Phrasis, ἑτοιμάζειν τινὶ ξενίαν, parare alicui hospitium, quae est in Pauli Epist. ad Philemon. v. 22: Ἅμα δὲ καὶ ἑτοίμαζέ μοι ξενίαν: simul autem et para mihi hospitium: defective etiam occurrit, omissa voce ξενίαν. Sic apud Lucam in Evang. c. IX, 52: Καὶ, πορευθέντες, εἰςῆλθον εἰς κώμην Σαμαρειτῶν, ὥςτε ἑτοιμάσαι αὐτῷ. supple ξενίαν. Et, profecti, ingressi sunt vicum Samaritanorum, ut pararent ipsi (hospitium).

* ΞΕΝΟΣ, Hospes.

In illis Homeri verbis Odyss. O. v. 373. καὶ αἰδοίοισιν ἔδωκα sub. ξένοις, vel plenius ξένοις ἀνδράσι καὶ ἱκέταις, αἰδοῦς ἀξίοις, uti explicat Eustathius p. 579. l. 38. Expressam certe hanc vocem legimus Odyss. I. v. 271. Ὅς ξείνοισιν ἅμ' αἰδοίοισιν ὀπηδεῖ. SCHWEB. Ernestius ad priorem Odysseae locum: „De pudendis accipit etiam Scaliger ad Fest. in affatim, et Cel. Hemsterh. ad Luciani Nigrin. T. I. p. 54, qui Barnesium imprudenter ab illa interpretatione recessisse ait. Recte. Non potest doceri αἰδοίοισιν simpliciter positum, aliter quam de pudendis diei. Atqui id erat docendum, si volebat refellere hanc interpretationem.“ Ego tamen bonum illum subulcum honestiorem cognovi, quam ut hunc ei cynismum facile tribuam. Quod si per linguae usum non licet αἰδοίοισιν alio quam neutro genere intelligi, ausim hîc quidem coniectandi aleam, in Homericis semper ancipitem,

Digitized by Google

ita subire, ut suspicer corrigendum *ἀλλοίοισιν*, aliis. SCHAEF.

* ΞΙΦΟΣ, Pugio.

Subaudiendum est saepenumero in *ἐγχειρίδιον*: e. g. apud Herodianum L. I, 8. 11. VII, 4. 11. *λαβεῖν ἐγχειρίδια ὑποκόλπια.* Ita Menander Comoediam scripsisse traditur, cui titulus *Ἐγχειρίδιον.* Nam *ἐγχειρίδιον* generatim dicitur, quicquid ad manum est et in usum promtum et obvium. vid. Salmasium in Titul. Animadvers. in Simplic. ad Epict. p. 6. LEISN.

* ΞΟΑΝΟΝ, Simulacrum sculptum.

Potest etiam illis in vocibus nonnunquam subintelligi, quas supra per *ἄγαλμα*, *ἀνδριὰς* etc. supplevimus. LEISN.

ΞΥΛΟΝ, Lignum.

In *νήϊον*. Iliad. Γ. 62. — *νήϊον ἐκτάμνησιν.* ubi Eustathius: *ὑπόκειται ξύλον, ἤγουν, ἐπιτήδειον εἰς νῆα.* (a) [Plene Homerus Odyss. IX. v. 384. *δόρυ νήϊον.* quod imitatur Apollonius Rhod. II. v. 79. 597. Conf. Moeris p. 270. Sed Aristides T. II. p. 205. Jebb. *τὰ δὲ νήϊα καὶ τοὺς κωπέας.* ubi *τὰ νήϊα* Scholiastes Ms. (v. Valckenar. ad Herodot. p. 383, 20.) *σχοινία* esse docet. Plene Apollonius Rhod. II. v. 725. *ὑπὸ πνοιῇ δὲ κάλωες Ὅπλα τε νήϊα πάντα τινάσσετο.* Denique partem quandam navis, *μέρος τῆς νεὼς*, Scholiastes ad Apollon. Rhod. I. v. 1314. Musgravio ad Euripid. Iphig. Taur. v. 433. interpretari videtur: falso. Scholiastae enim explicatio referenda ad vocem *ὁλκαίοιο*, cui *νηΐου* a poëta *ἐπιθέτως* additum est. SCHAEF.]

(a) In *ἀπόψησον* pro hostorio; [Hesychius: *Ἀπόψησον. τὸ ἀπόμακτρον τοῦ μετρουμένου σίτου.* quo multi usi sunt sine vitii suspicione. Mihi *ἀπόψηστρον* scribendum 187

videtur: ubi nihil subaudiendum est. Sicque etiam Ruhnkenius in Add. ad Hesych. corrigendum censuit. (Idem vitium in Hesychium invexit *θέριζον*, pro quo legendum esse *θέριζρον*, multi monuerunt. Nec sanius est Photii *θερίζιον*, pro quo scribendum *θερίζριον*.) Non minus corruptum, quod ex Glossis novimus, eiusdem nomen significationis *ἀποψήκτιον*. Corrige *ἀπόψηκτρον*. Perpetua commutatio literarum *ι* et *ρ*. SCHAEF.] in *ἀνάφορον* apud Aristophanem Ran. 8. ubi Scholiastes: *τὸ ἀνάφορον, ξύλον ἀμφίκοιλον, ἐν ᾧ τὰ Φορτία ἐξαρτήσαντες οἱ ἐργάται βαςάζουσι.* [Vid. Bergler. ad Alciphron. p. 8. SCHAEF.] *Ξύλα* in plurali etiam supple in *ἐγκοίλια*, i. e. ligna, ex quibus interiores partes navium fabricantur; *τὰ ἀπὸ τῆς τρόπιδος ἀνερχόμενα ξύλα*, quae una voce *ἐντερόνεια* vocantur. Vid. Scholiasten Aristophanis ad Equit. 1182. LEISN.

* Ellipsin hanc ipse supplet Homerus voce poëtis synonyma, *δόρυ*. Iliad. O. 410. *δόρυ νήϊον*. SCHWEB.

* ΞΥΡΟΣ, Novacula.

In rariore quidem illa locutione apud Euripidem in Phoeniss. v. 1088. [v. 1097. Pors.] *ἀκμήν γ' ἐπ' αὐτὴν*, supple *ξυροῦ*. [Aut, quod mihi placet, nihil plane subaudiendum: (conf. Aristophan. Plut. v. 256. *ἀλλ' ἔς' ἐπ' αὐτῆς τῆς ἀκμῆς, ᾗ δεῖ παρόντ' ἀμύνειν*:) aut supplendum aliud nomen, veluti *τοῦ ἔργου, τοῦ ἀγῶνος*. Pausanias X. c. 21. *ἐν τῇ* (l. *τοῦ*) *ἀγῶνος συνέβη τῇ ἀκμῇ*. (Paullo superius lego: *καὶ οὔτε πελέκεσι διαιρουμένους ἢ ὑπὸ μαχαιρῶν ἡ ἀπόνοια τοὺς ἔτι ἐμπνέοντας ἐπέλιπεν, οὔτε ὅσοι βέλεσι καὶ ἀκοντίοις διεπείροντο, ὑφῄρουν τοῦ θυμοῦ*, [sic Cod.: fallitur-que Valckenarius in Phalarideis p. XIV.] *μέχρις οὗ παρέμενεν ἡ ψυχή*.) Ibid. c. 19. extr. ex certa Sylburgii emendatione, *ὑπὸ αὐτὴν τοῦ ἔργου τὴν ἀκμήν*. Quod hîc vulgo legitur *δίκην*, natum videtur ex *ἀλκήν*. Passim autem confusa *ἀκμὴ* et *ἀλκή*. Vid. Facius ad I. c. 14. SCHAEF.] Sic occurrit apud Herodotum L. VI. c. 11. *Ἐπὶ ξυροῦ γὰρ τῆς ἀκμῆς*

Digitized by

ἔχεται ἡμῖν τὰ πράγματα. Cf. cl. Valckenar. ad schol. Gr. in Phoeniss. p. 707. Proverbialem hanc locutionem de iis, qui in extremo periculo versantur, usurpari solitam, primus, quantum iam sciri datur, protulit Homer. Iliad. K. 173. Νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς. SCHWEB.

O.

* Ὁ, Articulus.

Ὁ, seu praepositivus articulus cum subaudito ὢν, deest apud Matthaeum evangel. cap. XXVII, 57. et Lucam in evang. c. XXIII, 51. ἄνθρωπος πλούσιος (ὁ) ἀπὸ Ἀριμαθαίας. Vide infra de ellipsi Verborum, voce εἶναι, et quae ibi de hac ellipsi adnotavimus. MICH.

In primis notanda ellipsis articuli iuncti particulae μὲν in partitione aut oppositione, sequente eodem articulo cum particula δέ. Fundus hùius ellipsis in Homericis est, Il. XXII. v. 157. τῇ ῥα παραδραμέτην, φεύγων, ὁ δ' ὄπισθε διώκων. Euripides Herc. fur. v. 638. Musgr. ἔχουσιν, οἱ δ' οὔ. Plato T. IV. p. 260. s. Ψευδεῖς, αἱ δ' ἀληθεῖς. Xenophon Histor. Gr. I, 2, 14. ᾤχοντο ἐς Δεκέλειαν, οἱ δ' ἐς Μέγαρα. ubi non opus ἄλλοι subaudiri in posteriore membro, sed supplendum οἱ μὲν in priore. Pausanias III. c. 12. ἀδελφὸν, οἱ δὲ παῖδα εἶναι λέγουσιν. c. 13. ποιῆσαι δὲ τὸν Θρᾷκα Ὀρφέα λέγουσιν, οἱ δὲ Ἄβαριν. c. 17. ὃν Διποίνου καὶ Σκύλλιδος, οἱ δὲ αὐτοῦ Δαιδάλου φασὶν εἶναι μαθητήν. c. 25. τὸ δὲ ὄνομα τῇ πόλει γενέσθαι φασὶν ἀπὸ Πύῤῥου τοῦ Ἀχιλλέως, οἱ δὲ, εἶναι θεὸν Πύῤῥιχον κ. τ. λ. Legendum igitur II. c. 2. Λύσιον δὲ, τὸν δὲ Βάκχειον ὀνομάζουσι. quod iam Sylburgius pervidit, quem vide ad p. 76. 121. Lucianus T. II. p. 321. κατέλαβον γὰρ τοὺς ἐργάτας λιγυρίζοντας τὴν θερινὴν ᾠδὴν, τοὺς δὲ τάφον τῷ ἐμῷ πατρὶ κατασκευάζοντας. Add. Fi-

Digitized by Google

scher. ad Weller. III. 1. p. 267. Porson. ad Euripid. Orest. v. 891. Paullum dispari ratione, sed ellipsi similiter explenda, Xenophon Cyrop. V, 2, 5. *τοὺς ἔνδοθεν πάντας ἐξῆγε, φέροντας οἶνον, ἄλφιτα, ἄλευρα, ἄλλους δὲ ἐλαύνοντας βοῦς, αἶγας, οἷς, σῦς.* Cui loco paene ad amussim congruit ille Anab. V, 4, 25. quem Melet. Crit. I. p. 67. sic corrigendum censui: *οἱ πολέμιοι ὁμοῦ δὴ πάντες γενόμενοι ἐμάχοντο, καὶ ἐξηκόντιζον τοῖς παλτοῖς, καὶ ἄλλοι δόρατα ἔχοντες παχέα, κ. τ. λ.* Addito in posteriore membro adiectivo *ἕτερος*, Pausanias I. c. 37. *ἀγάλματα δὲ ἐπὶ τῷ ποταμῷ, Μνησιμάχης, τὸ δὲ ἕτερον ἀνάθημα χειρομένου τὴν κόμην τοῦ παιδός κ. τ. λ.* Conf. quae p. 162. ad v. *Ἕτερος* congessi, a quibus nonnihil differt Homericum Il. VII. v. 418. *ἀμφότερον, νέκυάς τ' ἀγέμεν, ἕτεροι δὲ μεθ' ὕλην.* ubi duarum obtinet *σύγχυσις* constructionum. Ceterum similis ellipsis exempla etiam in Latinis scriptoribus reperias. Vid. not. ad Caesar. de B. G. I. 8. III. 21. 25. SCHAEF.

* ΟΒΟΛΟΣ, Obolus.

Ὀβολὸς, obolus, subaudire licuerit in *ὁ κοδράντης*, quadrans, Matth. c. V, 26. Et in *ὁ λεπτὸς*, cum id masculinum est, ut secundum multos codices in Lucae evangelio, c. XII, 59. MICH. Alciphron I. ep. 9. *τὸ μὲν γὰρ ἐπὶ λεπτῶν κερμάτων ἀποδίδοσθαι καὶ ὠνεῖσθαι* (verte, vendere atque emere) *τὰ ἐπιτήδεια.* ubi Berglerus ex Polluce citat *νομισμάτιον λεπτόν.* SCHAEF.

* ΟΔΟΝΤΕΣ, Dentes.

In *γομφίοι*, dentes molares: in *γελασῖνοι*, qui et *τομικοὶ* dicuntur, i. e. dentes anteriores, qui in risu nudantur. LEISN. Ad *γομφίοι* non magis subaudiendum *ὀδόντες*, quam ad *τομεῖς*, quod substantivum, hactenus fere ne-

Digitized by Google

glectum in Lexicis vulgaribus, item de dentibus dicitur. (Vid. Oribasius p. 142. Dund. Suidas T. III. p. 485. H. Stephanus Thes. III. c. 1396. B.) Moeris, substantivum substantivo opponens, p. 111. *Γομφίους, Ἀττικῶς. μύλους, Ἑλληνικῶς.* Herotus IX. c. 83. *τούς τε ὀδόντας καὶ τοὺς γομφίους.* ubi *οἱ ὀδόντες*, dicti *κατ' ἐξοχήν* de dentibus anterioribus, opponuntur *τοῖς γομφίοις.* Suidas T. I. p. 491. *Γομφίους. τοὺς προσθίους ὀδόντας.* L. *ὀπισθίους.* — Neque ad *γελασῖνοι*, opinor, quidquam supplendum est. SCHAEF.

ΟΔΟΣ, Via. 188

Frequentissime adiectivum in fem. gen. solum ponitur, suppressa voce *ὁδὸς*, ut: *ἡ εὐθεῖα*, recta: [Pausanias X. c. 5. in. *Ἡροδοτείως: Ἐς δὲ τὴν ἐπὶ Δελφῶν ἰθεῖαν ἀναγρέψαντι κ. τ. λ.* quod Facius mutare non debebat. Herodotus II. c. 161. extr. *ἀπέγησαν ἐκ τῆς ἰθείης.* Sed in talibus praestat Musgravii ratio. V. supra ad v. *Ἀρχή.* SCHAEF.] *ἡ σύντομος, ἡ συντομωτάτη, ἡ ἐπίτομος*, (a) compendiosa. (Simili Ellipsi Latini compendiaria dicunt. Seneca Ep. 119. Ad maximas te divitias compendiaria ducam.) *ἡ τραχεῖα*, aspera: *ἡ ὄρθιος*, praerupta, Thucydides V, 58: *ἡ ἀνάντης*, acclivis: *ἡ κατάντης*, declivis: *ἡ λεωφόρος*, (b) publica: *ἡ ἐπιτηδειοτάτη*, commodissima: *ἡ ἑτέρα, ἡ ἄλλη*, alia: *ἡ ὀπίσω*, quae retro ducit. (c)

Ἡ ἐπί τινα τόπον, quae ducit ad aliquem locum: *ἡ ἐπὶ θάνατον*, quae ad mortem ducit: [Herodianus Piersoni p. 478. *Δήμιος δὲ, ὁ ἀπάγων τὴν ἐπὶ θανάτῳ.* Lucianus T. II. p. 250. *προσαγαγεῖν οἰκέτας αὐτοῦ τῷ ἡγουμένῳ τῆς Γαλατίας τὴν ἐπὶ θανάτῳ.* Omisso articulo Aelianus Var. Hist. I. c. 30. *ἀγομένους τινὰς ἐπὶ θανάτῳ.* ubi paullo antea scribendum videtur: *πολλοῖς δὲ πολλὰ καὶ ἀγαθὰ προὐξένησας.* SCHAEF.] *ἡ πλατεῖα*, lata,

Digitized by Google

unde Lat. platea. Ex. gr. Lucianus Iov. Trag. p. 142; Καὶ μὴν σύντομόν τινα ταύτην ὤμην ἐπινενοηκέναι ἔγωγε: ego vero putabam, me compendiosam hanc excogitasse (viam.) Idem Rhetor. Praecept. p. 309: Οὐ γάρ σε τραχεῖάν τινα, οὐδὲ ὄρθιον, καὶ ἱδρῶτος μεστὴν ἡμεῖς γε ἄξομεν, ὡς ἐκ μέσης αὐτῆς ἀναστρέψαι καμόντα· ἐπεὶ οὐδὲν ἂν διεφέρομεν τῶν ἄλλων, ὅσοι τὴν συνήθη ἐκείνην ἡγοῦνται μακρὰν, καὶ ἀνάντη, καὶ καματηρὰν, καὶ ὡς τὸ πολὺ ἀπεγνωσμένην· ἀλλὰ τόγε παρ' ἡμῶν ἐξαίρετον τῆς συμβουλῆς τοῦτό ἐστιν, ὅτι ἡδίστην τε ἅμα, καὶ ἐπιτομωτάτην καὶ ἱππήλατον, καὶ κατάντη — ἀνιὼν etc. h. e. Non enim te per asperam, neque per arduam, ac sudoris plenam (viam) ducemus, ut ex media fessus regrediaris: alioqui nihil ab aliis differremus, qui per consuetam
189 illam deducunt, longam, acclivem, laboriosam, atque ut plurimum desperatam. Sed nostri consilii praecipuum hoc est, ut per iucundissimam pariter et compendiosissimam, equitabilem, declivemque (viam) — conscendens etc. Et paullo post: Ὁπόσοι τὴν ἑτέραν ἐτράποντο: quotquot aliam institerunt. Dio Cassius L. XXXVII. p. 33: Οὐ τὴν ἐπιτηδειοτάτην αὐτοὺς ἤγαγον: non per commodissimam (viam) eos duxerunt. Euripides Rheso v. 284:

Πλαγχθεὶς πλατείας πεδιάδος θ' ἁμαξιτοῦ. (sc. ὁδοῦ.)
Aberrans a lata campestri et plaustraria (via.)

Aelianus Var. Hist. IV, 18: Μὴ βαδίζειν τὰς λεωφόρους: non ingredi per (vias) publicas. Idem L. XIII. cap. 32: Σὺ μὲν γὰρ ἐπὶ τὴν κατάντη αὐτοὺς πάντας ἄγεις: tu enim in declivem illos omnes ducis (viam.) Idem L. III, 17: Ἀγαγεῖν τὴν ὀπίσω εἰς οἰκεῖα: Retro reducere domum. Xenophon Κύρ. Παιδ. VII: Προϊὼν

Digitized by Google

καὶ τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνος, sc. *ὁδόν*: progressus (via) Babylonem ducente.

Accusativus *ὁδὸν* etiam deficit in *τῷ ἀνύειν*, quando pro festinanter currere, et iter suum perficere sumitur. Comicus in Plut. p. 64. v. 606:

— — ἀλλ' οὐ μέλλειν
Χρῆν σ', ἀλλ' ἀνύειν.

ubi vetus Scholiastes: *Ἀνύω, τὸ τελειῶ. ἀνύω καὶ τὴν ὁδὸν, ἤτοι σπουδαίως βαδίζω.* vel *δρόμον*, ut apud Euripidem Phoeniss. v. 166:

Ἀνεμώκεος εἶθε δρόμον νεφέλας
Ποσὶν ἐξανύσαιμι δι' αἰθέρος.

Ut et in *τῷ τελεῖν*. Lucianus Hermot. 558: *εἰς Ἰνδοὺς τελεῖ*: ad Indos pervenit. Thucydides: *εἰς Φάρσαλον ἐτέλεσε*: Pharsalum pervenit.

Sic *δι' ἐκείνης* apud Lucam Evang. c. IX, 4. pro *δι' ἐκείνης ὁδοῦ*: isthac (via.) *Διὰ ποίας* apud eundem in Evang. V, 19. pro *διὰ ποίας ὁδοῦ*, ut Latini qua, pro qua via. Vt et *ᾗ*, pro *ᾗ ὁδῷ*, qua via, qua ratione. Xenophon *Κύρ. Παιδ.* II, 24: *Πάντ' ἂν πραχθείη, ᾗ ἡμεῖς βουλόμεθα*: omnia confici possent, qua (ratione) nos volumus. *Ταύτῃ*, i. e. *οὕτω*, pro *ἐν ταύτῃ ὁδῷ*, hacce via, hac ratione. Plato: *Ταύτῃ καὶ ταῦτα ἐλέγετο*: haec etiam sic dicebantur.

Ἄλλῃ pro *ἐν ἄλλῃ ὁδῷ*: alia via. Xenophon *Κύρ. Παιδ.* I, 2. §. 16. *ὥξε ἄλλῃ τοι ἀποχωρεῖν*: ut alia (via) secedat. [Rectius vertas alio, aliorsum. Sic in loco Homerico, qui statim sequitur. Add. Theocrit. II. v. 6. 127. Dionys. Hal. Ant. Rom. T. I. p. 98. Antonin. Liber. c. 27. p. 180. Cum articulo Herodotus III. c. 61. extr. *κήρυκας διέπεμπε τῇ τε ἄλλῃ καὶ δὴ καὶ ἐς Αἴγυπτον.* SCHAEF.] Homerus Iliad. A. 120: ——

ὅ μοι γέρας ἔρχεται ἄλλη. (d) Sic in τῇδε, ut apud Euripidem in Orest. 781:

— — Φεύγω τὸ δειλὸν τῇδε.
Hac (ratione) effugiam timiditatis suspicionem (e).

(a) Sic ἡ εὐθεῖα, recta via, Lucas in evang. c. III, 5. collato ibi Raphelio ex Polybio. MICH.

(b) Vid. Paean. Lib. IX. cap. IX. n. 13. MICH.

191 (c) Sic ἡ μέση. Plutarchus παιδ.: Ἔντεχνον δὲ τὸ τὴν μέσην ἐν ἅπασι τέμνειν, artificiosum, mediam in omnibus secare (viam.) BERNH.

(d) Ἄλλη, cum pro ἄλλως usurpatur, item subaudiendum monet ὁδὸς, eodem casu. Haec est istius vocabuli vis apud Theognidem v. 93. 94:

Εἴ τις ἐπαινέσσει σε τόσον χρόνον, ὅσσον ὁρῴη,
Νοσφισθεὶς δ' ἄλλη γλῶσσαν ἵησι κακήν.

Hertelius interpres reddit: alio linguam mittat. Mihi id non placet. Id enim vult Poëta: qui alia (ratione,) sive aliter linguam mittit, i. e. loquitur, (mittit enim quasi frena linguae, qui loquitur,) absente altero. Germani dicunt: *seine Zunge schiessen lassen*, i. e. libere loqui, quod praesente altero reticueris. Id Theognis dicit ἰέναι γλῶσσαν. [Ἄλλῃ iungendum cum participio νοσφισθείς. ubi autem alio secessit. SCHAEF.]

Latini simili ἐλλείψει dicunt qua, sc. ratione, vel via. Virgil. Ecl. IX, 14:

Quod nisi me quacunque novas incidere lites
Ante sinistra cava monuisset ab ilice cornix.

i. e. nisi quacunque ratione vel via consuluissem mihi in lite versanti. BERNH.

(e) Πεζῇ, sc. ὁδῷ, (f) terrestri (itinere.) Matth. XIV, 13. Marc. VI, 33. SCHOETTG.

192 * Deest etiam in his: τῆς εὐθείας ἐκτραπῆναι vel διαμαρτεῖν. Τὴν ἐπὶ δόξαν ἰέναι. Ἐπ' ἐναντίας φέρεσθαι. LEISN.

(f) Pedestri seu terrestri, scil. via s. itinere. MICH.

* Non incommodum videtur, allata quaedam exempla, locis ex auctoribus Graecis petitis, partim corroborare, partim alia adiicere. Sic Theocritus Id. XXV. v. 155.

Digitized by Google

Λαοφόρου δ' ἐπέβησαν ὅθι πρώτιςα κελεύθου. Polyb. T. I. p. 879. Κατὰ μὲν τὴν ἐς τὸ Ποσειδῶνος ἱερὸν φέρουσαν. Maximus Tyr. Orat. XIV. p. 153. Προσθεὶς τιῷ Ὀδυσσεῖ τὴν ἐπ' αὐτιῷ ὁδόν. Thucydid. L. III. c. 24. Ἐχώρουν ἀθρόοι τὴν ἐς Θήβας φέρουσαν ὁδόν. Lucian. T. II. p. 671. Τῆς ὀρθῆς ἐκπεσεῖν. Chariton L. VIII. c. 2. p. 130. Ἐπὶ Κύπρου κρατεῖν. plenius τῆς ὁδοῦ ἐπὶ Κύπρου: ut Latinis tenere. Ovid. Met. L. III. 690.

— — Diamque tene. delatus in illam
Accensis aris Baccheïa sacra frequento.

Ἀμαξιτὸς ὁδὸς ex Malcho affert Suidas in v. ἁμαξιτός. et ἁμαξήρης τρίβος alicubi dicit Euripides. Clemens Alex. Stromat. L. VII. p. 736. γυναῖκα ἀγομένην τὴν ἐπὶ θάνατον. Theocritus Id. XIII. 70. Ὁ δ', ᾗ πόδες ἄγον, ἐχώρει. uti Horatius Epod. XVI. 21. Ire, pedes quocumque ferent. Epictet. Enchir. c. LII. εἰ ταύτῃ τοῖς θεοῖς φίλον, ταύτῃ γινέσθω. Eurip. Hecub. 163. Ποίαν, ἢ ταύταν, ἢ κείναν ϛείχω. Homer. Iliad. O. v. 448. Τῇ γὰρ ἔχ', ᾗ. Bion Id. II. 6. Τᾷ καὶ τᾷ. Frequentissima huius ellipseos exempla esse etiam apud Latinos omnes norunt. Sic Cicero ad div. L. IX. ep. 19. recta enim a porta domum meam venisse. Horatius Ep. IV. 14. Et Appiam mannis terit. Cicero ad div. L. V. ep. 4. Qui hac iter faciebant. Nec minus via Latinis, Graecorum more, est idem ac modus, ratio. Terentius Andr. Act. IV. Sc. I. 47. Hac non successit, alia aggrediemur via. Cicero in Verr. L. II. c. 23. Iam intelligetis hanc pecuniam, qua via modo visa est exire ab isto, eadem semita revertisse. SCHWEB.

* Neglectae huius vocis exempla plura addi possunt ex Misc. Obs. Crit. Vol. VI. T. I. p. 293. F. ST.

* „Herodo. 5, 17. σύντομος κάρτα ἐς τὴν

Μακεδονίην· 7, 200. ἁμαξιτὸς γὰρ μίη μούνη δέδμηται, ut Arrian. anab. 3. p. 201. κατὰ τὴν ἁμαξιτὸν τὴν ἐς Πέρσας Φέρουσαν· qui idem ib. p. 207. dixit, ἰέναι τὴν ἐπὶ Παρθυαίους· 7. p. 456. ἀπάγειν κελεύει τὴν ἐπὶ θανάτῳ· 3. p. 215. τὴν λεωφόρον τε, καὶ μακροτέραν, ἡγεῖσθαι ἐκέλευσε· sed p. 210. legitur, ἐκτραπέντας δὲ ἔξω τῆς λεωφόρου ὁδοῦ, ut apud Xen. Cyrop. 2, 4. 13. προέπεμπε τὴν ἐπὶ τὰ Φρυγία ὁδόν. Aesch. Socr. 3, 3. ὡς δὲ θᾶττον τὴν παρὰ τὸ τεῖχος ἤειμεν. Sic in formula τὴν ἄλλως deesse videtur ὁδόν. v. Bergle-rus ad Alciphr. 1. ep. 19. p. 72. s. Sic πλατεῖα dicitur pro πλατεῖα ὁδός. v. S. Empir. Pyrrhonn. 1, 19. p. 46. s. Fabric.“ Fischer. ad Weller. III. 1. p. 259. s. Sic intelligenda libri Medicei lectio in Herodoti I. c. 67. ἔπεμπον αὐτις τὴν ἐς θεόν. vid. Iac. Gronov. ad h. l. Euripides Alcest. v. 863. Musgr. εἶμι τὴν κάτω. Aristophanes Fragm. inc. CXXXII. Ἔφευγε, κἀγὼ τῆς ὑπαντὰξ εἰχόμην. Lucianus T. I. p. 797. ἐπίτομος γὰρ αὕτη γένοιτ' ἄν, οὐκ ἔχουσα περιπλοκὰς οὐδ' ἀναβολάς. Conf. p. 866. T. II. p. 8. οὐκ ἂν ἁμάρτοι τῆς ὀρθῆς καὶ ἐπ' εὐθὺ ἀγούσης. Charito p. 68. τὴν ἐπὶ τὸν ϛαυρὸν ἠγόμεθα πάντες. ubi vid. Dorvill. p. 383. Hesychius: Μεσοπορῶν. μέσην ὁδεύων. SCHAEF.

OIKEIOI, Domestici.

Quum dicitur (g) in Epist. ad Rom. XVI, 10. Ἀσπάσασθε τοὺς ἐκ τῶν Ἀριϛοβούλου, supple οἰκείων: salutate eos, qui sunt ex (familiaribus sive domesticis) Aristobuli. (h) Sic 1 Cor. I, 11: Ἐδηλώθη γάρ μοι ὑπὸ τῶν Χλόης, scil. οἰκείων: significatum enim mihi est a (familiaribus) Chloës.

* Pro hac voce est periphrastica locutio ad Philipp. IV. 22. Οἱ ἐκ τῆς Καίσαρος οἰκίας. Sic Latini saepius absolute dicunt mei, tui, s. do-

Digitized by Google

mestici. Plene habet Cicero ad div. L. XIII. ep. 71. Commendo ut unum de meis domesticis et maxime necessariis. SCHWEB.

(g) Lucas in Actis apostolicis c. XVI, 33: *καὶ οἱ αὐτοῦ πάντες.* MICH.

(h) Ibidemque vers. 11: *τοὺς ἐκ τῶν Ναρκίσσου*, scil. *οἰκείων.* MICH.

OIKHMA, Aedificium.

Deest in *ὑπερῷον*: nam *τὸ ὑπερῷον* non esse substantivum, sed adiectivum, et notare superius, probavimus in Exercitat. ad Act. Apost. I, 13. Ceterum *οἴκημα ὑπερῷον* plene legitur apud Lucianum in Asino pag. 107: *Κομίζουσιν ἄνω τῇ κλίμακι ἐς οἴκημα ὑπερῷον*: Portant per scalas in aedes superiores. (i) Item in *ἱερὸν*, pro templo. Herodotus L. II, 113: — *ἐς ἄλλο οἴκημα ἱερόν.* Alias *ἱερὸς δόμος*, et *ἱερὸς οἶκος* dicitur. (k)

Plural. *οἰκήματα* in phrasi *τά τινος*, ut: *Ἐς τὰ τοῦ ἀδελφοῦ*, (domum) fratris. *Ἐν τοῖς τοῦ Διός*: in Iovis (aede.) Lysias Orat. contra Era- 193
tosth. c. 14: *Καὶ ἐρωτῶσιν, ὅπῃ βαδίζοιμεν. ὁ δ' ἔφασκεν· εἰς τὰ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ ἐμοῦ.* Et interrogant, quo eamus. Ille vero respondit: ad fratris mei (aedes.) Palladas Epigramm. [XXV. Brunck.] L. I. cap. 64:

Ὡς οὐδὲν γλύκιόν γ' ἧς πατρίδος, εἶπεν Ὅμηρος·
Ἐν γὰρ τοῖς Κίρκης ἔκχυτον οὐκ ἔφαγεν.
Quam nihil dulcius est patria sua, dixit Homerus;
In Circes enim (aedibus) edulium liquidum non ederat.

Ubi *ἐν τοῖς Κίρκης*, pro *ἐν τοῖς οἰκήμασι Κίρκης.* [Brunckius ex Cod. Vat., ut videtur, dedit *ἐν γὰρ τῆς Κίρκης.* ubi Iacobsius de altera lectione, *τοῖς* K., tacet. Homerus Odyss. X. v. 282. *ἐνὶ Κίρκης.* Plutarchus Mor. T. I. p. 200. *ἐν Κίρκης.* (Ibid. mox

Digitized by Google

malim, deletâ copulâ, *τὰ τῶν δημαγωγῶν*, quae *ἐπεξήγησις* videtur.) SCHAEF.] Theocritus Eid. II, 76: *Οὗ τὰ Λύκωνος.* ubi Scholiastes: *Ὅπου εἰσὶ τὰ οἰκήματα τοῦ Λύκωνος.* Sic in Novo Testamento, Lucae II, 49: *Οὐκ ᾔδειτε, ὅτι ἐν τοῖς τοῦ πατρός μου δεῖ εἶναί με.* ubi non subintelligi putem *πράγμασιν* in *τοῖς τοῦ πατρός μου*, sed *οἰκήμασι*, et verti debere: in (domo) patris mei. Sic enim egregie cum praecedentibus connectitur. (l)

Eandem vocem plur. subaudi in *τὰ ἴδια*, (m) sua, ut Ioann. Evang. I, 11: *Ἦλθεν εἰς τὰ ἴδια*, venit ad sua, scil. *οἰκήματα.* Ita saepius alibi: *ὑποστρέψαι εἰς τὰ ἴδια*: reverti ad sua. Lucas Act. Apost. XXI, 6: *Ἐκεῖνοι δὲ ὑπέστρεψαν εἰς τὰ ἴδια*: illi vero reversi sunt ad sua. (n) Sic in *τὰ οἰκεῖα* etiam subintell. *οἰκήματα* vel *δώ-*
194 *ματα.* Dionysius Halicarnass. VIII, 526. — *ἀπέλυσεν ἐπὶ τὰ οἰκεῖα.* et in *τὰ σφέτερα.* p. 531. *ἀπῆεσαν ἑκάτεροι ἐπὶ τὰ σφέτερα.* (o)

* Sic etiam Suidas *τὸ ἀνώγεων* explicat per *ὑπερῷον οἴκημα.* Et Dionysius Hal. L. III. p. 201. *στοαὶ ὑπερῷοι.* Sic *τὰ ὑπερῷα* opponuntur *τοῖς καταγείοις* apud eumdem L. X. p. 659. Nec minus in *ὑπόγαιον* subauditur *οἴκημα.* Plene habent scholia minora ad Homeri Od. A. v. 362. ubi *τὰ ὑπερῷα* explicantur per *τὰ ἀνώγεα οἰκήματα*: quae Latinis sunt coenacula dicta, atque superioris domus universa complectebantur. v. Varro de L. L. IV. p. 39. Unde etiam apud Livium L. XXXIX. c. 14. coenaculum super aedes. Qui locus eorum favet sententiae, qui *τὸ ὑπερῷον* derivant ab *ὑπὲρ* et *ὦον*, quod *κατὰ γλῶσσαν* idem est, quod *οἴκημα.* v. Wolfius ad Actor. c. I. v. 13. SCHWEB.

* „Οἴκημα, et *οἰκία.* Marc. 14, 15. Luc. 22, 12. *ἀνάγαιον μέγα*· sed Herodo. 4, 95. dixit *ἐς τὸ*

Digitized by Google

κατάγαιον οἴκημα. Isocr. Euag. p. 84. To. 2. *πρὸς τὸ βασίλειον.* Herodo. 5, 20. *γυναῖκας μὲν — ἀπέπεμπε ἐς τὴν γυναικηΐην.*" Fischer. ad Weller. III. 1. p. 260. Subaudias etiam ad v. *διῆρες*, i. e. *ὑπερῷον.* Aliter explet Pollux IV. 129. *διῆρες δωμάτιον.* Plutarchus Mor. T. I. p. 298. *ὀλίγου δεῆσαι καταβαλεῖν ἑαυτὸν ἔκ τινος διήρους.* Vertunt: parum abfuisse quin sese de biremi quadam in mare abiiceret. Talia nollem cultissimam Wyttenbachii editionem deformarent. Rectius Piersonus ad Moer. p. 131. Conf. de h. v. Heathius ad Euripid. p. 155. b. SCHAEF.

(i) Sic *τὸ τρίςεγον*, tertia contignatio. In Actis Apostol. c. XX, 9. MICH.

(k) Deest et in *γυναικεῖον*, gynaeceum: in *ἀνώγεον*, vel *ἀνώγαιον.* Apud Suidam additur *οἴκημα.* Item in *κατάγαιον.* LEISN.

(l) Hunc sensum tuitus est Ioannes Georg. Michaelis exercitatione de Christo, *ὄντι ἐν τοῖς τοῦ Πατρός.* Halae 1735. MICH.

(m) Forte tamen et *κτήματα* subaudire licuerit. Conferantur, quae supra de hoc vocabulo allata sunt. MICH.

(n) Plura Lambertus Bos in Exercit. ad locum Ioannis. Septuaginta in libro Estherae, c. IV, 10. Iamblichus de vita Pythag. n. 91. SCHOETTG.

(o) *Τὰ βασίλεια*, sc. *οἰκήματα*, (arx) regia, apud Arrianum III, p. 236. IV, p. 499. et Herodianum II, 6. 19. III, 9. 16. (p) SCHOETTG.

(p) Eandem vocem supple in *ἀρχεῖα*, i. e. tabularium, in quo acta publica asservantur, vel curia magistratuum. *Ἀρχεῖα, τὰ χαρτοφυλάκια, ἔνθα οἱ δημόσιοι χάρται ἀπόκεινται.* LEISN.

* ΟΙΚΗΤΗΣ, Incola. 195

In genitivis nominibus urbium. Constantinus Porphyrogenneta de imagine Christi Edessena p. 89: *Ἐν ἀμηχανίᾳ οὖν καὶ τῇ ἐσχάτῃ ἀπογνώσει οἱ τῆς πόλεως καταζάντες.* Itaque (cives) con-

Digitized b

silii inopes, et ad extremam desperationem redacti. Οἱ τῆς πόλεως, scil. *οἰκηταί*. Sic apud eundem p. 96. *οἱ τῆς Ἐδέσσης*. Quamvis non diffitear, commode etiam hic subaudiri posse *πολίτης*. SCHOETTG. Si quid supplendum, commodius etiam, h. e. simplicius subaudias *ἐκ*. V. infra ad hanc praepositionem. SCHAEF.

OIKIA, Domus.

Quemadmodum *οἰκήματα* reticetur in *τὰ ἴδια*, ita *οἰκία* in *ἡ ἰδία*. V. gr. *ἐν τῇ ἰδίᾳ* elliptice dicitur pro *ἐν τῇ ἰδίᾳ οἰκίᾳ*, propria domo. (q)

* Vid. Fischerus ad v. Οἴκημα. Hymn. Homer. in Cerer. v. 153. *ἡ μὲν Τριπτολέμου πυκιμήδεος, ἡ δὲ Διόκλου, Ἡ δὲ Πολυξείνου, καὶ ἀμύμονος Εὐμόλποιο, κ. τ. λ.* ubi Ruhnkenius: „In *ἡ μὲν* intelligo *οἰκία* vel *σέγη*. Quae frequentissima ellipsis est. Vide Marklandum ad Lysiam Or. XII. p. 559." SCHAEF.

(q) In *βασιλικὴ*, quod frequentissime pro *βασιλικῇ οἰκίᾳ* dicitur. Obvia sunt huius ἐλλείψεως exempla. Plene dixit Chrysost. Orat. *ὅτι τὸν ἑαυτ. μὴ* etc. p. 166. *Ἀλλὰ καὶ εἰς βασιλικὴν οἰκίαν* etc. BERNH.

* OIKOΔOMHMA, Aedificium.

Hanc vocem ideo adiecimus, quia in aliquibus ab *οἴκημα* differt. Οἴκημα enim tale est aedificium, quod inhabitandi caussa exstruitur; *οἰκοδόμημα* vero, quod alio fine factum est. Subintelligitur autem in *μεταπύργιον*, quod notat aedificium, quod in muro inter duas turres est constructum. Harpocration: Μεταπύργιον, *τὸ ἐν μέσῳ οἰκοδόμημα τῶν ἐπὶ τοῦ τείχους πύργων*. Observat et ille, saepius hoc vocabulo uti Thucydidem. SCHOETTG. Possis item *διάζημα* supplere. Sed non opus, opinor, ad hoc similiaque nomina, in

196

quibus praepositiō μετὰ significat τὸ ἐν μέσῳ εἶναι, quidquam subaudiri. Heliodorus p. 354. Cor. καὶ μέρος τι τοῦ τείχους καὶ μεταπύργιον ἐγκαταῤῥίπτεται. ubi Corayi coniecturam ex parte occupavit Lennepius ad Phalar. p. 19. Saepius reperias μεσοπύργιον. Diodorus Sic. XX. c. 87. in. τοῦ δὲ διατειχίσματος τὸ μεσοπύργιον σὺν αὐτοῖς τοῖς πύργοις διέσεισε. Vid. Wesseling. T. II. p. 178. Synesius p. 265. C. ἐγὼ δὲ ὑπὸ μεσοπυργίῳ (Thomas Mag. p. 871. μεσοπύργιον) τεταγμένος, ὑπνομαχῶ. Obiter moneo, similis nomine originis, quo usus est Scholiastes ad Aristophan. Plut. v. 122., μεσοπύγιον, Lexica augeri posse. SCHAEF.

* Ioseph. Archaeol. XII. 7. ἐνέπρησε δ' αὐτῆς τὰ κάλλιστα. Illius urbis pulcerrima aedificia combussit. F. ST.

ΟΙΚΟΣ, Domus.

Attica est ἔλλειψις, quum ἔν τινος, et εἴς τινος dicitur, pro ἐν οἴκῳ τινὸς, et εἰς οἰκόν τινος. Dio Cassius XLII. p. 220: τοῖς ἐν ἀλλοτρίων οἰκοῦσι, sc. οἴκοις. Herodot. L. I. p. 48: ἐν Ἀρπάγου. Philostr. vita Apollon. II, 28: ἐν τοῦ βασιλέως. Lucianus Philopseud. p. 335: Ἐν Γλαυκίου: in Glauciae (aedibus.) Perperam ibi Interpres habet: in Glaucia. id quod notatum etiam vidi a Clariss. Gronovio. Plutarchus de Educ. Puer. Εἰς παιδοτρίβου πέμπειν τοὺς παῖδας: ad ludimagistri (aedes) mittere pueros. Aristophanes Nubib. v. 969. p. 198: Ἐν παιδοτρίβου: in ludimagistri (aedibus.) v. 961: Εἰς κιθαριστοῦ: ad citharistae (aedes.) Idem in Lysistr. p. 901: Ἥκετ' οὖν εἰς ἐμοῦ: venite igitur ad meas. eadem pag. Εἰς ἑαυτῶν: ad suas (aedes.) Et in Lysistr. pag. 909: Ὅστις οὖν βούλεται τῶν πενήτων, ἴτω εἰς ἐμοῦ: quicunque voluerit ex egenis, eat domum) meam.

Aelianus Var. Hist. II, 21: *Εἰς Ἀρχελάου*, subintell. *οἶκον*: ad Archelai (aedes.) Vide plura huius generis exempla notata a Viro Clariss. Iac. Perizonio ad Aelian. L. I. c. 24. (r)

Οἶκον in *ἔχειν*, pro habitare. Xenophon *τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν ἔχοντας*, qui Asiam incolunt, quod Latini imitati. Plautus Trinum. Ubi nunc adolescens habet? (s) Phrasis *ἄγεσθαι γυναῖκα*, ducere uxorem, elliptica
197 etiam est: subauditur in ea, *εἰς τὸν οἶκον*, vel *τὴν οἰκίαν*. Integre Hesiodus *Ἔργ.* v. 695:

Ὡραῖος δὲ γυναῖκα τεὴν ποτὶ οἶκον ἄγεσθαι.
Mature autem uxorem tuam ad domum ducito.

Et Lysias Orat. pro caede Eratosthenis p. 5: *Ἐπειδὴ ἔδοξέ μοι γῆμαι, καὶ γυναῖκα ἠγαγόμην εἰς τὴν οἰκίαν*: postquam coniugium mihi placuerat, et uxorem duxeram domum. (t)

* Huc referri debet elliptica locutio *ἐκ γειτόνων*, s. *οἴκων*, quae frequens est apud optimos quosque scriptores. Sic Aristophan. Plut. 435. *ἡ ἐκ τῶν γειτόνων.* coll. schol. Gr. ad Ranas v. 1379. Item Athenaeus L. XIII. p. 572. *Ἐκ γειτόνων αὐτῷ κατοικούσης τινός.* Heliodorus L. I. p. 34. *πίνει δὲ ἐνταῦθα ἐκ γειτόνων.* coll. L. V. p. 240. Lucian. T. III. p. 435. *ἐν γειτόνων οἰκῶν.* Dubitari sane non potest, ut in aliis multis, ita in hac quoque elliptica locutione *ἀπὸ κοινοῦ* subaudiendum esse *οἴκων*: ut in illis Homeri Iliad. *Ψ.* v. 382. *Ἀμφήριζον ἔθηκεν*, Eustathio auctore, *ἀπὸ κοινοῦ* adsumi debet *ἔλασμα*, ex *παρέλασσεν*. v. p. 1422. l. 10. Eiusdem generis exemplum est apud Theocritum Id. XVIII. v. 11. *Ἦ ῥα πολύν τιν' ἔπινες.* sub. ex contextu et notione *τοῦ πίνειν*, *οἶνον*. Euripides Phoeniss. v. 12. *Καλοῦσι δ' Ἰοκάστην με· τοῦτο γὰρ πατὴρ ἔθετο.* sub. *ὄνομα*. Sic. Ioh. VIII. 44.

Digitized by Google

Ψεύσης ἐσὶ, καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ. ubi cognatum ψευδους debet subaudiri. Sic Theocritus Id. XV. 22.

Βᾶμες τῶ βασιλῆος ἐς ἀφνειῶ Πτολεμαίω.

Herodot. L. I. c. 133. Προτιθεῖ ὁ ϛέγαρχος, ἐν τοῦ ἂν ἐόντες βουλεύωνται. Id. L. I. c. 122. Νοϛήσαντα δέ μιν ἐς τοῦ Καμβύσεω τὰ οἰκία. In illis Actor. I. 21. Ἐν ᾧ εἰσῆλθε καὶ ἐξῆλθεν ἐφ' ἡμᾶς. Plene est in Euripid. Phoen. v. 536.

Πολλοὺς δ' ἐς οἴκους καὶ πόλεις εὐδαίμονας
Εἰσῆλθε κἀξῆλθ' ἐπ' ὀλέθρω τῶν χρωμένων.

in quibus prior locutio εἰς οἴκους εἰσῆλθε plena est: altera ἐλλιπὴς, in qua ex priori suppletur κἀξῆλθ' οἴκων. Idem Helen. v. 1183.

Ἀεὶ δέ σ' ἐξιόν τε κεἰσιὸν δόμους.

quae ex parte debemus cl. Valckenario ad Phoeniss. v. 536. In ἄγεσθαι γυναῖκα plene saepius habent εἰς οἶκον scriptores Graeci, quam Latini. Sic etiam Homer. Iliad. I. v. 289. Ἄγεσθαι πρὸς οἶκον Πηλῆος. Hesiod. Θεογ. v. 410.

Ἠγάγετ' ἐς μέγα δῶμα, Φίλην κεκλῆσθαι ἄκοιτιν.

Herodot. L. I. c. 59. γυναῖκα ἄγεσθαι εἰς τὰ οἰκία. Miror, ut ὡς ἐν παρόδῳ hoc addamus, doctissimum Munkerum ad Antonini Met. c. VI. dubitare, an scriptores sermonis pedestris τὰ οἰκία pro tectis et domibus habeant, cum non nimis rara sint apud scriptores, qui potissimum Ionica dialecto usi sunt, exempla. Denique vero etiam τὸ ἄγεσθαι absolute interdum ponunt scriptores. Hesiodus Θεογ. v. 266. Ἠγάγετ' Ἠλέκτρην. Triplicem hanc Graecorum locutionem, Ἄγεσθαι, Ἄγεσθαι γυναῖκα, et plenissima oratione Ἄγεσθαι γυναῖκα εἰς οἶκον, imitantur etiam scriptores Romani. Sic Ovidius Met. L. IX. v. 497.

Sic Saturnus Opim, iunctam sibi sanguine, duxit.

Idem v. 762.

Quibus qui ducat abest, ubi nubimus ambae?

Digitized

Terentius Adelph. Act. V. Sc. IV. 13. Duxi uxorem. Idem in Hecyr. Act. I. Sc. I. v. 5. Numquam illa viva ducturum uxorem domum. Plura idem scriptor tibi suppeditabit, quae longum foret afferre. Satis fuerit, uno semper alterove exemplo perpetuam fere inter Graecum et Latinum sermonem harmoniam, ratione saltem ellipseos, declarare. SCHWEB. cuius etiam praefatio consulenda.

* Homerus Il. VI. v. 47. *πολλὰ δ' ἐν ἀφνειοῦ πατρὸς κειμήλια κεῖται.* Sophocles Terei fragm. VII. *νέαι μὲν ἐν πατρὸς Ἤδιζον, οἶμαι, ζῶμεν ἀνθρώπων βίον.* Aristophanes Pac. v. 1149. *κἀξ ἐμοῦ δ' ἐνεγκάτω τις τὴν κίχλην καὶ τὼ σπίνω.* v. 1154. *μυρρίνας αἴτησον ἐξ Αἰσχινάδου τῶν καρπίμων.* Diodorus Epigramm. XV. *Κλίμαχος ἐξ ὀλίγης ὀλίγον βρέφος ἐν Διοδώρου Κάππεσεν.* Plutarchus T. IV. p. 107. Reisk. *καὶ τὰ περὶ Ῥωξάνην ἔρωτι μὲν ἐπράχθη, καλὴν καὶ ὡραίαν ἐν Χορτάνου παρὰ πότον ὀφθεῖσαν.* ut locum misere corruptum feliciter restituit Wesselingius ad Diodorum Sic. T. II. p. 259. Artemidorus III. c. 20. *Εἰς μάντεων δὲ Φοιτᾶν κ. τ. λ.* Explet ellipsin Hermesianax v. 93. *οἰκί' ἐς Ἀσπασίης πωλεύμενος.* Raro *παρὰ* sic legitur. Suidas T. III. p. 151. *ὕστερον μέντοι παρὰ Θεαγένους τινὸς εἰσῆλθεν ὠνησόμενος κρέας.* (Conf. Xenoph. Ephes. p. 7. in. Loc. *ὡς δὲ ἦλθον ἑκάτερος παρ' ἑαυτόν.* ubi vero domum ambo rediere.) Plura de hac ellipsi si desideras, adi Kusterum ad Aristophan. Eccles. v. 420. ad Lysistr. v. 408. Iensium ad Lucian. T. I. p. 527. Reitzium ibid. p. 827. Valckenarium ad Theorit. Adoniaz. p. 322. Brunckium ad Aristophan. Lysistr. v. c. ad Plut. v. 84. Valckenarius Adnot. Crit. in N. F. p. 391. s. „In talibus articulus non adhibetur: *εἰς Δαμνίππου· εἰς Ἀρχένεω τοῦ ναυκλήρου*, sunt oratoris Lysiae p. 195, et 196. *ἐν*

Digitized by Google

Φαίακος, Eubuli Com. ap. Athen. III. p. 106. B. apud quem in Museo Alexandrino dicitur ἐν Μουσῶν, L. XV. p. 677. F. proverbium dat Zenobius Cent. II. 46. Ἀκλητὶ κωμάζουσιν ἐς Φίλων Φίλοι. ibid. 42, Ἀεί τις ἐν Κύδωνος. ἐκ Πατροκλέους ἔρχομαι, Aristoph. Pluto v. 84." Non meminerat Vir Summus, se in Aristophan. Acharn. v. 1222. legisse θύραζέ μ' ἐξενέγκατ' ἐς τὸν Πιττάλου. ad q. l. Brunckius: „Supple οἶκον. Vesp. 1432. παράτρεχ' εἰς τὰ Πιττάλου. Nempe δώματα. Supra 1032. κλαῖε πρὸς τοὺς Πιττάλου. Scilicet οἴκους vel μαθητάς. Vide Markland. ad Lysiam p. 392." — Vulgo huc referunt etiam permiram locutionem ἐν (it. ἐς) ἡμετέρου, cui sensus quibus machinis eliciendus sit, docet Ilgenius ad Hymn. Homer. p. 443. Sed assentior Corayo, cuius egregiam ad Heliodor. VI. 2. σημείωσιν apponam: „Ἐν ἡμετέρῳ.] Οὕτω προδήλως κατὰ δοτικὴν αἱ ΑΑ. [Vulgo κατὰ γενικὴν, ἐν ἡμετέρου.] ἵν' ἔχῃ προσυπακούεσθαι τὸ Οἴκῳ. διδάσκει δὲ τοῦτο καὶ ἡ Ὁμήρειος χρῆσις, ἐν μὲν δοτικῇ ἀεὶ κατὰ τὸ πλῆρες ἐκφέρουσα, Ἡμετέρῳ ἐνὶ οἴκῳ, ἢ Οἴκῳ ἐν ἡμετέρῳ, ἐν αἰτιατικῇ δὲ, ποτὲ μὲν κατὰ τὸ πλῆρες, Ἡμέτερον δόμον, δῶμα, ἢ δῶ, οὐκ ὀλιγάκις δὲ καὶ ἐλλειπτικῶς, οἷον Ἐς ἡμέτερον (Ὀδυσσ. Β, 55, Η, 301, Ρ, 534), ἢ Ἡμετερόνδε (Αὐτ. Θ, 39, Ο, 512, Ω, 266)· [add. Hymn. in Cerer. v. 163. ἡμέτερόνδ' ἰέναι, μηδ' ἄλλων δώματ' ἐρευνᾶν.] οὐδέποτε δὲ ἐν γενικῇ, πλὴν ἅπαξ ἐν τῷ εἰς Ἑρμῆν ὕμνῳ (στ. 370), ὅπου γέγραπται ἁμαρτία τῶν Ἀντιγραφέων,

Ἦλθεν ἐς ΗΜΕΤΕΡΟΥ διζήμενος εἰλίποδας βοῦς,

ἀντὶ τοῦ, „Ἦλθεν ἐς ΗΜΕΤΕΡΟΝ", ὡς διωρθοῦτο Βαρνέσιος, καὶ ὡς διορθωτέον τά τε προδηλωθέντα Ὁμήρου χωρία, καὶ ἡ ἐν τῷ προκειμένῳ Ἡλιοδώρου χωρίῳ γραφὴ, ὑπαγορεύουσιν· ἡ γὰρ Ἐν καὶ Εἰς, ὅταν πρὸς γενικὴν φέρων-

ται, συνυπακουόμενον ἐξ ἅπαντος ἔχουσιν, ἡ μὲν κατὰ δοτικὴν, ἡ δὲ κατ' αἰτιατικὴν, τὸ Τόπος, Οἶκος, Ναὸς, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον. διὸ καὶ εἴρηκεν ὀρθῶς ἐν τοῖς πρόσθεν (σελ. 81), Ἐν ἐμαυτοῦ, συνυπακουομένου τοῦ, Οἴκῳ. τὸ δὲ, Ἐν ἡμετέρου, καὶ, Εἰς ἡμετέρου, εἴ τι τοιοῦτον συνυπακούοις αὐτοῖς, ἔξαι γελοίως ἀναλυόμενα εἰς τὸ πλῆρες, Ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ ἡμετέρου οἴκου, καὶ, Εἰς τὸν οἶκον τοῦ ἡμετέρου οἴκου. πρὸς δὲ τοὺς ἀντιβάλλοντας τὰ δύο χωρία τοῦ Ἡροδότου (A, λέ, καὶ H, ή, 4) ἐν οἷς ὁμοίως γέγραπται, Ἐν ἡμετέρου, ῥητέον ὅτι καὶ ἐν ἐκείνοις, καὶ εἴπῃ ἄλλῃ εὑρηται ἡ τοιαύτη γραφὴ, μεθαρμοσέα εἰς τὸ, Ἐν ἡμετέρῳ. εἰ δέ γε μὴ πείθονται, λείπεται δὴ λέγειν αὐτοῖς τὸν παλαιὸν λόγον,

Σοὶ μὲν ταῦτα δοκοῦντ' ἔστω, ἐμοὶ δὲ τάδε."

P. 199. sq. SCHAEF.

(r) Drusius Observ. 16. 17. vult, οἶκον subintelligi in verbis Apocal. III, 7: ὁ ἔχων τὴν κλεῖδα τοῦ Δαβὶδ, pro τοῦ οἴκου Δαβὶδ, ita, ut domus David sit Ecclesia. Lucae c. I, 31. Nam et Mich. IV, 2. mons Domini occurrit, qui paullo ante mons domus Domini dicitur. SCHOETTG.

* Conf. Iens. Lect. Luc. II, 2. p. 140. Kust. ad Arist. Ἐκκλησ. 420. LEISN.

(s) Item in διορύσσειν, Matth. c. VI, 19. 20. coll. Luc. in Evang. c. XII, 39. et Matth. cap. XXIV, 43. MICH.

(t) Συνάγειν, hospitio excipere. Matth. XXV, 35. supple εἰς οἰκίαν. Iudic. XIX, 15. 18. SCHOETTG.

* OI MEN, OI ΔE, Alii, Alii.

Articulus ille bis deest apud Callimachum hymno in Iovem v. 6:

Ζεῦ, σὲ μὲν Ἰδαίοισιν ἐν οὔρεσι Φασὶ γενέσθαι,
Ζεῦ, σὲ δ' ἐν Ἀρκαδίῃ. — — —

198 Thomas Magister quidem negat, οἱ μὲν, οἱ δὲ esse Ἀττικόν. Sed refellunt eum Graevius ad Luciani Soloecist. Casaubonus epist. 133. ad Bezam, et

Digitized by Google

Iensius Epist. ad Graev. p. 407. Lectionibus Lucianeis subiuncta. LEISN. Fallitur Leisnerus. Thomas enim Magister non negat, *οἱ μὲν, οἱ δὲ* esse *Ἀττικὸν*, sed, *Ἃ μὲν, ἃ δὲ*, inquit, *μὴ εἴπῃς, ἀλλὰ τινὰ μὲν, τινὰ δέ.* Legatur exquisita nota Hemsterhusii ad h. l. p. 1. s. addanturque quae Reizius de Accent. Inclin. p. 30. ss. egregie disseruit. SCHAEF.

OINOΣ, Vinum.

Vt apud Latinos in merum, Falernum, Massicum, deest vinum, sic apud Graecos in *ἄκρατος*, *ζωρότερος*, *εὔζωρος*, merum: *Θάσιος*, Thasium: *Πράμνιος*, Pramnium: *Βύβλινος*, Byblinum: *Χῖος*, Chium: *Λέσβιος*, Lesbium: *Κρὴς*, Creticum: *Ῥόδιος*, Rhodium: *ἀνθοσμίας*, odoriferum: *γλυκὺς*, dulce: etc. deest *οἶνος*. Exempla passim occurrunt. (u) Plutarchus Sympos. I. p. 620: *καὶ Φέροι καλῶς πολὺν ἄκρατον.* Aelianus Var. Hist. XIII, 4: *Ζωρότερον πιὼν Εὐριπίδης*: Quum meracius biberet Euripides. Lucianus Timone p. 160. *Ζωροτέρῳ χαίρει*: Mero delectatur. Comicus in Concionatr. v. 227. plene dixit: *εὔζωρον οἶνον.* Idem in Pluto v. 1022. pag. 99: *Εἰ Θάσιον ἐνέχεις*: Si Thasium infuderas. [Add. idem Cocali fragm. III. SCHAEF.] Maximus Tyrius Dissert. VIII: *Κυκεῶ δὲ Πραμνίου δοὺς τοῖς κάμνουσι*: potionem Pramnii (vini) dans aegris. Theocritus Eidyllio XIV:

— — — — *ἀνῳξα δὲ Βύβλινον αὐτοῖς.*
— — aperui autem illis Byblinum (vinum.)

Idem paullo post:

— — — — *ἔδοξ' ἐπιχεῖσθαι ἄκρατον.*
— — — visum est infundere merum.

Xenophon *Ἑλλην.* IV: *Εἰ μὴ ἀνθοσμίας εἴη*: nisi 199
esset (vinum) odoratum. Addidit *οἶνον* Aristophanes in Equit. v. 85. p. 293:

Digitized by Google

— ἀλλ' ἄκρατον οἶνον ἀγαθοῦ δαίμονος.
— sed merum vinum Boni Daemonis.

et in Ranis v. 1181. p. 266: Διόνυσε, πίνεις οἶνον οὐκ ἀνθοσμίαν: Bacche, bibis vinum non odoriferum.

* In χαλίκρητος apud Athenaeum L. I. c. 7. Πολλὸν δὲ πίνων καὶ χαλίκρητον. sub. οἶνον. Alias χαλίκρατον μέθυ reperitur; uti hoc ipso loco legendum censet Casaubonus pro μεθύων. Ceterum χαλίκρατον μέθυ, temetum vino temperatum, quodammodo illustrare potest illa Apocal. XIV. 10. ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τοῦ θεοῦ, τοῦ κεκερασμένου ἀκράτου. Nam τὸ χάλις idem est, quod οἶνος. Praeterea recte omnino οἶνος dicitur hoc loco κεκερασμένος ἄκρατος, quia ὀργῇ καὶ θυμῷ τοῦ θεοῦ mixtus fuit. Sic χαλυβώνιον πίνειν est apud Alciphron. L. I. ep. XX. Πολύν τινα πίνειν. Theocrit. Idyll. XVIII. v. 11. et sic in aliis multis vini speciebus, de quibus Athenaeus L. I. c. 24. In σπένδειν, libare. Homer. Il. Ψ. v. 196. Πολλὰ δὲ καὶ σπένδων χρυσέῳ δέπαϊ. Plene Λ. v. 774. Σπένδων αἴθοπα οἶνον. Iliad. A. 462. αἴθοπα οἶνον λείβε. In ἐπισπένδειν: quod plene habet Herodot. II. c. 39. οἶνον κατὰ τοῦ ἱρηΐου ἐπισπείσαντες. et paullo post ἐπίσπεισις τοῦ οἴνου. Apud Latinos ubique fere occurrunt exempla. Sic Horatius L. I. Od. XXXVII. 5. Antehac nefas depromere Caecubum. Ibid. v. 14.

Mentemque lymphatam Mareotico —
Redegit in veros timores.

Idem L. II. Sat. VIII. 16.

— Albanum, Maecenas, sive Falernum
Te magis adpositis delectat.

Addit vinum Epod. IX. v. 34. Aut Chia vina, aut Lesbia. SCHWEB.

* „Plut. V. Anton. 59. p. 132. To. 6. πίνειν —

Φαλερῖνον· Arist. Plut. 1022. *εἰ Θάσιον ἐνέχεις*: sed Lucian. Amorr. 27. p. 427. To. 2. *τὸν Θάσιον οἶνον*. Theocr. Idyl. 14, 15. *ἀνῳξα δὲ βύβλινον αὐτοῖς εὐώδη*· schol. *οἶνον δηλονότι Θρᾳκικόν*. Plut. V. Demetr. 1. p. 2. To. 6. *πολὺν — πίνειν ἄκρατον*." Fischer. ad Weller. III. 1. p. 260. Plene *οἶνος Πράμνιος* Aristophanes fragm. ex incert. comoed. I. Agathias VIII. v. 6. *κεῖτο χαλικρήτῳ νάματι βριθομένη*. SCHAEF.

(u) Apoc. XIV, 10: *ἀκράτου*, collata versione septuagintavirali in Ps. LXXV, 9: *ποτήριον ἐν χειρὶ Κυρίου οἴνου ἀκράτου*. MICH.

* ΟΙΟΣ, Qualis.

Quod infra ad verbum *τοιοῦτος* monemus, id etiam vice versa de voce *οἷος* observandum. Nam et illud omittitur saepe apud Theophrastum, et inde regit tot Infinitivos per integra characterum capita, quia significat posse. Sic cap. 2: *Τὸν δὲ κόλακα τοιοῦτόν τινα* (sc. *ὑπολάβοι ἄν τις*), *ὥστε* (*οἷόν τε*) *πορευόμενον ἅμα εἰπεῖν*. Suppletur autem hoc modo c. I. SCHOETTG. Fallitur. Infinitivus ille regitur a particula *ὥστε*. SCHAEF.

* ΟΙΣΤΟΣ, Sagitta.

In illa locutione apud Tacticos, sive Poliorceticos scriptores saepius obvia, *τοῖς πυροβόλοις, πυρφόροις βάλλειν*, subauditur *ὀϊστοῖς* vel *βέλεσι*, quas voces saepe etiam expressas habent. Sic Thucydid. L. II. c. 75. *πυρφόροις ὀϊστοῖς βάλλεσθαι*. Arrianus de Expedit. Alex. L. II. c. 18. *Ὡς μήτε πυρφόροις βέλεσιν ἀπὸ τοῦ τείχους βάλλεσθαι*. Potest tamen frequenter etiam generalior vox *μηχάνημα* vel *σκεύασμα* in ea subintelligi; ut *πυρὸς σκευασία* est apud Aeneam Tact. c. XXXIII. SCHWEB. Wakefieldius Silv. Crit. III. p. 107. s. locis illis Thucydidis Arrianique citatis, comparat ex Lycophronis Cass. v. 309. *πυρφόρῳ βαλὼν*

Digitized by Google

ἴϋγγι τόξων. ubi, nescio quo auctore, sed melius *πυρφόρων* legit Valckenarius Epist. ad Roever. p. XXXV. Diodorus Sic. XX. c. 48. *πάντας τοὺς πυρσοφόρους ἀπὸ τῶν τειχῶν ἀφέντες.* ad q. l. Wesselingius: „*τοὺς πυρσοφόρους* adpellare videtur *τοὺς πυρφόρους ὀϊξοὺς*, quibus Tyrios fuisse usos Arrianus ait L. II. p. 96; ipse infra *τὰ πυρφόρα* et *βέλη πυρφόρα* C. 89. 98. et *πυρφόρους* vocat.“ Add. idem ad XX. c. 88. In *ἡ πυρφόρος* subaudiendum *μηχανή.* Diodorus Sic. XVII. c. 44. *ταῖς δὲ πυρφόροις μύδρους μεγάλους διαπύρους ἐπέβαλλον κ. τ. λ.* SCHAEF.

ΟΛΙΓΟΝ, Paullo.

Ὀλίγον, vel *ὀλίγῳ*, cum *χρόνον* vel *χρόνῳ* subaudiendum relinquitur aliquando ante praepositionem *πρό.* Aristoteles Hist. Anim. L. VII. c. 4: *Αἱ δὲ πλησιάζουσαι πρὸ τῶν τόκων τοῖς ἀνδράσι, ϑᾶττον τίκτουσι.* ubi *πρὸ τῶν τόκων* dictum est pro *ὀλίγον πρὸ τῶν τόκων*, paullo ante partum, uti etiam versum a Gaza. [Talia quomodo intelligenda sint, ipse verborum contextus docet; neque opus huiusmodi ellipses comminisci. SCHAEF.]

200 **ΟΛΟΣ, Totus.**

Sic *διὰ νυκτὸς*, pro *δι' ὅλης νυκτός.* Athenaeus Deipnosophistar. L. VII. c. 1. ex Aristophanis Aeolosicone adfert versum hunc: *Εἴ πως δειπνήσομεν τοσαῦτα δεῖπνα ἴσως διὰ νυκτός.* additque: — *οὕτως λέγων, οἱονεὶ δι' ὅλης νυκτὸς, ὡς καὶ τὸ Ὁμηρικὸν ἔχει·*

Κεῖτ' ἔντοσϑ' ἄντροιο τανυσσάμενος διὰ μήλων.

ubi etiam Ellipsis *ὅλων*, vel *πάντων.*

Sic *δι' ἡμέρας*, pro *δι' ὅλης ἡμέρας*: et *διὰ βίου*, pro *δι' ὅλου βίου.* Harpocration: *Δι' ἐνιαυτοῦ, ἀντὶ τοῦ, δι' ὅλου τοῦ ἐνιαυτοῦ. Ἀντιφῶν περὶ τοῦ Λινδίων Φόρου. Τηλεκλείδης δ' ἐν τῷ Πρυτανείῳ δι' ἡμέρας εἶπεν, ἀντὶ τοῦ δι' ὅλης τῆς ἡμέρας.* vid. Casaubonum ad Athenaeum l. d.

Digitized by Google

* Sic apud Thucydid. L. VII. c. 82. *δι' ἡμέρας.* s. *ὅλης.* Plene Onosand. c. XII. *δι' ἡμέρας ὅλης.* Item *διὰ νυκτὸς ὅλης* Achilles Tat. p. 363. *Δι' ὅλου ἐνιαυτοῦ* in tabula Ancyrana apud Montfauc. in Palaeograph. Gr. p. 155. Sic etiam Latini *ἐλλιπῶς* habent, per annum, i. e. annum integrum. Eutropius L. I. c. 10. per aetatem, subintellecto v. omnem. Plautus Amphitr. Act. IV. Sc. II. 3. Ut profecto vivas aetatem miser. Terentius Hecyr. Act. V. Sc. I. 20. Nam neque ille hoc animo erit aetatem. s. omnem. Sic enim ad hunc locum Donatus: tam diu, quam longa est aetas. SCHWEB.

* „Herodo. 7, 210. *δι' ἡμέρης.* Plato Phaedon. 20. *διὰ βίου·* ubi v. omnino not. 17. Aristoph. Vespp. 1053. *δι' ἔτους.*" Fischer. ad Weller. III. 1. p. 260. Plene *διὰ νυκτὸς ὅλης* Epigr. adesp. LVI. v. 3. SCHAEF.

OMMA, v. BAEMMA.

* OMONOIA, Concordia.

Haec vox in primis subaudienda relinquitur in nummis antiquis, quos urbes societate et sacrorum communione inter se iunctae, in sollemnium pactorum memoriam cudendos curarunt, e. g. **ΑΜΙΣΗΝΩΝ ΜΙΛΗΣΙΩΝ. ΕΦΕΣΙΩΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ.** s. **ΟΜΟΝΟΙΑ.** Quam vocem frequenter expressam exhibent, **ΟΜΟΝΟΙΑ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΚΑΙ ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ.** v. Vaillant. Numism. Imperat. a popul. Graece loquentibus percussa p. 221. sqq. SCHWEB.

* In epigraphis numorum, in quibus duae tresve urbes iunguntur, saepe subintelligitur hoc foederis vocabulum. Sic in numo quarto Aurelii Antonini apud Vaillantium legitur *σμυρ. λαο.* hoc est Smyrnaeorum et Laodicenorum foe-

Digitized by Google

dus, ut plene in altero XVII *Λαοδικέων Ἐφεσίων ὁμόνοια.* F. ST.

ONOMA, Nomen.

Deficit aliquando vocabulum *ὄνομα*, (x) ut apud Euripidem Phoenissis v. 11:

Καλοῦσι δ' Ἰοκάσην με· τοῦτο γὰρ πατὴρ ἔθετο.
Vocant autem me Iocasten: hoc enim (nomen) pater imposuit.

[Probat ibi Porsonus Bosii rationem. Conf. quae nuper ad h. l. monui. Quamquam fortasse praestat prorsus nihil subaudire, *τοῦτο* ad *Ἰοκάσην* materialiter relato. Compara Aristophan. Nub. v. 65. *ἐγὼ δὲ τοῦ πάππου 'τιθέμην Φειδωνίδην.* v. 67. *κἀθέμεθα Φειδιππίδην.* Epigr. adesp. CCCLXIV. *Ὠκεανοῦ θυγάτηρ καὶ Τηθύος εἰμὶ Νύχεια Κρήνη. Τηλεβόαι γάρ με τόδ' ὠνόμασαν.* ubi vide Iacobsium. SCHAEF.]

* Ellipsis haec in aliis quoque locum habet. Sic in *ἀπογράΦεσθαι.* Luc. II. 1. *ἈπογράΦεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην.* sub. *κατ' ὀνόματα.* Solam enim hominum numerationem et descriptionem Augusti iussu istic factam, probat Perizonius in dissertat. singulari. Plene apud Dionys. Hal. L. X. p. 642. *Ἀπογραφόμενοί τε πρὸς τοὺς ἡγεμόνας τὰ ὀνόματα.*

Apud Graecos Grammaticos in *κύριον* et *προσηγορικὸν* s. *ὄνομα*, nomen proprium et appellativum. In *ἐπώνυμον*, quod saepe absolute positum occurrit. Hesiodus *Θεογ.* v. 282. *Τῷ μὲν ἐπώνυμον ἦν.* Plena locutione idem *Θεογ.* v. 144. *Κύκλωπες δ' ὄνομ' ἦσαν ἐπώνυμον.* Homerus Odyss. H. v. 54. *Ἀρήτη δ' ὄνομ' ἐξὶν ἐπώνυμον.* SCHWEB.

* Saepe abest in *καλούμενος* et *λεγόμενος.* Plene dixit D. Lucas c. XIX. 2. *ὀνόματι καλούμενος Ζακχαῖος.* Idem deficit, ut e. g. frequenter apud

Digitized by Google

Stephanum Byzantinum, in *τὸ πατρωνυμικὸν, κύριον, ἐθνικὸν, κτητικὸν, τοπικὸν, θηλυκὸν, οὐδέτερον κ. λ.* F. ST.

(x) Ioannes in Evangel. c. I, 42: *τὸν Μεσσίαν, ὅ* (sc. *ὄνομα*) *ἐστι μεθερμηνευόμενον.* cap. XX, 16: *ὃ λέγεται* etc. Vide infra *ῥῆμα.* MICH.

"Ονομα cum *κατά.* 201

In *ὅ, τι καλούμενος*, et *τοῦτο ἐκαλεῖτο* etc. Lucianus in Gallo pag. 243: *Τοῦτο ἐκαλεῖτο*: hoc (nomine) vocabatur, pro *κατὰ τοῦτο ὄνομα ἐκαλεῖτο.* Aelianus in Var. Hist. XIV, 31: *Πτολεμαῖος ὁ Τρύφων (τοῦτο γὰρ αὐτὸν ἐκάλουν ἐκ τοῦ βίου:)* Ptolemaeus Tryphon: (hoc enim (nomine) vocabant eum ex vitae genere.) ubi *τοῦτο ἐκάλουν*, pro *κατὰ τοῦτο ὄνομα ἐκάλουν*, i. e, *τούτῳ ὀνόματι.* Id quod imitati sunt Latini, apud quos invenies: Quod appellatur: Rogatus quid vocaretur, et similia. Livius L. XXXVIII, cap. 17: Gallograeci vere, quod appellantur. [Non opus his ambagibus. Vide quod paullo ante ad locum Euripideum monui. Livius XLV. c. 33. extr. ad Spelaeum, quod vocant, biduum moratus. SCHAEF.]

* ONOΣ, Asinus.

In *κανθήλιος* apud Aristophanem Lysistr. 1170. et in illis Lysippi versibus apud Athenaeum:

Εἰ μὴ τεθέασαι τὰς Ἀθήνας, ξέλεχος εἶ.
Εἰ δὲ τεθέασαι, μὴ τεθήρευσαι δ', ὄνος.
Εἰ δ' εὐαρεστῶν ἀποτρέχεις, κανθήλιος.

[Habent hos versus Grotii Excerpta p. 877. alterum quidem corruptum infelici coniectura. Iidem ex Artemidori Geographicis ab H. Stephano in Dedicat. Comment. de Att. L. Idiom. sic excitantur, ut in tertio legas *κανθήλιον.* Verissime, si quid video. i. e. *σάγμα τοῦ ὄνου*, clitellae, etiam vi-

Digitized by Google

lius quid asino. Conf. Aristophan. Vesp. v. 169. *ἀλλ' ἀποδόσθαι βούλομαι Τὸν ὄνον ἄγων αὐτοῖσι τοῖς κανθηλίοις.* Aliter ipse Stephanus ad Dicaearchi Geograph. p. 21. Vereor ut recte. SCHAEF.] Plene habet Xenophon *Ἀναβ.* 7. *ὄνοι κανθήλιοι.* LEISN. Imo Cyropaed. VII, 5, 11. SCHAEF.

* ΟΝΥΞ, Unguis.

In proverbiali illa locutione de fastuosis hominibus usurpari solita: *ἐπ' ἄκρων βαδίζειν* vel *ὁδοιπορεῖν*, sub. *ὀνύχων*. summis pedum digitis incedere. Sophocles Aiac. v. 1247.

Ὑψήλ' ἐκόμπεις, κἀπ' ἄκρων ὠδοιπόρεις.

Quam imitatus est Aristophanes ioculariter Acharnens. v. 638. *Ἐπ' ἄκρων τῶν πυγιδίων ἐκάθησθε.* Ad quem locum Schol. Gr. plene affert *ἐπ' ἄκρων τῶν ὀνύχων*: quemadmodum etiam plene dicunt *ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων*. Plutarchus *περὶ παιδ. ἀγωγ.* c. V. §. 3. quae verba reddit Cicero ad div. L. I. ep. 6. A teneris unguiculis. Et Horatius L. III. Od. VI. 24. De tenero ungui. Pro eo etiam interdum *ἐλλιπῶς* a teneris reperitur. s. unguibus, vel annis. SCHWEB.

* ΟΞΟΣ, Acetum.

In *χρωννύειν*, et *χρωματίζειν*. vid. Casaubonum ad Theophrasti charact. pag. 156. edit. Lugd. LEISN. Haec Leisnerus rectius omisisset. Nullum enim Casaubonus exemplum huius ellipsis habet, quandoquidem locus Theophrasteus alius est generis. SCHAEF.

* ΟΠΗ, Foramen.

Vid. Leisneri praefationem. Brunckius ad Aristophan. Pac. v. 1232. „*Θαλαμίαι ὀπαὶ* vocabantur in inferiore navi foramina, per quae exserebantur remi.“ Herodotus V. c. 33. *τοῦτον δῆσαι διὰ θαλαμίης διελόντας τῆς νεός.* SCHAEF.

Digitized by Google

* ΟΠΛΟΝ, Scutum.

In voce *διοπετῆ* s. *ὅπλα*. Plene habet Glossar. Gr. Lat. *διοπετὲς ὅπλον*. SCHWEB. Vocem hanc sic *ἐλλιπῶς* dictam non memini me legere. Ubi enim sine substantivo legitur, subaudiendum *ἄγαλμα*. Vid. supra h. v. et add. Scott. Append. ad H. Stephan. I. c. 863. Wetsten. ad N. T. II. p. 589. Wesseling. ad Diodor. Sic. T. II. p. 640. Valckenar. Adnot. Crit. in N. F. p. 366. [In Scholio ad Aristid. malim *μετὰ τὰ Περσικά*. Conf. Strabo T. III. p. 30.] SCHAEF.

* ΟΠΛΑ, Arma.

In *ἀμυντήριον* et *ἀμυντήρια*. Onosander c. XX. *οὐχ ἧττον θορυβοῦνται τοῖς τοιούτοις ἀμύντηρίοις*. In *σκεπαςήρια*. Dionys. Hal. L. V. p. 295. *διεφθαρμένων αὐτοῖς ἤδη τῶν σκεπαςηρίων*. Utramque ellipsin supplet Diodor. Sic. L. III. p. 187. *Ὅπλοις δὲ χρῆσθαι σκεπαςηρίοις — ἀμυντηρίοις*. In *γυμνός*, quando in re bellica absolute ponitur. Herodianus L. II. 13. 8. *Γυμνοί τε πρὸς ὡπλισμένους — μὴ μάχοιντο*. Plene idem L. VII. 9. 11. *Γυμνοί τε ὅπλων καὶ ὀργάνων πολεμικῶν*. In *προμετωπίδια*, *προστερνίδια*, *παραμηρίδια*, *παραπλευρίδια*, s. *ὅπλα* apud Xenophont. L. VI. K. Π. p. 387. [Vid. Polluc. I. 140. SCHAEF.] In locutione *ἐν τοῖς βαρέσιν εἶναι*, qua *ἐλλιπῶς* utuntur scriptores Tactici. Plene est apud Polybium T. II. p. 1057. *Προσγενομένων τῶν — ἐν τοῖς βαρέσιν ὅπλοις ἀνδρῶν*. SCHWEB. Diodorus Sic. XVIII. c. 16. extr. *πεζοὶ μὲν πλείους τῶν τετρακισμυρίων ἐν τοῖς βαρέσιν ὅπλοις*. Opp. *τοξόται καὶ σφενδονῆται*. Idem XIX. c. 19. extr. *τοὺς ἐν τοῖς βαρέσιν ὅπλοις*. — Referas huc *τὸ ἀλεξητήριον* Alcaei, si vere coniecit Valckenarius ad Herodot. p. 425, 58. In Diodor. Sic. V. c. 33. *ἴδιον δέ τι παρ' αὐτοῖς ἐςι περὶ τὴν τῶν ὅπλων καὶ ἀμυν-*

Digitized by Google

τηρίων κατασκευὴν, καὶ ἀμυντηρίων ex glossemate nata puto. Idem I. c. 24. ταῖς δὲ δοραῖς τῶν θηρίων σκεπαζηρίοις χρῆσθαι. ubi al. σκεπαζηρίοις ὅπλοις. V. Wesseling. ad utrumque locum. Dionysius Halic. Ant. Rom. T. II. p. 950. τοῦτο δ' ὅτε ἐκ τῶν ἀμυντηρίων αὐτοῖς ὅπλων ἀνήφθη. Galenus T. I. p. 367, 25. ed. Bas. ἀντὶ πάντων ὁμοῦ τῶν ἀμυντηρίων ὅπλων χεῖρας ἔδωκεν. — Philippus Thessalon. Epigr. LII. v. 2. ὅπλων γυμνὸν ἰδεῖν τὸν θρασὺν Ἡρακλέα. [LIV. extr. sic interpunge: μὴ θρασὺν Ἄρη Συλήσασ' αὐχεῖς, Κύπρις ὅσον δύναται; ὅσον, i. e. ὅτι τόσον. vid. supra p. 253. sq.] Diodorus Sic. IV. c. 53. extr. μόνον τὸν Ἡρακλέα καὶ γυμνὸν ὅπλων τελέσαι τοὺς τεθρυλλημένους ἄθλους. Add. Wesseling. ad Herodot. p. 173. a. Verheyk. ad Antonin. Liber. p. 96. SCHAEF.

202 * ΟΡΓΑΝΑ, Organa. (y)

In αἰσθητήρια. Hebr. V, 14. quod verbum tamen ibi in sensu metaphorico adhibetur. SCHOETTG.

* In ἐγχειρίδια. Vid. Hesychium in hac voce, et Salmasium in titul. Animadvers. in Simplic. et Epict. LEISN.

(y) Ὄργανον, instrumentum, omittitur a Paulo in priore epistola ad Corinth. c. XIV, 7: τὰ ἄψυχα (ὄργανα) φωνὴν διδόντα. MICH.

* ΟΡΜΗ, Impetus.

In ἔχειν apud Homerum Iliad. N. v. 326. Νῶϊν δ' ὧδ' ἐπ' ἀριστερ' ἔχε στρατοῦ. ubi schol. Gr. λείπει δὲ, τὴν ὁρμήν. SCHWEB. Passim ἔχειν i. q. ἐλαύνειν. ubi alii supplent τὴν πορείαν: simplicius pronomen reciprocum subaudias. Vid. Wesseling. ad Herodot. p. 482, 74. Heyn. ad Homer. Il. V. v. 100. — Subaudias h. v. ad formulam ἀπὸ μιᾶς, de qua suo more Irmischius Exc. ad Libr. I. Herodiani

Digitized by Google

p. 861. Plene Dio Cassius T. I. p. 576, 17. *καὶ ἀπὸ μιᾶς ὁρμῆς, οἱ μὲν ἐπαιώνησαν*, (l. *ἐπαιώνισαν*) *οἱ δὲ ὠλοφύροντο*. Sic fortasse tuearis et explices Xenophontis Cyrop. IV, 6, 4. *βέβληκα μιᾷ δὶς ἐφεξῆς. πληγῇ* s. *βολῇ* subaudit Fischerus p. 291. SCHAEF.

* ΟΡΝΙΣ, Avis.

In *Φασιανὸς*, in *βασιλικὸς*, quum ponitur pro *ἀκανθὶς, ἀκανθυλλὶς*, vel *ἀςραγαλῖνος*, i. e. carduelis. Videatur Florens Christianus ad Aristophanis Pacem, v. 1078.

In *ἐπιτυμβίδιος*. Vide Scholiastem Theocriti ad Idyll. VII, 23. *ἐπιτυμβίδιος ὄρνις* est alauda. LEISN.

* ΟΡΟΣ, Mons.

In nominibus montium absolute positis subauditur *ὄρος*, quod etiam additum saepius reperitur. Homer. Iliad. Z. v. 133. *Σεῦε κατ' ἠγάθεον Νυσσήϊον*. s. *ὄρος*. Est enim *τὸ, Νυσσήϊον* adiectivum *κτητικὸν* a *Νύσσα*, vel *Νύσαι*, quo nomine plures urbes fuerunt. v. Stephanus *Ἐθνογρ.* in v. *Νύσαι*. In *Λαύριον* apud Thucydid. L. VI. c. 91. et Pausaniam p. 2. Plene Thucydid. L. II. c. 55. *Μέχρι Λαυρίου ὄρους*. Sic Strabo L. II. p. 207. B. *τό, τε Ἀπέννινον ὄρος*. Dionys. Hal. L. I. p. 8. *τῶν Ἀπεννινῶν ὀρῶν*. In *Ἀκροκεραύνια*. Sic de Vesuvio monte Dionys. Hal. L. I. p. 11. *τῶν Κεραυνίων ὀρῶν πλησίον*. Eadem ellipsis est quoque apud Latinos. Sic Mela L. II. c. 6. Pyrenaeus primo hinc in Britannicum procurrit Oceanum. s. mons. Horatius L. I. Od. III. 20. Infames scopulos Acroceraunia. Idem Carm. saecul. v. 69. Quaeque Aventinum tenet Algidumque. SCHWEB.

* Hoc aut simile summitatem denotans supplendum puto in Oppiani halieut. E. 252. *ὃς δὲ*

Digitized by Google

κατὰ προβλῆτος. stans autem in praecipitio. Adscribam vero verba viri docti ex Obs. Crit. Vol. IX. T. I. p. 129. „Apud Homerum semper adiectivi forma haec adhibetur vox, addito substantivo *σκόπελος*, Il. B. 396. vel *ἀκτὴ*, Odyss. E. 405. Hymn. Bacch. 3. et apud Lycophr. 808. Nonn. I. 316. 319. 40: 4. Potest etiam intelligi *πέτρα* vel *γῆ*. Etiam cum aliis substantivis, ut *ϛῆλαι*, Il. M. 259. [Agathias Epigr. VIII. v. 3. *προβλὴς ὥς τις ἔπαλξις ἀνέμβατος.* SCHAEF.] Ut Noster, Nonn. IV. Dionys. 433.

Ἄλλος ὑπερκύπτοντα λόφου προβλῆτα τιταίνων."

Haec ille. Conf. etiam celeb. Valckenaer in iisdem Miscell. Vol. VIII. T. II. p. 172. f. st. Sophocles Philoct. v. 936. *ὦ λιμένες, ὦ προβλῆτες.* Archias Epigr. XVIII. v. 5. *ἀλλ' αὕτως προβλής τε, καὶ ἔμπεδος ὥς τις ἐρίπνα Ἰδρυνθείς, ἔτλης λαίλαπα δυσμενέων.* Antipater Thessal. Epigr. XLIV. *Πούλυπος εἰναλίῃ ποτ' ἐπὶ προβλῆτι τανυσθείς.* Expletae ellipsis exempla ex Orpheo si desideras, adi Gesneri Indic. v. *προβλῆσι.* Virgilii proiectaque saxa Pachyni comparavit Clarkius ad Il. II. v. 396. SCHAEF.

* ΟΡΧΗΣΙΣ, Saltatio.

In *Διπλῇ* apud Aristoph. *Θεσμοφ.* v. 991. [982. Br.] si Biseti lectio recipiatur. Hesychius: *Διπλῇ, εἶδος ὀρχήσεως.* Dipla, genus saltationis. [Vid. Kuster. et Brunck. ad l. c. Aristophan. SCHAEF.]

In *Τελεσία.* Hesychius: *Τελεσία, ἡ μετὰ ξίφους ὄρχησις ἀπὸ τοῦ εὑρόντος Τελεσίου.* Nec non in *Πυῤῥίχη*, seu *Πύῤῥιχος, ἣν ἔνοπλοι παῖδες ὀρχοῦνται*, quaeque a Festo bellicrepa saltatio dicitur. LEISN.

* Sic *τὴν Πυῤῥίχην ὀρχεῖσθαι* habet Plutarch. Symp. IX. Plene est apud Apollon. Rhod. L. I. v.

Digitized by Google

1135. *βηταρμὸν ἐνόπλιὸν ὀρχήσαντο.* ubi Schol. Gr. *λέγει δὲ νῦν τὴν Πυῤῥίχην ὄρχησιν.* SCHWEB. Strato XXVIII. v. 4. *ὀρχεῖσθαι πυρίχην.* Torvum vultum saltantium respiciens Aristophanes Av. v. 1169. *πυῤῥίχην βλέπων.* Scholiastes ad Homer. Il. II. v. 617. *τὴν πυῤῥίχιον καὶ ἔνοπλον ὄρχησιν ἠσκοῦντο.* [De hac significatione adiectivi *πυῤῥίχιος* Lexica vulgaria tacent. Conf. H. Stephani Thes. III. c. 633. A.] Alibi *πυῤῥίχη* canticum notat, ad quod *οἱ πυῤῥιχίζοντες* saltabant. Vid. Brunck. ad Aristoph. Ran. v. 153. SCHAEF.

* ΟΡΩΝ, Videns.

Sophocles Ai. v. 136. *σὲ μὲν εὖ πράσσοντ' ἐπιχαίρω.* ubi Brunckius: „*χαίρω* cum accusativo construitur ellipsi participii *ὁρῶν.*" Add. idem ad v. 790. De talibus ellipsibus quid sentiam, monui ad v. *Ἀχούων* et *Ἰδών.* Verissime Schol. Ven. ad Homer. Il. I. v. 77. *τίς ἂν τάδε γνῴησειε; οὐ λείπει τὸ ὁρῶν.* Conf. Huschkium Anal. Crit. p. 28. sq. SCHAEF.

* ΟΣ, Qui. 203

Notum est, saepissime apud Hebraeos omitti pronomen relativum אשר, id quod et imitantur sacri Novi Foederis scriptores, (z) cuius rei observatio multas eorum librorum expositiones reddere poterit certiores. Eph. III, 18. occurrit singularis aliqua constructio, quam quidam etiam soloecismi postularunt. Adoraverat Paulus, in antecedentibus Deum, *ἵνα δῴη ὑμῖν*, ut det vobis, ut corroboremini in interiore homine, et Christus habitet in cordibus vestris, *ἐν ἀγάπῃ ἐῤῥιζωμένοι καὶ τεθεμελιωμένοι.* Constructio est: *ὑμῖν, οἳ ἐῤῥιζωμένοι καὶ τεθεμελιωμένοι ἐσέ.* (aa)

Notabilis est locus Apocal. I, 4. quem integrum

interpositis nostris explicationibus adscribemus, quum iis, qui in his rebus non admodum versati sunt, magnopere luxare videatur. Verba sunt haec: (v. 4.) Ἰωάννης ταῖς ἑπτὰ ἐκκλησίαις ταῖς ἐν τῇ Ἀσίᾳ. Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη (sc. ἔςω) ἀπὸ τοῦ (ὅς) ὁ ὢν, καὶ (ἀπὸ τοῦ) ὁ ἦν, καὶ (ἀπὸ τοῦ ὅς ἐςιν) ὁ ἐρχόμενος, καὶ ἀπὸ τῶν ἑπτὰ πνευμάτων, ἃ ἐςιν ἐνώπιον τοῦ θρόνου αὐτοῦ, (v. 5.) Καὶ ἀπὸ Ἰησοῦ Χριςοῦ, (ὅς ἐςιν) ὁ μάρτυς ὁ πιςὸς, ὁ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ὁ ἄρχων τῶν βασιλέων τῆς γῆς. (Hic ponenda est τελεία ςιγμὴ, quia novus plane iam incipit sensus, nimirum formula, qua Deo Servatori nostro pro his beneficiis gratias agit. Id vero non omnes hactenus videre potuerunt, quum versuum distinctio, quae h. l. non adeo bene se habet, id ipsum impediverit.) Τῷ ἀγαπήσαντι ἡμᾶς, καὶ λούσαντι ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ἐν τῷ αἵματι αὐ-
204 τοῦ, καὶ (repete hic ex antecedentibus τῷ vel αὐτῷ, ὅς) ἐποίησεν ἡμᾶς βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς τῷ θεῷ καὶ πατρὶ αὐτοῦ· αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν. Sic puto, satis bene se habere hunc locum, qui totus Hebraismis scatet. (bb) Nec moramur ea, quae vir quidam doctus contra hunc locum adduxit, non tam, ut in veritatem inquireret, quam, ut aegre nobis faceret. Nam meliora nondum protulit.

Reliqua simili modo adducere, nimis prolixum foret: quare, quam brevissimis fieri potest, illa tangimus. 2 Cor. VIII, 22: ὃς κοινωνὸς etc. Gal. I, 7. (cc) ὃ οὐκ ἔςιν ἄλλο. Iacob. c. V, 3. ὡς πῦρ, ὃ ἐθησαυρίσατε. Petri epist. 2. cap. II, 10: οἵ εἰσι τολμηταί. 1. Ioann. epist. c. III, 12: ὃς ἐκ τοῦ πονηροῦ ἦν. (dd) Ex profanis tale quid offendimus apud Achillem Tatium L. 5. p. 303. SCHOETTG. Si vir doctus usus est, quod suspicor, Achillis Tatii Salmasiana editione, videtur respexisse haec

verba: *ὁ πλοῦτος πολὺς, καὶ ἡλικίαν νέα.* (l. *καὶ ἡ ἡλικία νέα.* v. supra p. 172.) ubi de eius sententia subaudiendum *ἧς* ante *ὁ πλοῦτος.* Non assentior. Potuisset Schoettgenius, ut pronomen relativum etiam apud *τοὺς θύραθεν* passim deesse doceret, talibus uti exemplis, qualia congessi ad Longi Pastor. p. 397. ss. Sed rectius iis caret liber Bosianus, cum sint e genere syntactico. SCHAEF.

(z) Sic auctor epistolae ad Hebraeos c. IX, 10: *δικαιώμασι σαρκὸς, (ἅτινά ἐσι) μέχρι καιροῦ ἐπικείμενα.* Coloss. I, 10: *περιπατῆσαι ὑμᾶς — καρποφοροῦντες, καὶ αὐξανόμενοι* etc. Et c. III, 16: *ἐνοικείτω ἐν ὑμῖν — διδάσκοντες* etc. Ephes. IV, 1. 2: *ἀξίως περιπατῆσαι — ἀνεχόμενοι* etc. MICH.

(aa) Sic in Nominativo Subiecti, seorsim a Praedicato posito, ut Ioannes in evangel. c. VII, 38: (*ὅσις ἐσὶν*) *ὁ πισεύων εἰς ἐμὲ, καθὼς εἶπεν ἡ γραφὴ, ποταμοὶ ἐν τοῖς κοιλίοις αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος.* MICH.

(bb) Sic idem Ioannes in Apocalypsi, cap. III, 12: 205
τῆς καινῆς Ἱερουσαλὴμ, ἡ καταβαίνουσα. Vide illic varias lectiones. MICH.

(cc) Istud dictum, ex Gal. I, 7. allatum, huc non quaat. MICH.

(dd) Οὗ deest post *ἄχρις.* Apocal. XV, 8: *ἄχρι* (pro *ἄχρις οὗ*) *τελεσθῶσιν.* Sic c. XX, 3. et c. XVII, 17. Omittitur etiam post *ἕως*, apud Lucam in evangel. c. XVII, 8. et a Paulo in priore epist. ad Timoth. c. IV, 13. Similiter post *μέχρι*, Ephes. IV, 13. MICH.

ΟΣΜΗ, Odor.

Quod communi et plena oratione dicitur: *Ὀσμή τινος πράγματός με προσέβαλεν*; odor alicuius rei me tetigit: id ab Atticis effertur: *τινός με προσέβαλε*, per ellipsin vocis *ὀσμή*. Comicus in Pace v. 179. p. 635: *Πόθεν βροτοῦ με προσέβαλ', ὦ ναξ Ἡράκλεις*; unde hominis mihi accidit odor, o rex Hercules? [ad q. l. Brunckius: „Subauditur *ὀσμὴ*, vel *φωνή*.“ Sic Gregorius Corinth. hunc ipsum Aristophanis locum

citans: *λείπει — Φωνὴ, ἢ ὀσμή.* p. 15. ubi Koenius locutionis et ellipticae et plenae exempla congessit. Passim etiam *πνοὴ* subaudias. Nisi malis, quod simplicissimum puto, *τι* supplere. Hanc rationem maxime commendant tales loci, qualis hic Lucianeus est. T. II. p. 108. *οἷον γὰρ ἀπὸ ῥόδου, καὶ ναρκίσσου, καὶ ὑακίνθου, καὶ κρίνων, καὶ ἴων, ἔτι δὲ μυρσίνης, καὶ δάφνης, καὶ ἀμπελάνθης, τοιοῦτον ἡμῖν τὸ ἡδὺ προσέβαλλεν.* SCHAEF.] Sic in *ὀσφραίνεσθαί τινος* intellige *ὀσμήν.* Idem Comicus in Lysistr. pag. 876. *Ὀσφραίνομαι τῆς τυραννίδος*: odoror tyrannidem. Plenum est: *Ὀσφραίνομαι ὀσμὴν τῆς τυραννίδος.* (ee) [Vix opus his ambagibus. SCHAEF.]

(ee) Priori Aristophanis loco adde Aristoph. Ran. v. 341:

Ὦ πότνια πολυτίμητε Δήμητρος κόρη,
Ὡς ἡδύ μοι προσέπνευσε χοιρείων κρεῶν.

Quam suavis (odor) suillarum carnium me afflat. Supple *ὀσμή.* LEISN. Fallitur: similis est enim hic locus Lucianeo, quem modo vidimus. Quamquam eodem modo Kusterus explicat. SCHAEF.

* ΟΣΤΕΟΝ, Os.

In *τὰ νέβρεια*, tibiae, apud Plutarchum in Symp. p. 150. Plene habet Callimachus hymn. in Dian. v. 244. *Νέβρεια δι' ὀξέα τετρήνοντο.* Nimirum ex hinnulorum ossibus tibiae antiquitus parabantur. v. Athenaeus L. IV. p. 182. SCHWEB. Plutarcheo loco vir doctus abstinere debebat: paullo ante enim legitur *ὀξέων*, ad quam vocem referri oportet illud adiectivum. Talia si ita interpreteris, ut ad opem confugias Mysterii Ellipsios, libellus Bosianus excrescet in tot volumina, quot vix camelus portet. SCHAEF.

206 ## * ΟΥΡΑΝΟΣ, Coelum.

Vide supra ad vocem *Θεός.* SCHOETTG.

Digitized by Google

*In ἀνελήφθη Actor. I. v. 2. et 22. Plene ibidem v. 11. Ὁ Ἰησοῦς ὁ ἀναληφθεὶς ἀφ' ὑμῶν εἰς τὸν οὐρανόν. SCHWEB. Neque hîc opus ad ellipsin confugére. Ἀναλαμβάνεσθαι ipsum per se est sursum tolli. Passim enim in compositis praepositio ἀνὰ vices gerit adverbii ἄνω. Vid. Valckenar. ad Euripid. Hippol. p. 303. b. A. SCHAEF.

* ΟΥΣ, Auris.

In prov. ἐπ' ἀμφότερα καθεύδειν supple ὦτα, vel ἐπ' ἄμφω καθεύδειν, apud Menandrum et Libanium. Integra locutio est apud Pollucem L. II, 4. 84: ἐπ' ἀμφότερα ὦτα καθεύδειν. vid. Vannus Crit. p. 233. LEISN. Obiter moneo, Maittairium Dial. p. 78. B. in Platonico τὰ ὑμέτερα non recte subintelligere ὦτα. Rectius H. Stephanus. SCHAEF.

ΟΥΣΙΑ, Substantia, Bona.

In πατρική. Euripides Ion. 1304:

Ἡμῖν δέ γ' ἀλλὰ πατρικῆς οὐκ ἦν μέρος;

[Conf. Lucillius XVII. v. 4. ὥς' ἐκ τῶν πατρικῶν μηδὲ λαβεῖν τὸ μέρος. „Isocr. Bus. p. 163. To. 2. ἕκαστοι τὴν αὑτῶν ἔχοντες εὐδαιμόνως ἂν τὸν βίον διατελοῖμεν.“ Fischer. ad Weller. III. 1. p. 260. SCHAEF.]

* In ἄτομος, apud philosophos. LEISN.

* ΟΥΤΟΣ, Hic. (ff)

Apud Iudaeos occurrit notissima distinctio inter עולם הזה, mundum hunc, et עולם הבא, mundum futurum. Per priorem intelligunt Vetus Testamentum cum toto cultu Iudaico et hominibus eundem profitentibus. Per posteriorem tempora Messiae cum tota oeconomia Novi Testamenti. Dum igitur in N. T. haec quoque locutio occurrit, accidit aliquoties, ut in κόσμος vel αἰὼν οὗτος pronomen ἐλλειπτικῶς omittatur. Ioannes

Digitized by Google

evang. c. XV, 18: *ὁ κόσμος ὑμᾶς μισεῖ*, ubi intelliguntur Iudaei. Confer. c. I. v. 10: *ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω.* c. XIV, 17. 27. et Ioannes epist. I. c. V, 4. nam illi, contra quos Ioannes ibi disputat, Iudaei erant.

207 Idem observandum est in loco Galat. IV, 3. ubi Apostolus dicit, Iudaeos subiugatos esse *ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου.* Στοιχεῖα notat prima elementa, rudimenta, principia et fundamenta religionis Iudaicae, ad quae Galatae, prius ad Christum conversi, regrediebantur.

In *ἐπὶ*, quando sola ponitur, et iuxta significat: praecipuc apud Arrianum. Sic enim ille L. I. p. 8: *Ὧν (Κελτῶν) τελευταίους Κουάδους καὶ Μαρκομάνους· ἐπὶ δὲ Σαυρομάτων μοῖραν, Ἰάζυγας. ἐπὶ δὲ Γέτας τοὺς ἀπαθανατίζοντας. ἐπὶ δὲ Σαυρομάτας, τοὺς πολλούς. ἐπὶ δὲ Σκύθας* etc. ubi in singulis subintelligendum *ἐπὶ δὲ τούτοις*, iuxta hos vero habitantes, etc. In significatione praeterea vero (gg) occurrit *ἐπὶ δὲ* apud eundem, L. II. p. 97. suppletur autem l. c. *ἐπὶ τούτοις δέ.* (hh) SCHOETTG.

* Homerus Il. X. v. 305. *δώσω γὰρ δίφρον τε, δύω τ' ἐριαύχενας ἵππους, — Ὅστις κε τλαίῃ, κ. τ. λ.* ubi sub. *τούτῳ.* Aristophanes Eccles. v. 289. *ἠπείλησε γὰρ Ὁ Θεσμοθέτης, ὃς ἂν μὴ πρῳὶ πάνυ τοῦ κνέφους Ἥκῃ — —, μὴ δώσειν τὸ τριώβολον.* ubi item *τούτῳ* supplendum. Tractans hunc Comici locum Dawesius Misc. Crit. p. 307. citavit ex eiusdem Pac. v. 370. *ἆρ' οἶσθα θάνατον ὅτι προεῖφ' ὁ Ζεὺς, ὃς ἂν Ταύτην ἀνορύττων εὑρεθῇ;* et ex Sophocl. Antig. v. 35. *ἀλλ' ὃς ἂν τούτων τι δρᾷ, Θάνατον προκεῖσθαι δημόλευστον ἐν πόλει.* SCHAEF.

(ff) Οὗτος, etc. post articulum ὁ, ἡ, τὸ, subticetur nonnumquam, ut Matthaei c. XV, 12: τὸν λόγον. Iacobi epist. c. II, 14: ἡ πίστις.

Digitized by Google

Porro ante causale ἵνα, et post interrogativum τίς subintelligitur; ut in epist. I. ad Corinth. c. IX, 18: τίς οὖν μοί ἐστιν ὁ μισθός; (οὗτος) ἵνα εὐαγγελιζόμενος ἀδάπανον θήσω τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ.

Omittitur etiam a Matthaeo in evangel. c. I, 1. βίβλος γενέσεως, pro, αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως. coll. versione septuagintavirali in Genes. V, 1. et c. II, 4. MICH.

(gg) Legimus in epist. ad Ephes. VI, 16: Ἐπὶ πᾶσιν 208
ἀναλαβόντες τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως. ubi mihi post tertium casum πᾶσιν supplendum videtur pronomen οὗτος in eod. casu num. plur. Postquam enim varia armorum spiritualium genera Ephesinis suis commendasset Apostolus, praeter ista praecipuum aliquod armorum genus, fidem sc. nominat: ἐπὶ πᾶσι, sc. τούτοις ὅπλοις, inquiens, ἀναλαβόντες, praeter ista omnia, sc. arma, recipite scutum fidei. Sive autem praeter, quod mihi placet, sive ante, quod excellentiam indicet, significare malis praep. ἐπὶ, in utroque casu pronomen istud erit subaudiendum. Additur Col. III, 14. Ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις τὴν ἀγάπην. It. a Luca in evang. c. XVI, 26. BERNH.

(hh) Conf. Dionysii Periegesis v. 198. 403. Idem dicendum de praepositione σύν. vid. Dionys. Perieg. v. 843. et de praepositione πρός. vid. Aristoph. Equit. v. 575. et 812. Casaubonum ad priorem locum, et Bosium infra in τουτο. LEISN.

* ΟΦΕΙΛΗ, Debitum.

In ἀποδιδόναι, quando nimirum de amoris debito sermo est, subauditur ὀφειλήν. Sic Aristophan. Plut. Act. IV. Sc. IV. v. 1032.

οὐκοῦν καθ' ἑκάστην ἀπεδίδου τὴν νύκτα σοι.

Plene I. Cor. VII. 3. Τῇ γυναικὶ ὁ ἀνὴρ τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν (vel, ut alii codices habent, τὴν ὀφειλὴν) ἀποδιδότω. In simplici etiam διδόναι et λαμβάνειν. Philostratus epistol. XX. Διδοὺς μὲν, ἃ θέλεις, ἃ δὲ θέλω, λαμβάνων. Sic accipere et dare nota Latinis in amatoriis vocabula, uti observat Olearius ad epistol. XII. SCHWEB.

* ΟΦΕΛΟΣ, Utilitas.

Τί δὲ ἐλευθερίας ἐμοί; τί δὲ πλούτων; Xenophontis Ephesii dictum est L. II. p. 32. Suppleas

ὄΦελος an κέρδος, parum refert. Utrumque additum reperitur. Aesch. Prom. vinct. 746. τί δῆτ' ἐμοὶ ζῆν κέρδος; [Euripides Med. v. 145. τί δέ μοι ζῆν ἔτι κέρδος; SCHAEF.] Lucian. Tyrannic. p. 798. οἷς οὐδὲν ἔτι τοῦ ζῆν ὄφελος. Reticuit item alterutrum Ael. de anim. L. VI. c. 11. extr. τί ἐμοὶ κωφοῖς καὶ ἀνοήτοις συμβουλεύειν τὰ συντελέσατα; Est haec observatio cl. Abresch. in Misc. Obs. Crit. Vol. X. p. 351. Conf. Philip. I. 21. F. ST. Lucianus T. III. p. 467. τί μοι ταύτης τῆς πίσιος; τί δέ μοι ὁδοῦ, τῆς τέλος ἤδη δέρκομαι; Ibid. p. 511. τί γὰρ τῶν ὀζῶν καὶ τῆς ὑδρίας Δημοσθένην οὐκ ἔχοντι; [Quod ibi mox sequitur, Τάχα τῆς ὑμετέρας γέγονεν ἔργον ὀλιγωρίας, minus recte vertunt, Forte vestrae negligentiae culpa fuit. Vertendum: Forte vestrâ interiit negligentiâ. Antipater Sidon. Epigr. CI. αἱ Περσῶν κείμεθα μυριάδες, Ἔργον Ἀλεξάνδροιο Μακηδόνος. Polemo p. 14. ed. H. Steph. (Callimachus) κοινὸν ἔργον τῆς Ἀσίας ἐγένετο. Georgius Acropol. c. XIV. extr. p. 14. B. καὶ αὐτὸν δὲ τὸν βασιλέα Πέτρον ἔργον μαχαίρας γενέσθαι. Alia congessit larga manu Wyttenbachius Bibl. Crit. III. 2. p. 16. ubi etiam de simili usu vocis πάρεργον. (i. e. vilis victima. Conf. Valesius ad Euseb. p. 515. ed. Read. Sic Eusebius p. 562. σωφροσύνη — ὀργίλων πολιτῶν παροινίας πάρεργον ἐγίνετο. quae R. Stephani lectio unice vera est.)] SCHAEF.

ΟΦΘΑΛΜΟΙ, Oculi.

Ὀφθαλμοὺς omittunt subinde in ἐπέχειν, intendere. Sic Lucas Evang. XIV, 7: Ἐπέχων, πῶς τὰς πρωτοκλισίας ἐξελέγοντο. subintell. ὀφθαλμούς: (oculos) intendens, quo pacto eligerent primos discubitus. Et in Act. Apost. III, 5: Ὁ δὲ ἐπεῖχεν αὐτοῖς, προσδοκῶν τι
209 παρ' αὐτῶν λαβεῖν: At ille intendebat in

eos, sperans, se aliquid accepturum ab iis. Lucianus alibi plene dixit, *ἐπέχειν τοὺς ὀφθαλμούς τινι.*

Similiter in *ἀτενίζειν εἰς* vel *πρός τι* subintell. *ὀφθαλμούς.* In Act. Apost. I, 10: *Καὶ ὡς ἀτενίζοντες ἦσαν εἰς τὸν οὐρανόν.* pro *ἀτενίζοντες τοὺς ὀφθαλμοὺς*, i. e. *ἀτενεῖς ἔχοντες τοὺς ὀφθαλμούς*: quumque intentos haberent (oculos) in coelum. (ii) [*Ἀτενίζειν τοὺς ὀφθαλμοὺς* quis dixerit, ignoro. *τοῖς ὀφθαλμοῖς ἀτενίζειν* legas in Philostrato p. 848. extr. ut dicitur *ἐν ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν, ὁρᾶν*, alia id genus. SCHAEF.]

* In allatis locis Luc. XIV. 7. et Actor. III. 5. alii addunt *νοῦν.* Verum utrumque et *ὀφθαλμὸς* et *νοῦς* commode subaudiri possunt. Ellipsin hanc sequuntur etiam Latini. Sic Virgilius Ecl. III. 8. Transversa tuentibus hircis: ubi Poëta respexit subauditam Graecorum vocem *ὄμματα.* [Mira haec ratio. Transversa, ut alia plurima huiusmodi, adverbialiter positum est. Vid. Vechner. Hellenol. p. 213. ed. Heus. SCHAEF.] Terentius Eunuch. Act. III. Sc. V. 53. Ego limis specto. Plene Ovidius Amor. L. III. 1. 33. limis subrisit ocellis. In *πηρὸς*, cum de visu sermo est, ut apud Sextum Empiric. L. XI. p. 734. *Ὁ ἐκ γενετῆς πηρός.* s. *ὀφθαλμῶν.* quod idem ac Ioh. IX. 1. *τυφλὸς ἐκ γενετῆς.* [Iustinus Mart. Dial. c. Tryph. p. 288, 17. ed. Thirlb. *καὶ τοὺς ἐκ γενετῆς καὶ κατὰ τὴν σάρκα πηροὺς καὶ κωφοὺς καὶ χωλοὺς ἰάσατο.* ubi error Langi *πηροὺς* intelligentis de morbosis iure notatur. SCHAEF.] Voce *καταμύειν* absolute utitur etiam Aristophanes Vesp. 92. Plene Matth. XIII. 15. *τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν.* In *προσέχειν* apud Macarium Homil. XI. p. 141. *προσέχοντες τῷ ὄφει τῷ χαλκῷ, ἰάσεως ἐτύγχανον.* Item in *βλέπειν ἀμφοτέροις.* Callimachus Epigr. XXXII. [Vid. Koen. ad Gregor. p.

13. b. SCHAEF.] Nec non in illis Theocriti Idyll. VI. 22. *οὐ τὸν ἐμὸν τὸν ἕνα γλυκὺν, ᾧ ποθόρημι.* [Hoc *ποθόρημι*, cum indicativus dogma plane Cyclopium prodat, unice probandum puto. SCHAEF.] SCHWEB.

* In *ἐπιξῆσαι.* Aristaenet. L. I. ep. 28. *τίς γὰρ ἀξάτῳ δύναιτ' ἂν ἐπιξῆσαι σκοπῷ*; scil. *τοὺς ὀφθαλμούς.* Vid. Abresch. p. 172. F. ST.

(ii) Item in *καταμύειν*, ubi id vocabulum sine alio verbo, quod ad se pertineat, ponitur. Velut in Homeri *βατραχομ.*:

Ὕπνου δευομένην οὐκ εἴασαν θορυβοῦντες
Οὐδ' ὀλίγον καταμῦσαι. (sc. *ὀφθαλμούς.*)
Non siverunt somni egentem tumultuando
Paullulum claudere. (sc. oculos.)

i. e. non permisere, ut dormirem. BERNH. Iacob. de Rhoer ad Hierocl. Facet. 36. in Observat. Philolog. p. 99. „*Καμμύων.*] De hoc vocabulo, quod Salmas. pro barbaro habebat, multa iam pervulgata, propter illa quae notarunt V. D. ad Matth. XIII, 15. Contra Phrynichum pro voce hac disputat Spanhem. ad Callim. Hymn. in Dian. 95. Noster hic et supra Num. 11. simpliciter *καμμύειν.* Scriptores sacri addere solent *ὀφθαλμούς.* Sed et illud additum, et ipsum *καμμῦσαι* per syncopen rarius apud profanos occurrere, notat Theologus Elegant. I. Alberti ad Matth. l. l. Unicum pro hac caussa excitat Philonis locum, qui *καμμύειν ὄμμα* dixit. Alium e Philostr. Elsner. qui *καταμύειν ὀφθαλμοὺς* habet. Adtexam ego tertium e Xenoph. qui, de Venat. p. 980. *καταμύει τὰ βλέφαρα*, de lepore vigilante dicit. Videturque adeo semper tale quid subintelligi, cum simpliciter dicatur." Ceterum forma *καμμύειν* cur barbara dicatur, me fateor non intelligere. Recte, opinor, Matthiae in Batrachom. v. 190. nuper dedit *οὐδ' ὀλίγον καμμῦσαι.* Quid quod huc inclino, ut etiam Xenophontem Cyrop. VIII, 3, 27. scripsisse suspicer *κἂν καμμύων βάλῃς*, moxque *Ὁ δὲ καμμύων ἴῃσι.* quod nec Leunclavio displicuit, quem vide c. 1045. F. Nam „certum est et doctis omnibus notum, plurima verba eum, quae *κοινὰ* vocant grammatici, libenter usurpasse, posthabitis iis, quae Attici sibi vindicarent." Haec Porsonus Not. Brev. in Xenophont. Anab. p. XLI. Causam discas ex Photio, qui Biblioth. c. 1589, 39. auctore Helladio de Attica illa api, quam vulgo perhibent, *οὐδὲν θαυμαζὸν*, inquit, *ἀνὴρ ἐν*

Digitized by Google

στρατείαις σχολάζων καὶ ξένων συνουσίαις εἴ τινα παρακόπτει τῆς πατρίου φωνῆς· διὸ νομοθέτην αὐτὸν οὐκ ἄν τις ἀττικισμοῦ παραλάβοι. [In Antipatri Sidon. poëmat. CIX. v. 3. κατήμυσεν est concidit, παρὰ τὸ κατημύειν: ne de nostro verbo cogites.] SCHAEF.

* Item in θάτερος subauditur, apud Aristophanem in Ἐκκλησ. v. 494: παραβλέπειν θατέρῳ. supple ὀφθαλμῷ. LEISN.

ΟΧΗΜΑ, Vehiculum.

In τὸ σκευοφόρον, vasa vel sarcinas portans. Integre Herodianus L. VIII. c. 1. τὰ σκευοφόρα ὀχήματα dixit. [Vid. Zeun. ad Xenophont. Cyrop. p. 606. SCHAEF.]

* ΟΧΛΟΣ, Populus, it. Turba.

Vide infra voc. Στρατός. SCHOETTG.

* Ad ἐπίμικτος hoc verbum est omissum. 210
Non enim hic saltem exercitum sive militares copias indicat, velut Schoettgenius sub vocabulo στρατὸς monuit, locosque hoc requirentes adduxit: sed turbam confusam ex feminis virisque, quos calonum comprehendimus nomine. Hoc modo accipiendus est locus Exodi c. XII, 38. BERNH. Vid. Bielii Thesaur. v. Ἐπίμικτος et Σύμμικτος. SCHAEF.

Π.

* ΠΑΘΗ, Passiones.

Τὰ γυναικεῖα, supple πάθη, (a) sunt Aristoteli in Hist. Anim. L. VII. menstruae mulierum purgationes, quas θήλειαν νόσον vocat Herodotus L. I. Vid. Longinum περὶ ὕψους c. 26. [Latiore sensu Charito p. 35. in. ὡς ἂν ἤδη πεῖραν ἔχουσα τῶν γυναικείων. rerum muliebrium. v. Dorvill. p. 207. SCHAEF.]

Ita quum κάρδαμον a Dioscoride dicitur τὰ ἀφροδίσια παρορμᾷν, deest πάθη.

Euripides Phoeniss. 21:

Ὁ δ' ἡδονῇ δοὺς, εἴς τε βακχεῖον πεσών.
Is voluptati indulgens, et in ebrietatem prolapsus.

Βακχεῖον, supple πάθος, est ebrietas. [Non assentior. Nomen hoc quoties, ut hîc, substantivi vim habet, masculini est generis, sive de ipso Baccho dicatur, sive, tropicâ figurâ, de vino aut ebrietate. Fallitur enim Kusterus ad Aristophan. Thesmophor. v. 997. subaudiens ποτοῦ in Euripidis Cycl. v. 453. ὅταν δ' ὑπνώσῃ Βακχίου νικώμενος. Bene Valckenar. ad Phoeniss. v. c. et in Eleg. Callim. p. 258. SCHAEF.]

Πάθη etiam deest in τὰ ἀνόητα, quum scil. hac voce notatur nimius et intemperans amor voluptatum, quae ad corpus referuntur, veluti vini,
211 epularum, et aliarum rerum, praecipue autem amor libidinosus et nimius appetitus Veneris. Ita vox illa usurpatur ab Aristophane Nub. v. 416. ubi vid. Kusterus; [Gl. ad h. l. ἀφροδισίων, καὶ πάντων τῶν ἐκ μωρίας γινομένων. SCHAEF.] Euripide Troad. 989; et Philostrato in vita Apollon. Tyan. VI, 13. LEISN. Obiter moneo, in Phalaride p. 212. scribendum mihi videri τιμὴν ἀνόνητον. Saepius confusa ἀνόητος et ἀνόνητος. Vid. var. lect. ad I. Epist. ad Timoth. 6, 9. SCHAEF.

(a) Sic etiam Septuaginta Interpretum versio, in Genes. c. XVIII, 11. c. XXXI, 35. MICH.

* ΠΑΘΟΣ, Adfectus.

In sensu medico apud Hippocratem aphor. 3, 22. τὰ μανικὰ καὶ μελαγχολικὰ, scil. πάθη, (adfectiones) insaniae et melancholiae.

Τὸ φονικὸν, sc. πάθος, cupiditas hominis interficiendi. Aelianus Var. Hist. II, 17.

Τὸ θυμικὸν καὶ ἐπιθυμητικὸν, sc. μέρος, h. e. ea facultas, quae irasci et concupi-

Digitized by Google

scere potest. Wegelinus ad Anon. Christ. de virtute pag. 164. et confer. seqq. p. 166. SCHOETTG.

* ΠΑΙΣ, Puer.

In figura illa Grammatica, quam Synthesin vocant, subauditur *παῖς*. Homerus Iliad. *χ*. v. 84. *Τῶν μνῆσαι, φίλε τέκνον*. Anacreon Od. III. v. 41.

Ἀνέῳξα, καὶ βρέφος μὲν
Ἐσορῶ φέροντα τόξον.

Sic in aliis, e. g. *μειράκια εὐτυχεῖς: τέκνα, αἷς ἔνεξι νοῦς: κόριον καλλίζηλον*, in quibus vel *παῖς ἄῤῥην*, vel *παῖς θήλεια* subaudiri solet. [In talibus constructio est *πρὸς τὸ σημαινόμενον*, frustraque hîc etiam vir doctus Ellipses insane sibi dilectas crepat. SCHAEF.] In *δίδυμοι*, gemelli uno partu editi, s. *παῖδες*: pro quo Dionysius Hal. L. I. p. 64. *δίδυμα βρέφη* habet. SCHWEB. Homerus Il. VI. v. 26. *ἡ δ' ὑποκυσσαμένη διδυμάονε γείνατο παῖδε*. XVI. v. 682. *Ὕπνῳ καὶ Θανάτῳ διδυμάοσιν*. Nonnus Dionys. I. p. 28, 31. *καὶ διδύμῃ σφριγόωσα γονῇ κυμαίνετο γαστήρ*. [Hoc femininum cum Lexicographi nostri parum curarint, addo ex Stratonis poëmat. XLI. v. 3. *χὠ λύχνος ἔσχισαι διδύμην φλόγα*.] Referas huc locutionem *καλεῖσθαί τινος*, scil. *παῖδα*, dici alicuius filium. Vid. Hermann. ad Pindar. p. 272. ad Hymn. Homer. p. 30. SCHAEF.

In *σκότιοι*, *παρθένιοι*, *κοριναῖοι*, immo interdum in *ἀμφιθαλεῖς*, i. e. patrimi et matrimi, in *ἑτεροθαλεῖς* etc. LEISN. *Κοριναῖοι* habet Lexicon quod dicitur Septemvirale, unde H. Stephanus in Thesauri Indicem retulit. Sed quae sit auctoritas huius vocis, plane ignoro. — Epigr. adesp. LVII. *Κύπριδος ἀμφιθαλὴς Φαρέτραν παῖς εἶχέ τε τόξον*. Scholiastes ad Aristophan. Plut. v. 1055. *εἰώθει δὲ παῖς ἀμφιθαλὴς ἀμφ' αὐτῇ ταῦτα λέγειν*. Add. Ruhnken. ad Tim. p. 28. SCHAEF.

Digitized by

* ΠΑΛΑΙΣΤΡΑ.

Apud Aristophanem Nub. v. 969: *ἐν παιδοτρίβου*, supple *παλαίστρᾳ*. vid. Spanhemium ad h. l. LEISN.

212 ## ΠΑΝΤΑ, Omnia. (b)

Defectivus etiam sermo est, in quo ante *ὅσα* omittitur *πάντα*, ut apud Synesium *Πυλαιμένει*: *Ἐγὼ δὲ Φιλοσοφίαν τιμῶ τε, καὶ τῶν, ὅσα ἀνθρώπινα, προτιμῶ.* i. e. *πάντων πραγμάτων, ὅσα ἀνθρώπινα.* Ego vero Philosophiam colo, et praefero (omnibus rebus,) quaecunque humanae sunt. Vid. Budaeum Comm. L. Gr. [Sic saepius Graeci: neque opus hîc ellipsin adiectivi *πᾶς* comminisci. Herodotus III. c. 23. *μήτε τῶν ὅσα ξύλου ἐςὶ ἐλαφρότερα.* c. 131. *καὶ ἔχων οὐδὲν τῶν ὅσα περὶ τὴν τέχνην ἐςὶ ἐργαλήϊα.* c. 133. *δεήσεσθαι δὲ οὐδενὸς τῶν ὅσα αἰσχύνην ἐςὶ φέροντα.* Plutarchus Mor. T. III. p. 308. *Πρόνοιά τε καὶ προμήθεια τῶν ὅσοι περὶ γῆν δαίμονες τεταγμένοι τῶν ἀνθρωπίνων πράξεων Φύλακές τε καὶ ἐπίσκοποί εἰσιν.* Photius Bibl. c. 529, 26. *δεξιὸς δὲ περὶ τοὺς λόγους ἔδοξεν εἶναι, καὶ μάλιςα τοὺς ὅσοι ῥυθμίζειν συμβουλεύουσι τὰ ἤθη.* Philostorgius p. 492, 40. Read. *ὅμως τὰ κράτιςα καὶ μέγιςα Φέρειν τῶν ὅσα γῆ καὶ θάλαττα δυνατη τρέφειν.* Antagoras II. v. 3. *τῶν ὅσσους Ἔρεβός τε πάλαι βασίλειά τε παῖδας Γείνατο Νύξ.* Compares choliambum Callimachi p. 458. *Ἐκ τῶν ὄκου βοῦν κολλύβου πιπρήσκουσιν.* Add. Reiz. de Accent. Inclin. p. 73. et 78. ibique Wolf. not. 9. Ceterum in talibus articulus vicem gerit pronominis *οὗτος* s. *ἐκεῖνος.* SCHAEF.] Integer autem sermo est apud Ioannem Evang. IV, 39: *Ὅτι εἶπέ μοι πάντα, ὅσα ἐποίησα.* (c)

(b) Omittitur *πάντα* et a Paulo in epist. ad Rom. c. XIV, 3. in *ὁ ἐσθίων.* coll. vers. 2: *ὃς μὲν πιςεύει, Φαγεῖν πάντα.* MICH.

Digitized by Google

(c) Adde Thucydidem II, 98: Καὶ ἐπειδὴ αὐτῷ ἕτοιμα ἦν. subintell. πάντα. Alibi ἐπειδὴ παρεσκεύαςο cum eadem ellipsi dixit. vid. Stephanum ad l. c. Huc quoque refer, quae leguntur sub voce ὅλος. LEISN.

ΠΑΡΑΤΙΘΕΜΕΝΟΝ, Quod apponitur.

Quum dicitur in Evang. Lucae c. X, 7. — *ἐσθίοντες καὶ πίνοντες τὰ παρ' αὐτῶν*, deest *παρατιθέμενα*. — Edentes et bibentes ea, quae ab ipsis apponuntur.

* Elsnerus ad Luc. X. v. 7. p. 223. incommodam et vix obviam putat hanc ellipsin; ideoque pro eo suppleri vult *ἀγαθὰ*, uti est Marc. V. 26. *δαπανήσασα τὰ παρ' ἑαυτῆς πάντα*: et apud Plutarchum in Pyrrho p. 394. D. *τὰ παρ' αὐτῶν*. At enim vero non est, quod discedamus a Bosio: siquidem hanc Ellipsios suppletionem diserte probat ibidem v. 8. *ἐσθίετε τὰ παρατιθέμενα ὑμῖν*. et 1. Corinth. c. X, 27. ubi quidem *ἀπὸ κοινοῦ* adsumendum est *βρώματα*: ut adeo plena locutio haec foret: *τὰ παρατιθέμενα ὑμῖν βρώματα*. Sic certe etiam Latini *τὸ* adponere usurpare solent de potoriis et esculentis epularibus. Horatius L. II. Sat. VIII. 16. Hic herus, Albanum, Maecenas, sive Falernum Te magis adpositis delectat. et v. 69. Ne male conditum ius adponatur. SCHWEB.

* ΠΑΡΕΜΒΟΛΗ.

Παρεμβολὴ in accusativo deest post *κινεῖν*, *μεταίρειν*, *ἀπαίρειν*, etc. movere castra, profisci. MICH.

* ΠΑΡΘΕΝΟΣ, Virgo. 213

In *ἡ νεωκόρος*, templi custos, [Suidas T. II. p. 162. *Θαλαμηπόλος. ἡ νεωκόρος.* SCHAEF.] et *κανηφόροι*, corbem gestantes, apud Harpocrationem. SCHOETTG. Posterius, expletâ ellipsi, habet Philochorus in Schol. Ven. et Lips. ad Homer. Il. A. v. 594. p. 192. ed. Wassenb. Pausanias I. c.

Digitized by Google

27. *παρθένοι δύο — — καλοῦσι δὲ Ἀθηναῖοι σφᾶς κανηφόρους.* ubi Cod. Vind. *ἀρρηφόρους.* Similiter in Dionys. Halic. Ant. Rom. T. I. p. 280. aliquot libri habent *αἱ κανηφόροι λεγόμεναι καὶ ἀρρητοφόροι.* ubi in posteriore nomine *ἀρρηφόροι* latere Reiskius perspecte monuit. SCHAEF.

* Et ap. Aristophanem Avib. 1550. LEISN.

* Sic Horatius de Canephoris L. II. Sat. VIII. 13. ut Attica virgo Cum sacris Cereris. In Ἑξιάδες. Vestales. Ἐλλιπῶς habet Synesius apud Suidam in v. Ἑξιάδες. Plene est apud Dionys. Hal. L. II. p. 125. Plutarchum et alios Romanarum rerum scriptores. [Suidas T. II. p. 633. *τάς τε Ἑξιάδας παρθένους τοῦ πυρὸς καὶ ὕδατος ἐπιμέλειαν ἔχειν προέτρεψεν.* SCHAEF.] In Comoedia Apollodori Ἐπιδικαζομένη, Virgo in iudicium vocata, quam Terentius in Phormione expressit. SCHWEB.

* ΠΑΡΙΩΝ.

Deficit in *τῆς αὐτῆς ὁδοῦ.* vid. Casaubonum ad Theophrastum p. 72. edit. Lugd. LEISN. Non opus ad illam locutionem subaudiri participium *παριών*: neque hoc vult Casaubonus. SCHAEF.

ΠΑΡΩΝ, Instans.

Omittitur quoque participium *παρόντος*, ut apud Thucydidem: *Χειμῶνος ἤδη, ἀνεχώρησαν*: Hieme iam (appetente,) regressi sunt, pro *Χειμῶνος ἤδη παρόντος.* [Neque hîc necesse est ad ellipsin confugiamus. Millies sic genitivi de tempore absolute ponuntur. Homerus Il. V. v. 522. *νεφέλῃσιν ἐοικότες, ἅστε Κρονίων νηνεμίης ἔζησεν ἐπ' ἀκροπόλοισιν ὄρεσσιν.* Quamquam ibi etiam Eustathius de ellipsi cogitat, supplens vel *οὔσης*, vel *ἐν καιρῷ*, vel *ἐπί*: ceterum bene comparans *θέρους, χειμῶνος, νυκτὸς, ἡμέρας.* Dionysius Halic. Ant. Rom. T. II. p. 883. *νυκτὸς ἔτι πολ-*

Digitized by Google

λῆς ἐπὶ τὸν χάρακα τῶν Τυῤῥηνῶν ὥσασθαι. SCHAEF.]

* ΠΑΣ, Omnis.

Deest in *οἱ καθ' ἕνα*, Eph. V, 33. sc. *πάντες*, quod additur 1 Cor. XIV, 31. ad unum (omnes.) SCHOETTG.

* In *κατὰ πόλιν* pro *ἑκάςην* potest etiam subaudiri *πᾶσαν*. Actor. XV. 21. *Κατὰ πόλιν.* pro quo plene est v. 36. *κατὰ πᾶσαν πόλιν.* Dionysius Hal. L. I. p. 53. *Μεθ' ὅσην εἶχε δύναμιν.* sub. *πάσης.* [Sic Graecorum nullus scripsit nec scribere potuit. Recte nunc in Dionysio, praeëunte Codice Vaticano, ut iam H. Stephanus coniecerat, editum legitur: *μεθ' ὅσης εἶχε δυνάμεως.* T. I. p. 166. SCHAEF.] Neutiquam enim, ut quibusdam videtur, abundat *τὸ, μεθ'*, siquidem etiam apud Homerum aliosque eiusmodi particulae absolute positae reperiuntur. Sic *περὶ* Iliad. I. v. 100. *Τῷ σε χρὴ πέρι μὲν Φάσθαι ἔπος*: ubi *πέρι* est *ἐλλιπῶς* pro *περὶ πάντων*: quod plene est Iliad. B. v. 831. *Ὃς πέρι πάντων Ἴιδεε μαντοσύνας.* coll. Δ. v. 329. Elliptica et plena locutio iunctim occurrunt apud eumdem Odyss. P. v. 388. 389. *Ἀλλ' αἰεὶ χαλεπὸς πέρι πάντων εἶς μνηςήρων Δμωσὶν Ὀδυσσῆος, πέρι δ' αὖτ' ἐμοί.* SCHWEB.

ΠΑΤΗΡ, Pater.

Herodotus in Clio: *Ἄδρηςος ὁ Γορδίεω τοῦ Μίδεω*, i. e. Adrastus nepos Gordii, (patris) Midae. [Locus est c. 45. Sed fallitur Bosius. Vulgaris enim illa ellipsis vocis *υἱὸς* hîc quoque, idque bis, obtinet. Bene ad sensum vertunt: Adrastus Gordii filius, Midae nepos. Conf. c. 35. SCHAEF.] Stephanus in *Δαίδαλα*: *Ἡ δὲ πόλις ἀπὸ Δαιδάλου τοῦ Ἰκάρου*, urbs a Daedalo (patre) Icari (condita). Sic Act. VII, 16: *παρὰ τῶν υἱῶν Ἐμμὸρ τοῦ* (d) *Συχὲμ*, a filiis Em-

Digitized by Google

mor, (patris) Sychemi. (e) [Conf. Verheyk. ad Antoninum Liber. p. 214. b. SCHAEF.]

(d) Subaudio *πατρὸς*, quod habent Septuaginta in Genes. c. XXXIII, 19. MICH.

(e) Vid. Ionsius de Script. Hist. Philos. I, 2. p. 14. LEISN.

214 * ΠΑΤΡΙΣ, Patria.

In *ἡ ἐμαυτοῦ*. Arrianus I. p. 34. *Οὐδὲ, εἴ τινα ἀρχὴν ἐν τῇ ἐμαυτοῦ ἦρξα*, neque, an aliquem in (patria) mea magistratum gesserim. SCHOETTG.

* In *ἡ θρέψασα*. Polybius T. II. p. 838. Plene idem T. I. p. 900. *Τῆς πατρίδος τῆς θρεψάσης ἐγκαλεῖν*. In *ἐκπίπτειν*. Maximus Tyr. Dissertat. XXI. p. 257. In *περὶ τῆς ἑωϋτοῦ μάχεσθαι*. Herodot. L. I. c. 169. In *κατιέναι* et *κάθοδος* apud Thucydidem. Plene est apud eumdem L. VIII. c. 47. *Τὴν ἑαυτοῦ κάθοδον ἐς τὴν πατρίδα*. In *κατάγειν* ibid. c 53. In *πατρὶς* tamen una subaudienda relinquitur *γῆ*. vid. in v. *γῆ*. SCHWEB.

* Recte omnino suppletur a Scholiasta Thucyd. VIII. 6. *Φυγάδες τῆς ἑαυτῶν (πατρίδος) ἀμφότεροι*. F. ST. Lucianus T. III. p. 488. *ἆρας δὲ ἀπὸ τῆς ἑωυτοῦ κ. τ. λ.* ubi miro lapsu Interpres: ablata iterum suo de capite. Verte: profectus autem domo. SCHAEF.

* ΠΕΔΙΟΝ, Campus.

In *Ἀγηνόριον*. Arrianus II. p. 147. *Ἀθροισθέντες δὲ κατὰ τὸ Ἀγηνόριον καλούμενον*. sc. *πεδίον*. Congregati vero in (campo,) qui dicebatur Agenorius. SCHOETTG.

* Subaudi, celeb. Dukerum ad Thucyd. IV. 134. sequutus, in *Λαοδικίῳ*, quod iure pro *Λαοδικείᾳ* reponit, et Polybium II. 15. laudat *ἐν τοῖς Λαοδικίοις καλουμένοις τῆς Μεγαλοπολίτιδος*. et ibid. 55. *καὶ μετὰ ταῦτα τῇ περὶ Λαοδίκια μάχῃ*.

Digitized by

Addit vir doctissimus: „Laodicios campos vertit Casaubonus, quod verum esse puto. Nam recte suppleri potest *πεδία*. Et apud Thucydidem ex auctoritate Polybii receptae lectioni *ἐν Λαοδικείᾳ* praefero, quod est in optimis libris, *ἐν Λαοδικίῳ*, scilicet *πεδίῳ*." F. ST.

* ΠΕΙΣΜΑΤΑ, Funes nautici.

Addi debere hoc nomen verbo *λύειν*, Apollonius certum facit in Argonautic. L. I. v. 1109: *Οἱ δ' ἄρα λυσάμενοι ἱερῆς ἐκ πείσματα πέτρης.* BERNH. Libanius T. IV. p. 992. *ἐπειδὴ λύσαντες παραμείψωσι τῶν λιμένων τὰ ζόματα.* Leg. *ἐπειδὰν.* Vicissim in Pausaniae Messen. c. 26. T. I. p. 549. e Cod. Mosc. corrigendum: *ἐπειδὴ καὶ τὸ μήνιμα ἤδη σφίσι πέπαυται τὸ Διοσκούρων.* SCHAEF.

ΠΕΛΑΓΟΣ, Mare.

In *Παμφύλιον*, *Ἰώνιον*, *Αἰγαῖον*, *Σικελικὸν*, *ἄβυσσον* etc. (f) Addit Aeschylus Suppl. 324:

Ἄτης δ' ἄβυσσον πέλαγος.

Lucianus Navig. Dio Cassius L. XXXVI. Plutarchus Symp. 11. p. 641: — *πλέων ἐν τῷ Σικελικῷ.* (g)

* In *ζενὸν* idem nomen deesse putamus, quod invenimus in Luciani Dial. Nept. et Ner. *Τὸ μὲν ζενὸν τοῦτο* (subint. *πέλαγος*) — *Ἑλλήσποντος ἀπ' αὐτῆς καλείσθω*, angustum hoc (mare) Hellespontus ab isthac puella nominetur. BERNH.

* „*Πέλαγος*, vel *πόντος*, vel *κόλπος*. Pind. Nemm. 4, 79. *Ἐν Εὐξείνῳ πελάγει.* Herodo. 2, 113. Thuc. 1, 98. *ἐν τῷ Αἰγαίῳ.* Plut. V. Cimon. 8. p. 255. To. 3. *τὸν Αἰγαῖον ἠλευθέρωσε.* Herodo. 4, 33. *ἐπὶ τὸν Ἀδρίην·* 5, 9. *ἐν τῷ Ἀδρίῃ.* Id. 6, 95. *παρὰ Ἰκάριον·* sed ibid. 96. *ἐκ τοῦ Ἰκαρίου πελάγεος.* Il. *β'*, 145. *Πόντου Ἰκαρίοιο.* Palaeph. fab. 25, 2. *ἐν τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ.* Herodo. 2, 20.

Digitized by Google

ἐπὶ τὸν Ἰόνιον πόντον κατέβησαν. Thuc. 6, 30. τὸν Ἰόνιον διαβαλοῦσιν. Palaeph. fab. 21, 2. τὸν Ἰόνιον κόλπον. v. index Graecit. Palaeph. v. Ἰόνιος κόλπος." Fischer. ad Weller. III. 1. p. 260. s. Lucillius CXII. v. 3. ἀντλεῖται δ' Ἀδρίας, Τυρρηνικὸν, Ἰχρικὸν, αἰγῶν. Haec stribligo est vix toleranda. Revocanda antiqua lectio: ἀντλεῖται δ' Ἀδρίας, Τυρρηνικὸς, Ἰχρικὸς, Αἴγων. SCHAEF.

215 (f) Vide supra, quae ad vocabulum κόλπος adnotavimus. MICH.

(g) Sic et in plurali numero. Thucydides L. I. non procul ab initio: Καταχάντος δὲ τοῦ Μίνω ναυτικοῦ, πλωϊμώτερα ἐγένετο παρ' ἀλλήλους, sc. τὰ πελάγη. Cum Minos classem instruxisset, (mare) liberius ultro citroque navigari coepit. SCHOETTG. Displicet haec ratio, omninoque nihil videtur subaudiendum esse. Ceterum bene comparat Thucydidium illud H. Stephanus de Dionys. imitat. Thucyd. cum Dionysii Halic. (T. I. p. 160.) locutione πλωϊμων γενομένων. ubi fallitur Schneiderus ἀνέμων subaudiens: πλωϊμων enim generis neutrius est. Conf., quo etiam Schneiderus utitur, Heliodorus p. 203. Cor. καὶ γὰρ εἰ μηδέπω τῆς ὥρας εἶναι τὰ πλώϊμα. quasi dicas τὴν πλωϊμότητα. SCHAEF.

* ΠΕΜΠΟΜΕΝΟΙ vel ΠΕΜΦΘΕΝΤΕΣ, Missi.

Xenophon L. III. K. Π. p. 172. Ταῦτα μὲν ὁ παρ' ἐμοῦ λέξει. sub. πεμφθεὶς ἄγγελος. Polybius T. II. p. 1266. Εἰς τὴν Κρήτην ἔπεμπον πρεσβευτάς. Herodotus L. VI. c. 57. Οἱ δὲ Πύθιοι εἰσὶ θεοπρόποι ἐς Δελφούς. s. πεμπόμενοι. Expressam habet hanc vocem Thucydides L. VII. c. 8. Φοβούμενος δὲ, μὴ οἱ πεμπόμενοι — οὐ τὰ ὄντα ἀπαγγείλωσιν. SCHWEB. In talibus, si modo aliquid subaudiendum, suppleas etiam alia participia, veluti ἀφικόμενος, ἥκων. Conf. Herodot. VII. c. 173. ἀπικόμενοι γὰρ ἄγγελοι παρὰ Ἀλεξάνδρου. Xe-

Digitized by Google

noph. Cyrop. IV, 5, 53. τῷ παρὰ Κυαξάρους ἥκοντι ἀγγέλῳ. (coll. VII, 4, 7. Ἐν δὲ τούτῳ ἦκον οἱ παρὰ Κύρου.) Vid. Wesseling. ad Herodot. p. 381, 83. Toup. Emendat. in Suid. T. II. p. 92. Zeun. ad Xenophont. Cyrop. p. 392. 419. 469. inprimisque Valckenar. Adnotat. Crit. in N. F. p. 352. SCHAEF.

* ΠΕΠΛΟΣ, Peplum.

In ἑανὸς absolute posito. Sic Homerus Iliad. Γ. v. 419. ἑανῷ ἀργῆτι Φαεινῷ. et alibi frequenter. Expressit autem vocem πέπλος Iliad. E. v. 734. Πέπλον μὲν κατέχευεν ἑανόν. De hac voce ita Eustathius ad Iliad. Γ. p. 324. l. 28. et Iliad. N. p. 906. l. 10. Ὁ ἑανὸς κυρίως πέπλου — ἐπίθετον. cet. Sunt enim aliae quoque res, quibus τὸ ἑανὸς additum reperitur, e. g. Homer. Iliad. Σ. v. 612. Ἑανοῦ χασσιτέροιο. Ex quo satis apparet, esse hanc vocem tantum ἐπίθετον. SCHWEB. Nihil eiusmodi subaudiendum, si vera est ratio eorum, qui substantivum ἑανὸς, peplum, velum, ab adiectivo ἑανὸς ipsa origine differre docent. Vid. Clarkium et Heynium ad Homer. Il. III. v. 385. coll. Gesner. Ind. in Orpheum v. ἑανῷ. SCHAEF.

* ΠΕΡΑΣ, Terminus, Finis.

Actor. I. 8. Καὶ ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς. coll. c. XIII. 47. Herodotus L. III. c. 25. Ὅτι ἐς τὰ ἔσχατα γῆς ἔμελλε ϛρατεύεσθαι. In quibus optime subauditur πέρατα. Sic Onosander in Prooem. p. 6. Ἐπὶ πέρατα γῆς ἐκτεῖναι τὴν σφετέραν ἀρχήν. Possis etiam subaudire μέρη. SCHWEB. Vid. Valckenar. Adnotat. in Adoniaz. Theocr. p. 240. SCHAEF.

ΠΕΡΙΒΟΗΤΟΣ, Celeber.

In locutione ὁ πάνυ, ut Ἡρώδης ὁ πάνυ, ὁ

πάνυ Ἀλέξανδρος, i. e. Magnus ille, vel celeberrimus Herodes, Alexander, deest περιβόητος, vel μέγας. Ex Ellipsios ignoratione hic aliquando lapsi sunt docti Interpretes, quorum alii verterunt ὁ πάνυ: graviter et peracerbe; alii: oppido quam. Vide sis Paulum Leopardum Emendat. L. XVII. c. 16. [Cum περιβόητος plerumque in deteriorem partem accipiatur, (vid. Valckenar. Animadv. ad Ammon. p. 65. et Wesseling. ad Diodor. Sic. T. I. p. 700. Lucianus T. I. p. 480. λέγω δὲ τὸν Κᾶρα, τὸν ἐκ τοῦ τάφου περιβόητον, monumento famosum.) rectius περίβλεπτος s. ἔνδοξος Zeunius subaudit ad Xenophont. Mem. III. c. 5. in. ubi legitur τοῦ πάνυ Περικλέους. Lucianus T. II. p. 213. Ἀπολλωνίῳ τῷ Τυανεῖ τῷ πάνυ. Quamquam si quis nihil prorsus subaudiendum censeat, equidem repugnare vix ausim. Ceterum haec locutio longe rarior est alterâ illâ, inprimis Dionysio Halic. dilectâ, ἐν τοῖς πάνυ, (fere Latinorum in primis). Antiqu. Rom. T. I. p. 49. καὶ ἦν τοῦτο τὸ ἔθνος ἐν τοῖς πάνυ μέγα τε καὶ ἀρχαῖον. p. 167. τό τε γὰρ ὄρος ἐν τοῖς πάνυ ὀχυρόν τε καὶ ὑψηλόν ἐξιν. p. 505. ἱερόν — — ἅγιον ἐν τοῖς πάνυ. Nam verba ἐν τοῖς πάνυ arcte, opinor, iungenda sunt, neque, quod aliis placet, particula seorsum sumenda. Hoc mihi videor recte colligere ex talibus locis. Ibid. p. 542. s. ἐν τοῖς πάνυ Φρονίμοις τῶν συμβούλων ἀριθμούμενος. p. 582. s. ἔμελλε δὲ ἄρα σὺν χρόνῳ καὶ τοῦτο τὸ ἔργον ἐν τοῖς πάνυ καλοῖς καὶ θαυμασοῖς κατασκευάσμασι τῆς πόλεως γενήσεσθαι. Nolim huc referre quae p. 385. leguntur, ἔξι δ' ἐπιχώριος αὕτη Ῥωμαίοις ἐσθὴς ἐν τοῖς πάνυ τιμίοις. Scribendum enim ex libro Vatic. τιμία. (Reiskius ad h. l. „ἐν ταῖς in genere foemin. leg. est, ἐσθῆσι puta.“ Non assentior: nihil enim in talibus ad sensum interest, ἐν τοῖς, quod neutrius est ge-

Digitized by Google

neris, an ἐν ταῖς ponatur. Femininum reperias p. 343. οἴκησις ἐν ταῖς πάνυ ἐπιφανής. p. 396. ἑορτὴν ἐν ταῖς πάνυ τιμίαν.) SCHAEF.]

* ΠΕΡΙΒΟΛΟΣ, Septum.

Potest subaudiri in δρύφακτοι, septa transitum prohibentia. vid. Hesychius, it. Aristophanes Equit. v. 637. 672. LEISN.

ΠΕΡΙΚΕΦΑΛΑΙΑ, Galea.

Κυνέη vel κυνῆ frequenter ab Homero pro galea adhibetur, Iliad. Γ. 316. H. Λ. et alibi. Sed proprie est adiect. Κύνεος, έη, εον, caninus, a, um. Hinc quando pro pelle canina sumitur, subauditur δορὰ, et quando pro galea, subint. περικεφαλαία: ut sit primo galea e pelle canina confecta, deinde quaevis galea per 216
Synecdochen. Bisetus ad haec Comici verba in Lysistr. v. 752. p. 885. Τὴν ἱερὰν κυνῆν.] Κυνῆ γενικῶς πᾶν εἶδος περικεφαλαίας, ἀπὸ ἑνὸς εἴδους τῶν ἐκ κυνείου δέρματος πάλαι γινομένων. i. e. Κυνῆ in genere est quaevis species galeae, ab una specie earum, quae ex pellibus caninis olim conficiebantur. Sic in ταυρείη idem substantivum deest. vid. Hesychium. (h)

* Huc referri possunt etiam Αὐλῶπις et Τρυφάλεια, quae saepius apud Homerum ἐλλιπῶς posita reperiuntur. Sic Iliad. Γ. v. 372.

Ὅς οἱ ὑπ' ἀνθερεῶνος ὀχεὺς τέτατο τρυφαλείης.

E. v. 182. Αὐλώπιδί τε τρυφαλείῃ. sub. περικεφαλαίᾳ. Esse enim tantum epitheta galeae, probat Eustathius ad h. l. p. 407. l. 6. SCHWEB.

(h) Videatur et Aristophanes in Avibus, v. 1203. BERNH.

* Addatur Φοινικὶς, qua in voce itidem περικεφαλαία subaudiendum est. Aristophanes Pace v. 1173. Scholiastes:

Digitized by Google

περικεφαλαία φοινικῷ χρώματι βεβαμμένη. LEISN. Fallitur. Brunckius ad h. l. „φοινικίδ' ὀξεῖαν πάνυ. Bergleras vertit: rubram galeam acutam admodum. Quam concinnum sit hoc et elegans, viderit Burmannus. Ego absurdum esse aio. φοινικὶς nunquam galeam significavit. Vid. Pl. 731. 735. ubi Pluti caput galea non erat involutum. Neque Periclidas Lacon, quum ad aram sederet ὠχρὸς ἐν φοινικίδι, (Lys. 1140.) galeam habebat in capite. φοινικὶς hic, ut in Lysistratae loco, militare sagum, seu chlamydem significat, quae plerumque apud alias gentes, apud Lacedaemonios semper, punicea erat. ὀξεῖαν autem neutiquam significat acutam. Ad colorem refertur, vividumque, saturum et intentiorem notat. Vide Salmasium ad Hist. Aug. p. 398." SCHAEF.

* ΠΕΡΙΟΔΟΣ.

„Herodo. 4, 25. οἳ τὴν ἑξάμηνον καθεύδουσι. Id. 2, 124. τὴν τρίμηνον ἑκάζην." Fischer. ad Weller. III. 1. p. 261. Reperitur etiam masculino genere, ubi subaudias χρόνος. Xenophon Histor. Gr. II, 3, 9. τελευτῶντος τοῦ θέρους, ἐς ὃ ὁ ἑξάμηνος καὶ ὀκτὼ καὶ εἴκοσιν ἔτη τῷ πολέμῳ ἐτελεύτα. Vid. Schneider. ad h. l. et conf. Dionys. Hal. Ant. Rom. T. II. p. 1014. 1016. SCHAEF.

* ΠΕΡΙΣΤΕΡΑ, vel ΠΕΛΕΙΑΣ, Columba.

In τρήρων, timidus, ἀπὸ τοῦ τρεῖν, quando absolute occurrit, uti apud Hesychium. Plene ubique fere habet Homerus, e. g. Iliad. X. v. 140. Μετὰ τρήρωνα πέλειαν. Odyss. M. v. 162. Πέλειαι τρήρωνες. SCHWEB. Solam posuit illam vocem Myro III. v. 3. τὸν μὲν ἄρα τρήρωνες ὑπὸ ζαθέῳ τρέφον ἄντρῳ. Item Lycophron v. 423. ὅτ' εἰς νόθον τρήρωνος ηὐνάσθη λέχος. SCHAEF.

* ΠΕΡΣΕΦΟΝΗ, Proserpina.

In illis Theocriti Idyll. XV. 14. Ναὶ τὰν πότναν. et v. 94. Μὴ φυῇ, μελιτῶδες. Per hanc enim Proserpinam Syracusanae potissimum mulieres iurare solebant; eo quod Iupiter isti Siciliam donasse

Digitized by Google

fertur, ut tradit Scholiastes Graecus. SCHWEB. Vide Valckenarium ad posteriorem versum p. 386. A. Ceterum non tam subaudienda est vox Περσεφόνη, ut *κατ' ἔλλειψιν* neglecta, quam nomina illa de Proserpina intelligenda: quod paullo secus est. SCHAEF.

* ΠΕΤΡΑ, Lapis, Saxum.

Subest in *ὕφαλος* apud Chrysostomum Orat. *ὅτι τὸν ἑαυτ. μὴ κ. τ. λ.* p. 106: *Εἰς βασιλικὴν οἰκίαν, ὡς εἰς σκόπελόν τινα, καὶ κρημνὸν, καὶ πέλαγος ὑφάλων γέμον καὶ σπιλάδων.* ut in mare saxis occultis et scopulis plenum. "Υφαλοι autem *πέτραι* sunt saxa illa sub marina aqua latentia. BERNH. Ellipticam locutionem fuerunt qui plenae praeferrent. Vid. Thomas Mag. p. 805. Ellipticam, ut videtur, explicat Etymol. M. c. 785, 43. "Υφαλοι, *αἱ ὑπὸ θάλασσαν κεκρυμμέναι πέτραι.* Ceterum, ut Chrysostomus, *ὑφάλους πέτρας* et *σπιλάδας* iungit Lucillius CXXII. *Φασὶ δὲ καὶ νήεσσιν ἁλιπλανέεσσι χερείους Τὰς ὑφάλους πέτρας τῶν Φανερῶν σπιλάδων.* SCHAEF.

* ΠΙΝΑΚΙΔΙΟΝ, Libellus.

Potest subintelligi in *ἐγχειρίδιον*. vid. quae notata sunt sub voce *Βίβλος*. LEISN.

* ΠΙΣΤΙΣ, Fides.

In *εὐαγγελίζομαι*, cum in sacris litteris novi foederis absolute occurrit. Sic 1. Corinth. IX. 16. *Ἐὰν γὰρ εὐαγγελίζωμαι.* Plena locutione est Galat. I. 23. *Νῦν εὐαγγελίζεται τὴν πίστιν.* ubi quidem *πίστις* significat doctrinam fidei de Christo, beneficiisque eiusdem merito nobis adquisitis. Unde interdum pro allata voce ipsum Evangelii obiectum, nimirum *Χριστὸς* additum reperitur. E. g. Actor. V. 42. *Εὐαγγελιζόμενοι Ἰησοῦν τὸν Χριστόν.* Interdum effectus aliquis

eiusdem salutaris. Actor. X. 36. *Εὐαγγελιζόμενος εἰρήνην διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ.* SCHWEB.

* ΠΛΑΚΟΥΝΤΑΡΙΟΝ, Placenta.

Aristophanes Equit. 103. *λείχειν ἐπίπασα.* supple *πλακουντάρια.* i. e. ligurire placentas
217 sale adspersas. vid. Scholiastes. **Πλακοῦς** etiam deest in *ναξὸς* apud Aristophanem Plut. v. 1143. ubi Bisetus ex Suida: *Ναξὸς, πλακοῦς.* Et in *γαμήλιος.* Hesychius: *Γαμήλιος, ὁ εἰς τοὺς γάμους πεσσόμενος πλακοῦς.* LEISN.

* Item in *ἄμυλος* apud Theocritum Idyll. IX. 20. *Ἀμύλοιο παρόντος.* Aristophan. Pac. v. 1194. *Ἐπείσφερε τὰς ἀμύλους.* Schol. Gr. *Ἄμυλοι, πλακοῦντές τινες.* v. Casaubon. ad Athen. L. XIV. c. 17. et Alberti ad Hesych. in v. *ἄμυλος.* SCHWEB. In Aristophanis loco cum *ἄμυλος* feminini generis sit, H. Stephanus subaudit *μάζα* Ind. Thes. c. 393. C. SCHAEF.

* ΠΛΑΣΜΑ, Simulacrum.

Vox *ἴκελον* apud Hesiodum *Ἔργ.* v. 71. potest per *πλάσμα*, aut *ποίημα*, aut *εἴδωλον*, aut simile suppleri. vid. supra *εἴδωλον.* LEISN.

* ΠΛΕΙΩΝ, vel ΠΛΕΟΝ.

Πλείων, vel *πλέον*, subauditur in Marci cap. VIII, v. 14. MICH.

* ΠΛΕΥΡΑ, Latus.

In scholis Mathematicorum interdum v. *πλευρὰ* l. *γραμμὴ* subaudiendum relinquitur. Sic Apollodorus apud Athenaeum L. X. *ἡ τὴν ὀρθὴν γωνίαν ὑποτείνουσα.* SCHWEB. Integrum locum videamus: *Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ Ἀριθμητικὸς, καὶ θῦσαι, φησὶν, αὐτὸν ἑκατόμβην, ἐπὶ τῷ εὑρηκέναι ὅτι τριγώνου ὀρθογωνίου ἡ τὴν ὀρθὴν γωνίαν ὑποτείνουσα ἴσον δύναται ταῖς περιεχούσαις.*

Digitized

T. IV. p. 30. De quo loco Iacobsius ad Anthol. III. 2. p. 151. „Apollodorum mathematicum Pythagorae theorema tam imperite exposuisse, non est credibile; Athenaei haec culpa est, melioris grammatici quam mathematici.“ Durum effatum, quod quomodo tueatur, ipse videat. Linea *ἴσον δύναται* alii lineae, est, ambarum *δυνάμεις* (quadrata) aequales sunt. Probe hoc intellexit *οὐκ ἀγεωμέτρητος* Interpres Plutarchi Mor. T. V. p. 469. Porphyrius de Vita Pythag. p. 39. ed. Kust. *ἐξευρὼν τοῦ ὀρθογωνίου τὴν ὑποτείνουσαν ἴσον δυναμένην ταῖς περιεχούσαις.* Plene Diogenes Laërt. VIII. 12. *εὑρόντα, ὅτι τοῦ ὀρθογωνίου τριγώνου ἡ ὑποτείνουσα πλευρὰ ἴσον δύναται ταῖς περιεχούσαις.* SCHAEF.

ΠΛΗΓΗ, Plaga, Vulnus.

Elegans admodum, et optimis Auctoribus usitatus est *ἐλλειπτικὸς* ille *λόγος*, in quo reticetur *πληγή*. Ex. gr. *τιτρώσκειν καιρίᾳ*, lethali (vulnere) sauciare. *Καιρίαν λαβεῖν, πληγῆναι, τύπτεσθαι.* Aristophanes Nub. v. 968. Lethale (vulnus) accipere etc. *Δέρεσθαι, ἐπιτρίβεσθαι πολλάς.* vid. Aristoph. Nub. v. 968. *ὀλίγας.* multis, paucis caedi (verberibus.) Aelianus Var. Hist. XII, 3. *Ἐτρώθη καιρίαν*, sc. *πληγήν*: Lethale acceperat (vulnus). Parthenius Eroticis XXIV: *Ὁ δὲ παῖς — παίει καιρίαν τὸν Ἱππαρῖνον*: Puer — infligit Hipparino (vulnus) lethale. ubi *καιρίαν* pro *κατὰ καιρίαν πληγήν.* Herodotus in Thalia: *Ὡς οἱ καιρίῃ ἔδοξε τετύφθαι, εἴρετο ὁ Καμβύσης*: quum lethale (vulnus) sibi visus esset accepisse, percontatus est Cambyses. Pessime ibi Valla: Tan- 218
quam opportuna ad feriendum, ut sibi videbatur. Non animadvertit, *καιρίῃ* dici *ἐλλειπτικῶς* pro *καιρίῃ πληγῇ*. 2 Cor. XI, 24: *Ὑπὸ*

Ἰουδαίων πεντάκις τεσσαράκοντα παρὰ μίαν ἔλαβον: a Iudaeis quinquies quadragenas una minus accepi. Lucas Evang. XII, 47. et 48: Ἐκεῖνος ὁ δοῦλος ὁ γνοὺς τὸ θέλημα — — καὶ μὴ ἑτοιμάσας, μηδὲ ποιήσας πρὸς τὸ θέλημα αὐτοῦ, δαρήσεται πολλάς. Ὁ δὲ μὴ γνοὺς, ποιήσας δὲ ἄξια πληγῶν, δαρήσεται ὀλίγας. i. e. κατὰ πολλὰς, ὀλίγας πληγάς. Aristophanes Vespis v. 1277: Καί με κακίσαις ἔκνισε, sc. πληγαῖς. Xenophon de Expedit. Cyri l. V: Ὀλίγας παίειν, paucis caedere. Aristophanes Nubibus: Τυπτόμενος πολλὰς, suppl. πληγάς. Achilles Tatius VIII, 461: Παίει με κατὰ τῶν προσώπων μάλα βιαίως, καὶ ἐπάγει δευτέραν, sc. πληγήν. Graecismum hunc imitatus etiam est Terentius Heautont. Act. II. Sc. 4. Diu etiam duras dabit, sc. plagas. Ab aliis passim exprimitur, ut Aeschylus in Agamemn. p. 216:

Ἐπεύχομαι δὲ καιρίας πληγῆς τυχεῖν.

et 218:

Ὤ μοι πέπληγμαι καιρίαν πληγὴν ἔσω.

Philostratus in Vita Apoll. VIII, 35: τὸ ξίφος — διῆκε τοῦ μηροῦ, πρὸς μὲν τὸν αὐτίκα θάνατον οὐ καιρίαν, gladium per femur adegit vulnere quidem confestim non lethali, vel non quidem ad subitam mortem opportuno. Herodianus L. I, 15. 16: — — φθάνων
219 τε αὐτῶν τὸν δρόμον καὶ πληγαῖς καιρίοις ἀναιρῶν: — — ac praeventa fuga certissimis ictibus prosternebat. Iterum L. IV, 13. 13: Καιρίου δὲ πληγῆς ἐπὶ τῆς κατακλεῖδος γενομένης: lethali vulnere in ipsa iunctura accepto. Dionysius Halicarnasseus L. III. p. 156: Μίαν ἔτι πληγὴν καίριον ἐξενέγκας: uno adhuc lethali vulnere illato. Et pluries ead. pag. (s)

* Commode supplet cel. Abresch. Dilucid. aliquot locorum ex Thucyd. L. I. p. 1. (*) in illo Lu-

Digitized by Google

ciani Tim. c. 40. σκάπτε, ὦ Τίμων, βαθείας (πληγὰς) καταφέρων. Plutarchus de fort. Alex. M. II. extr. πληγὴν κατήνεγκεν. F. ST. Aliter Hemsterhusius Lucianea interpretatur p. 152. SCHAEF.

* „Herodo. 3, 64. ὡς οἱ καιρίῃ ἔδοξε τετύφθαι· sed Xen. Cyrop. 5, 4, 3. καὶ καιρίας μὲν πληγῆς ἁμαρτάνει· Aeschyl. Agam. 1394. S. πεπτωκότι τρίτην ἐπενδίδωμι." Fischer. ad Weller. III. 1. p. 261. Sophocles Electr. v. 1415. παῖσον, εἰ σθένεις, διπλῆν. Xenophon Anab. V, 8, 12. Τοῦτόν μὲν ἀνέκραγον πάντες ὡς ὀλίγας παίσειεν. Diodorus Sic. Eclog. T. II. p. 536, 95. τρωθεὶς δ' εἰς ἀμφότερα τὰ γόνατα, καὶ τρίτην λαβὼν, κ. τ. λ. Add. Thomas Mag. p. 359. et not. SCHAEF.

(s) Adde, quod apud Thucydidis Scholiasten II, 39. desit etiam in verbo ἐμφέρειν. vid. Stephanum in Append. ad scripta de Dial. Attic. p. 12. Item in verbo προσεντείνειν apud Plutarchum in Apophth. Lacon. Παῖς δὲ ὑπό τινος κολασθεὶς, εἰ τῷ πατρὶ ἐξήγγειλεν, αἰσχρὸν ἦν τῷ πατρὶ, μὴ προσεντεῖναι ἀκούσαντα πάλιν ἑτέρας. alteras totidem plagas infligere. LEISN.

(*) Dilucidationes illae, perpaucis visae, prodromus maioris illius celebratissimique operis, anno 1752. prodierunt constantque una plagula sive paginis 16. Conf. Epistol. Viror. Doct. ad Reiskium script. p. 457. 796. Quae inde Stoschius excitavit, auctiora legas in maiore opere p. 3. s. SCHAEF.

ΠΛΗΘΟΣ, Multitudo.

Plerumque dicunt Graeci τὸ πεζικὸν, ἱππικὸν, ναυτικὸν, ξενικὸν, (t) Ἑλληνικὸν, Περσικὸν etc. subaudiendum lectoribus relinquentes substantivum πλῆθος, vel στράτευμα. [it. στρατόπεδον. Plene Diodorus Sic. XIV. c. 44. τὸ ξενικὸν στρατόπεδον. SCHAEF.] Xenophon Κύρ. Παιδ. I, 33: Ἱππικὸν δέ σοι, ὅπερ κράτιστον τὸ Μήδων, σύμμαχον ἔσαι: Equestres autem (copiae,) quae Medorum praestantissimae sunt, auxilio tibi erunt. [Editiones recte sic interpungunt:

Digitized by Google

ἱππικὸν δέ σοι, ὅπερ κράτιστον, τὸ Μήδων σύμμαχον ἔσαι. Interpretatur Leunclavius: Equitatus autem Medici, qui praestantissimus est, auxilia tecum habebis. SCHAEF.] Dio Cassius L. XXXVII. p. 33: Τῷ μὲν Μιθριδάτῃ τὸ ναυτικὸν ἐφορμεῖν ἐκέλευσε, (suppl. πλῆθος:) Mithridatem autem iussit navales (copias) in stationibus observare. Maximus
220 Tyrius Diss. XXX. pag. 303: — τότε τοὺς ἰοὺς ἀφίησιν εἰς τὸ Ἑλληνικόν: tum sagittas in (exercitum) Graecorum mittit. Aristoph. Pluto v. 173. p. 18: Τὸ δ' ἐν Κορίνθῳ ξενικὸν οὐχ οὗτος τρέφει; nonne hic ad Corinthum conductitium alit (exercitum)? (u) Στρατιωτικὸν πλῆθος integre dixit Dio Cassius XLI. p. 180. et Herodianus I, 4. 19.

* Hisce addere licet τὸ θητικὸν, ἰατρικὸν, ἐμπορικὸν, καπηλικὸν, μάχιμον. Arrian. Tact. p. 6. Τὸ συμμαχικόν. Paeanius L. III. c. 5. Sic etiam in τὸ συμμαχικὸν, Πελατικὸν, ὁπλιτικὸν, δορυφορικὸν, δημοτικὸν, στρατιωτικόν. Plene habet Dionysius Hal. L. VII. p. 465. Τὸ δημοτικὸν πλῆθος. Onosander c. XLII. p. 130. Στρατιωτικοῦ πλήθους ἄριστος ἡγεμών. SCHWEB. Τὸ βάρβαρον. vid. Dorvill. ad Chariton. p. 441. SCHAEF.

(t) Ἀγροικικὸν, rustici. Paeanius IX, 13. 4. SCHOETTG.

(u) Idem abesse puto in τὸ ὑπήκοον, quod Herodianus habet L. I. c. 3. Φιλεῖ γάρ πως ἀεὶ τὸ ὑπήκοον ζήλῳ τῆς τοῦ ἄρχοντος γνώμης βιοῦν, solent enim cives aemulatione imperantis vitam instituere. BERNH.

* Conf. quoque ἔθνος. Sic τὸ ὑπήκοον ἅπαν, universa multitudo subdita. Paeanius L. VII. c. 13. MICH.

* ΠΛΗΡΗΣ, Plenus.

Potest haec vox commode subaudiri in quibusdam Nominibus cum Genitivo iunctis. E. g. Ἀνὴρ

μεγάλης ἀρετῆς, σοφίας, δεισιδαιμονίας. Plene occurrit frequenter in sacris litteris, e. g. Actor. XIII. 10. Luc. IV. 1. V. 12. Sic Theocritus Id. I. v. 146. *Στόμα πλῆρες μέλιτος.* SCHWEB. Longus p. 3. Vill. *γήλοφοι κλημάτων, νομαὶ ποιμνίων.* Interpres: palmitibus colliculi, pascua gregibus abundabant. ubi v. Villoisoni animadv. p. 12. s. it. p. 14. 215. s. quaeque ego ad eundem congessi p. 386. SCHAEF.

ΠΛΟΙΟΝ, Navis.

Phrases sunt nauticae, *ἐπιτρέπειν πνεύματι, ἐπιδιδόναι* et *ἐνδοῦναι*, in quibus supprimitur *πλοῖον*, vel potius *πλοῖον* cum *ἀνέμῳ*. [Simplicius pronomen reciprocum subaudias. SCHAEF.] Ex. gr. Heliodorus Aethiopicorum L. I, 3: *Τοῦ κυβερνήτου ἐνδόντος*, sc. *πλοῖον τῷ ἀνέμῳ*: quum gubernator dedisset (navigium vento). Lucas in Actis Apost. c. XXVII. v. 15: — *ἐπιδόντες ἐφερόμεθα*: data (nave flatibus) ferebamur. Lucianus *ἐπιτρέπειν τῷ πνεύματι* dixit Var. Hist. I. p. 943. *Πλοῖα* in *τὰ ὑπηρετικὰ*, i. e. naves actuariae. Plutarchus in Lysandro 438: *πέμπων δὲ ὑπηρετικὰ παρὰ τὰς πρώτας τῶν νεῶν.* [Diodorus Sicul. XIV. c. 60. *διέφθειραν μὲν ναῦς πλείους τῶν ἑκατὸν, τὰ δ' ὑπηρετικὰ παρὰ τὸν αἰγιαλὸν καταξήσαντες*, κ. τ. λ. L. XX. c. 49. extr. plene *τῶν ὑπηρετικῶν πλοίων συνεπομένων.* Sed ibid. c. 82. propter oppositionem malim quod olim legebatur, *εἶχε δὲ ναῦς μακρὰς μὲν παντοίας μεγέθει διακοσίας, ὑπηρετικὰς δὲ πλείω τῶν ἑκατὸν ἑβδομήκοντα.* Neve quem turbet *σολοικοφανὲς* illud *πλείω*, sciat id in Diodori libris frequentissimum esse, hîc atque illic ex Codicibus revocandum, ut XII. c. 46. SCHAEF.]

* Item in *ἐπιβαίνειν* absolute posito. Lucianus T. I. p. 629. *Ἐπίβαινε σύ*, ubi Schol. Graec. *τουτ-*

Digitized by Google

ἐξιν ἄνελθε εἰς τὸ πλοῖον. et paullo ante p. 628. *Ἀλλ' ἔμβαινε ἀγαθῇ τύχῃ.* Expressa est ellipsis Actor. XXVII. 2. *Ἐπιβάντες δὲ πλοίῳ.* et v. 40. *Εἴων εἰς τὴν θάλασσαν*, sub. *τὸ πλοῖον ἰέναι.* In *μονόξυλα.* Polybius T. I. p. 271. et 272. In *ἄφρακτον.* Idem T. II. p. 1449. SCHWEB. Diodorus Sic. XVII. c. 95. extr. *διακοσίων μὲν ἀφράκτων ἡτοιμασμένων, ὀκτακοσίων δὲ ὑπηρετικῶν.* L. XX. c. 55. extr. *ἄφρακτα καὶ πεντηκοντόρους ναυπηγησάμενος.* c. 97. *οὗτοι δ' εἶχον ἄφρακτα τρία.* Opponuntur *ναῦς κατάφρακτοι.* Idem XIII. c. 109. *ναῦς δὲ καταφράκτους πεντήκοντα.* Ambo genera iunguntur in Eclog. T. II. p. 496, 76. *αἱ δὲ ναῦς, ἃς παρέλαβεν ἐν ταῖς Συρακούσαις, κατάφρακτοι ἑκατὸν εἴκοσι, καὶ ἄφρακτοι εἴκοσι.* SCHAEF.

* „Polyb. 3, 43. *τὰ μονόξυλα*· sed ib. c. 42. dixit *μονόξυλα πλοῖα.*" Fischer. ad Weller. III. 1. p. 261. Aeschines p. 294. Reisk. *ἐν μονοξύλῳ πλοίῳ.* Lucianus T. II. p. 123. *εἰς ναῦν μονόξυλον. Ἀτοπώτερον* Lemma Epigramm. XXVII. Antiphili Byzant. in Cod. Vat. *εἰς μονόξυλα ἐκ δέρματος κατεσκευασμένα.* Add. Albert. ad Hesych. T. II. c. 618. 22. et Wesseling. ad Diodor. Sic. T. I. p. 131, 40. SCHAEF.

* ΠΛΟΥΤΟΣ, Divitiae, Opes.

Ellipsis haec occurrit apud Herodianum L. I. c. 6. §. 8. *Δύναμιν καὶ περιβολὴν συγκροτήσας.* Plena oratio est L. I. c. 2. §. 3. *οὐδὲ τοὺς πλούτου περιβολαῖς λαμπρούς.* SCHWEB. Non opus est hac ratione, si *περιβολὴ* in universum de re, qua quis instruitur (quam quis *περιβάλλεται*) s. de copia intelligas. Quamquam fere additur genitivus rei, cuius copia suppetit. Xenophon Ephes. p. 50. *περιβολὴ χρημάτων οὐκ ὀλίγη.* p. 104. *ἄλλην σκευῶν περιβολήν.* Vid. Locella p. 209. SCHAEF.

Digitized by

ΠΝΕΥΜΑ, Spiritus. 221

Vocabulum *δαιμόνιον* esse natura sua adiectivum, ex multis exemplis colligi potest. Passim enim legitur *δαιμόνιον γένος*, *δαιμόνιον πάθος*, *δαιμονία τύχη* etc. Saepe in Novo Testamento *δαιμόνιον* occurrit, ut intelligatur *πνεῦμα*. [In Novo Testamento ad *δαιμόνιον* subaudiri *πνεῦμα* nihil impedio: neque intercedo, si, quod aliis placet, *δαιμόνιον* habeas pro forma deminutiva nominis *δαίμων*. Alia ratio Graecorum scriptorum. Hi neutrum genus adiectivi illius sic usurpant, ut substantivi vim et potestatem induat. Vid. exquisita nota Lennepii ad Phalar. p. 338. sq. SCHAEF.] *Δαιμόνιον πνεῦμα*, licet alio sensu, dixit Longinus Sect. XXXIII. pag. 184: *τοῦ δαιμονίου πνεύματος ὁρμῇ, ἣν ὑπὸ νόμον τάξαι δύσκολον*, divini spiritus impetu, quem legi subiicere difficile est. (v)

* Huc referunt quidam *τὰ Χερουβείμ*, quando nimirum angeli iis significantur, uti Genes. III. 24. coll. epist. ad Ebr. c. IX. 5. In *ἐκπνεῖν*, exhalare animam. Chariton L. I. c. 1. p. 3. *Καὶ ὀλίγου δεῖν δὲ ἐξέπνευσεν.* Sic apud Homerum Iliad. T. v. 314. *ἀδινῶς ἀνενείκατο*, Eustathius et Schol. Gr. minora subaudiri volunt *πνεῦμα*. SCHWEB.

(v) Sic et in *βόρειον*, quando de anni tempore adhibetur, subintelligitur *πνεῦμα*, ventus, ita ut causa ponatur pro effectu. Hippocrates aphor. 3, 5: *Ἢν δὲ βόρειον ᾖ*. scil. *πνεῦμα*. Si vero aquilonare fuerit anni tempus. SCHOETTG.

* Item post *ἐκπνέω*, Marci c. XV, 37. et *ἐκψύχειν*, Actor. V, 5. Sic Lucas in evangel. cap. XXI, 26: *ἀποψυχόντων ἀνθρώπων*. MICH.

ΠΝΟΗ, Flatus.

Dicunt Graeci: *ἐξ οὐρίας πλεῖν*, secundo navigare, subaudientes *πνοῆς*, flatu; et *οὐρίᾳ θεῖν*, sc. *πνοῇ*, secundo currere (vento). Sic

Digitized by Google

Aristophanes et alii. Themist. Orat. IV. p. 105: *καὶ τὰ πνεύματα ἐξ οὐρίας.* [Haec sic explere, *τὰ πνεύματα ἐξ οὐρίας πνοῆς*, vereor ne sinisteritas videatur. Omnino displicet Bosii interpretatio; mallemque Glossatorem Labbaeanum sequi, cui *οὐρία* substantivum est, (*Οὐρία, ἐπὶ πλοῦ*, Prosperitas venti. p. 138. a.) nisi probabilior etiam ratio in promtu esset. *Ἐξ οὐρίας* enim et *ἐξ οὐρίων* locutiones opinor esse adverbiales, quales sunt *ἐξ ἴσης* et *ἐξ ἴσων*, ponique pro adverbio *οὐρίως* seu pro neutro adverbiali *οὔρια.* SCHAEF.]

* Sic Homerus Odyss. H. v. 119.

Ζεφυρίη πνείουσα, τὰ μὲν φύει, ἄλλα δὲ πέσσει.

ubi Schol. Gr. *Ἡ τοῦ Ζεφύρου πνοή.* Item in *τροπαῖαι*, reciproci flatus, e mari in terram revertentes, s. *πνοαί*: contra in *τροπαῖοι* subauditur *ἄνεμοι.* Plene etiam *οὔριον πνεῦμα* est apud Sextum Empiricum L. IX. p. 555. *Ναῦν οὐρίῳ διωκομένην πνεύματι.* Xenophon Ephes. L. I. p. 14. *οὐρίῳ χρησάμενοι πνεύματι.* SCHWEB.

* ΠΟΘΟΣ, Desiderium.

Aristophanes Pace 989: — *οἵ σου τρυχόμεθ'*
222 *ἤδη τρία καὶ δέκ' ἔτη.* Nos tui (desiderium) torsit iam tres atque decem annos. *σοῦ*, subaudi *πόθῳ.* [Sic Palmerius. Melius Dorvillius ad Chariton. p. 414. *τρύχεσθαι* illud cum aliis verbis componit genitivum similiter regentibus, ad quae nihil, opinor, subaudiendum. SCHAEF.] Plene dixit Lysistr. 888. *ἐπιτρίβεσθαι πόθῳ.* LEISN.

* Item in *ζέγειν* absolute posito. 1. ad Thessal. c. III. 1. et 5. *Διὸ μηκέτι ζέγοντες.* s. *τὸν πόθον.* SCHWEB.

ΠΟΙΗΜΑ, Poëma.

In *τὸ ἐπιτάφιον*, quando carmen funebre notat, et in *ἐπιθαλάμιον*, (carmen) nuptiale, et

Digitized by Google

similibus, supple *ποίημα*. Et in *κύκλια* supple *ποιήματα*. Aristophanes Avib. 919.

* ΠΟΙΗΣΑΣ.

Etymol. M. c. 74, 8. *Ἀπολλώνιος δὲ ὁ τὰ Ἀργοναυτικά*. Egregium Scholion ad Euripid. Hecub. v. 908. Pors. evulgatum a Scaligero de Emend. Temp. p. 378. A. (coll. Casaub. ad Dionys. Halic. Ant. Rom. T. I. p. 159.) *ὁ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα*. Offensus, ut videtur, hac ellipsi Fabricius Bibl. Gr. T. I. p. 280. dedit *ὁ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα γράψας*. Non laudo. — Euripides Phoen. v. 361. *ὅλοιτο τάδ', εἴτε σίδαρος, Εἴτ' ἔρις, εἴτε πατὴρ ὁ σὸς αἴτιος*. Porsonus: „*ὅλοιθ' ὁ τάδ'* Valckenarius, ut *δράσας*, aut aliquid simile subaudiatur; et ita edidit Brunckius." Vulgatam lectionem aliquis sic defendat, ut *τάδε* ad *αἴτιος* referat. Xenophon Anab. VII, 1, 25. *τὴν πόλιν τὴν οὐδὲν αἰτίαν*. Vid. Reitz. ad Lucian. T. II. p. 34. SCHAEF.

ΠΟΙΗΣΙΣ, Poësis.

Supple hanc vocem in *Τραγική*, Tragica: *Κωμική*, Comica etc. [Stephanus Byzant. v. *Ἀνθεμοῦς*· — *Ἀπολλώνιος — ἐν τῇ Ἀργοναυτικῇ —*. SCHAEF.]

ΠΟΙΗΤΗΣ, Poëta.

In *Τραγικὸς*, Tragicus: *Κωμικὸς*, Comicus, et similibus. (x)

* Ellipsis haec cum in aliis multis, tum in primis in circumlocutionibus, quibus certi Poëtae designantur, reperitur. Sic dicitur *ὁ Περιηγητὴς*, Dionysius, cuius Poëma inscribitur *Περιήγησις τῆς οἰκουμένης*. *Ὁ Βουκόλος*, Theocritus. *Οἱ Μελοποιοὶ*, Lyrici Poëtae. Dionys. Hal. L. I. *Εὔπολις, ὁ τῆς ἀρχαίας*, s. *κωμῳδίας ποιητής*. Cicero ad Attic. L. VI. ep. 1. Plene Dionysius Longin. c. XXXIII. §. 6. *Ἀπολλώνιος, ὁ τῶν Ἀργο-*

Digitized by Google

ναυτικῶν ποιητής. Apollonius. Ὁ Βοιώτιος ποιητής, Hesiodus. v. Themistius Orat. XII. p. 170. B. Ὁ Τήϊος ποιητὴς Ἀνακρέων. Maximus Tyr. Dissert. XXVI. p. 309. Ὁ Ἰμεραῖος ποιητής. Stesichorus. Idem Dissert. XXVII. p. 321. SCHWEB.

(x) In κύκλιοι. Epigramma vetus:

Τοὺς κυκλίους τούτους τοὺς αὐτὰρ ἔπειτα λέγοντας
Μισῶ λωποδύτας ἀλλοτρίων ἐπέων.

LEISN.

ΠΟΙΝΗ, Poena.

Nonnunquam reperies absolute dictum ἀποτίνειν, pro ἀποτίνειν ποινήν, pendere (poenas). Homerus Iliad. I:

— — — ἵνα βλαφθεὶς ἀποτίσῃ.
— — ut damno accepto (poenas) luat.

223 Ubi Eustathius: Ἐλλειπτικῶς εἴρηται, ἵνα δηλοῖ τὸ ἀποδώσῃ ποινήν: h. e. elliptice dictum est, ut significet, pendat poenas. Sic τετραπλασίαν τίνειν, sc. ποινήν, Plato L. XI. de Legibus, i. e. quadrupli poenam solvere. et ὁμοίην ἀποδιδόναι. Herodotus L. IX. c. 78: τῷ σὺ τὴν ὁμοίην ἀποδιδοὺς, ἔπαινον ἔξεις etc. [In loco hoc Herodoti Fischerus ad Weller. III. 1. p. 255. subaudit δίκην, additque alium eiusdem scriptoris locum, L. VI. c. 21. SCHAEF.]

* Plene habet Homerus Iliad. Γ. v. 286. Τιμὴν ἀποτινέμεν. ubi Eustathius τιμὴν explicat per τιμωρίαν. coll. Iliad. Ψ. v. 487. SCHWEB.

* ΠΟΛΕΜΟΣ, Bellum. (y)

Ἐμφύλιος. Paeanius V, 6. 4. coll. 5. [In posteriore loco legitur ὁ ἐμφύλιος πόλεμος: in priore τῶν ἐμφυλίων κεκρατηκώς. ubi τῶν ἐμφυλίων non de bellis, sed de hominibus intelligo. Οἱ ἐμφύλιοι sunt cives. Scholiastes ad Apollon. Rhod. III. v. 62. πρῶτος γὰρ ἐμφύλιον ἄνδρα ἀπέκτεινεν. respiciens, opinor, Odyss. XV. v. 272. ἄνδρα καταχτὰς ἔμφυλον. SCHAEF.] Ἐν τοῖς

Περσικοῖς. Aelianus Var. Hist. XII, 10. (7.) SCHOETTG. Aeliani Interpres: in Persicis bellis. quod Schoettgenium in fraudem induxit. τοῖς Περσικοῖς enim generis est neutrius, subaudiasque ad h.v., si quid subaudiendum, ἔργοις. Strabo T. III. p. 30. μετὰ τὰ Περσικά. Scholion ineditum in Aristidem, quo utitur Valckenarius ad Herodot. p. 662, 67. ἐν τοῖς Περσικοῖς. Sic τὰ ἡρωϊκά. Athenaeus T. I. p. 70. πρεσβεύει γὰρ τοῖς χρόνοις τὰ ἡρωϊκά. (Conf. Pausan. V. c. 6. τὰ παλαιότερα ἔτι καὶ τὰ ἐπὶ τῶν ἡρώων.) Τὰ Ἰνδικά. Philostratus Her. p. 240. Boiss. καὶ πρὸς τοῖς Ἰνδικοῖς Ἀλέξανδρος ἦν. quod minus accurate verterunt. Τὰ Λευκτρικά. Diodor. Sic. XV. c. 76. ἀπὸ τῶν Λευκτρικῶν. Τὰ Μηδικά. Herodotus IX. c. 64. extr. μετὰ τὰ Μηδικά. Sic etiam Aristoteles Polit. V. c. 4. p. 309. ed. Conr. Idem ibid. p. 311. ἐν τοῖς Μηδικοῖς. Τὰ Πελοποννησιακά. Scholiastes Venetus ad Homer. Il. VII. v. 185. ἐπὶ τῶν Πελοποννησιακῶν. Τὰ Πλαταιϊκά. Herodotus VIII. c. 126. ἐκ — τῶν Πλαταιϊκῶν. L. IX. c. 38. in. τῶν Πλαταιϊκῶν. Plutarchus Mor. T. IV. p. 490. ἐν τοῖς Πλαταιϊκοῖς. Τὰ Τρωϊκά. Herodotus VII. c. 171. τρίτῃ δὲ γενεῇ μετὰ Μίνω τελευτήσαντα γενέσθαι τὰ Τρωϊκά. Strabo p. 859. B. ed. Alm. μετὰ τὰ Τρωϊκά. Τὰ τυραννικά. Aristoteles Polit. V. c. 3. p. 307. μετὰ τὰ τυραννικά. In talibus, quod ante dixi, ἔργα suppleri posse, docent haec Thucydidis I. c. 23. in. Τῶν δὲ πρότερον ἔργων μέγιστον ἐπράχθη τὸ Μηδικόν. Quamquam non desunt exempla, ubi scriptores Graeci, persimili locutionum sensu, aliis substantivis utuntur: quae cum masculini sint generis, ad ellipsin illam, si qua est, explendam noli adhibere. Herodotus IX. c. 27. ἐν τοῖσι Τρωϊκοῖσι (*) πόνοισι. Diodorus Sic. V. c. 53. μετὰ — τοὺς Τρωϊκοὺς χρόνους. c. 83. κατὰ — τοὺς Τρωϊκοὺς χρόνους. Idem XVI. c. 57. τῶν Δελφικῶν καιρῶν. SCHAEF.

Digitized by Google

(y) Πόλεμος, bellum, subauditur in συνάπτειν, conserere, coll. 1 Maccab. XIII, 14. Vide sub μάχη. MICH.

(z) Plutarchus in libro, Ne suaviter quidem vivi posse secundum Epicurum: παπαὶ εἰς τὴν γαςέρα τοῖς ἀνδράσιν ἔοικας ἐναλεῖσθαι, καὶ τὸν περὶ τῶν κρεῶν ἐπάξειν. supple aut πόλεμον, aut κίνδυνον. vid. Kusterum ad Aristophanis Ran. v. 193. Τὸ πόλεμον cum praepositione ἐς etiam deest in ἔξοδος, quum ponitur pro expeditione bellica. Aristophanes Nubib. 579. cuius significationis ignarus Frischlinus male ἔξοδον reddidit comitiorum exitum. Pari significatu occurrit in Pace v. 1181. et τὸ ἐξιέναι, sc. ἐς πόλεμον, in eadem comoedia v. 1182. Lucianus in Parasito supplet per sequentia: ἔξεισι ἐπὶ τὴν παράταξιν, exit in aciem. Thucydides autem per ςρατείας, suppressa
224 praepositione εἰς, L. I. c. 15. Καὶ ἐκδήμους ςρατείας πολὺ ἀπὸ τῆς ἑαυτῶν ἐπ' ἄλλων καταςροφῇ οὐκ ἐξήεσαν οἱ Ἕλληνες. Nam Graeci in regiones a suis finibus valde remotas aliorum subigendorum caussa nullas expeditiones tunc faciebant. Scholiastes: ἐξήεσαν, ἐξιόντες ἐποίουν, ἐποιοῦντο, ut adeo verbum ἐξήεσαν in duo vocabula resolvat, quod opus non est, si ellipsis praepositionis admittatur. Ceterum apud Thucydidem V, 23. verbum καταλύειν, pro bellum deponere, haud dubie elliptice pro καταλύειν πόλεμον positum est. LEISN.

(*) Al. ἡρωϊκοῖσι. Wesselingius: „ἐν τοῖσι Τρωϊκοῖσι πόνοισι non sollicito, tametsi Cicero Nat. Deor. III, 21. Heroicis temporibus, et ἐν τοῖς ἡρωϊκοῖς χρόνοις Diodorus L. XV, 79. Tu vide VII, 20." ubi legas πρὸ τῶν Τρωϊκῶν. Ceterum de confusione nominum ἥρωες et Τρῶες vid. Victor. in Ciceron. Castigat. p. 289. ed. 1552. Bentl. in Callim. Fragm. CCVIII. p. 518. et in epistola ad Davisium scripta, quae Viri Summi Phalaridies accessit in edit. Londin. 1777. p. 443. SCHAEF.

* In καταλυειν ellipsin supplet ipse Thucydides L. V. c. 47. Καταλύειν δὲ μὴ ἐξεῖναι τὸν πόλεμον. Unde etiam κατάλυσις τοῦ πολέμου apud eumdem L. VIII. c. 18. Sic etiam in διαλύειν saepius subauditur πόλεμος, quod plene habet Polybius T. II. p. 1266. Ὅτι δέδοκται διαλύειν αὐτοῖς τὸν πόλεμον. Item in προάγειν, ἐξάγειν: in quibus subauditur τὰς δυνάμεις vel τὸν ςρατὸν εἰς πόλεμον. Onosander c. V. et c. X. s. 9. In συνάπτειν, pro quo plene Leo συνάπτειν τὸν πόλεμον. [Herodotus I. c. 18. ὁ τὸν πόλεμον — συνάψας. SCHAEF.] In ὁρμητήριον, receptaculum, arx belli. Dionysius Hal. L. III. p.

179. Ἵνα μηδὲν αὖθις ὁρμητήριον ἔχοιεν οἱ πολέμιοι. Plena oratione idem L. VI. p. 342. Ὁρμητήριον ἐποιοῦντο τοῦ πολέμου. De Ellipsi v. bellum vid. Miscellan. Obs. Vol. VIII. p. 68. SCHWEB. Ad ὁρμητήριον, ubi solum ponitur, non opus τοῦ πολέμου subaudiri, cum ipse verborum contextus doceat, vocem de bello intelligendam esse: quod item de v. ἔξοδος aliisque paullo ante memoratis tenendum. Ceterum τοῦ πολέμου ὁρμητήριον dixit etiam Zonaras Annal. T. I. p. 390. C. ed. Par. Interpretatus h. v. Herodotus VII. c. 235. ἐκ ταύτης ὦν τῆς νήσου ὁρμεώμενοι, Φοβεόντων τοὺς Λακεδαιμονίους. Similiter Diodorus Sic. IV. c. 31. extr. τὴν πόλιν, ἐξ ἧς ἐποιοῦντο τὴν ὁρμὴν, ἐκπορθήσας. c. 79. extr. ὁρμώμενοι δ' ἐξ ὀχυρᾶς πόλεως κ. τ. λ. ubi paullo ante corrigo μετὰ τὴν τῆς Τροίας ἅλωσιν. SCHAEF.

* ΠΟΛΕΜΙΚΟΣ, Bellicus.

Vox haec saepe suppressa latet in v. πρᾶξις apud Tacticos, quando pro actione bellica, vel proelio ponitur. Onosander c. XXXII. Οἵτινες γὰρ πεπεισμένοι τυγχάνουσιν ἐν ταῖς πράξεσιν. s. πολεμικαῖς. SCHWEB. Vid. quae modo de v. ὁρμητήριον monui. Sic Latini facinora bellica dicunt res gestas: quod quis pro elliptica locutione habebit, quam expleri oporteat subauditâ voce bellicus? Ceterum Onosandri locus a Schwebelio citatus multum vereor ne cum similibus locis corruptus sit, corrigique oporteat παρατάξεσιν. Saepius confusa nomina πρᾶξις et παράταξις. Vid. var. lect. ad Diodor. Sic. I. c. 67. XVI. c. 86. Confusa item verba πράττειν et παρατάττειν. Vid. var. lect. ad Diodor. Sic. XI. c. 14. in. SCHAEF.

* ΠΟΛΕΜΙΣΤΗΡΙΟΣ, Bellicus.

In ὅπλον, quae vox est πολύσημος, quando pro bellicis armis ponitur, subauditur πολεμιστήριον, quod interdum scriptores exprimere solent. Sic Dionysius Hal. L. I. p. 17. Ὅπλων τῶν πολεμιστηρίων κόσμος. SCHWEB.

* ΠΟΛΕΜΟΤΣΑ, Bellans.

In Δύναμις, quando pro exercitu a Tacticis

ponitur, quod est longe frequentissimum. Plenam orationem habet Onosander c. IV. *Τὴν δύναμιν ἐξάγειν πολεμοῦσαν.* Sic etiam Latinis Vis idem interdum est, quod multitudo, quo significatu vel apud ipsum Ciceronem vis lacrimarum et dolorum, vis auri et argenti, eboris, aquae, et denique vis militum reperitur. SCHWEB. Talia qui legit, nisi mitissimo sit ingenio, non mirer si Schwebelium paullo durius increpet: tam inepta sunt tamque frivola. Adde quod vir optimus Onosandri verba non intellexit, quae sic interpretanda: copias educere militatum. Nam si, quod illi placet, *πολεμοῦσα* positum esset *ἐπιθέτως*, scripsisset Onosander *τὴν δύναμιν ἐξάγειν τὴν πολεμοῦσαν.* SCHAEF.

ΠΟΛΙΣ, Urbs.

In *ἡ τῶν Ἀθηναίων: ἡ τῶν Λακεδαιμονίων: ἡ τῶν Κορινθίων* etc. deest *πόλις.* (aa) Aelianus Var. Hist. XI, 7: *Ἔλεγεν Ἐτεοκλῆς ὁ Λάκων, δύο Λυσάνδρους τὴν Σπάρτην μὴ ἂν ὑπομεῖναι· καὶ Ἀρχέξρατος ὁ Ἀθηναῖος ἔλεγε, δύο Ἀλκιβιάδας τὴν τῶν Ἀθηναίων* (supple *πόλιν.*) Eteocles Lacedaemonius dicebat, duos Lysandros Spartam ferre non posse: et Archestratus Atheniensis dicebat, duos Alcibiades (civitatem) Atheniensium (ferre non posse.)

Sic in *ἡ τετειχισμένη.* Ezech. XXXIII, 27: *ἐν ταῖς τετειχισμέναις.* (bb) Et in *ἄκρα* pro arce: unde *ἀκρόπολις.* (cc)

* Sic Actor. XXII. 3. *Ἐν Ταρσῷ τῆς Κιλικίας.* Matth. c. II. 1. 5. *Ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας.* Actor. XXVII. 5. *Κατήλθομεν εἰς Μύρα τῆς Λυκίας.* Antoninus Lib. c. XVII. *Ἐν Φαίξῳ τῆς Κρήτης.* [In talibus *Ἑλληνικωτέρα* constructio genitivum praeponit: *τῆς Κρήτης ἐν Φαίξῳ.* Conf. Wassii

Digitized by Google

Add. ad Thucydid. p. 298, 76. in Dukeri praefat. Congessit nonnulla huiusmodi Bastius in egregia ad Boissonadium Epistola p. 74. 138. sed structurae rationem reddit satis *ξενίζουσαν*. (In Anton. Liberal. XI. in. *τῆς γῆς τῆς Ἐφεσίας* pendet a particula *ἵνα*. Obiter moneo, Suidam, ubi Thucydidea H. c. 18. in. commemorat, v. *Ἀφίκετο* T. I. p. 396. videri scripsisse: *οὕτω φησὶ Θουκυδίδης. σὴ τὴν σύνταξιν.* i. e. *σημείωσαι.* Vide Koen. ad Gregor. p. 97. ipsumque Bastium p. 59.) SCHAEF.] In *κατ' ἄκρης* apud Homerum Iliad. N. v. 772. ubi, teste Eustathio f. 940. quidam subintelligunt *πόλεως*, ut plene sit *κατ' ἄκρης πόλεως*. Alii enim putant legendum ibi esse *κατὰ κρῆς*. Sic Thomas Magister p. 29. *Οὐ μόνον ἄκρα πόλις ἡ ἀκρόπολις, ἀλλὰ καὶ ἄκρα μόνον. Κατ' ἄκρας πόλιν ἑλεῖν* est vi pugnandoque capere urbem. *Eine Stadt mit Sturm erobern.* vid. omnino de hac locutione cl. Valckenarius ad Euripidis Phoeniss. v. 1183. Sic apud Latinos quoque v. urbs in oratione saepe supprimitur. In alma, uti Scaliger censet ad Culicem v. 14. qui etiam ex Varrone affert: nobilium Tarentinarum; et ex Propertio I. XI. 4. Proxima Misenis aequora nobilibus. Unde omnino illa Latinorum: vivit Romae, Antiochiae, s. in urbe, uti etiam interdum expresse habent. Sic Cicero ad Attic. L. V. 18. Cassius in oppido Antiochiae. Idem Verrin. III. Lampsaci civitas. SCHWEB.

* Matth. II, 3. in *πᾶσα Ἱεροσόλυμα*, ex mente Blackwalli, p. 96. Sic et in cunctis nominibus propriis cum articulo feminini generis. F. ST.

* „Isocr. Paneg. p. 143. To. 1. *ἐν ταῖς αὐτῶν δυναμένους.* intell. *πόλεσι.* Zosim. 3, 10. 5. *τὴν Ῥωμαίων.* Herodo. 3, 20. *ἐκ τῆς Ἐλεφαντίνης.* sed c. 19. *ἐξ Ἐλεφαντίνης πόλιος.*" Fischer. ad Weller. III. 1. p. 261. Lucianus T. II. p. 244. *τὰς*

ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, ubi Guietus: „Intellige πόλεις.“ Praetulerim tamen, quod Solanus in Basileensi altera reperit, τοὺς ἐν τ. Ἰ. Frequentem esse hanc ellipsin in Aegyptiorum urbibus, docet Wesselingius ad Diodor. Sic. T. I. p. 100. 27. SCHAEF.

(aa) Sic in duobus locis ante Ἱεροσόλυμα, quod alibi semper plurale ac neutrum in Novo Testamento esse solet, deest πόλις, nempe Matthaei cap. II, 3: πᾶσα (πόλις)
225 Ἱεροσόλυμα. Et cap. III, 5: ἐξεπορεύετο πρὸς αὐτὸν (πόλις) Ἱεροσόλυμα. MICH.

(bb) Polybius pag. 1127. lin. 11: ἐπανελθεῖν εἰς τὴν ἰδίαν, scil. πόλιν. Item in ἡ πατρὶς, quum de urbe patria sermo est. MICH.

(cc) Item in νεωκόρος, quod est urbs, quae alicui Deo vel Deae singularem cultum praestat. Sic Ephesus Actor. XIX, 34. dicitur νεωκόρος τῆς μεγάλης θεᾶς Ἀρτέμιδος, ubi tamen additur πόλις. In inscriptionibus vero marmorum et nummorum utplurimum omittitur. Vide Seldenum ad Marmora Oxoniensia p. 69. 97. sq. et in Append. n. 15. Van Dale Diss. 4. c. 2. SCHOETTG.

* Item, quum post propria urbium sequitur nomen regionis in Genitivo, ut Matth. c. II, 5: ἐν Βηθλεὲμ (πόλει) τῆς Ἰουδαίας. cap. XVI, 13: Καισάρεια ἡ Φιλίππου. MICH.

ΠΟΛΙΤΕΙΑ, Civitas.

In ἴσῃ et ὁμοίᾳ. Thucydides lib. IV, c. 106: τῆς ἴσης καὶ ὁμοίας μετέχοντα. ubi Scholiastes: πολιτείας.

* ΠΟΛΙΤΗΣ, Civis.

Vide supra in Οἰκητής. SCHOETTG.

* Sic ellipsis expressa legitur Actor. XXI. 39. Τῆς Κιλικίας οὐκ ἀσήμου πόλεως πολίτης. Ἐλλιπῶς habet Arrianus Exp. Alex. L. II. c. 15. Εὐθυκλέα, Λακεδαιμόνιον ὄντα, πόλεως περιφανοῦς. SCHWEB.

* Plutarchus Mor. T. IV. p. 509. Πίγρης ὁ Ἀρτεμισίας. Vertitur: Pigres Artemisiae civis. Wyttenbachius: „— subintellecto πολί-

Digitized by Google

της, non frater, ut Xyl. quod temporum rationes non sinunt. Forte πολίτης ipsum excidit." (Obiter videamus Xenophont. Hist. Gr. VII, 2, 20. προσελθόντες οἱ ἱππεῖς καὶ οἱ χρησιμώτατοι τῶν πολιτῶν. Mox: ἡγησόμεθα μὲν οὖν ἡμεῖς οἱ ἱππεῖς, καὶ τῶν πολιτῶν οἱ ἐρρωμενέστατοι. Utroque loco corrigendum ὁπλιτῶν. Alia confusionis horum nominum exempla habent Gallicus Interpres Polyaeni, Lobineau, T. I. p. 124. et Koenius ad Gregor. p. 60. Add. Wesseling. ad Herodot. p. 663. 6. de loco Plutarcheo, cuius correctio Bryanea perplacet.) SCHAEF.

* ΠΟΛΥΠΟΥΣ, Polypus, piscis.

In ἀνόσεος, exossis, apud Hesiod. Ἔργ. v. 524. ὅτ' ἀνόσεος ὃν πόδα τένδει. Ita vero ἐλλιπῶς, ut Moschopulus notat, Lacedaemonii polypum dixerunt. SCHWEB.

* Similiter F. ST. „Apud Hesiodum Ἔργ. II. 142. ὅτ' ἀνόσεος ὃν πόδα τένδει, recte redditur: quando exossis polypus suum pedem arrodit." Sed falluntur viri docti: eodemque iure vicissim ad v. πολύπους subaudias ἀνόσεος. Συνωνυμοῦσιν hae voces, neque ad sensum unius explendum altera subaudiri debet. Alii enim Graeci hoc animal, quod exos esset, ἀνόσεον, alii a multitudine τῶν ποδῶν πολύπουν dixerunt. Quod si quid supplere iuvat, supple ad utramque vocem σκώληξ. Conf. Hesych. T. I. c. 389. Obiter moneo, quod Schneiderum fugisse miror, etiam millepedes a Graecis πολύποδας dictos esse. Scribonius Largus V. „bestiolae multorum pedum — — κατοικιδίους ὄνους aut πολύποδας Graeci hoc genus animalium vocant." Vid. Rhodius Lex. Scribon. p. 425. b. SCHAEF.

ΠΟΛΤΣ, Multus.

Genitivus πολλοῦ deficit subinde in διὰ χρό-

Digitized by Google

226 νου, ut sit, post (multum) tempus. Addidit Comicus in Pluto, v. 1046, p. 101:

Ἔοικε διὰ πολλοῦ χρόνου σ' ἑωρακέναι.
Videtur post multum temporis te vidisse.

Plato de Rep. I. omisit: διὰ χρόνου γὰρ καὶ ἑωράκειν αὐτόν. Omisit et Xenophon Κύρ. Παιδ. I. c. 4. §. 28: Ὅταν ἴδωσιν ἀλλήλους διὰ χρόνου: quando viderint alii alios post (magnum) temporis (spatium). Paulo post Medus ille διὰ χρόνου ἥκειν, i. e. post (multum) tempus venire, dicit. Ad quae respondet Cyrus: Νὴ Δία, δι' ὀλίγου γε: per Iovem, post exiguum quidem temporis spatium. [Ipsa Cyri responsio satis docet, διὰ χρόνου esse hîc, ut ubique, simpliciter post tempus, tempore interiecto, nec subaudiri oportere πολλοῦ. Alioqui Xenophon scripsisset: Μὰ Δία, ἀλλὰ δι' ὀλίγου. Ceterum conf. Weiskius Comment. in Orat. Ciceron. pro Marc. p. 49. SCHAEF.] Lucas in Evang. XVIII, 4: Καὶ οὐκ ἠθέλησεν ἐπὶ χρόνον, (sc. πολύν:) ubi Vulgatus recte intelligens Ellipsin: Et nolebat per (multum) tempus. [Ἐπὶ χρόνον est item simpliciter per tempus, ad tempus. Homerus Il. II. v. 299. μείνατ' ἐπὶ χρόνον. Diodori Sic. Eclogae T. II. p. 541, 44. ἐπὶ χρόνον Σύλλᾳ διεμαχέσαντο. SCHAEF.]

* Tertio vel sexto etiam casu deest idem vocabulum. Euripides in Phoenissis v. 302:

Ἔβας, ἔβας ὦ χρόνῳ γᾶν πατρῴαν.
Venisti longum post tempus in patriam.

χρόνῳ dicit, pro ἐπὶ πολλῷ χρόνῳ. Et v. 311:

Ἰὼ τέκνον, χρόνῳ
Σὸν ὄμμα, μυρίαις τ' ἀμέραις προσεῖδον.

Longum est, et CCIↃↃ dies, ex quo faciem non aspexi tuam. BERNH. χρόνῳ, ut plures dativi, quales sunt ἀνάγκῃ (ἀναγκαίῃ), κομιδῇ, σπουδῇ, adverbialiter dicitur, fungiturque vice ad-

Digitized by Google

verbii *χρονίως*. Nihil in talibus supplendum. SCHAEF.

* ΠΟΝΟΣ, Labor.

In phrasi *ἀμφί τι ἔχειν*, sc. *πόνον*, in aliqua re occupatum esse. Arrianus I. p. 30: 227 *Ποιηταῖς ἐπῶν τε καὶ μελῶν, καὶ ὅσοι ἀμφὶ ᾠδὴν ἔχουσι, πολὺς πόνος ἔξαι ποιεῖν τε καὶ ᾄδειν Ἀλέξανδρον*. Poëtis epicis et melographis, et qui in conficiendis odis elaborant, [imo: qui cantando occupantur] magnus erit labor, [scribere et] canere Alexandrum. SCHOETTG. In talibus subaudi pronomen reciprocum. SCHAEF.

* ΠΟΝΤΟΣ.

In *Εὔξεινος*. Dionysius in Perieg. 763. LEISN. (dd) Vide supra ad v. *Πέλαγος*. SCHAEF.

(dd) *Πόντος*, pontus, mare, deficit in *ὁ Ἀδρίας*, Actor. XXVII, 27. MICH.

* ΠΟΡΝΗ, Meretrix.

In *αἱ ἐπὶ, ἀπὸ, τῶν οἰκημάτων*, sc. *πόρναι*. [Imo, quae *ἀποτόμως* vocabantur *πόρναι*, per urbanitatem Atticam dictae sunt *αἱ ἐπὶ* (s. *ἀπὸ*) *τῶν οἰκημάτων*. Tali autem urbanitati huiusmodi ellipses plane repugnant. SCHAEF.] In *δωδεκαμήχανος*, sc. *πόρνη*. LEISN. *Δωδεκαμήχανος* certa quaedam meretrix, Cyrene, dicta fuit, si fides Suidae T. I. p. 622. qui sequitur Scholia ad Aristoph. Ran. v. 1363. Ex Aristophanis quidem loco non colligas, ipsam Cyrenen sic appellatam fuisse: nam *τὸ δωδεκαμήχανον Κυρήνης* est i. q. *αἱ δώδεκα μηχαναὶ Κυρήνης*. SCHAEF.

* ΠΟΡΝΙΚΟΣ, Meretricius.

In *οἴκημα*, lupanar, quam vocem Athenienses pro *πορνεῖον* usurparunt. Aelian. V. H. L. VI. c. 1. *Τάς τε γυναῖκας τῶν Παλληνέων καὶ τὰς θυ-*

Digitized by Google

γατέρας ἐπ' οἰκήματος ἔσησαν. Plene est apud LXX. Ezechiel c. XVI. 24. Καὶ ᾠκοδόμησας σεαυτῇ οἴκημα πορνικόν. v. Harpocration et Hesychius in v. οἴκημα. SCHWEB. Etiam hic est Atticorum ἀσεϊσμὸς, quem huiusmodi ellipsis plane evertit. Conf. quae ad v. Πόρνη monui. SCHAEF.

* ΠΟΣΙΣ, Maritus.

In κουρίδιος absolute posito apud Homerum Odyss. O. v. 22.

> Παίδων δὲ προτέρων καὶ κουριδίοιο Φίλοιο
> Οὐκέτι μέμνηται τεθνηότος, οὐδὲ μεταλλᾷ.

Plene habet idem Iliad. E. v. 414. Κουρίδιον ποθέουσα πόσιν. et Odyss. Ψ. v. 150.

> Σχετλίη, οὐδ' ἔτλη πόσιος οὗ κουριδίοιο
> Εἴρυσθαι μέγα δῶμα.

SCHWEB. Ἀνὴρ additur Hom. Hymn. in Cerer. v. 136. Δοῖεν κουριδίους ἄνδρας. quod imitatur Lucianus T. I. p. 178. κουρίδιον ἄνδρα τὸν ἑαυτῆς. Vid. Bastius Epist. Crit. ad Boisson. p. 188. SCHAEF.

* ΠΟΣΟΤΗΣ, Quantitas.

Hanc vocem subaudit Graecus Scholiastes in τόσον apud Apollonium Argonaut. L. I. v. 731. ubi ita habet: ἐπὶ ποσότητος τόσον, ἢ ἐπὶ θαύματος τοσοῦτον. Vid. v. μέτρον. SCHWEB. Non subaudit Scholiastes, sed τόσον illo loco docet intelligi posse de ποσότητι. SCHAEF.

* ΠΟΤΑΜΟΙ, Fluvii.

Haec vox apud Qu. Calabrum XIV, 641. deest in κελάδοντες et χείμαῤῥοι, et alibi in ἀέναοι, et IX, 45. ποταμὸς in δινήεις. vid. Vannus Crit. p. 353. LEISN.

* ΠΟΤΑΜΟΣ, Fluvius.

De hac ellipsi ita Eustathius ad Iliad. N. p. 906. l. 12. Ἐν τῷ χείμαῤῥος λείπει τὸ ποταμός. Plene

Digitized by Google

habet Polybius T. I. p. 464. *χειμάῤῥους ποταμός.* Theocritus Idyll. XXII. v. 50.

— — — — — — *οὓς τε κυλίνδων*
Χειμάῤῥους ποταμὸς μεγάλαις περιέξεσε δίναις.

In *ῥέοντες* apud Homerum Iliad. P. v. 751.

— — — *οὐδέ τι σθένεϊ ῥηγνῦσι ῥέοντες.*

Plene Iliad. Π. v. 389.

— — — — *ποταμοὶ πλήθουσι ῥέοντες.*

Eadem ellipsis obtinuit quoque apud Latinos in fluvius, quod sua natura est adiectivum, et subintellectum habet amnis. Vid. Sanctii Minerv. p. 553. Vossius de Construct. c. VI. Sic in nominibus propriis fluminum ubique Ellipsis re vera regnat, quando eorum nomina absolute ponuntur, e. g. Tanais, Ister, Volturnus cet. ubi semper flumen vel amnis supprimitur; indeque saepius ab auctoribus plena oratione reperitur. Sic Mela L. II. c. IV. Flumen Metaurus, et ibid. §. 95. Volturnus amnis. Ellipticae pariter atque plenae orationis exempla habet Horatius L. IV. Od. XV. v. 21. Non qui profundum Danubium bibunt. et v. 24. Non Tanain prope flumen orti. SCHWEB. Non assentior Schwebelio hîc quoque ad ingenium relabenti. Talibus enim nominibus propriis quoties appellativa scriptores iungunt, faciunt aut necessitate coacti, ut lectores doceant, fluvium, urbem, alia id genus, intelligenda esse, aut sectantes pleonasmos, qui orationi nunc vim quandam, nunc numeros aliamve virtutem concilient. SCHAEF.

* „Torrens vocatur *χείμαῤῥος*, et *χειμάῤῥους*, intellegi enim debet *ποταμὸς*, quod nomen additum legitur ap. Herodo. 3, 81. Polyb. 4, 70. Pausan. 2, 25." Fischer. ad Weller. III. 1. p. 261. Stobaeus p. 12. Schow. *Ὁ τύχῃ βίος συμπεπλεγμένος* (malim *συμπ. β.*) *ἔοικε χειμάῤῥῳ ποταμῷ.* Eodem sensu, sed, ut sophista, exquisitiori

locutione Maximus Tyrius T. II. p. 143. Reisk. *τῶν ποταμῶν οἱ χειμέριοι.* quod non erat cur tentaret Dorvillius ad Chariton. p. 573. s. Conf. Diodor. Sic. XX. c. 109. *τηρήσαντες νύκτα χειμέριον*, noctem tempestuosam. Pausanias IV. c. 20. *τὸ γὰρ ὕδωρ ἐβιάζετο σφᾶς ἀθρόον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταχεόμενον, — — καὶ ἅμα οὐδὲ κινήσεσθαι τοὺς Λακεδαιμονίους ἤλπιζον ἐν ἀσελήνῳ νυκτὶ καὶ οὕτω χειμερίῳ.* ubi v. Kuhn. SCHAEF.

ΠΟΤΗΡΙΟΝ, Poculum.

Sic *ἐν μικροῖς, ἐν μεγάλοις πίνειν*, scil. *ποτηρίοις.* Laërtius Anachars. *καὶ θαυμάζειν, φησὶ, πῶς Ἕλληνες ἀρχόμενοι μὲν ἐν μικροῖς πίνουσι, πλησθέντες δὲ ἐν μεγάλοις.* Plene Artemidorus I. p. 56. *ἐν μεγάλοις ποτηρίοις* dixit. Sic *προπίνειν τινὶ φιλοτησίας*, sc. *ποτήριον* vel *κύλικα.*

* ΠΟΤΟΣ, Potatio.

Euripides Cyclop. v. 453:

228 *Ὅταν δ' ὑπνώσῃ Βακχίου νικώμενος.*
Quum autem vino sopitus fueris.

Ubi in *Βακχίου* supple *πότου*, vel *νάματος*, quam vocem Aristophanes *Ἐκκλησ.* v. 14. addit. [Sed vid. supra ad v. *Πάθη.* SCHAEF.]

Deest etiam *πότου* in *προϊόντος* apud Theocritum Idyll. XIV, 18. Supplet eam vocem Scholiastes, qui adeo melius illum locum, quam interpres, secundum quem *χρόνου* omissum est, intellexit. Saepe vox *πότου* additur, e. g. apud Iosephum Ant. Iud. XVIII, 6: *εὐωχουμένων δ' αὐτῶν, καὶ τοῦ πότου προϊόντος.* Vid. Observatt. Miscellan. Vol. V. T. 3. p. 62. LEISN. cuius etiam praefat. confer.

* ΠΟΤΟΝ.

Malim in *Βακχίου* subaudire *ποτοῦ*, quod ipsum est *τὸ πινόμενον ὑγρὸν*, vel, ut Aristophanes habet, *νᾶμα*: cum contra *ὁ πότος* est actus

bibendi, vel *τὸ συμπόσιον*, ut observat Eustathius ad Iliad. A. p. 103. l. 29. Item in *Μελίτειον*, potio ex melle confecta, mulsum. Plutarchus T. II. p. 772. *Τῶν τε βαρβάρων οἱ μὴ πίνοντες οἶνον, μελίτειον πίνουσιν.* Theocritus Idyll. XXV. v. 105. *Πινέμεναι λιαροῖο.* s. *ποτοῦ.* quamquam huc etiam ex fine versus *τὸ γάλακτος* referri possit. [Vide supra ad v. Γάλα. SCHAEF.] Sic Homerus Iliad. A. v. 470.

Κοῦροι μὲν κρητῆρας ἐπεξέψαντο ποτοῖο.

SCHWEB.

ΠΟΤΣ, Pes.

Et haec vox inter illas est, quas Graeci in plurali numero frequenter omittunt elegantiae gratia, praesertim in *οἱ δύο*, et in *ἀμφότεροι.* Sic Lucianus in Asino p. 111: *Ἐπὶ τοὺς δύο ἐπανιζάμενον ὀρθὸν*, supple *πόδας*: in duos (pedes) erectum. Idem in Asino p. 97: *Ἐδίωκον, ἀμφοτέροις εἰς ἐμὲ ἀπολακτίζοντες*: Insequebantur me, utroque (pede) calcitrantes. ubi subintell. *ποσίν.* Theocritus Idyll. X:

Σχοῖμι δ' ἐγὼ καὶ καινὰς ἐπ' ἀμφοτέροισιν ἀμύκλας.

Idyll. XIV:

— — — *ἐπ' ἀμφοτέρων δὲ βεβακώς.*
— — — utroque vero innixus (pede).

In Graeco supp. *ποδῶν.* (ee)

(ee) *Προσκόπτειν*, sc. *πόδα.* Iohann. c. XI, 9. Sup- 229
pletur Matth. c. IV, 6. SCHOETTG.

* In singulari etiam numero deest hoc vocabulum ad verbum *ἀναστρέφειν*, quod versari, conversari, degere significat. Ex *ἐτύμῳ* enim *ἀναστρέφειν* est huc illuc vertere aliquid. Hinc semper adsit oportet, quod referri ad hoc vocabulum queat. Quale autem id sit, Euripides docet in Hippol. vers. 1176:

Ὡς οὐκ ἔτ' ἐν γῇ τῇδ' ἀναστρέφοι πόδα
Ἱππόλυτος ἐκ σοῦ πλήμονας φυγὰς ἔχων.

Digitized by Google

non amplius degere Hippolytum his terris. [Sic Euripides ποιητικῶς. Sed in vulgari huius verbi usu subaudias ἑαυτόν: saepissimeque medium ἀναζρέφεσθαι hoc sensu dicitur. SCHAEF.]

Item ad verbum βαίνω deest πόδα. Plene dixit Euripides in Electr. v. 94:

Καὶ τειχέων μὲν ἐντὸς οὐ βαίνω πόδα.

Quod quidem cum similibus exemplis confirmat Sanctii sententiam, scilicet non esse neutra verba, sed singulis deesse nomen simile. [Hîc idem tenendum, quod modo de v. ἀναζρέφειν monuimus. SCHAEF.]

In κάμπτειν. Euripides in Rheso v. 235:

Ἵκοιτο, καὶ κάμψειε πάλιν θυμέλας
Οἴκων πάτρας Ἰλιάδος.

Difficilis erit sine ἐλλείψεως observatione huius loci sententia. Duplex autem adest ἔλλειψις. Plene enim versus hac demum ratione dicetur: Καὶ κάμψειε πάλιν τὸν πόδα ἐπὶ θυμέλας οἴκων etc. κάμπτειν πάλιν τὸν πόδα est reverti, pedem retro ferre; id vero est, domum redire. Ita igitur interpretabimur Tragici dictum: Abeat (ad hostiles stationes) feliciterque ad patrios lares revertatur. BERNH. Hoc sensu Nonnus passim dixit κάμπτειν ἴχνος. Paraphr. Evang. Io. VII. 10. ἔνθεον ἴχνος ἔκαμψεν ἐς ἀρτιχόρευτον ἑορτήν. Conf. Musgrav. Supplem. ad Euripid. Phoeniss. v. 310. p. 339. a. Longe diverso sensu dicitur κάμπτειν κῶλα (γούνατα, γόνυ) de sedentibus s. quiescentibus. Vid. Brunck. ad Aeschyl. Prometh. v. 32. ad Sophocl. Oedip. Colon. v. 19. Alio item significatu in Lexico MS. Coisliniano dicitur κάμψας τὸν πόδα, quod cum Homerico Il. Ψ. v. 731. ἐν δὲ γόνυ γνάμψεν comparat Piersonus ad Moer. p. 91. a. SCHAEF.

* Eustathius ad Ἰλιάδ. N. vers. 512. *οὐ γὰρ ἔτ' ἔμπεδα γυῖα ποδῶν ἦν ὁρμηθέντι*, notat, quum *γυῖα* vocantur manus, aut pedes, subaudiri *χειρῶν*, vel *ποδῶν*. Ποῦς, sed sensu grammatico sumtum, deest in Πυῤῥίχιος, Ἀμφίμακρος, Κρητικὸς similibusque. LEISN.

* Sic etiam in *ὀρεγνύναι* s. *πόδας* apud Homerum Iliad. N. v. 20. *Τρὶς μὲν ὀρέξατ' ἰών.* Quod ad ellipsin in v. *γυῖα* attinet, eodem modo etiam Caesar utitur v. membrum, de B. G. L. IV. c. 24. Omnibus membris expediti. scil. manibus pedibusque. SCHWEB.

* In *ϛῆσαι* et *ἔξω ϛῆσαι*. Conf. Euripid. Electr. 999. Bacch. 646. 861. Hel. 562. Suppl. 171. Iphig. in Taur. 33. 752. Rhes. 571. 280. Theocrit. Idyll. XXI. 59. Forte etiam in *ποιεῖν* Act. V. 34. *τοὺς ἀποϛόλους ποιῆσαι ἔξω.* scil. *τοὺς πόδας.* coll. Aelian. V. H. X. 3. *τοὺς πόδας ἔξω ποιήσῃ.* Vid. tamen Abresch. Animadv. ad N. T. p. 606. F. ST.

ΠΡΑΓΜΑ, Negotium.

Magnus apud Graecos est Ellipsios huius nominis usus tam in plurali, quam singulari. Primo in adiectivis neutrius generis, v. gr. Τὸ *συμφέρον*, utile: *τὸ πονηρὸν*, malum: *τὸ κοινὸν*, commune: *τὸ μωρὸν*, stultum: *τὸ δυνατὸν*, possibile: *τὸ θαυμαϛὸν*, mirum: *τὸ ἐμὸν*, meum: *εἰς κενὸν*, in cassum: et innumeris aliis, in quibus subintell. *πρᾶγμα*, ut in *τὰ συμφέροντα*, *τὰ πονηρὰ*, *τὰ ἐμὰ* etc. supp. *πράγματα*. Sic *τὰ ὅλα* dicunt Graeci per Ellipsin vocis *πράγματα*. Latini Summa res. Diodorus L. XVII: Τοῖς *ὅλοις ἐλαττοῦσθαι* (sc. *πράγμασι*:) summa (re) superari. [Similiter dicitur *ἡττᾶσθαι τοῖς ὅλοις*, *συντρίβεσθαι τοῖς ὅλοις*, *σφάλλεσθαι τοῖς ὅλοις*. Vid. Wesseling. ad Diodor. Sic. T. II. p. 268, 77. Opponitur *τοῖς ὅλοις ἐῤῥῶσθαι* apud Athenaeum T. III.

Digitized by Google

p. 287. quod, a Iacobsio nuper infeliciter tentatum ad Anthol. Gr. III. 1. p. 345., recte interpretatur Schweighaeuserus Animadv. T. IV. p. 592. SCHAEF.] In Atticismo illo *ἀνθ' ὧν*, propterea quod, deest *πραγμάτων* cum *ἐκείνων*. Plena enim loquutio est: *ἀντὶ ἐκείνων πραγμάτων, δι' ὧν*. (ff) [Theocritus Epigr. XVIII. *Ἐξεῖ τὰν χάριν ἁ γυνὰ ἀντὶ τήνων Ὧν τὸν κῶρον ἔθρεψε.* i. e. *ἀνθ' ὧν*. Similiter Schol. Wechel. ad Agathiae Epigr. XLIII. *Νῦν γὰρ ἀντὶ τῶν ὧν ἐπολιτεύσω καὶ τῆς πρὸς τὴν σωτηρίαν συμβαλλούσης τῆς πόλεως Φροντίδος τήνδε σοι τὴν εἰκόνα ἀνεζήσαμεν.* SCHAEF.]

In phrasi *οὐκ οἶδα, ὅ, τι χρήσομαι τῷ παρόντι*, subintell. *πράγματι*. Addidit Herodotus
231 L. VII. cap. 213. *Ἀπορέοντος δὲ βασιλῆος, ὅ, τι χρήσεται τῷ παρεόντι πράγματι.* (gg)

Secundo in articulo N. G. *τὸ* vel *τὰ* cum genitivo nominis, ut: *τὸ τῆς ἐλευθερίας: τὸ τῆς ὀργῆς: τὸ τῆς τιμωρίας: τὰ τοῦ Θεοῦ: τὰ τῆς πόλεως: τὰ τῶν ἀνθρώπων*: (Res) libertatis etc. (kk)

Tertio ante verbum tertiae personae, ut: *Κατεπείγει*, pro *πρᾶγμα κατεπείγει*, res urget. Lucianus in Quom. consc. sit Hist. p. 634. *Ἢν κατεπείγῃ*, si (res) urgeat. Interpres perperam convertit haec verba: Si festinet. [Conf. Schwebel. praefat. SCHAEF.] Ignoravit hic Ellipsin vocis *πρᾶγμα*, quae in eadem locutione paullo post ab Luciano ipso exprimitur his verbis: *Ὅταν μὴ πάνυ κατεπείγῃ τὸ πρᾶγμα*: quum res non admodum urgebit. (ll) [Diodorus Sic. I. c. 33. *περὶ ὧν οὐδὲν κατεπείγει γράφειν.* ubi v. Wesseling. Nec minus rectum *οὐ κατεπείγει γράφειν* ibid. II. c. 22. in. quod miror displicuisse praestantissimis editoribus. Conf. Toup. ad Longin. p. 376. Etymol. M. c. 746, 11. *οὐ κατεπείγει δέ.* Iustinus Mart. Dial. c. Tryph. p. 286, 9. *ἀλλ' ἐπεὶ κατεπείγει με*

Digitized by Google

πρότερον πρὸς τὰ ὑπὸ σοῦ ἐν γελοίῳ τρόπῳ εἰρημένα ἀποκρίνασθαι. ubi insigni errore Thirlbius: „Κατεπείγει με. Lego κατεπείγομαι.“ Athenaeus T. IV. p. 433. περὶ ἧς νῦν οὐκ ἔτ' ἐπείγει λέγειν. Editor: „Fors. οὐκ ἐπείγει.“ secutus Corayum. Vid. Animadv. T. VI. p. 376. s. Corrigo οὐ κατεπείγει. Obiter moneo, in Plutarcheo loco Mor. T. III. p. 226. οὐ πᾶσι κατεπάγει τὴν τιμωρίαν ὁμοίως, veram mihi videri librorum aliquot lectionem (v. Wyttenb. Animadv. in Plutarch. de S. N. V. p. 36.) κατεπείγει: agitur enim de diverso modulo accelerandae poenae. SCHAEF.]

Postremo in verbo πράττειν, ut cum dicitur, εὖ πράττειν, ἄριστα πράττειν, κακῶς πράττειν, sc. πρᾶγμα, vel πράγματα. Horatius bene rem gerere dixit. (mm)

(ff) Μετὰ ταῦτα, scil. πράγματα. Ioann. c. VI, 1. et alibi. Phrasis haec plena usitata est Ebraeis. Gen. XXII, 1: אַחַר הַדְּבָרִים. Confirmatur huius ἐλλείψεως veritas ex Ioann. c. II, 12. ubi in singulari dicitur: μετὰ τοῦτο, quod pro μετὰ τοῦτο πρᾶγμα positum. Sermo autem hoc loco fit de facto miraculoso Christi vinum ex aqua producentis. Post quod factum sacer historicus Christum refert profectum fuisse Capernaumum. Itaque μετὰ τοῦτο est μετὰ 232
τοῦτο πρᾶγμα θαυμαστόν. BERNH.

(gg) Item in ἐπαυτοφώρῳ. Ioann. VIII, 4. γυνὴ ἐπαυτοφώρῳ μοιχευομένη, quod integrum, ἐπ' αὐτοφώρῳ πράγματι μοιχευομένη, quae ita moechata fuit, ut in ipso actu deprehenderetur. Occurrit etiam apud Platonem de Republ. lib. II. pag. 88. ed. Marsil. [Conf. Diodor. Sic. II. c. 28. μηνυθείσης αὐτῷ τῆς πράξεως αὐτοφώρου. (In Dione Cass. T. I. p. 183, 95. diductis vocibus scrib. ἐπ' αὐτοφώρους. Monuit Wesselingius T. II. p. 1501. a.) SCHAEF.]

Notentur et haec ex Artemidoro II, 44: τῶν εἰς πάντα (scil. πράγματα) ἀφιγμένων, qui per omnia exercitati sunt. Et V, 2: Οὗτος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα προαγωγεύων ἐπ' αἰσχροῖς ἐπορίζετο. Hic uxorem suam produxit, ac turpiter prostituit. ἐπ' αἰσχροῖς, sc. πράγμασι. (hh)

Porro subauditur haec vox in phrasi ἐν τούτοις εἶναι,

Digitized by Google

hac vel illa (re) occupatum esse. Divus Paulus 1 Tim. IV, 15: Ταῦτα μελέτα, ἐν τούτοις ἴσθι. Haec meditare, in iis esto occupatus. Artemidorus I, 23. Οἱ γὰρ ἐν τοιούτοις γενόμενοι, sc. πράγμασι. Qui enim in talibus (negotiis) versantur. Plura occurrunt apud eundem Artemidorum IV, 29. Heliodorum lib. V. pr. Achillem Tatium lib. V. p. 309. lib. VII. p. 427. Longum I. p. 27. Libanium epist. 72. p. 230. epist. 73.
233 p. 231. Confer, quae ad eundem notavit Clarissimus Wolfius ad epist. 49. pag. 135. Hebraismum quoque huiusmodi animadvertit Buxtorfius Catalect. c. 252. Aliam huiusmodi Ellipsin amat Arrianus, apud quem aliquoties occurrit ἐν τούτῳ, ubi subaudiendum γενομένων τῶν πραγμάτων. Dum haec ita geruntur. Sic lib. I. pag. 17: Οἱ δὲ Μακεδόνες ἐν τούτῳ ἀσφαλῶς ἐπέρασαν τὸν ποταμόν. Macedones vero, dum haec aguntur, tuto fluvium tranant. Confer similia pag. 18. 55. 56. SCHOETTG. (ii)

(hh) In ἐγκύκλια subaudiendum est πράγματα. Isocrates ad Nic. II: οἱ δὲ τοὺς χρῆσθαι τοῖς πράγμασιν ἐπισταμένους, οὐ μόνον δὲ ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις, sc. πράγμασι, καὶ τοῖς καθ' ἡμέραν γιγνομένοις αἱ μοναρχίαι διαφέρουσιν, ἀλλὰ rel. Non solum in vulgaribus et quotidie accidentibus negotiis. BERNH.

(ii) Idem existimo statuendum de ἐν τούτοις, quando refert Latinum inter haec sive interea, quod conjunctis vocabulis scribitur, cum sint distinguenda, quippe res ipsa loquitur, interea manco sermone dici pro: inter ea negotia sive facta.

Item in ἐν οἷς addi debet πράγμασι. Act. XXIV, 18. Dixerat autem Paulus, se ἐλεημοσυνῶν gratia adiisse Hierosolyma. Haec agentem invenisse ipsum Iudaeos,
234 quod recte hoc modo Graece dici potuit: Ἐν οἷς πράγμασι, scil. ἐν τῷ ἐλεημοσύνας με ποιεῖν, εὑρόν με, inter quae me invenerunt. Ubi recte latineque dixeris, inter quae. Et Curtius init. lib. III: Inter haec (sc. negotia) Alexander. Eadem itaque ἐλλείψει Latini utuntur. Quod clarissimum fit ex cap. XXVI, 21. ubi Paulus eadem referens, ἕνεκα τούτων, inquit, συλλαβόμενοι etc. quo loco neminem puto tam absurdum fore, ut subaudiendum putet voc. χρόνος. Nam, quod omnes vident, deest vocab. πραγμάτων, plene enim dictum foret: ἕνεκα τούτων πραγμάτων.

Idem statuere de Artemidori loco non haesito. Quod enim dicitur ἐν ἐσχάτοις, id non mascul. sed neutro gene-

Digitized by Google

re positum esse credendum est: quod probat τὰ ἔσχατα; quod plene dicendum esse τὰ ἔσχατα πράγματα, nemo dubitat. Petrus epist. 2, c. II, 20. Sunt autem haec sane τὰ ἔσχατα πράγματα, ubi animam quis trahit: qua efflata non est, quod post haec inter homines agas. Itaque πρὸς ἐσχάτοις εἶναι recte eo, quem diximus, modo expletur: πρὸς ἐσχάτοις πράγμασιν εἶναι. BERNH.

(kk) Τὰ κατ' ἐμὲ, sc. ὄντα πράγματα. Coloss. IV, 2. Ephes. VI, 21. SCHOETTG.

* Item, Hebr. XII, 11: οὐ δοκεῖ χαρᾶς εἶναι (πρᾶγμα), ἀλλὰ λύπης. Petrus in epist. 2, c. II, v. 22: τὸ τῆς 235
ἀληθοῦς παροιμίας. Matthaeus in evangel. cap. XXI, 21: τὸ τῆς συκῆς. Idem cap. VIII, 33: τὰ τῶν δαιμονιζομένων. Et cap. VI, 34: τὰ ἑαυτῆς. Paulus in epist. ad Romanos, c. XIV, 19: τὰ τῆς εἰρήνης. ibidem: τὰ τῆς οἰκοδομῆς. Idem in epist. priore ad Corinth. c. XIII, 11: τὰ τοῦ νηπίου. MICH.

(ll) Καλῶς ἔχει, sc. τὸ πρᾶγμα, Bene (res) habet. Aelianus Var. Hist. II, 4. p. 67. SCHOETTG.

(mm) Item in verbo ποιεῖν, ubi moram longiorem indicat, ἔλλειψιν arguit. Itaque addendum equidem arbitror τὸ πρᾶγμα. Rem enim nostram si facimus, tempus terimus, eoque ipso moram efficimus. Quare pro mora recte ponitur τὸ rem facere sive gerere: velut Lucas facit Act. XX, 3. qui ποιήσας μῆνας τρεῖς dicit pro ποιήσας πρᾶγμα κατὰ μῆνας τρεῖς: quod recte in primis de Paulo dictum est, qui non docentis tantum, sed opificis etiam partes obiit, sec. Act. XVIII, 3. Πρᾶγμα autem, quod omnes norunt, omnis operis, cuiuscunque id fuerit generis, index est. Quemadmodum igitur recte Herodotus dixit πράσσειν τὰ Πράγματα: ita non minus recte dici credimus: ποιεῖν τὸ πρᾶγμα. Idem igitur erit dixisse: Paulus tres menses munere suo functus est: et, Paulus tres menses moratus est. LEISN. Fallitur. Accusativus ille temporis regitur, non a subaudita praepositione κατὰ, sed ab ipso verbo ποιεῖν. Ceterum haec locutio est Graecitatis citerioris. Lucillius XVI. in. Νύκτα μέσην ἐποίησε τρέχων ποτὲ Μάρκος ὁπλίτης. ubi v. Iacobs. II. 2. p. 449. In Diodoro Sic. I. c. 35, aliquot libri habent τὰς μὲν ἡμέρας ἐν τοῖς ὕδασι ποιεῖ γυμναζόμενον κατὰ βάθους. quod Wesselingius vulgatae lectioni διατρίβει γ. κ. β. iuré posthabuit. Nonnihil differt illud Dionysii Halic. Ant. Rom. T. II. p. 801. καὶ μὴ πολὺν ποίει χρόνον τὸν διὰ μέσου. Magis etiam differt, optimis

Digitized by Google

usurpatum scriptoribus, χρόνους (διατριβάς, μελλησμοὺς) ἐμποιεῖν, de quo obiter Berglerus ad Alciphr. pag. 87. SCHAEF.

236 * In phrasi τὰ κοινὰ subaudi πράγματα, ut idem sit ac respublicae; unde et Latinum compositum est nomen reipublicae. Aelianus lib. III. c. 17: Ἐπηνώρθωσαν γὰρ τὰ κοινά, correxerunt respublicas; loquitur enim de administratione rerum publicarum Aelianus.

In ἐπ' ἀξίοις supplendum est hoc nomen. Ἐπ' ἀξίοις (sc. πράγμασι) ἀσκεῖν. Euripides Orest. vers. 1337: Ἐπ' ἀξίοις (scil. πράγμασι) ἄρ' ἀνευφημεῖ δόμος, merito igitur lamentatur domus.

In μεγαλεῖα: plenius enim sermo est, μεγαλεῖα πράγματα, (facta) magnificanda, sive admiratione digna, stupenda. Lucas in evang. I, 49. et in Act. II, 11: μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ, admiratione Dei digna (facta). Esse autem hoc nomen adiectivum, non substantivum, ex Herodoto clarum est, qui dixit τὸ μεγαλεῖον κτῆμα, magnifica possessio. BERNH.

* Allatis exemplis ex largissima segete spicilegium saltem quoddam locutionum notabiliorum addere visum est. Sic Iulianus Orat. I. p. 42. C. Τὰς ὑπὲρ τῶν κοινῶν εὐχὰς ποιούμενον. Plene Polyaenus L. IV. c. 8. οἱ πάντες ἡγεμόνες βουλεύοιντο περὶ τῶν κοινῶν πραγμάτων. coll. ad Onosandri c. XXXV. not. 5. [„Demosth. p. 312. To. 1. πρὸς τὰ κοινὰ προσελθεῖν· quod Dinarch. 1. p. 74. To. 2. dixit προσεληλυθέναι πρὸς τὸ πολιτεύεσθαι, et p. 84. πρὸς τὴν πολιτείαν προσεληλυθέναι. Sic τὰ πολιτικὰ Thuc. 6, 15.: τὰ δημόσια Id. 6, 16.: τὰ κοινὰ — τὰ ἴδια Xen. Cyrop. 1, 2. 14.“ Fischer. ad Weller. III. 1. p. 262. Add. Valckenar. Diatr. in Euripid. Fragm. p. 254. C. SCHAEF.] Hanc ellipsin sequitur Cicero L. XVI. ep. 24. De domesticis hactenus. De publicis omnia mihi certa. sub. rebus. Plene idem L. I. ep. 9. Vehementer etiam res ipsa publica me movit. Sic Graecorum plane imitatione Ovidius L. II. de Pont. ep. VII. 37.

Sed quia res timida est omnis miser.

Digitized by Google

i. e. timidus est omnis miser. In eleganti illa periphrasi, *τὰ τοῦ νόμου*, pro *ὁ νόμος*. Rom. II. 14. coll. ad Galat. V. 3. *Τὰ τῆς φιλοσοφίας, τῆς ποιητικῆς*, pro *ἡ φιλοσοφία, ποιητική*. Maximus Tyr. Diss. X. p. 103. In *τὰ βιωτικὰ* I. Corinth. VI. 3. Supplet ellipsin Macarius Homil. XV. p. 201. *Τὴν μέριμναν ἔχουσι περὶ τῶν βιωτικῶν πραγμάτων*: quae *μέριμναι βιωτικαὶ* Luc. XXI. 34. In *καθάπερ*. II. Corinth. III. 18. Est enim ita disiungendum, *καθ' ἅπερ*, sub. *πράγματα*: uti *τόγε* apud Homerum Odyss. P. v. 401. plene diceretur *κατὰ τόγε πρᾶγμα*. Item in *τὰ ὅλα* ellipsin supplet Onosander c. VI. *Τὰ ὅλα συνέτριψαν τῶν ἐναντίων πράγματα*. et c. XLII. p. 129. *ὥςε τοῖς ὅλοις ἐπιθεῖναι τοῦ πολέμου πράγμασι τέλος*. In *ζῆν ἐν ἀφθόνοις*, vivere in rerum abundantia, in Epicteti Enchirid. c. XII. In proverbiali illa locutione: *Ἐπὶ ξυροῦ ἵςαται ἀκμῆς*, apud Homerum Iliad. K. v. 173. Integra oratione habet Herodotus L. VI. c. 11. *Ἐπὶ ξυροῦ γὰρ τῆς ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ πρήγματα*. In locutionibus, quibus Synthesin inesse censent Aristarchi filii, e. g. apud Homerum Iliad. B. v. 204. *οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη*. Quam ellipsin Latini quoque amant. Sic Virgilius Eclog. III. v. 80. Triste lupus stabulis. et ibid. v. 82. Dulce satis humor. Ubi Servius habet: tristis res, dulcis res. Quod attinet ad locutionem *ἐπ' αὐτοφώρῳ*, Ioh. VIII. 4. eadem *ἐλλιπῶς* utitur Herodotus L. VI. c. 72. *Ἐπ' αὐτοφώρῳ δὲ ἁλούς*. Sic plena oratione habet Diodorus Sicul. L. II. p. 114. B. *Μηνυθείσης αὐτῷ τῆς πράξεως αὐτοφώρου*. Denique in illa dicendi formula Matth. VIII. v. 29. *Τί ἡμῖν καὶ σοί*; coll. Iohann. II. 4. qua molestia vel contemtus rei alicuius innuitur, et in qua falso quidam de Ebraismo cogitant, sub. *πρᾶγμα*. Sic etiam Anacreon Od. XVII. v. 264. *Τί γὰρ μάχαισι κἀ-*

Digitized by Google

μοί; et v. 270. Τί Πλειάδεσσι κἀμοί; Pro quo plene dicit Chariton L. IV. p. 67. Τί δὲ σοὶ, φησὶ, πρᾶγμα πρὸς Καλλιῤῥόην ἐκείνην; [Vid. ad v. Κοινόν. Add. Philostratus Her. p. 8. Boiss. Σοὶ δὲ τί καὶ τῷ Πρωτεσίλεῳ κοινόν; SCHAEF.] Nec minus Latini ellipsin in hac locutione sequuntur. Curtius L. VII. c. 8. §. 16. Quid nobis tecum est? Et Ovidius L. II. Eleg. I. 1. Quid mihi vobiscum est? sub. negotii. Ut alia, e. g. τὰ βρότεια, δέοντα, ἐνδεχόμενα, ἀναγκαῖα, προκείμενα, ὑποκείμενα, τὰ ἑαυτῶν, τὰ κατ' ἐμὲ, τὰ περὶ ἐμὲ, τὰ πρὸς θεὸν, εἰς κενὸν, οὐ θαυμαστὸν, in quibus τὸ, πρᾶγμα, vel πράγματα subauditur, compendii gratia, praetermittamus. SCHWEB.

* „Xen. Cyrop. 7, 1. 15. καὶ ἐν τούτῳ δὲ ἐδήλωσεν, h. e. et vero ibi apparuit. add. id. Apomnn. 1, 2. 23." Fischer. ad Weller. III. 1. p. 261. Add. τὰ ἀνθρώπινα. Dionysius Halic. Ant. Rom. T. II. p. 715. ἐν ἀδήλῳ καὶ δυστεκμάρτῳ τέλει πάντων τῶν ἀνθρωπίνων κειμένων. ubi tamen Vat. Cod. supplens ellipsin habet π. τ. ἀνθρ. πραγμάτων κειμένων. SCHAEF.

* ΠΡΑΓΜΑΤΕΙΑΙ, Annales.

Subauditur haec vox in ἐνιαύσιοι, quando absolute reperitur. Sic Dionysius Halic. L. IV. p. 220. Ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἐνιαυσίων. Plene idem p. 213. Ἐκεῖνος γὰρ ἐν ταῖς ἐνιαυσίοις πραγματείαις τοῦθ' ἱστόρηκε μόνος. SCHWEB. In priori loco (T. II. p. 675.) olim legebatur ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἐνιαυσίων ἀναγράφει ἱστορία. ubi ad τῶν ἐνιαυσίων ex syntaxi verborum repetendum esset ἱστοριῶν. Nunc autem libri Vaticani auctoritate recte ediderunt ἐ. τ. π. τ. ἐ. ἀναγραφῶν ἱστορεῖ. Sic enim Dionysius solet. T. II. p. 718. in. ἐν γὰρ ταῖς ἐνιαυσίαις ἀναγραφαῖς κ.τ.λ. Similiter Diodorus Sic. I. c. 43. extr. ἐν ταῖς ἱεραῖς ἀναγραφαῖς. Conf. ibid.

Digitized by Google

c. 69. extr. (In transcursu moneo, in Dionys. Halic. Ant. Rom. T. I. p. 295. pro *ἐπιγραφῆς* recipiendam fuisse libri Vaticani lectionem *ἀναγραφῆς*. Vicissim in Diod. Sic. XVI. c. 50. pro *ἀναγραφὴν* scribendum esse *ἐπιγραφὴν*, Stephanus Wesselingiusque iure censuerunt.) SCHAEF.

ΠΡΑΞΙΣ, Actio.

Quemadmodum *εἰς κενὸν* dicitur per Ellipsin vocis *πρᾶγμα*, uti modo docui; ita *διὰ κενῆς*, (coniunctim etiam legitur *διακενῆς*, quod idem notat,) per Ellipsin vocis *πράξεως*, ut plene sit: *διὰ κενῆς πράξεως*, inani actione. (nn) [Vid. Musgravii notam ad v. *Ἀρχή*. Genere neutro *διὰ κενοῦ* (*διακενοῦ*) in Argum. Phoeniss. Euripid. p. XXII. Valcken. Idem *εἰς κενὸν*, de quo v. Wesseling. ad Diodor. Sic. T. II. p. 324, 75. SCHAEF.]

(nn) Utuntur eo verbo Septuaginta in Psalm. XXV, 3, et alibi, ubi vocem ריקם exprimunt.

Sic etiam in *ταύτῃ*. Artemidorus IV, 16: *Τὸ δὲ πε-* 237
πρᾶσθαι τοῦ πωλεῖσθαι ταύτῃ διαφέρει. At vero venditum esse a venum propositum esse hac (ratione) differt. Forte idem observandum in *πάντῃ*, quod apud auctores saepius occurrit. SCHOETTG. De *πάντῃ* Schoettgenius nemini, opinor, persuadebit. SCHAEF.

* ΠΡΕΣΒΕΙΣ, Legati.

Post verba *ἐπιστέλλειν* et *πέμπειν* frequens ellipsis est non solum nominum *ἐπιστολὴ* aut *γράμματα*, *δῆμος* et pronominis *τινὲς*, sed etiam nominis *πρέσβεις*. Exempla habes apud Aelianum Var. Hist. III, 43. et Herodianum L. II, 8. 14. LEISN. Diodorus Sic. XII. c. 30. *ἐπὶ δὲ τοὺς Φρουροὺς Κορινθίους* [debebat esse, aut *τοὺς Φρουροὺς τοὺς Κορινθίους*, aut *τοὺς Κορινθίους Φρουρούς*: hactenus, quamvis renitente Summo Viro, praeferenda priorum lectio editionum, *τοὺς Φρουροῦντας Κορινθίους*.] *πρέσβεις ἀπέστειλαν*. ubi Coisl. omisit

Digitized by Google

πρέσβεις. Wesselingius ad h. l. „— nec multum euro vocem πρέσβεις, quam utroque in sermone saepe intelligendam omittunt. Vide Io. G. Graevium in Iustin. L. V, 3. et Cortium ad Sallust. Catilin. C. 32.“ In Herodoteo loco I. c. 167. οἱ δὲ Ἀγυλλαῖοι ἐς Δελφοὺς ἔπεμπον, magis etiam proprie subaudias θεοπρόπους. Conf. ibid. c. 19. πέμπει ἐς Δελφοὺς θεοπρόπους. ubi statim sequitur: εἴτε καὶ αὐτῷ ἔδοξε πέμψαντα τὸν θεὸν ἐπείρεσθαι. SCHAEF.

* ΠΡΟΘΕΣΙΣ, Praepositio.

In his formulis loquendi, ἡ πρὸς, ἡ παρὰ etc. apud Scholiastas saepe deest τὸ, πρόθεσις. Si apud eosdem occurrit ἀντὶ τοῦ, i. e. pro eo, quod est; tum nulla est ellipsis. Sed si legitur apud eos, ἀντὶ τῆς, elliptica est locutio pro ἀντὶ τῆς προθέσεως. vid. Stephani Proparasceve in Thucydidem. LEISN.

* Quando nimirum pro usitato articulo neutrius generis τὸ ponunt ἡ. Sic Schol. ad Aristophanis Nub. v. 1083. λείπει ἡ εἰς. In schol. ad Thucydid. L. IV. c. 6. l. 85. λείπει ἡ περί. coll. Schol. ad Sophoclis Electr. v. 319. SCHWEB. Plene Apollonius Lex. Hom. v. Ἀμφαφόωντα T. I. p. 126. χωρὶς τῆς ἀμφὶ προθέσεως. Alia exempla ex Eustathio et Gregorio Corinth. v. in Valckenarii Adnotat. in Adoniaz. Theocr. p. 364. A. C. SCHAEF.

ΠΡΟΠΟΣΙΣ, Propinatio.

Subauditio huius vocis, vel alius idem valentis, quales sunt κρᾶσις et πόμα, locum habet in illo Atticorum, ἀγαθοῦ δαίμονος. Dicunt enim λαβεῖν, διδόναι, πίνειν, προπίνειν ἀγαθοῦ δαίμονος, omisso substantivo regente, πρόποσιν vel κρᾶσιν. Aristophanes in Pace v. 299. p. 642:

Digitized by

Νῦν γὰρ ἡμῖν ἁρπάσαι πάρεσιν ἀγαθοῦ δαίμονος. 238
Nunc enim rapere nobis licet (poculum) Boni Daemonis.

Addidit *πρόποσιν* Aelianus in Var. Hist. I, 20: *Ἀγαθοῦ δαίμονος τῷ θεῷ διδόντας πρόποσιν*: propinantes Deo poculum Boni Daemonis. Phrasin autem illam, *διδόναι πρόποσιν*, habet etiam Philo in Flac. p. 759.

* Eadem ellipsis est in illis apud Philostratum in vita Apollon. Tyanens. L. II. c. 7. *Διὸς, ἔφη, σωτῆρος ἥδε σοι, Ἀπολλώνιε.* s. *πρόποσις.* Cui addi potest Lucianus in Conviv. T. III. p. 430. *Προπίνω σοι, ἔφη, ὦ Κλεανθὶ, Ἡρακλέους ἀρχηγέτου.* Ad quem locum de propinandi in salutem aliorum ritu conferri merentur scholia Graeca. SCHWEB. *Κύαθος* additur in Antiphaneis Athenaei T. IV. p. 47. Posidippus X. *Ναννοῦς καὶ Λύδης ἐπίχει δύο, — — — Συγκέρασον τὸν πέμπτον ἐμοῦ. κ. τ. λ.* Huiusmodi genitivos Musgravius ad Theocrit. T. II. p. 410. Wart. sic explicat, ut subaudiat *ἕνεκα.* SCHAEF.

* ΠΡΟΣΗΛΥΤΟΙ, Proselyti.

In aliquot N. T. locis vox haec subauditur. Actor. c. XIII. 16. *οἱ Φοβούμενοι τὸν Θεόν.* ubi *ἄνδρες Ἰσραηλῖται*, i. e. Iudaei nati, diserte distinguuntur a *Φοβουμένοις τὸν Θεὸν*, h. e. a *προσηλύτοις*, proselytis portae. In *σεβόμενοι τὸν Θεὸν* Actor. XVII. 4. et 17. quo modo etiam Lydia dicitur *σεβομένη τὸν Θεόν.* Actor. XVI. 14. V. commentatores sacros et in primis Wolfium ad haec loca. SCHWEB.

* ΠΡΟΣΤΑΣΙΑ, Praesidium, Tutela.

Vox haec suppressa videtur apud Dionysium Halic. L. IV. p. 237. *ἔχεις τὸν τῆς ἐπιτροπικῆς λόγον.* s. *προξασίας.* nisi cum Sylburgio malis legere *ἐπιτροπῆς* aut *ἐπιτροπίας*, qua posteriore voce au-

Digitized by Google

ctor utitur ibidem l. 2. *ἐγὼ τὴν ἐπιτροπίαν ὑμῶν ἔλαβον.* SCHWEB. *Ἐπιτροπῆς* habet Cod. Vatic. sicque nunc editum legitur. T. II. p. 725. SCHAEF.

* ΠΡΟΣΦΟΡΑ, Oblatio.

Subaudiendum esse hoc etiam vocabulum ad verbum *προσφέρειν*, Lucas monet in Act. XXI, 26: *Ἕως οὗ προσηνέχθη ὑπὲρ ἑνὸς ἑκάστου αὐτῶν ἡ προσφορά.* Articulus autem *ἡ ἐμφατικωτέρως* positus existimandus est, hoc modo interpretandus: dum oblata fuerit oblatio illa, scil. lege divina mandata. Nihil interim derogo Lamberti Bos sententiae, qui *θυσίαν* addendum voluit isti verbo. BERNH.

ΠΡΟΣΩΠΟΝ, Facies.

Συγκύπτειν, incurvare, et *ἀνακύπτειν*, erigere, nonnunquam absolute ponuntur, ita ut in iis subaudiri debeat *πρόσωπον.* E. g. Lucas in Evang. XIII, 11: *Καὶ ἦν (γυνὴ) συγκύπτουσα, καὶ μὴ δυναμένη ἀνακύψαι εἰς τὸ παντελές.* Et erat (mulier) incurvans (faciem,) et prorsus non poterat surrigere (faciem.) ubi in utroque, *συγκύπτουσα*, et *ἀνακύψαι*, subaudi *πρόσωπον.* Possis etiam *ἑαυτὴν* subaudire. (oo) [Posterior ratio unice probanda. SCHAEF.]

239 (oo) In *σκυθρώπόν.* Lucianus Vit. Auct. *Δέδια τὸ σκυθρωπὸν αὐτοῦ καὶ κατηφὲς*, scil. *πρόσωπον.* Vultum ipsius severum et tristem timeo. [Imo est i. q. *τὴν σκυθρωπότητα αὐτοῦ καὶ κατήφειαν.* Vid. Vigerum III. 2. 1. Schol. ad Philostr. Her. p. 182. Boiss. *πολλάκις ἀντὶ τοῦ προσηγορικοῦ μονογενοῦς ὀνόματος τίθεται οὐδέτερον, οἷον, τὸ σοφὸν τοῦ δεῖνος ἀντὶ τοῦ, ἡ σοφία, τὸ αὐτεξούσιον ἀντὶ τοῦ, ἡ αὐτεξουσιότης.* V. ipsum Boisson. p. 574. SCHAEF.] Herodianus L. IV, 3. 16: *σκυθρωποῖς προσώποις εἰς γῆν ἔνευσαν.* SCHOETTG.

*It. in *ἀπηνὲς* et *ἀπαραίτητον.* Iulianus Caes. *Φοβοῦμαι γὰρ αὐτοῦ τὸ λίαν ἀπηνὲς καὶ ἀπαραίτητον.* subintelligitur *πρόσωπον.* saevum eius et inexorabi-

Digitized by Google

lem vultum. BERNH. Sed vide quae modo ad locum Lucianeum adscripsimus. SCHAEF.

* In *καθεξηκυῖα* apud Cebetem p. 45. edit. Gronov. *γυνὴ καθεξηκυῖα*: mulier constanti vultu. Plene est apud eundem p. 37. *καθεξηκυῖα τὸ πρόσωπον*. Item in v. *ἀποστρέφειν*, quando apud scriptores absolute positum reperitur. [Tum pronomen reciprocum subaudiendum. SCHAEF.] Integre Plutarchus in Poplicol. *ἀποστρέφων πρὸς τοὺς ὑπηρέτας τὸ πρόσωπον*. Sic etiam apud Latinos in v. nubere subaudiri solet vultum; quod sponsa, cum ad maritum duceretur, flammeo faciem nuberet. V. Festus de verborum significatione L. XII. p. 291. SCHWEB.

* *Πρόσωπον*, sensu technicorum intelligendum, Scholiastae Grammaticique passim supprimunt. Sic Schol. ad Lucian. T. III. p. 570. *ἐπὶ τοῦ τρίτου, ἐπὶ δευτέρου*. Ipseque h. l. Lucianus: *τεθνήξει εἰπόντος ἐπὶ τοῦ τρίτου*. ubi minus recte Interpres: dicente quodam de tertio. Rectius Graevius. SCHAEF.

* ΠΡΟΦΗΤΗΣ, Vates.

Vide supra ad v. *Ἱερεύς*. SCHAEF.

* ΠΡΟΦΗΤΙΣ.

Subaudias ad v. *Πυθία* s. *Πυθιάς*. Pollux I. 14. *ἰδίως δὲ ἡ ἐν Δελφοῖς προφῆτις, Πυθία*. al. *Πυθιάς*. SCHAEF.

* ΠΡΥΜΝΗΣΙΑ, Funes.

Λῦσαι, solvere, ubi de navigio dicitur, subaudiendum relinquit *τὰ πρυμνήσια*, (sc. *σχοινία*) funes navis. Aeschines epist. ad Philocr. *λύσαντες ἐκ Μουνυχίας*. Synesius epist. 4: *λύσαντες ἐκ Βενδιδαίου*, ubi Scholia Codicis Lipsiensis addunt *τὰ πρυμνήσια*. Sed et ipse Synesius addit epist. 55. et 79. SCHOETTG.

Digitized by

* ΠΡΩΚΤΟΣ.

Aristophanes Av. v. 442. *οὔ τι που τὸν . . .*; Brunckius: „quod intelligit, reticet, scilicet *πρωκτόν*.“ Cave h. l. cum Valckenario ad Herodot. p. 219, 57. corrigas *τόνδ'*. Simplex enim articulus in hac reticentia non minus recte habet, quam in illa, etsi diversi generis, aposiopesi Stratonis *οὐ μὰ τὸν . .*, XLIII. v. 2. SCHAEF.

* ΠΤΩΣΙΣ, Casus.

In *αἰτιατικὴ*, *δοτικὴ*, *γενικὴ* etc. apud Grammaticos frequenter omittitur. LEISN.

* Eustathius ad Odyss. Ψ. v. 109. *ὅρα δὲ, τὸ γνωσόμεθ' ἀλλήλων, γενικῇ συνταχθέν*. Sextus Empiricus adversus Grammat. L. I. c. 9. *ὅταν ζητῶμεν, εἰ ταῖς δοτικαῖς προσθετέον τὸ ι*. Quam ellipsin Grammatici Latini cum Graecis ubique fere communem habent, ut exemplis neutiquam opus videatur. SCHWEB.

* Sic etiam in *εὐθεῖα*, *ὀρθὴ*, *πλάγιος*, s. *πτῶσις*. Vid. Etymolog. M. c. 814, 26. 29. 30. Apollon. Alex. de Synt. p. 176, 9. Heyn. ad Homer. T. V. p. 100. ad v. 507. Plenae locutionis exempla haec addo. Apollonius l. c. p. 20, 24. *τῆς ὀρθῆς πτώσεως*. Diogenes Laërt. VII. 64. *τῶν πλαγίων πτώσεων*. Ibid. 65. *πλάγιαι δὲ πτώσεις εἰσὶ, γενικὴ, καὶ δοτικὴ, καὶ αἰτιατική*. Sextus Empir. p. 253. Fabr. *τὴν δοτικὴν πτῶσιν*. p. 254. *ὁ μὲν τῆς Ζεὺς ὀρθῆς πτώσεως τὰς πλαγίους σχηματίζων*. Aliter Gregorius Corinth. p. 33. *Οὗτοι καὶ τῇ αἰτιατικῇ καὶ τῇ εὐθείᾳ χρῶνται ἀντὶ πλαγίας συντάξεως*. SCHAEF.

* ΠΥΓΗ, Clunes.

Aristophanes Equit. v. 782: — — *ἀλλ' ἐπαναίρου, Κἄτα καθίζου μαλακῶς, ἵνα μὴ τρίβῃς τὴν ἐν Σαλαμῖνι*. Surge et molliter hic re-

Digitized by Google

side, ut ne atteras (clunes) in Salamine. Τ-ὴν ἐν Σαλαμῖνι, supple πυγὴν cum Scholiasta. [Praeterea participium subaudiendum. Bruncкius quidem ad h. l. „Facile ex ipsa sententia et praecedente versu suppletur; τετριμμένην πυγήν. Ne nates atteras, quae, quum in proelio ad Salaminem remum agebas, satis iam attritae fuerunt.“ Sed longe κωμικώτερον, opinor, digniusque ista persona, subaudire μαχεσαμένην s. νικήσασαν. Primum enim ne μικρὸν quidem ϑωπευμάτιον erat, laudari victoris populi clunes in illa pugna attritas: haec enim laus cum communicanda esset cum remigibus, non poterat non evilescere planeque sordere. Deinde nihil crebrius personabat, nihil blandius mulcebat aures gloriosissimorum Atheniensium his locutionibus, οἱ ἐν Μαραθῶνι, οἱ ἐν Σαλαμῖνι. sc. μαχεσάμενοι s. νικήσαντες. V. supra ad v. Νικήσας. Hanc vanitatem ut Aristophanes uno ictu contunderet, ad eundem modum effinxit locutionem plane inauditam, ἡ ἐν Σαλαμῖνι: quae, ab Insiciario graviter καὶ ϑωπείας χάριν pronuntiata, quin risum effusissimum spectatoribus excusserit, noli dubitare. Bene igitur, sic si intelligantur, Scholia ad Aristoph. l. c. Ἵνα μὴ ἐντρίψῃς μηδὲ διαφθείρῃς τὴν ἐν Σαλαμῖνι καμοῦσαν πυγὴν ἐν ναυμαχίᾳ. Neque incommode Bergerus comparavit Aeschyleum illud, τὸν σὸν πόδ', ὦ ναξ, Ἰλίου πορθήτορα. SCHAEF.]

In Casauboni annotat. ad h. l. vitio, ut puto, typothetae subaudiendum scribitur φυγὴν pro πυγήν. 240

Idem Comicus in Plut. v. 818:

— — ἀποψώμεσθα δ' οὐ λίθοις ἔτι,
Ἀλλὰ σκοροδίοις ὑπὸ τρυφῆς ἑκάστοτε.
Alvo exonerata non lapidibus (nates) detergimus, ut olim,
Sed alliis, idque subinde animi et deliciarum gratia.

Alii hic nares supplent; sed alii, inter quos Scho-

liastes et Spanhemius, ad nates inclinant. Ita apud eundem Ran. v. 493. *ἀποψήσασθαι* est sibi (nates) abstergere; et Pace v. 1230. [Hoc verbum et formam medii habet, et vero etiam vim, *se* abstergere. Igitur non subaudiendum v. *πυγὴ*, sed *ἡ ἀπόψησις* intelligenda de natibus. SCHAEF.] Id alioquin *πρωκτὸν ἐκμάξαι* vocant Graeci. Noti versus:

Τρεῖς εἰσιν ἱκανοὶ πρωκτὸν ἐκμάξαι λίθοι,
Ἂν ὦσι τραχεῖς· ἂν δὲ λεῖοι, τέτταρες.

LEISN.

ΠΥΛΗ, Porta.

Quum apud Ioannem in Evang. V, 2. legitur, *Ἔξι δὲ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, ἐπὶ τῇ προβατικῇ, κολυμβήθρα*: in *τῇ προβατικῇ* subintelligendum putem cum doctissimo Beza et aliis *πύλῃ*. Est autem *ἡ προβατικὴ πύλη*, porta pecuaria. Addita reperitur *πύλη* apud Septuaginta Interpretes in libro Nehemiae, cap. III, 1: *Καὶ ᾠκοδόμησαν τὴν πύλην τὴν προβατικήν*: et aedificarunt portam pecuariam.

Sic pluralis *πύλαι* in *Σκαιαὶ*, ut apud Homerum Iliad. Γ. v. 263:

241 Τὼ δὲ διὰ Σκαιῶν πεδίονδ' ἔχον ὠκέας ἵππους.

Superius eodem libro *Σκαιὰς πύλας* dixit.

* In Philostrati Icon. L. I. c. XXVII. *ὡς τὰ ἐνύπνια διὰ τῆς ἀληθοῦς ἀνάγων*, s. *πύλης*. De qua porta ita Virgilius Aen. L. VI. v. 894, 895.

Sunt geminae somni portae: quarum altera fertur
Cornea, qua veris facilis datur exitus umbris.

De ellipsi v. porta apud Latinos vid. Miscellan. Observat. Vol. VIII. p. 68. SCHWEB. In Philostrateo loco praecessit *ὀνείρων πύλη*. Igitur ad *τῆς ἀληθοῦς* vox *πύλης* non tam *κατ' ἔλλειψιν* defit, quam ex antecedentibus *συντακτικῶς* repetenda est. SCHAEF.

Digitized by Google

* ΠΤΡΕΤΟΣ, Febris.

In *τριταῖος*, *τεταρταῖος*. Vide Hippocratem aphor. II, 25. V, 70. ut apud Latinos tertiana, quartana. SCHOETTG.

* Dioscorides L. II. c. 72. *λύει δὲ καὶ τριταίους*. s. *πυρετούς*. Sic tertiana *ἐλλιπῶς* apud Petronium c. XVII. et XVIII. quartana apud Suetonium in Caes. c. I. Plene Cicero de Nat. Deor. L. III. c. 10. ne tertianas quidem febres et quartanas divinas esse dicendum sit. SCHWEB.

* „Hippocr. aphorr. 5, 70. p. 97. s. To. 1. *οἱ ὑπὸ τεταρταίων ἁλισκόμενοι — εἶτα ἐπιγένηται τεταρταῖος.*“ Fischer. ad Weller. III. 1. p. 261. Philostratus Her. p. 58. Boiss. *τοὺς τεταρταίῳ πυρέττοντας*. ubi Schol. „*πυρετῷ*.“ Aliter defectum explet Palladas CIX. *ζωὸν φι' ἐν χρονίῳ Ἠπιάλῳ κάμνοντι τεταρταίῳ περιῆψα*. SCHAEF.

ΠΩΜΑ, Operculum.

Τὸ *ἱλαστήριον* natura est adiectivum, ut Latinis propitiatorium. Id quum pro sacrificio propitiatorio sumitur, subauditum habet *θῦμα*, uti ad eam vocem diximus. Quum vero pro operculo propitiatorio, ut in Epist. ad Hebr. IX, 5: *Ὑπεράνω καὶ αὐτῆς Χερουβὶμ δόξης, κατασκιάζοντα τὸ ἱλαστήριον*: supra autem illam Cherubini gloriae, obumbrantes propitiatorium: subintellectum habet *πῶμα*, operculum; vel, quod idem est, *ἐπίθεμα*. Plene *ἱλαστήριον ἐπίθεμα* dixere Septuaginta Interpretes in libro Exodi, c. XXV, 17.

P.

ΡΗΜΑ, Verbum.

Ῥῆμα, vel *ὄνομα*, intelligas in articulo neutrius generis *τὸ*, praeposito voci vel sententiae, quae *τεχνικῶς* effertur, ut *τὸ βίβλος*: *τὸ πόλις*:

Digitized

εὖ εἰρημένον τό, ἑλοῦ βίον τὸν ἄριστον: illud li-
242 ber: illud urbs: praeclare dictum est illud, optimam vitae rationem elige. in quibus supp. ῥῆμα. [Non opus his ambagibus. Scilicet vocibus materialiter, ut Grammatici loquuntur, positis proprie iungitur articulus neutrius generis. Conf. Leisner. supra ad v. Πρόθεσις. Perraro deest articulus. Sic Sophocles Antig. v. 567. ἀλλ' ΗΔΕ μέν τοι μὴ λέγ'. ubi Glossa Cod. August. articulum supplet. SCHAEF.] (a) Ῥήματα in βραχέα. Aristophanes Nubib. 154. v. 482.:

Βραχέα σου πυθέσθαι βούλομαι. (b)

Genitivum pluralem ῥημάτων intellige in loquutionibus quibusdam, nimirum, διὰ βραχέων: διὰ πολλῶν: διὰ πλειόνων: quemadmodum Latini paucis, multis, pluribus dicunt, subintell. verbis. Occurrit Ellipsis illa apud Lucianum in Toxar. pag. 71: Καὶ διὰ βραχέων λεκτέον: et paucis dicendum. et in Epist. ad Hebr. XIII, 22: Διὰ βραχέων ἐπέστειλα ὑμῖν, sc. ῥημάτων, paucis vobis scripsi. Petri epist. I. cap. V, 12: δι' ὀλίγων ἔγραψα. Apud Polybium etiam διὰ πλειόνων legitur L. II. p. 110. Addidit ῥημάτων Demosthenes alibi. (c)

Ῥήματα supple in voce πολλὰ, (d) addita verbis quibusdam, quae convicium, subsannationem, aut exsecrationem designant. E. g. Πολλὰ λοιδορεῖσθαι, ἐπισκώπτειν, καταρᾶσθαι, plene κατὰ πολλὰ ῥήματα λοιδορεῖσθαι, multis verbis conviciari: multis conviciis proscindere aliquem etc. Imitati hoc sunt Latini, qui simili modo, Multa invehi in aliquem, dicunt.

Exempla huius Ellipsios apud Graecos passim obvia sunt. Lucianus in Dial. Mort. pag. 263: Γελᾷ δὲ ἀεὶ, καὶ τὰ πολλὰ τοὺς ἀλαζόνας τούτους φιλοσόφους ἐπισκώπτει: ridet autem semper, ac philosophos illos arrogantes

Digitized by

multa perstringit. Perperam ibi Interpres τὰ πολλὰ reddidit plerumque. ut et in Apolog. cont. 243
Prometh. in verb. p. 17: Ἐνίοτε καὶ τὸ ὅλον ἀναπαίζοις μέτροις ἐποχουμένη τὰ πολλὰ, τοὺς τοῦ διαλόγου ἑταίρους ἐχλεύαζε. Interpres: Interdum etiam anapaesticis versibus plerumque in sublime evecta, dialogi socios subsannabat. Prava haec versio a prava distinctione est orta. Distingue: Ἐνίοτε καὶ, τὸ ὅλον ἀναπαίζοις μέτροις ἐποχουμένη, τὰ πολλὰ τοὺς τοῦ διαλόγου ἑταίρους ἐχλεύαζε. et verte: Interdum etiam, omnino anapaesticis versibus vecta, multa subsannabat dialogi socios. [Fallitur Bosius in utroque loco Luciani. Ad priorem Hemsterhusius p. 332. „L. Bos de Ell. Gr. p. 142. Interprete castigato, qui τὰ πολλὰ reddiderit plerumque, hanc versionem expressit: ac philosophos illos arrogantes multa perstringit. Verum dixisset, si legeretur in Luciano πολλὰ ἐπισκώπτει· ut πολλὰ λοιδορεῖσθαι, καταρᾶσθαι· nunc nullam Interpres notam commeruit: idem est τὰ πολλὰ, quod ὡς ἐπιπολὺ, ὡς ἐπιτοπολὺ, quibus utitur Schol. Thucydidis ad illud explicandum. Saepe Noster: περὶ τὸν Ἄρη ἔχει τὰ πολλά· τὰ πολλὰ τερατευόμενος· λῆρεῖ τὰ πολλα· γελῶν τὰ πολλά· νῆμα ἐπιπεπλεγμένον γε τὰ πολλά· non aliter capiendum in Prom. p. 32. v. 22. vel invito Clariss. L. Bos.“ Passim τὰ πολλὰ, adverbii sensu dictum, viri docti perperam interpretati sunt. Longini Fragm. p. 194. τὰ πολλὰ μὲν τῶν αὐτῶν δογμάτων ἐχόμενος. Interpres, minus intellectam sibi, ut videtur, adverbialem locutionem plane praeteriens: eadem quidem habet et exponit dogmata. Vere Toupius p. 395. „τὰ πολλὰ est plerumque. Quare locus ita vertendus est: plerumque eadem amplexus dogmata.“ Addito ad vim augendam v. πάντα

Herodotus I. c. 203. *τὰ πολλὰ πάντα ἀπ' ὕλης ἀγρίης ζώοντα.* ubi Interpres non magis attendit adverbialem significationem. Idem II. c. 35. *τὰ πολλὰ πάντα ἔμπαλιν τοῖσι ἄλλοισι ἀνθρώποισι ἐχήσαντο ἤθεά τε καὶ νόμους.* ubi item desideres Interpretis *ἀκρίβειαν.* L. V. c. 67. probanda erat multorum lectio codicum: *ὅτι Ἀργεῖοί τε καὶ Ἄργος τὰ πολλὰ πάντα ὑμνέαται.* SCHAEF.] Aristophanes Lysistr. v. 818:

Πολλὰ καταρασάμενος ἀνδράσι πονηροῖς.
Multa exsecratus viros scelestos. (e)

* Eadem ellipsis in sequentibus obtinet. Marc. III. 12. *Καὶ πολλὰ ἐπετίμα αὐτοῖς.* Ad eumdem modum Cicero ad divers. L. VI. ep. 7. Qui multa Deos venerati sint contra eius voluntatem. Idem L. III. ep. 3. Multa nos quidem questi sumus. Aelianus Tact. c. I. *Διὰ πλειόνων*: uti Cicero ad divers. L. XII. ep. 24. Sed haec de re alias ad te pluribus. Aelianus V. H. L. XII. c. 57. *Πολλὰ καὶ βλάσφημα ἀποῤῥίπτειν εἴς τινα.* coll. Actor. VI. v. 11. *λαλοῦντος ῥήματα βλάσφημα εἰς Μωσῆν καὶ τὸν Θεόν.* Homerus Iliad. I. v. 460. *Πολλὰ — λισσόμενοι.* plene *κατὰ πολλὰ ῥήματα.* uti Virgilius Aen. L. IX. 24. Multa Deos orans. SCHWEB.

* Lucianus Icaromen. p. 186. *τὰ Φορτικὰ ταῦτα*, nempe *ῥήματα*, insolentia ista verba. Idem aut *πρᾶγμα* subaudi in *ἀμφίβολον* ap. Smith. not. 7 eccl. Asiae p. 60. F. ST.

(a) Item in his. *Τὸ τοῦ Κρατίνου*, Cratini verbum vel proverbium. Arrianus Var. Hist. II, 13. SCHOETTG. Lucianus T. II. p. 379. *τὸ κωμικὸν ἐκεῖνο.* Heliodorus p. 13. Cor. *τοῦτο δὴ τὸ τῶν τραγῳδῶν.* In Gregorio Nazianz. T. I. p. 302. D. interpunge et scribe: *οὐδ' ὀπισθόπους ἡ δίκη, τοῦτο δὴ τὸ ποιητικόν.* In Libanio T. IV. p. 312. ubi editum est, *καὶ πρὸς ἐμαυτὸν Αἰσχύλου λέγω πολλάκις*, malit Reiskius *τὸ Αἰσχύλου.* Bene ad linguae rationem: sed mihi probabilius fit, vocem *Αἰσχύλου*, ab imperito homine margini adscriptam, post

Digitized by Google

in ipsum textum irrepsisse; nam qui sequitur versus, non Aeschyli est, sed Euripidis, Orest. v. 252. supraque p. 309. Libanius versum item Euripideum, tacito poëtae nomine, commemoravit. Plene Aristides T. II. p. 134. lebb. ὡς τὸ τοῦ κωμικοῦ ῥῆμα. ubi si quis delendam censeat particulam ὡς, natam illam ex syllaba ultima participii praegressi, non valde repugnem. In aliis huiusmodi locutionibus haec defectus, si tamen defectus vocandus est, explendi ratio minus commode procedit, velut in illa, τὸ τοῦ λόγου, de qua nuper Boissonad. ad Philostr. p. 344. Plane non procedit in Philostr. Her. p. 206. Boiss. οὐχ, ὥςπερ οἱ πολλοί φασιν, ἀπόθετος ἐν Σκύρῳ ἐτρέφετο, τοῦτο δὴ τὸ ἐν ταῖς παρθένοις. Addito v. πάθος idem ibid. p. 38. τοῦτο δὴ τὸ τοῦ Πρωτεσίλεω πάθος. SCHAEF.

(b) Sic Φιλάνθρωπα. Arrianus L. III. p. 248: Καὶ τούτῳ Φιλάνθρωπα (sc. ῥήματα) ἐπιςέλλει Ἀλέξανδρος. Et huic humanis (verbis) scribit Alexander.

Porro in verbo ὑπολαμβάνειν, quod notat subdere, alicui respondere. Aelianus Var. Hist. XIV, 8: ὑπολαβὼν οὖν ἔφη Πολύκλειτος, subdens ergo dixit Polycletus, sc. ῥῆμα. Nos Germani dicimus: *Er nahm ihm das Wort auf.* SCHOETTG. Sic fere aoristi participium usurpatur: rarius praesentis. Vid. Toup. ad Longin. p. 379. Ipsumque verbum ὑπολαμβάνειν passim reperias breviter dictum pro ὑπολαβόντα φάναι. Xenophon Conviv. IV, 22. Καὶ ὁ Σωκράτης ὑπέλαβε, Τί δῆτα κ. τ. λ. Plutarchus Mor. T. I. p. 910. Ἐκείνου δὲ ὑπολαβόντος, Ἂν οὖν γένηται, κ. τ. λ. Moschopulus Voc. Attic. Collect. ὑπολαμβάνω, καὶ τὸ διαδέχομαι, — — κατὰ τοῦτο τὸ σημαινόμενον λέγεται τὸ, ὑπολαβὼν δὲ ὁ ἅγιος τὸν λόγον, ἤτοι διαδεξάμενος. (Longe diversâ significatione ὑπολαμβάνειν τὸν λόγον dixit Herodotus I. c. 212. III. c. 146. in. ubi est probare consilium.) Ceterum hoc sensu etiam suscipere in scriptoribus Latinis legas. Virgilius Aen. VI. v. 723. Suscipit Anchises. Varro de R. R. I, 2, 24. Suscipit Stolo, Tu, inquit, etc. SCHAEF.

* In ὑπέρογκα, Petrus epist. 2. c. II, 18: Ὑπέρογκα γὰρ ματαιότητος φθεγγόμενοι, sc. ῥήματα. magna, sed 244
vana sonantes. Horatius: Os magna sonaturum, sc. verba. BBRNH.

* Apocal. XIII, 1: Στόμα λαλοῦν μεγάλα καὶ βλασφημίας. MICH.

(c) Item in hac loquutione, τὰ περί τινος, ut Lucas in Actis Apostol. c. I, 3. c. XXVIII, 15. 23. 31. MICH.

Digitized by

(d) Matth. c. XIII, 3: καὶ ἐλάλησεν αὐτοῖς πολλά. it. Marc. c. I, 45. MICH.

(e) Καθὰ in Matth. evang. c. XXVII, 10. elliptice positum est, pro καθ' ἃ ῥήματα, secundum ea verba, quae mihi Dominus praecepit. (f) SCHOETTG.

(f) Etiam in καθημαξευμένα supple ῥήματα, h. e. dicta plebeia, dicta ab usu plebeio non remota, quaè doctis et elegantibus non probantur. Quo vocabulo alluditur ad proverbium Graecorum: λέγειν ἀπὸ τῆς ἁμάξης, loqui de plaustro, i. e. vili et reprobo sermone uti. LEISN. Vid. Valckenar. in Elegiaca Callimachi p. 299. SCHAEF.

ΡΗΣΙΣ, Oratio.

Quum dicunt μακρὰν λέγειν, illud μακρὰν non est adverbium, ut volunt veteres Grammatici, sed quartus casus femin. inque eo subauditur ῥῆσιν. Plenam habes loquutionem apud Lucianum in Prometheo p. 176: — ῥῆσίν τινα μακράν etc. Ellip-
245 pticam vero in Timone pag. 126: Λέγε, μὴ μακρὰν μέντοι, μηδὲ μετὰ προοιμίων: dicito, sed nec multis, neque cum prooemiis. [Locus est T. I. p. 149. ubi nunc ediderunt μακρά. Frequens haec confusio. Vid. Kuster. ad Aristophan. Av. v. 1207. Ceterum μακρὰν et μακρὰ prorsus eandem vim significationemque habent: malim enim etiam hîc Musgravianam sequi quam Bosianam rationem. V. supra ad v. Ἀρχή. SCHAEF.]

* PIZA, Stirps.

Subaudias h. v. in Sophocleo loco, de quo supra ad v. Κοίτη. Conf. Heyn. ad Apollodor. p. 259. ed. prior. SCHAEF.

* ΡΥΘΜΟΣ.

Deest in ἐνόπλιος apud Callimachum hymn. in Dianam v. 241: ὀρχήσασθαι ἐνόπλιον. sc. ῥυθμόν. [Malim adverbialiter intelligere, ut sit i. q. κατὰ τὰς ἐνοπλίους κινήσεις. Conf. Dionys. Hal.

Digitized by Google

Ant. Rom. T. I. p. 387. *κινοῦνται γὰρ πρὸς αὐλὸν ἐν ῥυθμῷ τὰς ἐνοπλίους κινήσεις.* SCHAEF.] Hinc Scholiastes Aristophanis ad Nub. v. 651: *κατ' ἐνόπλιον, εἶδος ῥυθμοῦ, πρὸς ὃν ὠρχοῦντο σείοντες τὰ ὅπλα.* Additer a Xenophonte *Ἀναβ.* L. VI: *ἐξοπλισάμενοι ὡς ἐδύναντο κάλλιστα, ἦεσάν τε ἐν ῥυθμῷ, πρὸς τὸν ἐνόπλιον ῥυθμὸν αὐλούμενοι.* Videatur Spanhemius ad Callimachum p. 291. LEISN.

* ΡΥΜΗ, Vicus.

Subintelligitur in *πλατεῖα.* Apocal. XI, 8: *ἐπὶ τῆς πλατείας*, scil. *ῥύμης*, quomodo h.l. in versione Syriaca ܒܫܘܩܐ ܕܪܘܡܐ pariterque c. XXII, 2. Matth. c XII, 19. MICH. Rectius *ὁδὸς* subaudias. Hesychius quidem alteram vocem alterâ interpretatur: **Πλατείαις.** *ῥύμαις.* T. II. c. 974. SCHAEF.

* ΡΩΜΑΙΚΟΣ, Romanus.

In voce *οἰκουμένη*, quae substantive usurpata, orbem habitatum vel habitabilem denotat. Lucas c. II, 1: Exiit decretum a Caesare Augusto, *ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην*, ut totus orbis describeretur. Ubi tantum intelligitur orbis Romanus, quo usque se tunc imperium Romanorum extendebat. Fortassis et huc referendus est alius locus Actor. XXIV, 5. SCHOETTG.

* Plenam locutionem habet Herodianus L. V. c. 2. *Πᾶσα δὲ ἡ Ῥωμαίων πόλις, καὶ σχεδὸν ἡ ὑπὸ Ῥωμαίους οἰκουμένη.* SCHWEB.

* Parum placet Schoettgenii ratio. Profecta est enim haec locutio a fastu et *μεγαλαυχίᾳ* victorum, nunc Graecorum, nunc Romanorum: neque unquam vita communis, ellipsi illa similive (*Ἑλληνικὴ*, *Μακεδονικὴ*) agnoscenda, ad iustum eam modulum revocavit. SCHAEF.

Digitized by Google

246 Σ.

* ΣΑΛΠΙΓΞ, Tuba.

In *κερατίνη*. Symmachus Psalm. CL, 3: Laudate Dominum *ὀι' ἤχου κερατίνης*, sonitu (tubae) corneae. SCHOETTG. Aliis huiusmodi locis excitatis, Bielius Thes. II. p. 192. „Quod autem," inquit, „in his aliisque locis vox *σάλπιγξ* in *κερατίνη* subaudienda sit, patet ex Ios. VI, 13. *οἱ ἱερεῖς ἐσάλπισαν ταῖς κερατίναις σάλπιγξι*, sacerdotes canebant tubis." Nisi alterum utrum vocabulum a glossatore profectum est. Vid. var. lect. SCHAEF.

* ΣΑΛΠΙΓΚΤΗΣ, Tubicen.

Subaudiunt h. v. ad verba *σαλπίζειν*, *σημαίνειν*, ubi absolute ponuntur. Vid. Schneider. ad Xenophont. Anab. III, 4, 4. Lexic. Xenophont. T. IV. p. 16. a. 27. a. SCHAEF.

* ΣΑΡΞ, Caro.

In *βοείη*, quando absolute posuerunt scriptores, interdum subauditur *σάρξ*: uti etiam *βόεια* est apud Alexandrum Aphrodis. suppressa v. *κρέα*. Carnes bubulae. Vid. Henr. Stephani Thes. Gr. L. p. 779. Eadem Ellipsis videtur locum habere apud Clementem Alexandr. Stromat. L. VII. p. 716. *Ἐγὼ γὰρ οὐκ ἐσθίω γλυκεῖαν οὐδὲ μηρίαν*. s. *σάρκα*. [Hoc loco vellem Schwebelius abstinuisset. SCHAEF.] Sic apud Latinos quoque in bubula, ferina, agnina cet. absolute positis caro subauditur. V. Vossius de Construct. c. VI. p. 17. SCHWEB.

ΣΕΑΥΤΟΝ, Te ipsum.

Pronomen hoc intellige in imperativis (a) *ἄπαγε*, abduc, *ὕπαγε*, subduc, quae male a Grammaticis in adverbia sunt translata. Reperitur

Digitized by Google

apud Aristophanem plene dictum: *Ἄπαγε σεαυτὸν ἐκ ποδῶν*, quod Plautus imitatus dixit: Apage te a me, in Amphitr. Act. II.

* Sic apud Theocritum Idyll. I. 62. *Πόταγ', ὦ 'γαθέ.* ubi schol. Gr. *προσάγαγε σεαυτόν.* Item in proverbialibus illis locutionibus, *βάλλ' εἰς κόρακας, βάλλ' εἰς ὄλεθρον*, abi in malam rem, suppressa est vox *σεαυτόν.* Vid. Zenobii Proverb. Centur. II. p. 48. Eadem hac ellipsi saepius utuntur etiam Latini. Terentius Adelph. Act. V. Sc. VIII. v. 14. Insanis? aufer: ubi Donatus: pro eo quod est abi, ut sit, aufer te. Sic Virgilius Aen. L. II. 672. — — meque extra tecta ferebam. Cicero ad Divers. L. V. ep. 10. Apage te cum nostro Sexto Servilio. SCHWEB. Omnino hoc pronomen, ut cetera pronomina reciproca, subaudiendum ad plura verba, quae cum vi suâ genuinâ activa sint, neutrali significatione usurpantur; quorum ingens numerus est. Passim monuimus, sic commodissime expleri posse locutiones *ἐλλιπεῖς*, quas vulgo aliter, sed miras fabricati ellipses, interpretantur. SCHAEF.

(a) Item in *βάλλε.* Iulianus in Caess. Βάλλ' (sc. *σεαυτὸν*) *εἰς μακαρίαν*, abi vel confer (te) in malam rem. BERNH.

* ΣΕΙΣΜΟΣ, Terrae motus.

Phavorinus ex Zonara: *Ἰζηματίας*, — — *ἢ εἶδος σεισμοῦ.* Augenda Lexica hac voce similique, item terrae motum quendam significante, *μυκηματίας*, quo utitur Ammianus Marcell. XVII. c. 7. extr. quem vide et conf. Aristotel. de Mundo p. 156. ss. ed. Kapp. SCHAEF.

* ΣΕΛΗΝΗ, Luna.

In *ΦωςΦόρος* apud Aristophanem Lysistr. v. 739. Conf. v. 444. Potest etiam suppleri per *Ἑκάτη.* LEISN.

Digitized by

ΣΗΜΑ, Sepulcrum.

Philostratus Her. p. 72. *Νηός ποτε καθορμισαμένης ἐς τὸ Αἰάντειον κ. τ. λ.* Schol. subaudit *σῆμα*. Possis item *μνῆμα*. Plene Antipater Sidon. LXV. in. *Σῆμα παρ' Αἰάντειον.* SCHAEF.

* ΣΗΜΕΙΟΝ, Signum.

In *κατὰ τί*; Lucae I, 18: *Κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο*; Ex quonam signo hoc cognoscam? Lamberti Bos Exercitat. ad h. l. In *τρόπαιον*. (b) SCHOETTG.

* Eadem vox suppressa latet in *θέςφατα* apud Dionysium Halic. L. IV. p. 209. *Ἐκ πολλῶν συνεγνωκυῖα θεςφάτων.* E multis portentis cognoverat. Pro eo idem L. II. p. 124. plene dicit, alia licet voce, *θεόπεμπτα σημεῖα*, divinitus edita signa. SCHWEB.

(b) In *παρθένια*, signa virginitatis. Septua-
247 ginta in Deuteron. XXII, 14: *Τὴν γυναῖκα ταύτην εἴληφα, καὶ προσελθὼν αὐτῇ, οὐχ εὕρηκα αὐτῆς τὰ παρθένια.* LEISN.

* It. in *τὸ ςάδιον*. Vide observationem nostram voce *λίθος*. MICH.

* ΣΙΑΛΟΣ, Sputum.

Σίαλος vel *σίαλον* deficit in *ἀποῤῥίπτειν ἀπὸ τοῦ ςόματος* apud Theophrastum in Char. Eth. c. 19. [Melius subaudias *τι*. Id quale h. l. sit, parum convenit inter editores Theophrasti. Fischerus de cibis intelligit, cuius rationem probat Corayus p. 274. SCHAEF.] Et in *προςραίνειν* apud Scholiastem Aristophanis. Hesychius in *σιαλόχους* addit: *Σιαλόχους, τοὺς προςραίνοντας σίαλον ἐν τῷ προσδιαλέγεσθαι.* Videatur Casaubonus ad Theophrast. l. c. LEISN. *Προςραίνειν* ceteraque verba eiusdem originis, velut *περιῤῥαίνειν*, dicuntur de adspersione cuiusvis liquoris. Qui autem liquor certo quodam loco intelligendus sit, contextus verborum

satis docet. Scholiastes quidem ad Aristophan. Acharn. v. 1149. de sputo dixit: *προσέῤῥαινε τοὺς συνομιλοῦντας διαλεγόμενος.* De spuma maris Aristoteles Histor. Anim. IX. XXXV. 46. p. 586. Cam. *διὸ προσραίνοντες θηρεύουσιν.* Quem locum si cognitum habuissent, qui Bosii libellum novis opibus ornarunt an onerarunt, mirarer ni Ellipsium catalogum etiam voce 'Αφρὸς auxissent. *Τροπικῶς* Eunapius p. 84. Antw. (72. Colon. All.) *ὁ μὲν τὰ αὐτὰ προσέῤῥαινεν.* ubi Dorvillius ad Charit. p. 693. ex Codice Barberiniano exsculpsit *προσεπέῤῥαινεν*, quod verbum dupliciter compositum Lexicis infer. SCHAEF.

* ΣΙΤΙΟΝ, Cibus.

Vide, quae notantur sub vocibus *βρῶμα, ἔδεσμα, πλακουντάριον, ἄλφιτον.* LEISN.

* Subaudiri solet hoc vocabulum in *προσφέρειν*, quando absolute ponitur pro edere. Unde in Medicorum maxime scholis *προσφοραὶ* oblationes ciborum significat. Hippocrat. Aphor. 9. II. 33. *εὖ ἔχειν πρὸς τὰς προσφορὰς, ἀγαθόν.* bene se habere ad ea, quae offeruntur, hoc est, cibos, bonum est. *Τῶν σιτίων προσφορὰς* exponit Galenus. Vid. Foesii Oeconom. Hippocrat. p. 537. SCHWEB. Edere Graeci dicunt, non *προσφέρειν*, quod est, cibum apponere alteri, sed mediâ formâ *προσφέρεσθαι.* Xenophon Memor. III, 11, 14. *Εἰ — — τοῖς κεκορεσμένοις μήτε προσφέροις μήτε ὑπομιμνήσκοις.* ubi v. Zeun. ad 13. Conf. Kuster. de Verb. Med. I. 21. Wesseling. ad Diodor. Sic. T. I. p. 52, 43. *Ποιητικῇ ἀδείᾳ*, ut solet talia in utramque partem novare, Sophocles Philoct. v. 1108. *οὐ Φορβὰν ἔτι προσφέρων.* Schol. *ἀντὶ τοῦ προσφερόμενος. ἐνίοτε δὲ ἔμπαλίν φησι διακονούμενος, ἀντὶ τοῦ διακονῶν, καὶ σιβαδοποιούμενος, ἀντὶ τοῦ σιβαδοποιῶν.* Non

Digitized by Google

opus autem, sicubi hoc verbum absolute ponitur, cum Schwebelio *σιτίον* subaudire, cum sufficiat *τι*: quae ratio et simplicior est et vero etiam certior, nam *προσφέρεσθαι* dicitur etiam de potu. Vid. Kuster. ad Aristophan. Acharn. v. 353. Obiter moneo, in Diogene Laërt. II. 48. *τὰ προσφερόμενα* male reddi, quae humanis usibus sunt necessaria. Rectius Menagius, quem vide T. II. p. 100. b. — Ad v. *προσφορὰ*, ubi de ipsis cibis dicitur, noli *τῶν σιτίων* subaudire. Est enim ipsum per se i. q. *τὸ προσφερόμενον*, passimque hoc sensu de dono dicitur. Sic Sophocles Oedip. Col. v. 581. ubi Schol. Προσφορά. — *δόσις*. Vide Corayum ad Theophrast. p. 340. In transcursu moneo, vocem *προσφορὰ* de sapore dictam videri ab Athenaeo T. I. p. 127. extr. de qua significatione Lexica tacent. SCHAEF.

ΣΚΕΛΟΣ, Crus.

In *τῷ ἐπαίρειν*, apud Herodotum L. II. c. 162. de Amasi: Ὁ δὲ Ἄμασις, *ἐπάρας*, *ἀπεματάϊσε*, Amasis vero, sublato (crure), pepedit. (c) [ad q. l. Wesselingius p. 184, 10. confert Phavorini illud apud Stobaeum, *ἐπάρας τὸ σκέλος ἀπεματάϊσε*. quod quanquam Bosii rationem confirmat, malim tamen in loco Herodoteo pronomen reciprocum subaudire: ut verbum *ἐπαίρειν μέσως* dictum videatur. Aliâ significatione, sed item neutraliter, *ἐπαίρειν* usurpavit Apollonius Dysc. Histor. Comment. XVIII. extr. quem locum si viri docti supra ad v. *Αἰδοῖα* in promtu habuissent, plura de illius vocis ellipsi, sed non maiori cum utilitate discentium, scripta legeremus. Compares cum Apollonio Suetonium Octav. LXIX. extr. SCHAEF.]

(c) In *διαίρειν*. Theophrastus Charact. c. 3: *Παρασείοντα δὴ δεῖ τοὺς τοιούτους τῶν ἀνθρώπων, καὶ διαράμενον ἀπαλλάττεσθαι*. Circumiectis autem manibus et dimotis (cruribus,) hoc hominum genus

fugere decet. SCHOETTG. Plenus est sensus verbi medii, nihilque subaudiendum. Vid. Fischer. Ind. in Theophr. v. Διαίρεσθαι. SCHAEF.

* Διαίρειν generatim significat dimovere: unde etiam *διαίρειν ϛόμα* est apud Dionysium Halic. L. X. p. 664. SCHWEB.

* **ΣΚΕΠΤΕΟΝ**, Considerandum.

Dionysius Halicarnasseus de Structura Orationis Sect. XXI. p. 172. edit. Uptoni: **Μή ποτ' οὖν** 248
χρεῖττον ἦ λέγειν, i. e. considerandum est, an satius sit affirmare. Supple *σκεπτέον*. Cuius ellipseos usus frequens est ante *ὅπως*, et *μήποτε*. Vide M. Antoninum L. IV, 34. *τῶν εἰς ἑαυτόν*. Conf. Lucam in Actis cap. V, 39. Vide infra in *βλέπω*, vel *ὁράω*, vel *Φροντίζω*. LEISN. Conf. supra ad v. *Λογιστέον*. Plato Phaed. p. 185. Forst. *μὴ οὐχ αὕτη ἦ ἡ ὀρθὴ κ. τ. λ.* ad q. l. Henr. Stephanus p. 369. „Aliquid hic desiderari putet quisquiam: quum tamen nihil desideretur, sed ellipsis sit illi similis, quae occurrit paulo post, nimirum p. 186. l. 4. *μὴ σκιαγραφία τις ἦ ἡ τοιαύτη ἀρετή*. Occurrunt certe et alibi frequenter: pro loco autem exponere oportet, Videndum ne, vel Animadvertendum ne, aut Cavendum ne.“ Add. Toup. Ind. in Longin. v. *Κίνδυνος*. In Plutarchi Mor. T. I. p. 422. corr. *μήποτε — — δοκῇ εἶναι*. conf. p. 423. 429. ad quam normam etiam p. 426. fortasse scribendum: *μήποτε δὲ καὶ τοὐναντίον ἀγαθὸν ᾖ*. SCHAEF.

* Frequenter Grammatici Graeci *ἐλλιπῶς* habent *μήποτε δὲ*, cum nihil affirmant, sed suas tantum dubitationes proponunt; tuncque commode subaudiri potest *σκεπτέον*. Vid. Casaubonus in commentar. ad Athenaei L. I. c. X. SCHWEB. Vulgo vertunt fortasse. Nihil autem subaudiendum: accurate enim rem si aestimes, *μήποτε* particula est interrogandi, ponendumque in talibus signum interrogationis, quod passim faciunt *οἱ ἀκριβέστε-*

ροι. Vide Athenaeum T. IV. p. 306. coll. Valckenar. Adnot. in Adoniaz. Theocr. p. 294. B. et Scholiastam ad Pindar. Nem. V. 25. coll. eodem viro eximio in Eleg. Catulli Callim. p. 113. Ceterum non soli Grammatici illa particula sic utuntur. Vid. Longinus XXXVIII. p. 135. Toup. Meleager LIII. v. 5. *ὦ πτανοὶ, μὴ καί ποτ' ἐφίπτασθαι μὲν, Ἔρωτες, Οἴδατ', ἀποπτῆναι δ' οὐδ' ὅσον ἰσχύετε;* quod miror ipsi adeo Huschkio displicuisse. Copula autem ne te offendat, lege Porsoni notam ad Euripid. Phoen. v. 1373. In Mnasalca I. cum Wartono scribendum: *Ἄμπελε, μήποτε φύλλα χαμαὶ σπεύδουσα βαλέσθαι Δείδιας ἑσπέριον Πλειάδα δυομέναν;* Satyrius Thyill. IV. v. 5. *μήποτ' ἐκείνου Οὗτος ὁ δεσμώτης αὐτὸς ἔδησε φρένα;* SCHAEF.

ΣΚΕΥΗ, Apparatus.

Ὑποδεξίη notat apparatum, quo quis excipitur: sed quoniam est vox adiectiva, in ea subaudiri debet *σκευὴ* vel *σκευασία*. Homerus Iliad. I:

— *πᾶσά τοι ἐσθ' ὑποδεξίη.*

sc. *σκευασία.*

— omnis tibi (apparatus) est, quo eos accipere queas.

[Ὑποδεξίη quid nos impediat pro substantivo habere, parum intelligo. Adde quod adiectivum illud, *ὑποδέξιος*, nisi, quod opinor, plane confictum, certe fidei admodum dubiae est. In Herodoteo quidem loco, quem vulgo unicum Lexica citant, VII. c. 49, 1. *ὑποδεξίμων* corrigendum esse Valckenarius non sine causa idonea suspicatur. (Rhesi v. 364. legas *ὑποδεξίαις ἁμίλλαις*, sed et longe diverso sensu, nec minus corrupte: nam *ἐπιδεξίαις* cum Musgravio scribendum.) SCHAEF.]

* „Herodo. 7, 72. *τὴν αὐτὴν ἔχοντες* ΠαΦλαγόσι intell. *σκευήν*. ib. 7, 84. *τὴν αὐτὴν ἐσκευασμένοι*. vid. ib. 77. 86. ut 7, 62. *τὴν αὐτὴν ταύτην ἐξαλμένοι.*" Fischer. ad Weller. III. 1. p. 261. Pote-

Digitized by

rant haec omitti. Horum enim omnium locorum ellipsis mere syntactica est, supplenda illa vel ex antegressis verbis, vel ex adiuncto participio. SCHAEF.

ΣΚΕΤΟΣ, Vas.

Χρηςήριον, utensile, non raro absolute ponitur, ut in eo desit *σκεῦος*, quemadmodum in Latinorum utensile deest vas. Strabo L. XV: *Πολλὰ καὶ τῶν σωμάτων καὶ τῶν χρηςηρίων*: multa ex corporibus et utensilibus. Plene Pollux: *Καὶ χρηςήρια σκεύη*. (d) [Vid. Valckenar. ad Herodot. p. 248, 58. SCHAEF.]

* Sic apud Latinos absolute reperitur fictilia, s. vasa. v. Florus L. I. c. XVIII. §. 22. Virgea apud Virgilium Georg. L. I. v. 165. SCHWEB.

(d) Sic *τὸ ποτήριον, θυσιαςήριον, θυμιατήριον*. MICH.

* ΣΚΥΛΑ, Exuviae.

In *ἀνδράγρια*. Homerus Il. ξ. 509:

Ἔσπετε νῦν μοι, Μοῦσαι ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι,
Ὅςις δὴ πρῶτος βροτόεντ' ἀνδράγρι' Ἀχαιῶν 249
Ἦρατ' —

Dicite mihi, Musae, quae Olympum habitatis, quis iam primus Achivorum cruentas (exuvias) sustulerit. Ubi Eustath. *ἀνδράγρια, σκύλα τὰ παρὰ ἀνδρῶν, ἢ ἀπὸ ἀνδρῶν ἀγειρόμενα*. LEISN. Voce *σκ.* recte utaris ad alterius interpretationem, non item ad ellipsin, quae nulla est, explendam. SCHAEF.

* ΣΚΩΛΗΞ, Vermis.

Vide supra ad v. *Πολύπους*. SCHAEF.

* ΣΟΟΣ, Salvus.

Subauditur haec vox in *εἶναι*, quando interdem absolute reperitur; quemadmodum esse apud Latinos. Vid. Vigerus de Idiotism. Gr. Cap. V. Sect. VI. p. 201. SCHWEB. Neque haec, si vir optimus omisisset, admodum desideraremus. SCHAEF.

Digitized by Google

* ΣΟΦΙΣΜΑ, Inventum.

Anonymus de Incredibilibus a Th. Galeo in Opusc. Mythol. editus c. XI. *περὶ Πανὸς* pag. 89: *Φησὶ Πολύαινος ἐν τοῖς Στρατηγικοῖς.* supple *σοφίσμασι.* Plutarchus in Fabio *ϛρατηγικὰ σοφίσματα* plene habet. Hinc Polyaenus ipse librum suum modo *ϛρατηγικὰ*, modo *ϛρατηγήματα* inscripsit. Vid. Casaubonus ad Polyaenum I. Prooem. Ut adeo differentiae, quam Frontinus L. IV. Praef. inter strategemata et strategica admittit, non ubique esse locus videatur. LEISN.

ΣΠΕΡΜΑ, Semen. (e)

Verbum *συλλαμβάνειν*, concipere, (f) de femina absolute ponitur, pro *συλλαμβάνειν σπέρμα*, ut apud Lucam Evang. I, 24: *Συνέλαβεν ἡ Ἐλισάβετ*, sc. *σπέρμα*, vel *βρέφος.*

* Addi potest *καταβολὴ*, quando absolute ponitur, ubi sub. *σπέρματος*, quando nimirum de re venerea sermo est. Plene occurrit in epistola ad Ebraeos c. XI. v. 11. *εἰς καταβολὴν σπέρματος.* Nec minus eadem vox locum habet in amatoriis vocabulis *διδόναι* et *λαμβάνειν*, quorum illud de viris, hoc de feminis usurpatur. Vid. Wolf. in Curis philol. ad 1 Corinth. VII. 3. SCHWEB.

(e) Item in *σπείρειν* deest. Adiicitur a Luca in Evangel. c. VIII, 5. *σπόρον.* BERNH.

(f) Vide supra Schoettgenii observationem voce *Ἔμβρυον.* MICH.

* ΣΤΑΘΜΟΣ, Libra, Pondus.

In *ἕλκειν* absolute posito. Herodot. L. I. c. 50. *Τρία ἡμιτάλαντα ἕκαϛον ἕλκοντα.* Plene apud eumdem post versus aliquot interiectos: *ἕλκουσαν ϛαθμὸν τάλαντα δέκα.* decem talentorum pondo. SCHWEB. Pleonasmus est, si additur haec vox: non est ellipsis, si defit. Diodorus Sic. II. c. 9. *ϛαθμὸν ἔχουσα ταλάντων πεντακοσίων.* al.

Digitized by Google

ἔλκουσα, quod genuinum videtur. Mox sequitur; εἵλκε τάλαντα Βαβυλώνια χίλια καὶ διακόσια. Ceterum sic etiam ἑλκύειν dicitur. Aristophanes fragm. Dramat. XIV. ἀλλ' εὔχομαι "γωγ' ἑλκύσαι σε τὸν ϛαθμόν. Diphilus ap. Athen. T. II. p. 372. γόγγρον μὲν, — Ὅσον εἵλκυσεν, τοσοῦτο καταθεὶς ἐπριάμην. Probl. Arithmet. V. μνᾶν δέ μοι ἑλκυσάτω. SCHAEF.

ΣΤΑΤΗΡ, Stater.

250

Deest in χρυσοῦς, aureus. Pollux L. IX: Καὶ, εἰ μὲν χρυσοῦς εἴποις, προσακούεται ὁ ϛατήρ: et, si aureus dicas, intelligitur stater. (g)

* „Lysi. 12. p. 391. To. 1. Κυζικηνοὺς — Δαρεικούς· sed Thuc. 4, 52. dixit ϛατῆρας Φωκαΐτας." Fischer. ad Weller. III. 1. p. 262. Herodotus VII. c. 28. ϛατήρων Δαρεικῶν. Dicitur etiam χρυσὸς Δαρεικὸς, de auro purissimo, quod Lexica neglexerunt. Vid. Bergler. ad Alciphron. p. 22. SCHAEF.

(g) Item in Δαρεικός. Aelianus Var. Hist. I, 22: Χιλίων Δαρεικῶν ἄξια ταῦτα. Quid autem sit Δαρεικὸς, docet Hesychius: Δαρεικοὶ, οἱ χρυσοῖ ϛατῆρες, ἐκλήθησαν δὲ, ὥς τινές Φασιν, ἀπὸ Δαρείου τοῦ τῶν Περσῶν βασιλέως. Vide porro Gronovium de pecunia vet. III, 7. et Perizonium ad loc. cit. Aeliani. SCHOETTG.

* Vid. Scholiast. Aristophanis ad Eccles. 598.

* ΣΤΑΥΡΟΣ, Crux.

Actor. II, 23: ὃν προσπήξαντες (scil. ϛαυρῷ) ἀνείλετε, quem adfigentes (cruci) sustulistis. SCHOETTG.

ΣΤΑΦΥΛΗ, Uva.

In ἡ τρώξιμος. Theocritus Eidyll. I. de vulpe: Φοιτᾷ, σινομένα τὰν τρώξιμον, scil. ϛαφυλήν. [Ubi ἡ τρώξιμος absolute de uva dicatur, ignoro. Theocriteus quidem locus diversi generis est: cum

Digitized

enim ipsum nomen ϛαφυλὴ paullo ante praecesserit, apparet, *τὰν τρώξιμον*, non *ἐλλιπῶς*, sed *συνταχτικῶς* de una intelligendum esse. Quamquam etiam Aem. Portus de ellipsi v. ϛαφυλὴ videtur cogitasse. v. Lexic. Doric. v. *σίνεσθαι* et *τρώξιμος*. *Τρώξιμος* sicubi absolute positum legitur, de intybo intelligendum est. Vid. H. Stephan. Thes. L. Gr. T. III. c. 1345. A. SCHAEF.]

ΣΤΕΡΝΟΝ, Pectus.

Quum dicitur *κόπτεσθαί τινα*, (h) plangere aliquem, defectiva videtur loquutio, quae integre efferetur, *κόπτεσθαι ϛέρνα ἐπί τινα*: plangere pectora super aliquem. [Imo in hoc similibusque verbis urgenda vis medii: nam *κόπτεσθαι* ipsum per se est *κόπτειν ἑαυτόν*. Vide Leisnerum in praefat. meliora ex Kusteri libello de V. M. docentem. Sequitur tamen Bosium Albertius Peric. Crit. p. 22. Quod si quando vox *ϛέρνον* additur, fit *πλεοναζόντως*. Sic Dioscorides Epigr. VIII. v. 2. *κοψαμένη τῇ σῇ ϛήθεα πὰρ καλύβῃ*. SCHAEF.] Colligi hoc potest ex exemplis aliis, in quibus *τὰ ϛέρνα* additur verbo *κόπτεσθαι*; aliis, in quibus
251 praepositio *ἐπὶ* additur. Lucianus Dial. Meretr.: *Ἐσπάραττε τὰς κόμας, καὶ τὰ ϛέρνα ἐκόπτετο.* Lacerabat comas et pectora plangebat. Ioannes in Apocal. c. I, 7. et c. XVIII, 9. *Καὶ κόψονται ἐπ' αὐτὸν πᾶσαι αἱ Φυλαὶ τῆς γῆς*: et plangent super eum (pectora) omnes nationes terrae.

(h) Pasor in Lexico Novi Test. vocabulum *κόπτειν* idem significare dicit, quod Latinis plangere, (quod idem est ac percutere), versum Ovidii hunc adducens:

Plangere nuda meis conabar pectora palmis.

sed ellipsin non agnoscit. BERNH.

* ΣΤΕΦΑΝΟΣ, Corona.

In phrasi D. Pauli athletica, 1 Tim. VI, 12:

Digitized by Google

ἀγωνίζου τὸν καλὸν ἀγῶνα τῆς πίστεως, ἐπιλαβοῦ τῆς αἰωνίου ζωῆς, sc. *στέφανον* vel *βραβεῖον*. *Λαμβάνειν στέφανον* occurrit 1 Cor. IX, 25. et *στέφανος ζωῆς* in epist. Iacobi c. I, 12. Apoc. II, 10. Vide et supra in *βραβεῖον*. SCHOETTG.

* Philostratus Her. p. 172. extr. Boiss. *στεφανοῦνται τῶν ἀνθέων*. ubi Schol. *στεφάνῳ*. Sic aliquoties apud Longum *πίτυος στεφανοῦν* s. *στεφανοῦσθαι*. vid. Villoison. Animadvers. p. 130. s. ubi Mollius item *στεφάνῳ* subaudit. Vereor, ut recte. Mihi quidem, ut Musgravio ad Euripid. Iphig. Aul. v. 1078., haec constructio propria esse Graecae linguae videtur: ut mysterium Ellipsios hîc etiam frustra in auxilium voces. SCHAEF.

ΣΤΙΓΜΗ, Punctum.

In *ἐξ αὐτῆς*, quod etiam una voce *ἐξαυτῆς* legitur, deest *στιγμῆς*, vel *στιγμῆς χρόνου*, ut Lucas Evang. c. IV, 5. ut sit: ex eodem puncto temporis. Possis etiam subaudire *ὥρας*. [Rectius nihil subaudias. Conf. Musgrav. ad v. *Ἀρχή*. E Polybii Histor. Exc. Legat. T. II. p. 673. Ern. *πράττωσι τὸ κριθ�ὲν ἐξαυτῆς*. Nam etiam sic iunctis vocibus in Polybio passim scribitur. Vid. Schweighaeus. Lexic. Polyb. p. 226. Diodorus Sicul. XV. c. 43. in. *συνεβούλευεν ἐξ αὐτῆς ἀναπλεῖν ἐπὶ τὴν Μέμφιν*. Add. Suidas Γ. I. p. 119. v. *Ἀλογία*. Argument. I. Aristophan. Equit. ad fin. et Brunck. ad Apollon. Rhod. p. 175. 229. Compares (nam in talibus promiscuus est usus feminini neutriusque generis) persimile *παραυτά*. SCHAEF.]

ΣΤΟΑ, Porticus.

In *αἴθουσα*, quum pro porticu sumitur, ut apud Homerum Iliad. I:

— — *ἕτερον μὲν ὑπ' αἰθούσῃ.* 252
— — alter in porticu.

deest ϛοᾷ. Nam *αἴθουσα* proprie loquendo est participium verbi *αἴθειν*, fulgere, et *ϛοὰ αἴθουσα*, ut Eustathius exponit, est *ϛοὰ ἡλίῳ αἰθομένη, ὅ ἐϛι λαμπομένη*. i. e. porticus, quae a sole illustratur. (i)

(i) Item in *ποικίλη*, Poecile, quod notissimum. SCHOETTG.

* Plene habet Diogenes Laërtius L. III. in Zenone: *Ἀνακάμπτων δὲ ἐν τῇ ποικίλῃ ϛοᾷ*. Eustathius ad Iliad. N. p. 906. l. 10. *Ἐν τῇ Ἀττικῇ ποικίλῃ ἐλλείπει ἡ ϛοά*. SCHWEB.

* ΣΤΟΙΧΕΙΟΝ.

Vel, si mavis, *γράμμα* (de quorum differentia consulas licet Ammonium p. 37. et cl. Valckenarii animadv. p. 55. 56.) in nominibus literarum *τὸ* A. *τὸ* B. *κ. λ.* v. c. apud Steph. Byzant. v. *Ἄϋνθος*, ubi ait: *διχῶς ἡ γραφὴ, καὶ διὰ τοῦ ῡ, καὶ διὰ τοῦ ῑ*. F. ST. Plene Gregorius Corinth. p. 209. *τὰ πρῶτα φωνήεντα ϛοιχεῖα*. SCHAEF.

* ΣΤΟΛΗ, Vestis.

In vocabul. *ϛέλλειν*, quod vestire significat. Euripides in Bacch. vers. 825:

Ἐγὼ ϛελῶ σε δωμάτων εἴσω μολών.

Ad quem Pentheus: *Τίνα ϛολήν*; Ergo *ϛέλλειν* pro *ϛέλλειν ϛολὴν* dicitur. Ita enim interrogatio hoc modo est accipienda: *τίνα ϛολὴν ϛελῶ σε*; BERNH. *Στέλλειν* absolute dicitur de amictu, neque tum *ϛολὴ* subaudiendum. Quis ad Latina, ego vestiam te, subaudiat veste? quamquam, illis auditis, recte quaeras, quanam veste? Eodem iure vir doctus *ἑσθίειν* pro elliptica locutione habere poterat, quae explenda esset voce *βρῶσις* aliâve eiusdem significationis. (Obiter moneo, Hermesianacteum, *Θρῇσσαν ϛειλάμενος κιθάρην*, Athen. T. V. p. 160., non male comparari posse cum Virgiliano, Quirinali lituo succinctus, Aen. VII. v. 187.) SCHAEF.

Digitized by Google

* ΣΤΟΛΟΣ, Classis.

In *πλώϊμος*,, absolute cum ponitur, interdum subauditur *ϛόλος*. Sic Leo C. XIX. §. 25. *κατὰ τὴν ὁμοίωσιν τοῦ βασιλικοῦ πλωΐμου*. Plene idem C. XIX. §. 33. *Δι' ὅλου ὑπό τε πλωΐμου ϛόλου*. SCHWEB. Est hoc recentioris Graecitatis: quae cum absolute dicat, non *ὁ πλώϊμος*, sed *τὸ πλώϊμον*, apparet, Schwebelii rationem non procedere. Vid. Cangii Glossar. Graec. c. 1184. Paulo speciosius, ut v. *ϛόλος* passim deesse doceret, excitasset ex Wesselingii editione Diod. Sic. XV. c. 3. *τοῦ βασιλικοῦ παραπλέοντος*. Sed ibi operarum negligentia post *βασιλικοῦ* omisit vocem *ϛόλου*, quam Bipontini restituerunt. SCHAEF.

ΣΤΟΜΑ, Os.

Attici verbum *ὄζειν*, olere, cum duplici genitivo construunt, nimirum cum genitivo personae praecedente, et rei sequente. V. gr. Latinum illud: Olet iste unguentum, exprimunt: *Ἐκείνου ὄζει μύρου*. Sic Comicus in Pace vers. 528:

Τοῦ μὲν γὰρ ὄζει κρομμυοξυρεγμίας·
Ταύτης δ' Ὀπώρας ὑποδοχῆς Διονυσίων.
Ille olet cepivomacrimoniam:
Haec vero Auctumna gaudia et Dionysia.

Ubi in plena structura ante priorem genitivum 253
subaudiri debet *ϛόμα*; ante posteriorem *ὀσμὴν*, ut integre sit: *ἐκείνου ϛόμα ὄζει ὀσμὴν μύρου*. Plenus sermo in hoc loco est: *Τοῦ μὲν γὰρ ϛόμα ὄζει ὀσμὴν κρομμυοξυρεγμίας· ταύτης δ' Ὀπώρας ϛόμα ὄζει ὀσμὴν ὑποδοχῆς Διονυσίων*: i. e. Illius os olet cepivomacrimoniam; huius vero os etc. [Interpunge Aristophanea: *Ταύτης δ', ὀπώρας, ὑποδοχῆς, Διονυσίων*. Vertit Brunckius: haec autem olet poma, convivium, Dionysia. Ceterum longe simplicior ratio suppetit Bosianâ. Nam verbo *ὄζει* impersonaliter intellecto, ad priorem genitivum subaudias, si quid tamen

Digitized by Google

necessario subaudiendum, praepositionem *ἀπό*: vid. Zeun. ad Xenophont. de Venat. 5, 7.: ad posteriorem nihil plane subintelligendum. Est enim haec propria constructio verbi *ὄζειν*, ut genitivo adiuncto significetur, quam rem aliquid oleat, accusativo, bene an secus oleat. Conf. Aristophan. Acharn. v. 852. *ὄζων κακὸν τῶν μασχαλῶν Πατρὸς Τραγασαίου.* ubi item duplex ille genitivus, addito accusativo. SCHAEF.]

* *Στόμα* non reperitur in Bossianis ellipsibus eo sensu, quo ostium maris denotat. Omittitur tamen hac notione in adiectivo *ξενὸς*, e. g. apud Agathemerem L. I. c. 3. p. 7. *ὁ δὲ Θρᾴκιος Βόσπορος τὰ ξενὰ, ξαδίων ξ'.* Supplentem habeo, ubi de eodem bosporo Thracico loquitur, Oppianum Halieut. I. 617.

Θρηϊκιον δ' ἀνύουσι βοόσπορον — — —
— — — — καὶ ΣΤΟΜΑ *Πόντου Στεινόν.*

Sic et apud citatum auctorem L. II. c. 5. p. 47. *μέχρι τῶν ξενῶν τοῦ Ἀραβικοῦ κόλπου.* scil. *ξομάτων.* Conf. c. XIV. p. 64. nec non p. 69. *συνάγεται εἰς ξενὸν Ἑλλήσποντος.* Ubi tamen etiam *πέλαγος* praeferre liceat, quod in simili Lucianea phrasi deesse putat Bernholdius p. 173. Steph. Byzant. v. *Θάψος· ἐν τιῷ ξενῷ τοῦ ἰσθμοῦ.* [Bene vertit Pinedo: in angusta Isthmi parte, *μέρει*, opinor, subaudiens: quae simplicior ratio est. SCHAEF.] Nec male in plurali subintelligi posset *χείλη*. *Ποταμῶν χείλη* sunt litora. F. ST. Non opus hac fluctuatione, modo teneas, *τὸ ξενὸν*, *τὰ ξενὰ*, ut plurima id genus, naturam induisse substantivorum. SCHAEF.

ΣΤΡΑΤΕΥΜΑ, Exercitus.

Intelligere hanc vocem possis in *τὸ Ἑλληνικὸν*, (k) *ἱππικὸν*, *πεζικόν* etc. (l) Vide supra vocem *Πλῆθος*. [et mox v. *Στρατός*. SCHAEF.] (m)

Digitized by Google

(k) Vide supra voc. ἔθνος. MICH.

(l) In ὁπλισικὸν [l. ὁπλιτικόν. Alterum illud Graecum non est. In Luciano recte editum τ. Ἀ. ὁπλιτικόν. SCHAEF.] et πελταστικόν. Lucianus Dial. Alex. et Phil. Καὶ τὸ Ἀρκάδων ὁπλισικὸν — καὶ τὸ Μαντινέων πελταστικόν. Arcadum gravis armaturae (militem) et Mantinensium peltatos vicisse. BERNH.

* Sic τὸ ἀγροικικόν. Paeanius L. IX. c. 13. MICH.

(m) In verbo ἄγειν apud historicos saepe subaudiendum στράτευμα, vel στρατός: notat autem movere exercitum, sive ducere ad proficiscendum. Arrianus L. I. p. 78. 79: Ἀλέξανδρος δὲ ἐπὶ τοὺς ἄλλους Πισίδας 254
ἦγε. Alexander autem contra reliquos Pisidas (exercitum) movit. Sic L. II. p. 98: ἄγειν ἤδη ἐκέλευον, iam iusserant, (exercitum) moveri. et L. II. p. 85: ἀνάγεται. SCHOETTG.

* ΣΤΡΑΤΕΥΣΑΣ, Militans.

Saepe apud Arrianum, qui formula hac delectatur, οἱ ξὺν αὐτῷ. Posset quidem subaudiri ὄντες, sed ipse Arrianus hoc verbum supplet L. V, pag. 320: Ἀλλὰ Ἀλέξανδρος γὰρ, καὶ οἱ ξὺν αὐτῷ στρατεύσαντες. Verum Alexander, et qui cum ipso militarunt. Et pag. 321: οἱ ξὺν Ἀλεξάνδρῳ ξυστρατεύσαντες. (n) SCHOETTG.

(n) Pausanias Attic. 39. Τάφοι τῶν ἐς Θήβας. supple στρατευσάντων, vel simile quid. Hoc verbum subintelligendum etiam in Aeschyleae Tragoediae inscriptione: Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας. Aliud supplendum est illis, qui legunt, Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις. [Lysias p. 65. s. ed. Reisk. περὶ μὲν οὖν τοὺς ἀποθανόντας τῶν ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας τοιοῦτοι γεγόνασιν. (p. 59. Ἀδράστου δὲ καὶ Πολυνείκους ἐπὶ Θήβας στρατευσάντων.) Diodorus Sicul. IV. c. 64. in. τὰ περὶ τῶν ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας ἱστορήσομεν. Argum. huius libri p. 245, 14. Περὶ τῶν ἐπιγόνων τῶν ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας. v. 13. praecessit: Περὶ τῶν ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας. al. plene τῶν στρατευσαμένων ἑπτά. ubi Wesselingius: „Τῶν ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας. Aeschyli ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας et auctor L. IV, 66. satis hoc tuentur.“ SCHAEF.] Nam Graece dicitur quidem στρατεῦσαι ἐπί τινα, sed non στρατεῦσαι ἐπί τινι. Vid. Observat. Miscellan. Vol. III. T. I. p. 91. LEISN.

Digitized by Google

* ΣΤΡΑΤΗΓΟΣ.

In epigraphis numorum et lapidum saepe hunc dignitatis titulum omissum videas: v. c. in lapide apud Smithum notit. VII. eccles. Asiae p. 19. *ὑπὸ Μηνοφίλου Ἰουλιανοῦ.* scil. *στρατηγοῦ.* In numo thes. Brandenb. Begeri T. II. p. 661. *ἐπὶ Δημητρίου.* Plene p. 694. *ἐπὶ στρ. Ἰουλιαν.* i. e. sub praefecto Iuliano. In Misc. Obs. Crit. Vol. VI. T. 3. p. 548. vir doctus ad numum Harduini p. 471. *ἐπὶ Πολλιανοῦ* notat: in pluribus tamen numis legitur *ἐπὶ στρ. Πολλιανοῦ.* i. e. sub praetore Polliano. F. ST.

* Charito p. 119. extr. *παρὰ τοῦ Αἰγυπτίων.* ad q. l. Dorvillius p. 610. „nempe *βασιλέως* vel *στρατηγοῦ.*“ SCHAEF.

ΣΤΡΑΤΙΑ, Exercitus.

Στρατιὰν in *εἰσβάλλειν.* Herodotus L. I. p. 6: *ἐσέβαλε μέν νυν καὶ οὗτος στρατιὴν ἐς τὲ Μίλητον.* mox p. 7. sine *στρατιήν.*

* Sunt apud Tacticos inprimis alia quoque eiusmodi verba, in quibus haec ellipsis obtinet, e. g. *ἐξάγειν, ἀντεξάγειν, προάγειν, ἐκβάλλειν, ἐκτάττειν, ἐξελαύνειν,* cet. in quibus *στρατιὰ* vel *στρατὸς* subaudiri solet. Sic Xenophon L. VII. K. Π. p. 412. *Ἐπὶ Σάρδεις ἦγεν ὁ Κῦρος.* Pleno sermone Onosander c. XI. *Ἀναστήσας ἄγει τὸν στρατόν.* Herodotus L. IX. c. 14. *Τὴν στρατιὴν ἦγε ἐπὶ Μέγαρα.* Onosander c. X. s. 9. *Προάγειν δὲ εἰ δεῖ.* Supplet Polybius T. I. p. 456. *Προῆγε τὴν δύναμιν.* Diodorus Sic. L. XII. p. 105. *Προήγαγε τὴν δύναμιν ἅπασαν.* Herodotus L. IV. c. 83. *Ἐξήλαυνε τὸν στρατὸν ἐκ Σούσων.* SCHWEB. Herodotus VIII. c. 106. in. *Ὡς δὲ τὸ στράτευμα τὸ Περσικὸν ὅρμα βασιλεὺς* [sic leg. falliturque Boissonad. ad Philostr. p. 343. vid. Meletem. Crit. in Dionys. Hal. I. p. 4. 65. s.] *ἐπὶ*

Digitized by Google

τὰς Ἀθήνας. Add. Port. Lex. Ion. v. Ἐλαύνειν et mox v. Στρατός. SCHAEF.

* ΣΤΡΑΤΙΩΤΗΣ, Miles.

In ψιλοὶ, nudi, qui opponuntur ἱππεῦσιν, equitibus. [Proprie et ex ipsa vi vocis τοῖς ὁπλίταις, τοῖς πελταζαῖς. Thucydides III. c. 107. λοχίζει — ὁπλίτας καὶ ψιλούς. Sed non opus exemplis in re notissima. Quamquam non desunt loci, ubi οἱ ψιλοὶ τοῖς ἱππεῦσιν opponuntur. Vid. Diodor. Sic. XV. c. 85. ex egregia Wesselingii correctione φίλων mutantis in ψιλῶν, qui similem Lysiae locum eodemque inquinatum vitio excitavit. Tertium exemplum huius vitii reperias in Polyaeno III. 1. ubi pro φίλους scribendum esse ψιλοὺς iam Casaubonus monuit. SCHAEF.] Possemus vertere pedites simplicis vel levis armaturae. Arrianus L. I. p. 50: Δοὺς δὲ αὐτῷ ἱππέας τε καὶ ψιλοὺς, ὅσοι ἱκανοὶ ἐδόκουν. Dans autem 255
ipsi equites et nudos (milites,) quanti satis esse videbantur. ψιλοὺς, sc. στρατιώτας. SCHOETTG.

* Frequens haec est ellipsis in aliis quoque vocibus. Sic apud Dionysium Hal. L. V. p. 209. Τριάριοι λεγόμενοι παλαιοί τε: uti apud Latinos Triarii et Veterani ἐλλιπῶς dicuntur, sub. milites. Item Λογάδες, Ἐπίλεκτοι, Ἔκλεκτοι, Νέοι, Νεοσύλλεκτοι, Ἔφεδροι, Ἐπιβατικοὶ, quando absolute occurrunt, suppressam habent vocem στρατιῶται, quae etiam saepe addita reperitur. E. g. Onosander c. XXII. Ἐχέτω δέ που καὶ στρατιώτας λογάδας. Item in locutionibus illis militaribus: καταγράφειν, διαγράφειν, καταλέγειν, καταγραφὴν, κατάλογον ποιεῖσθαι. Conscribere milites. Plene habet Polybius in politia Rom. Ἐπὰν μέλλωσι καταγραφὴν ποιεῖσθαι τῶν στρατιωτῶν. coll. Dionys. Hal. L. VII. p. 464. SCHWEB.

Digitized by Google

* ΣΤΡΑΤΟΣ, Exercitus.

In *σύμμικτος*, et *ἐπίμικτος*, multus, confusus. Auctor libri Iudithae, c. I, 16: Καὶ *ἀνέ-ϛρεψε μετ' αὐτῶν αὐτὸς, καὶ πᾶς ὁ σύμμικτος αὐτοῦ.* [Herodotus VII. c. 55. *ὁ σύμμικτος ϛρατὸς παντοίων ἐθνέων.* quod etiam c. 40. in. aliquot libri habent. SCHAEF.] Sic c. II, 20: Καὶ *πολὺς ὁ ἐπίμικτος, ὡς ἀκρὶς, συνεξῆλθον αὐτοῖς.* (o) SCHOETTG. Vid. supra ad v. Ὄχλος. SCHAEF.

* „Στρατὸς, et ϛρατιὰ, et ϛράτευμα. Thuc. 4, 9. *ὁρῶν, τοὺς Λακεδαιμονίους μέλλοντας προσβάλλειν ναυσί τε ἅμα καὶ πεζῷ·* ibid. 25. 5, 3. 8, 16. *ὁ πεζός·* sed 3, 7. *τὸν μὲν πεζὸν ἀφίησιν·* 7. 35. *τὸν πεζὸν πάντα ἐξετάσαντες,* ut Herodo. 3, 25. *τὸν δὲ πεζὸν πάντα ἅμα ἀγόμενος.* sed Thuc. 4 8. legitur *παρῆν δὲ ἤδη καὶ ὁ πεζὸς ϛρατός·* ut Herodo. 8, 1. *ἐς τὸν ναυτικὸν ϛρατὸν ταχθέντες ἔσαν·* nam sing. *ὁ πεζὸς* posset etiam collective accipi, h. e. ut plur. *οἱ πεζοί·* — —. Idem Thucydides dixit 6, 90. *καὶ τοῦ ξύμπαντος ἑλληνικοῦ ἄρξειν·* intell. *ἔθνους,* vel *πλήθους·* ut Ioseph. B. I. 7, 15. Pro *τὸ συμμαχικὸν* Herodo. 6, 9. dixit *τὸ συμμαχικὸν πλῆθος.* Sed ap. Thuc. 7, 75. *καὶ ὁπλιτικῷ προσσχόντας μᾶλλον, ἢ ναυτικῷ,* intell. *ϛρατεύματι,* ut *ϛράτευμα* ap. Isocr. Paneg. p. 164. To. 1. *πρὸς ἅπαν τὸ τῶν πολεμίων ναυτικόν·* et apud Thuc. 3, 30. *τὸ πεζὸν αὐτῶν·* 5, 6. *τὸ ὁπλιτικόν·* Herodo. 7, 87. *τὸ ἱππικόν·* 7, 186. *τὸ μάχιμον.* Nam Xen. Cyrop. 3, 3. 14. dixit *ἱππικὸν ϛράτευμα,* et Thuc. 6, 103. *παρόντος ἤδη σφίσι παντὸς τοῦ ϛρατεύματος, καὶ τοῦ ναυτικοῦ, καὶ τοῦ πεζοῦ.* Sed pro *ἐσέβαλε τὴν ϛρατιὴν* Herodo. 1, 14. 17. et *ἐσβαλὼν τὴν ϛρατιὴν* 1, 18. apud Pausan. 3, 7. p. 220. legitur, *ἐσέβαλε — ϛρατιᾷ,* et p. 221. *ϛρατῷ ἐσβάλλων.* Simpliciter *ἐσέβαλε* dixit Herodo. 1, 15. 16. Sic Herodo. 2, 163. *ἤλαυνε ἐπὶ τοὺς Αἰγυπτίους·* sed c. 161. *ἐπὶ Σιδῶνα ϛρατὸν ἤλασε.*“

Digitized by Google

Fischer. ad Weller. III. 1. p. 262. s. Talia verba ubi simpliciter posita sunt, naturam habent mediorum: ut pronomen reciprocum subaudiendum sit. Conf. Fischer. Ind. ad Palaeph. v. *Εἰςβάλλειν*. Itaque non mirum, passim addi dativos significantes comitatum, quemadmodum Latini de eadem re loquentes ablativis simpliciter utuntur. Vid. Perizon. ad Sanct. Min. IV, 6, 18. et Drakenb. ad Liv. I, 14, 7. SCHAEF.

(o) In *ςέλλειν*, quod Euripides habet in Supplicibus, vers. 645. 646:

Ὡς ἀπ' Ἰνάχου
Στείλας ἐπεςράτευσε Καδμείων πόλιν.
cum, ducto ab Inacho (exercitu),
bellum intulisset Thebanorum civitati.

Sed ipse Euripides alibi dixit: *ςέλλειν ςρατόν*.

In *Ξενικὸς*, quod est exercitus stipendiariis militibus constans. Demosthenes Philipp. I: *Ἀκούω Ξενικὸν* (sc. *ςρατὸν*) *ςρέφειν ἐν Κορίνθῳ τὴν πόλιν*. BERNH. *Ξενικὸν* neutrius est generis. Thucydides VIII. c. 25. *καὶ Τισσαφέρνους τὸ ξενικὸν ἐπικουρικόν*. qui locus glossematicae interpolationis suspicionem movet. Ego quidem *ξενικὸν* deleam. SCHAEF.

© Subauditur *ςρατὸς* post *ὁ πεζὸς*, pedestris exercitus. Paeanius L. IV. cap. 4. MICH.

* ΣΥ.

Apud Atticos in compellando et vocando in voce *οὗτος* subauditur *σύ*. Sophocles in Aiac. v. 70. *οὗτος — σὲ καλῶ*. Heus tu — te voco. uti apud Latinos heus tu. v. Terentius Eunuch. Act. I. Sc. II. 22. SCHWEB. Addito *σὺ*, Sophocles Oed. R. v. 1121. *οὗτος σὺ πρέσβυ*. Vid. egregia nota Ruhnkenii ad Tim. Lex. p. 279. s. SCHAEF.

ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΑ, Scripta.

In *τὰ τοῦ Θουκυδίδου*, *τὰ τοῦ Ἡροδότου*, *τὰ τοῦ Ἀριςοτέλους* etc. (p)

* Possit etiam interdum subaudiri *σύνταγμα*, qua voce utitur Herodianus L. II. c. 1. §. 1. *Ὡς ἐν*

πρώτῳ συντάγματι τῆς ἱςορίας δεδήλωται. Sic Cicero ad Atticum L. XII. ep. 45. Ego hic duo magna *συντάγματα* absolvi. Onosander in Prooem. *οὐδὲν ἐσχεδιασμένον — τόδε περιέχει τὸ σύνταγμα.* et ibid. *ἁλιευτικῶν τε αὖ καὶ γεωργικῶν συνταγμάτων.* SCHWEB.

256 (p) Idem quoque in numero singulari. Aelianus Var. Hist. IV, 14: *Ἀναξαγόρας ἐν τῷ περὶ βασιλείας*, sc. *συγγράμματι.* SCHOETTG.

* ΣΥΓΓΡΑΦΕΥΣ, Scriptor.

In variis adiectivis absolute positis ellipsis haec obtinet, e. g. *Ἱςορικοὶ*, *Γειωπονικοὶ*, *Στρατηγικοὶ*, *Τακτικοὶ*, cet. Sic Aelianus Tact. c. XXXIX. *Τάγμα παρὰ τοῖς Τακτικοῖς ἔμβολος καλεῖται.* Plene apud Sextum Empiric. adversus Grammaticos L. I. c. 3. *Περὶ πολλῶν ἐπραγματεύσαντο συγγραφέων, τοῦτο μὲν ἱςορικῶν, τοῦτο δὲ ῥητορικῶν, καὶ ἤδη φιλοσόφων.* SCHWEB.

* ΣΥΛΛΑΒΗ, Syllaba.

In v. *δίφθογγος*, apud Grammaticos absolute ut plurimum posita, sub. *συλλαβή*. Plene Isidorus in Grammatic. Origin. L. I. c. 15. Diphthongae syllabae Graeco nomine dictae, quod in eis binae vocales iunguntur. SCHWEB. Ne quis miretur Isidori diphthongas syllabas, sciat vocem *συλλαβὴ* dici *καταχρηςικῶς* de vocalibus *μονογραμμάτοις*. Ipse Isidorus l. c. „ — vere illa est syllaba, quae ex pluribus nascitur literis. Nam unam vocalem pro syllaba abusive, non proprie dicimus.“ [f. ducimus.] Idemque Graeci Grammatici monent. Thomas Mag. p. 816. *καὶ γὰρ αἱ μονογράμματοι καταχρηςικῶς λέγονται συλλαβαί.* ubi Oudendorpius *μονογράμματοι* tentare non debebat. Conf. Fischer. ad Weller. I. p. 222. Quid quod maiori etiam *καταχρήσει* haec vox omnino de elementis videtur usurpata esse: certe Lucianum

T. I. p. 83. vix aliter intelligas. Ceterum saepissime dicitur *ἡ δίφθογγος*: paullo rarius *τὸ δίφθογγον*. Neutrius generis exempla aliquot habet Fischerus l. c. p. 86. 110. 111. SCHAEF.

* Solennis haec ellipsis in his Grammaticorum locutionibus: *ἡ ἄρχουσα, ἡ ἐσχάτη, ἡ λήγουσα, ἡ παραλήγουσα, ἡ προπαραλήγουσα, ἡ παρατελευταία* (s. *παρατέλευτος*), *ἡ τελευταία*, cet. Exempla ubivis reperias. Vid., ut hoc utar, Moeris p. 191. ibique Pierson. In Etymolog. M. c. 351, 40. corrig. *ἡ μὲν προπαραλήγουσα*. Schol. ad Apollon. Rhod. I. v. 132. *ὀξυτονητέον τὴν πρώτην*. [„*Συλλαβὴ* in *ἡ δευτέρα* apud Steph. Byzant. v. *Ἰσσηδόνες* omissum, ex mente cl. Gavelli in Misc. Obs. Crit. Nov. T. VII. p. 777." F. ST.] Etymolog. MS. LB. in Hemsterh. not. ad Scholiast. Aristoph. Plut. p. 415. b. *πρὸ μιᾶς ἔχειν τὸν τόνον*, i. e. in syllaba paenultima. Plene Porphyrius in Villois. Anecd. Gr. T. II. p. 109. m. *ἐπὶ τῆς πρὸ δύο συλλαβῶν*, in syllaba antepaenultima. ubi mox leg. *ὅταν δὲ πρὸ μιᾶς συλλαβῆς τοῦ τέλους*. Ceterum etiam in latina lingua vocem syllaba sic omitti, satis notum est. SCHAEF.

ΣΥΜΒΟΛΑΙΑ, Conditiones.

In *ἐφ' οἷς* per Ellipsin omittitur *συμβολαίοις*. Xenophon *Κύρ. Παιδ.* I. 6, 11: *Ἴσασι γὰρ, ἐφ' οἷς αὐτοὺς Κυαξάρης ἄγεται*: norunt enim, quibus (conditionibus) ipsos ducat Cyaxares.

* Perfrequens est vocis huius in veterum Graecorum scriptis ellipsis, cuius aliquot exempla in medium proferre non supervacaneum videtur. In *ἐπὶ τούτῳ* s. *συμβολαίῳ*: ea conditione. Dionysius Hal. in Excerpt. Legat. p. 742. In *συμβάλλοντες* apud eumdem L. II. p. 134. *Τὴν τῶν συμβαλλόντων πίζιν*. Plene est *συμβάλλειν τὰ συμβόλαια*: cui opponitur *διαλῦσαι τὰ συμβόλαια*,

quod idem habet L. V. p. 333. In *ἐπὶ διακειμένοις καὶ ῥητοῖς*: certis conditionibus apud eumdum L. IX. p. 588. [Praestat in his ac similibus nihil subaudire. Ῥητὰ quidem omnino sunt ea de quibus convenit, quae certa ac rata sunt: diciturque nunc de pactis, conditionibus, nunc de honoribus, praerogativis. Vid. Valckenar. ad Euripid. Hippol. v. 461. coll. Duker. ad Thucydid. p. 12, 71. SCHAEF.] In *κατὰ τὰ συγκείμενα* Herodot. L. III. c. 158. *Τὰ προτεινόμενα.* Polybius Tom. II. p. 980. *Ἐπὶ τίσιν (συμβολαίοις) αὐτοὺς δεῖ ποιεῖσθαι τὴν Φιλίαν.* Idem T. II. p. 1165. *Ἐφ' ᾧ*: plene *ἐπ' ἐκείνῳ τῷ συμβολαίῳ, ἐφ' ᾧ.* Elliptica forma persaepe occurrit apud Polybium, e. g. T. II. p. 1180. Sic etiam Thucydides L. I. c. 113. *Σπονδὰς ποιησάμενοι, ἐφ' ᾧ τοὺς ἄνδρας κομιοῦνται.* [Prima Scaligerana p. 78 „*Ἐφ' ᾧ τε.* Hac conditione. semper cum infinitivo.“ Falso. Perrarum hoc sensu *ἐφ' ᾗ τε.* Sic Aeschines c. Ctesiph. p. 572. s. *ἐφ' ᾗ τε μὴ ἐπιγράψειν τὰ ὀνόματα τὰ ἑαυτῶν.* vid. Reisk. p. 712. Neque hîc placet ad ellipsin substantivi confugere, cum sufficiat Musgravii ratio, de qua v. ad v. *Ἀρχή.* SCHAEF.] Pleno sermone legitur apud Themistium Orat. II. p. 25. *Ἐπ' αὐτῷ τούτῳ τῷ ξυμβολαίῳ συνελέγητε εἰς τὸ βουλευτήριον.* In *συγκαταβαίνειν τοῖς ἀξιουμένοις* apud Onosandrum c. IV. [Nihil subaudiendum. *Τὰ ἀξιούμενα* simpliciter sunt ea quae petuntur. SCHAEF.] quam locutionem Latinis verbis ita expressam habet Frontinus Strateg. L. II. c. X. §. 1. ad conditiones imperatoris ita descenderunt. SCHWEB.

ΣΥΜΠΟΣΙΑ, Convivia.

Deest hoc substantivum in *τὰ γενέθλια*, uti apud Latinos convivia in natalitia. Xenophon *Κύρ. Παιδ.* I, 13: *Καὶ γὰρ, ὅτε εἰσίας σὺ τοὺς Φίλους ἐν τοῖς γενεθλίοις* (supp. *συμποσίοις*:) nam,

quando tu excipiebas amicos in natalitiis (conviviis.) Sic *γενέσια* apud Matthaeum in Evang. XIV 6: *Γενεσίων δὲ ἀγομένων τοῦ Ἡρώδου, ὠρχήσατο ἡ θυγάτηρ τῆς Ἡρωδιάδος ἐν τῷ μέσῳ*: quum autem agerentur natalitia Herodis, saltavit filia Herodiadis in medio. ubi in *γενεσίων* subintell. *συμποσίων*.

* ΣΥΜΦΕΡΟΝ, Utilitas, Commodum.

Paulus priore epistola ad Corinthios, cap. X, 24: *Μηδεὶς τὸ ἑαυτοῦ ζητείτω, ἀλλὰ τὸ τοῦ ἑτέρου ἕκαστος*. Articulus abesse nomen arguit. Id esse *τὸ συμφέρον*, idem auctor est Apostolus v. 33. loc. cit. *Μὴ ζητῶν τὸ ἐμαυτοῦ συμφέρον*. (q) BERNH.

(q) Paulus in epist. ad Philipp. c. II, 4: *μὴ τὰ ἑαυτῶν ἕκαστος σκοπεῖτε, ἀλλὰ καὶ τὰ ἑτέρων ἕκαστος*. MICH.

* ΣΥΜΦΟΡΑ.

Subaudias h. v. in *ἡ πεπρωμένη*. Sophocles Antig. v. 1337.

— — — *ὡς πεπρωμένης*
οὐκ ἔστι θνητοῖς ξυμφορᾶς ἀπαλλαγή.

SCHAEF.

* ΣΥΜΦΩΝΗΜΑ.

In *ξυμμαχικὸν* addit scholiastes Thucyd. VII. 33. F. ST. Imo *κατὰ τὸ ξυμμαχικὸν* ibi est ex noto Hellenismo, de quo supra ad v. *Πρόσωπον*, i. q. *κατὰ τὴν ξυμμαχίαν*. Sic Alciphron II. ep. 3. p. 236. ed. Bergl. *ὧν οὔτε τὸ φιλικὸν βέβαιον, οὔτε τὸ διεχθρεῦον ἀκίνδυνον*. i. e. *ἡ φιλία, ἡ ἔχθρα*. (Ibid. paullo post leg. *ἐγὼ γὰρ αὐτῇ εἰμι πάντα*. ei sum omnia. *εἶναί τινος πάντα* est, pendere ab alicuius nutu omnibus in rebus.) SCHAEF.

* ΣΥΝΔΕΣΜΟΣ, Coniunctio. 257

Quum Scholiastae dicunt: *ὁ δὲ, ὁ καὶ* etc. haud dubie vox *σύνδεσμος* deest. LEISN. Schol. ad

Thucydid. c. 75. in. *ὁ καὶ περιττός.* Plene idem ad l. VIII. c. 53. in. *ὁ δὲ σύνδεσμος ἀντὶ τοῦ δὴ κεῖται.* SCHAEF.

* ΣΥΝΤΕΛΕΙΑ, Societas.

Thucydides L. I, 15: *Οὐδ' αὐτοὶ ἀπὸ τῆς ἴσης κοινὰς στρατείας ἐποιοῦντο.* Neque iidem ex aequo communes expeditiones faciebant. ubi Scholiastes: *ἀπὸ τῆς ἴσης, λείπει τὸ συντελείας.* Vide doctorum ad haec Scholia annotationes in editione Dukeri p. 594. LEISN. Nihil hîc subaudiendum. Verissime Thomas Mag. p. 475. *Ὥσπερ ἀπὸ τοῦ ἴσου Φαμὲν, οὕτω καὶ ἀπὸ τῆς ἴσης. οἷον, ἀπὸ τῆς ἴσης τὸν δεῖνα Φιλῶ. καὶ, ἀπὸ τῆς ἴσης ἐχθρός εἰμι.* V. supra ad v. *Ἀρχή.* SCHAEF.

* ΣΥΣ, Sus.

In *σίαλος*, quod Hesychius et schol. Gr. ad Homeri Iliad. I. v. 208. explicant per *εὐτραφὴς, λιπαρός*: quo in loco et Odyss. P. v. 181. poëta *σίαλος* cum *σῦς ἐπιθέτως* coniunxit. Sic etiam Maximus Tyrius dissertat. XX. §. 4. *σιάλους σῦς ἢ αἶγας εὐτραφεῖς συγκατακόπτειν.* SCHWEB. *Σίαλος* pro substantivo habeo: quod quoties cum *σῦς* coniungitur, accedit non *ἐπιθέτως*, sed more proprio poëtae, saepius hac ratione nomini generis nomen formae addentis. Talia sunt *σῦς κάρπος, ὄρνις αἰγυπιὸς*, etc. Vid. Musgrav. ad Euripid. Bacch. v. 1027. 1364. Heyn. ad Homer. Il. VII. v. 58. Bast. Epist. Crit. ad Boisson. p. 81. s. (Diversi generis est Dionysii Halic. Ant. Rom. T. I. p. 228. *ὄρνιθας μὲν πρῶτον ἀετοὺς λαμβάνει.* Bene Interpres: aquilarum auspicio primum est usus. Conf. Euripid. Iphig. Aul. v. 609. *Ὄρνιθα μὲν τόνδ' αἴσιον ποιούμεθα.* ubi *τόνδ'* me quidem non offendit.) SCHAEF.

Digitized by Google

ΣΥΣΤΗΜΑ, Agmen.

In *τὸ λῃξρικὸν*, *τὸ κοινὸν*, et similibus. (r) [Alciphron I. ep. 8. *λῃξαὶ δὲ θαλάσσης τὸ ἐν αὐτῇ* (l. *αὐτῷ*) *σύγημα.* Herodianus Philet. p. 450. *Λῃξικὸν, τὸ σύγημα τῶν λῃξῶν.* ad q. l. Piersonus citat e Libanio T. II. p. 355. D. (imo B.) *ἐπειδὴ* (male P. compendio perperam intellecto *ἐπειδὰν*) *λῃξικὸν ἐν τῷ Ταύρῳ συνειξήκει.* Conf. Diodor. Sic. Excerpt. de Virt. et Vit. T. II. p. 556, 74. *παροξυνθεὶς οὖν τῷ συγήματι τῶν Πυθαγορείων, ἑταιρείαν μεγάλην συνεξήσατο, κ. τ. λ.* Eodem sensu ibid. p. 554, 1. *εἷς δὲ τῶν ἐκ τοῦ προειρημένου συγήματος ὤν.* ubi paullo ante v. 89. leg. *κατισχυθέντος δὲ τοῦ Φερεκύδου κ. τ. λ.* Vid. Wesseling. T. I. p. 83, 10. SCHAEF.]

(r) Sic *τὸ δωδεκάφυλον.* Vid. vocabulum *πλῆθος.* MICH.

* ΣΧΗΜΑ, Figura.

In *ἐπίπεδον*, planum, seu figura plana. In *τρίγωνον*, triquetrum, seu figura triangularis, *τετράγωνον* et similibus. Vid. Gellius L. I, 20. Quo referas *τρίπλευρον*, *ῥομβοειδὲς*, *τραπέζιον*, *παραλληλόγραμμον*, *ἡμικύκλιον*, *τετράεδρον*, et alia plura, quae apud Geometras passim occurrunt. LEISN. Ad *τετράεδρον* quidem similiaque *σχῆμα καταχρηςικῶς* subaudias: haec enim vox proprie de figuris *ἐπιπέδοις* dicitur. Vid. Epigramma in Euclidem a Dorvillio evulgatum Animadv. in Chariton. p. 50. ubi *τὰ σχήματα* opponuntur *τοῖς ὄγκοις.* SCHAEF.

* ΣΧΗΜΑ, Habitus.

In quibusdam nominibus adiectivis, quae commode determinari non possunt. Aeschylus Supplicibus v. 231:

Digitized by Google

258 Ἐν ἁγνῷ, δεσμὸς ὡς πελειάδων,
Ἵζεσθε.
Caste, ut turba turturum,
Sedete.

Ἐν ἁγνῷ, sc. *σχήματι.* [Rectius Schützius: in loco sancto. Conf. Sophocles Oed. Col. v. 37. *ἔχεις γὰρ χῶρον οὐχ ἁγνὸν πατεῖν.* Sic dicitur *ἐν καθαρῷ, ἐν καλῷ.* Vid. infra ad v. *Τόπος* et *Χωρίον.* SCHAEF.] Heliodorus Aethiopicorum L. II. p. 97: *Στολὴ καὶ ἐσθὴς ἡ ἄλλη πρὸς τὸ Ἑλληνικώτερον βλέπουσα.* Stola et vestis graecum fere (habitum) ostenderunt. *Τὸ ἑλληνικώτερον*, subintell. *σχῆμα*, habitus, qui graecum proxime referebat. Longus Pastoral. II. p. 83. principio: *Καθίσας ἐν καθέδρᾳ ὄρθιον.* Erecto corpore in sella sedens. [Imo est pro *ὀρθίως.* SCHAEF.] Sic et de animo: *τὸ Φιλάνθρωπον αὐτοῦ*, scil. *σχῆμα*, humanitas eius. [Imo est i. q. *ἡ Φιλανθρωπία.* SCHAEF.] Aelianus Var. Hist. II. SCHOETTG.

ΣΧΟΙΝΙΑ, Funes.

In *πρυμνήσια*, retinacula, vel funes, quibus navis in littore alligabatur, quae sic vocantur *ἀπὸ τῆς πρύμνης*, quia puppes ad littus versae erant. Longus Pastoral. II. pag. 443: *τὴν ναῦν ἐκ τῆς πρύμνης ἄκρας εἰς τὴν γῆν ἔδησαν.* Unde *πρυμνήσιον* proprie a puppi dependens. Quare, si funes illi hac voce designentur, intellige *σχοινία*, vel *πείσματα.* [Aliter Paraphrastes Wassenbergh. Iliad. I. v. 436. *τὰ σχοινία τῶν πρυμνησίων.* ut ad *πρυμνήσια*, si quid subaudiit, *ὅπλα* (omnino instrumenta nautica) subaudiisse videatur. SCHAEF.] ut apud Homerum Iliad. A. v. 476:

Δὴ τότε κοιμήσαντο παρὰ πρυμνήσια νηός.

et Apollonium Rhodium L. IV. v. 244:

Ἧοι ἐν τριτάτῃ πρυμνήσια νηὸς ἔδησαν.

Digitized by Google

Idem *πρυμναῖα πείσματα* appellat v. 208:

— — *πρυμναῖα νεὼς ἀπὸ πείσματ' ἔκοψεν.*

Sic in *ἀπόγεια*. Lucianus Sect. p. 626: *ἀπόγεια λύ-* 259
σασθαι, oram solvere. Hesychius: *Πρυμνήσια, ἀπόγεια σχοινία.*

* Subaudiri potest etiam haec vox apud Homerum Iliad. A. v. 434. in *προτόνοισιν*. Nam *πρότονος* dubio procul sua natura adiectivum est. Cum vero Hesychius, Suidas aliique semper habeant *πρότονοι, οἱ*: malim subaudiri in illis Homeri *κάλοις*, ut explicant Scholia Graeca. Sic etiam apud Latinos in v. Rudens sub. funis. SCHWEB.

* ΣΧΟΛΗ, Schola.

Frequens est apud Graecos ellipsis loci alicuius, ubi *διατρίβουσιν οἱ διδάσκοντες*, seu ubi degunt, qui artem aliquam profitentur, puta *σχολῆς*, vel *διδασκαλείου*, vel *διατριβῆς*, vel *Φροντιστηρίου*, vel *παιδευτηρίου*. Plato in Alcibiade primo: *Φοιτᾶν εἰς διδασκάλου*, et paullo ante: *οὐ πεφοίτηκα εἰς ἄλλων, ἢ τούτων*, et nonnullis interiectis: *πολλάκις σου ἐν διδασκάλων ἤκουον παιδὸς ὄντος*. In *Ἐραστῆς* idem Plato: *Εἰς Διονυσίου γραμματικοῦ εἰσῆλθον*. Plura dabunt Iensius Lectionibus Lucian. III, 8. p. 351. et p. 140. Spanhemius ad Aristophanis Nubes vers. 969. Kusterus ad Aristophanis *Ἐκκλησ.* 420. LEISN. Cum ad alias huiusmodi locutiones ellipticas v. *οἶκος* subaudiendum sit, analogiae lex idem ad has subaudiri iubet. SCHAEF.

ΣΩΜΑ, Corpus.

In *γυμνὸν* et similibus. Marcus Evang. XIV, 51: *Καὶ εἷς τις νεανίσκος ἠκολούθει αὐτῷ, περιβεβλημένος σινδόνα ἐπὶ γυμνοῦ*: et adolescens quidam sequebatur eum, amictus sindone super nudo (corpore.) *Ἐπὶ γυμνοῦ* ibi

Digitized by Google

dicitur pro: *ἐπὶ γυμνοῦ σώματος.* Sic in *νεκρὸν*, quando pro cadavere sumitur, intellige *σῶμα*, ut apud Homerum Iliad. P. v. 235:

Νεκρὸν ὑπ' Αἴαντος ἐρύειν Τελαμωνιάδαο.
Cadaver ab Aiace trahere Telamoniada.

[Falsus fuit vir egregius, fefellitque alios. Cadaver nunquam dicitur *τὸ νεκρὸν*, sed masculino genere *ὁ νεκρός.* Audi Summos Duumviros. Valckenarius ad Euripid. Phoeniss. v. 1508. „Quam [ellipsin] Bossius adnotavit, eam expungi mallem; neque enim cadaver dicitur *τὸ νεκρὸν*, sed *ὁ νεκρός.*" Porsonus ad Hecub. v. 671. „Νεκρὸς masculino genere pro cadavere semper dicitur." SCHAEF.]
a60 Plene, *νεκρὰ σώματα*, dixit Philo Legatione ad Cai. p. 782: *Καὶ μηδὲ νεκρῶν ἀπεχόμενοι σωμάτων.* [Batrachomyom. v. 105. *ὕπτιος ἐξήπλωτο νεκρὸν δέμας.* al. *νεκρὸς δέμας.* quod Ernestio magis poëticum visum est. Mihi contra videtur. SCHAEF.] Elliptice iterum Aeschylus in Agamemn. pag. 197:

Ὁρῶμεν ἀνθοῦν πέλαγος Αἰγαῖον νεκροῖς
Ἀνδρῶν Ἀχαιῶν.

* In *ἔχειν ἐσθῆτα* sub. *ἀμφὶ σῶμα*, Vid. Miscellan. Observat. T. III. In *ὅμηρα, τὰ*, obsides, sub. *σώματα.* Dionysius Halic. L. II. p. 118. *Ὅμηρα πεντήκοντα ἀγαγόντας.* In *αἰχμάλωτα, τὰ*, captivi. Lucianus T. II. p. 547. *Καὶ τὰ αἰχμάλωτα συνείχετο.* SCHWEB.

T.

* ΤΑΓΜΑ, Ordo exercitus.

In vocibus militaribus, qualia sunt *ῥομβοειδὲς, τετράγωνον* etc. Arrianus L. I. pag. 10: *Τὴν Φάλαγγα δὲ ἐν πλαισίῳ Νικάνορα ἄγειν ἐκέλευσεν.* Nicanori, ut quadrata (acie) phalangem ducat, iubet. *Ἐν πλαισίῳ*, sc. *τάγματι.* SCHOETTG. Vid. mox ad v. *Τάξις.* SCHAEF.

Digitized by Google

* ΤΑΛΑΝΤΟΝ, Talentum.

In re nummaria, quando adiectiva numeralia interdum absolute posita reperiuntur, vel *δραχμαὶ*, vel *μναῖ*, vel *τάλαντα* pro contextus ratione subaudiri solet. Sic in summa mille drachmarum notanda, quae ordinarie merces Sophistarum fuit, veteres saepe absolute posuerunt *χίλιαι*, sub. *δραχμαί*. Vid. Olearius ad Philostrat. vit. Apollonii Tyan. c. XXXVIII. cui hanc observationem grati debemus. SCHWEB.

TAMEION, Aerarium.

Τὸ *δημόσιον*, publicum, saepe absolute reperies pro *ταμεῖον δημόσιον*. Sic *ὀφείλειν δημοσίῳ*, scil. *ταμείῳ*, debere publico (aerario). (*) Similiter in *τὸ κοινόν*. Thucydides L. VIII. cap. 1: *οὐδὲ χρήματα ἐν τῷ κοινῷ*. ubi Scholiastes: *ταμιείῳ δηλονότι*.

* Sic publicum absolute apud Latinos. Livius L. V. c. 22. Ea sola pecunia in publicum redigitur. sub. aerarium. SCHWEB.

* „Ταμεῖον, vel *ταμιεῖον*. Thuc. 6, 8. *ὡς εἴη ἕτοιμα ἔν τε τοῖς ἱεροῖς πολλὰ, καὶ ἐν τῷ κοινῷ·* ubi v. Dukerus p. 382. add. Herodo. 7, 144. 9, 87. Herodo. 6, 59. *ὅστις τι Σπαρτιητέων τῷ βασιλεῖ, ἢ τῷ δημοσίῳ ὤφειλε*. Polyb. 10, 24. *εἰς τὸ βασιλικόν*. Nescio, an huc referri debeat locus Isocr. Nicocl. p. 100. T. 1. *τὰ μὲν βασίλεια χρημάτων κενὰ, καὶ πάντα καταναλωμένα.*“ Fischer. ad Weller. III. 1. p. 262. Ceterum *ταμιεῖον, τετρασυλλάβως*, forma est genuina; parum probata altera, cui cedere persaepe coacta fuit. Vid. Zeun. ad Xenoph. Mem. I, 5, 2. et Porson. ad Euripid. Orest. v. 229. In *Γνώμαις μονοσίχοις* v. 466. Brunckius bene dedit: *Ταμιεῖον ἀρετῆς ἐξι σωφροσύνη μόνη*. In Diodor. Sic. XX. c. 58. e Reg. codicibus (operae enim Wesselingii rem male administra-

Digitized by Google

runt) corrig. *ἐν τοῖς ταμιείοις.* In Plutarch. Mor. T. I. p. 781. legas *ἐκ τοῦ ταμείου:* sed perpaucis interiectis *τὸ ταμιεῖον:* ut appareat, illic etiam *ταμιείου* scribendum esse. Quamquam deterior forma reperitur T. III. p. 17. SCHAEF.

(*) Obiter moneo, *τὸ δημόσιον* passim sic dici, ut sit i. q. *ὁ δῆμος.* Herodotus I. c. 14. *οὐ Κορινθίων τοῦ δημοσίου ἐστὶν ὁ θησαυρὸς, ἀλλὰ κ. τ. λ.* ubi al. *δήμου.* Diodorus Sic. XIV. c. 116. extr. *ταύτης ἔτυχον παρὰ τοῦ δημοσίου τιμῆς, ὥστ' κ. τ. λ.* ubi eadem in al. varietas scripturae. SCHAEF.

* ΤΑΞΙΣ, Acies.

Diodorus Sic. XIX. c. 27. *ἔταξεν ἐλέφαντας μὲν ἐν ἐπικαμπίῳ τεσσαράκοντα πέντε.* ubi Wesselingius: „Τάξει videlicet, de qua L. XVII, 57." Ibi plene *ἐπικάμπιον ἐποίησε τάξιν.* Ἐλλιπῶς item XIX. c. 29. *ποιήσας δ' ἐπικάμπιον.* Vid. ad v. **Τάγμα.** SCHAEF.

* ΤΑΞΙΣ, Centuria.

Lucianus T. II. p. 24. *ἰατροῦ τῆς τῶν κοντοφόρων ἕκτης.* Graevius: „Cum dicit *κοντοφόρων τῆς ἕκτης,* subauditur *τάξεως,* centuriae sextae hastatorum medicus. *τάξις* est centuria, ut ordo apud Latinos." SCHAEF.

* ΤΑΦΗ, Sepultura.

In vocibus *ἀναιρεῖν, ἀναιρεῖσθαι* et *ἀναίρεσις,* cum apud scriptores de mortuis ad sepulturam tollendis sermo est, subauditur *εἰς ταφήν.* Thucydid. L. VII. c. 72. *Καὶ τοὺς νεκροὺς ἀνείλοντο.* et versibus aliquot interiectis: *νεκρῶν μὲν πέρι ἢ ναυαγίων οὐδὲ ἐπενόουν αἰτῆσαι ἀναίρεσιν.* Chariton L. III. p. 49. *Μέχρις ἂν ἐξεύρω Καλλιῤῥόης τὴν ἀναίρεσιν.* SCHWEB. Eodem iure Schwebelius ad verbum *ἀναιρεῖσθαι,* cum de liberis educandis dicitur, *εἰς τροφὴν* subaudire catalogumque Ellipsium hac quoque accessione ditare

Digitized by Google

poterat. Laudo, quod non fecit: magis laudarem, si etiam v. Ταφὴ omisisset. SCHAEF.

ΤΑΧΥΤΗΣ, Celeritas.

Ablativus *ταχυτῆτι* eleganter omittitur in ἦ ποδῶν, ut apud Aelianum Var. Hist. I, 11: — ἦ ποδῶν ἔχουσιν, ἀποδιδράσκουσι, pro ἦ ποδῶν *ταχυτῆτι*: qua pedum (celeritate) possunt, 261
aufugiunt. [Permira haec ratio, cuius similem explosimus supra ad v. Δύναμις. ἦ particula est poniturque pro ὡς s, ὅπως: nam eodem plane sensu eademque constructione dicitur ὡς (s. ὅπως) ποδῶν ἔχω, variatâque locutione, quod inprimis arguit elliptici illius commenti vanitatem, ὡς τάχους ἔχω. (In Pausan. II. c. 28. leg. ὡς τάχους εἶχεν.) Vid. Bergler. ad Alciphr. p. 327. Wesseling. ad Diodor. Sic. T. II. p. 628, 66. Dissertat. Herodot. p. 129. SCHAEF.]

ΤΕΙΧΟΣ, Murus.

Τὸ Πελαργικὸν dicunt Attici, subintelligentes *τεῖχος* vel *τείχισμα*, munimentum. Comicus in Avib. v. 833. p. 580:

Τίς δ' ἂν καθέξει τῆς πόλεως τὸ Πελαργικόν;
Quis autem habebit urbis Pelargicum?

ad quem locum Scholia: Ὅτι Ἀθήνησι τὸ Πελαργικὸν τεῖχος ἐν τῇ ἀκροπόλει, οὗ μέμνηται Καλλίμαχος· Τυρσηνῶν τείχισμα Πελαργικόν. h. e. Pelargicum fuit murus Athenis in arce, cuius meminit Callimachus, dicens: Τυρσ. etc. Tyrrhenorum munimentum Pelargicum. Plenius ibi Callimachus *τείχισμα* Πελαργικὸν dixit, quod Aristophanes defective Πελαργικόν. Dicitur etiam Πελασγικόν. Lucianus Bis Accus. p. 219: Τὴν ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει σπήλυγγα ἀπολαβόμενος, οἰκεῖ μικρὸν ὑπὸ τοῦ Πελασγικοῦ: accepta ista, quae est sub arce, spelunca, habitat paulum infra Pelasgicum.

Digitized by Google

ubi Scholiastes: Τόπος Ἀθήναις ἀπὸ Πελασγῶν, ἐν αὐτῷ οἰκησάντων. γράφεται καὶ διὰ τοῦ ϱ. i. e. Locus Athenis sic dictus a Pelasgis, qui in eo habitarunt. Scribitur etiam per ϱ.

* TEKNON, Filius.

Vide infra sub voce υἱός. MICH.

* Τέκνα, liberi, in δίδυμα, gemelli. Herodotus L. VI. c. 52. Ταύτην δὲ τεκεῖν δίδυμα. ubi ipse statim addit τέκνα. SCHWEB.

* TEΛETH.

„Τελεταί. Lucian. Demonact. 11. p. 380. To. 2.“ Fischer. ad Weller. III. 1. p. 263. Legas ibi: οὔτε ἐμυήθη μόνος ἁπάντων ταῖς Ἐλευσινίαις. Guietus: „Scilicet τελεταῖς.“ Hoc si voluisset Lucianus, scripsisset, opinor, ο. ἐ. μ. ἁ. τὰ Ἐλευσίνια. Sic Eusebius Chronic. p. 81, 31. Scal. μυηθεὶς τὰ Ἐλευσίνια. Achilles Tat. p. 212. Mitsch. μυηθῶμεν οὖν, ὦ φίλτατε, τὰ τῆς Ἀφροδίτης μυστήρια. Synesius p. 42. B. Petav. τὰ ἐκ Χαρίτων μυεῖσθαι. Malim igitur θεαῖς subaudire. Plene Alciphron II. ep. 3. in. μὰ τὰς Ἐλευσινίας θεάς. ubi v. Bergler. Add. Pausan. III. c. 20. Δήμητρος ἐπίκλησιν Ἐλευσινίας. Ceterum proba constructio μυεῖσθαι θεῷ. Sic etiam τελεῖσθαι θεῷ dicitur. Herodotus IV. c. 79. in. ἐπεθύμησε Διονύσῳ Βακχείῳ τελεσθῆναι. Hemsterhusius in Addend. ad Lucian. p. XXXIII. „In Philostrati Ep. XV. οἱ τελούμενοι τῇ Ῥέᾳ μαίνονται πληγέντες τὰ ὦτα κτύποις ὀργάνων, dubites, utri verbo τῇ Ῥέᾳ iungi debeat, nisi potius utrique sit aptandum.“ Mihi οἱ τελούμενοι τῇ Ῥέᾳ videntur arctissime iungenda. SCHAEF.

262 ## * TEΛEΥTAIA, Ultima.

Quum verbum πράττειν ponitur pro ἀποθανεῖν, ponitur autem hac significatione apud Aristo-

Digitized by Google

phanem Pluto, 485. et Sophoclem Oedipode Col. 1779. videtur esse subaudiendum *τὰ τελευταῖα*, vel simile aliquid. LEISN. Omnibus, opinor, inaudita erit ista verbi *πράττειν* significatio. In Aristophane legitur *τοῦτο πράττοντ'*, quod alter Scholiastarum interpretatur *ἀποθανόντες*, sensum spectans, non propriam vim verborum. Sophocleum locum frustra quaesivi. SCHAEF.

ΤΕΛΕΤΤΗ, Finis.

In *ἡ εἱμαρμένη*, fatalis, fato destinata. (a) Plene Iulianus Orat. I. p. 16: *καὶ τῷ πατρὶ τὴν εἱμαρμένην τελευτὴν τοῦ δαίμονος μάλα ὀλβίαν παρασχόντος.* [Plenius idem ibid. p. 46. B. *εἰς τὴν εἱμαρμένην τελευτὴν τοῦ βίου.* SCHAEF.]

(a) Schrevelius supplet vocem *ἀνάγκη*. SCHOETTG. Suppleas etiam v. *πορεία*. Iulianus Epist. LVIII. T. II. p. 223. extr. Petav. *πορευθῆναι τὴν εἱμαρμένην πορείαν*. Conf. Melet. Crit. in Dionys. Halic. I. p. 22. SCHAEF.

ΤΕΛΟΣ, Finis.

In *τὸ ἔσχατον*, *τὸ ἄκρον* etc. subaudi *τέλος*, vel potius *πέρας*, terminus. Lucas in Act. Apost. I, 8: — *ἐν πάσῃ τῇ Ἰουδαίᾳ καὶ Σαμαρείᾳ, καὶ ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς* (supp. *τέλους*, vel *πέρατος*.) — in omni Iudaea et Samaria et usque ad ultimum terrae (terminum.) Diodorus Siculus L. I. p. 38: *Κατῴκισεν αὐτοὺς ἐν τοῖς ἐσχάτοις τῆς ἐρήμου χώρας*, subintell. *πέρασι*: Collocavit ipsos in extremis desertae regionis (terminis.) Addidit Heliodorus Aethiop. II, 28: — *ἐπὶ πέρατα γῆς ἔσχατα*: — ad ultimos orbis terminos. Ut Livius Lib. XXI. cap. 43: ab ultimis terminis terrarum. [Obiter moneo, in Longi Pastor. p. 21. male me mutasse *Ἥρος οὖν ἤδη τέλη*. Conf. Corayum ad Heliodor. p. 317. s. vere monentem, *τὰ τέλη* dici pro *τὸ τέλος*. Incert. Auct. de Thucydide: *περὶ τέλη τοῦ Πελοποννησιακοῦ*

πολέμου. Idem tenendum de plurali vocis ἔξοδος. Iulianus Orat. I. p. 26. B. Ἦν μὲν γὰρ ὁ χειμὼν ἐπ' ἐξόδοις ἤδη. SCHAEF.]

ΤΕΛΟΣ, Vectigal.

In δημόσιον non tantum supprimitur ταμεῖον, 263 ut modo dixi; sed aliquando etiam τέλος, vectigal. Ex. gr. Ἀποτίνειν τὸ δημόσιον, pendere publicum. suppl. τέλος. Pari modo, quo Latini dicunt publicum pro vectigal publicum, ut conducere publica etc. Sic τέλη intellige in λύει pro expedit, ut apud Euripidem in Medea v. 566: Ἐμοί τε λύει: et mihi expedit. pro quo plene Sophocles τέλη λύει, hoc est λυσιτελεῖ. Vide ad locum Euripidis Ios. Barnesium. [omninoque Valckenar. ad Euripid. Hippol. v. 441. Ceterum minus recte huc referunt locum Sophocleum Electr. v. 1005. λύει γὰρ ἡμᾶς οὐδέν. ubi rectius Scholia: οὐκ ἀπαλλάσσει τῶν κακῶν. ἢ ἀντὶ τοῦ, οὐδὲν ἡμᾶς ἐκλύσεται. Dubites item de Euripideo Med. v. 1359. λύει δ' ἄλγος. Porsonus: „Interpretantur Viri docti per λυσιτελεῖ, neque ego repugno. Potest tamen etiam significare, MINUIT, LEVAT meum dolorem.“ SCHAEF.] (b)

(b) Adde Harpocrationem in Μετοίκιον. Item in verbo πράσσειν, quod notat vectigal exigere. Lucae evang. c. III, 13. Locum ex Polybio, qui hoc supplet, adducit Raphelius. SCHOETTG.

* ΤΕΜΑΧΗ, Frusta.

Aristophanes Equit. v. 353: θυννεῖα θερμὰ, supple τεμάχη, h. e. calida thynnorum (frusta.) Frischlinus male: thynni offam calidam, ut notat Kusterus. LEISN.

* ΤΕΜΕΝΟΣ, Templum.

Saepe omittitur in nominibus fanorum, sive templorum, ut Μητρῷον, templum Magnae Matris. Arrianus Lib. III, p. 197. Ἴσειον, tem-

Digitized by Google

plum Isidis. Heliodorus L. VII, p. 320. Ἡρῷον, templum heroi constructum. Arrianus Lib. VII, p. 494. Ἀμαζόνιον, Ἀνακεῖον, Θησεῖον, et Μελανίππειον occurrunt apud Harpocrationem. (c) SCHOETTG.

* Insignem exemplorum, in quibus ellipsis haec obtinet, copiam vid. in Fabricii Bibl. Gr. Vol. I. p. 257. SCHWEB.

* Herodotus VII. c. 178. ἐν Θυίης. Wesselingius: „videlicet τεμένει aut χώρῳ." Sed scribendum ἐν Θυίῃ, quo rectâ ducit Cod. Pass. Vulgatam lectionem si tueris, vide qua ratione excuses pleonasmum ne in Herodoto quidem, opinor, tolerandum: ἐν Θυίης [τεμένει, aut χώρῳ, aut ἱερῷ, seu quidquid denique suppleas], τῇπερ τῆς Κηφισσοῦ [al. Κηφισοῦ, quae forma praestat. conf. Wesseling. ad Diodor. Sic. T. II. p. 110, 34. Facius ad Pausan. II. c. 15. 5. Iacobs. ad Anthol. Graec. II. 3. p. 6. Heyn. ad Homer. Il. II. v. 522.] θυγατρὸς Θυίης τὸ τέμενός ἐςι. Scripsisset ille, si hominem bene novi, ἐν Θυίης τῆς Κηφισοῦ θυγατρὸς, ceteris omissis. Praeterea expende mihi quod statim sequitur: ἐπ' ἧς καὶ ὁ χῶρος οὗτος τὴν ἐπωνυμίην ἔχει. Quamnam ἐπωνυμίην? Nimirum Θυίη. SCHAEF.

(c) Thucydides Lib. VI, 54: Ἀπόλλωνος ἐν Πυθίου. 264 subaudi τεμένει. Quod mox additur in hac inscriptione:

Μνῆμα τόδ' ἧς ἀρχῆς Πεισίςρατος Ἱππίου υἱὸς
Θῆκεν Ἀπόλλωνος Πυθίου ἐν τεμένει.

Philostratus de Vit. Soph. I, 9. aliter supplet: ἐν τῷ τοῦ Πυθίου ἱερῷ. Conferatur Aristophanes in Vespis v. 123. LEISN.

ΤΕΤΑΓΜΕΝΟΣ, Constitutus vel Positus.

In brevi et eleganti loquendi genere, ὁ ἐπί τινος πράγματος, ad supplementum requiritur τεταγμένος vel ὤν. Achilles Tatius Lib. VI. p. 391: ὁ ἐπὶ τῶν δεσμῶν, carceri (praepositus,) vel

Digitized by Google

carceris custos. (d) [Vid. Wesseling. ad Diodor. Sic. T. I. p. 552, 19. SCHAEF.]

Plene aliquando reperitur, ut apud Polybium in Excerptis Legation. XIII. p. 1119: *παραγγείλας τοῖς ἐπὶ τούτων τεταγμένοις.* et paullo ante ibid. *τοὺς ἐπὶ τούτων ὄντας.* [Diodorus Sic. XI. c. 44. *οἱ τεταγμένοι τῶν Ἑλλήνων ἐπί τινος ἡγεμονίας.* Mox c. 47. cum accusativo: *ταχθεὶς δὲ ἐπὶ τὴν διάταξιν τῶν Φόρων οὗτος, ὡς ἀκριβῶς κ. τ. λ.* (Sic bene libri. In Aenigm. XXXVI. corrig. *ὡς ἐτεόν.*) Add. XVIII. c. 3. (coll. c. 26. in.) c. 48 XX. c. 10. Item cum dativo. L. XX. c. 33. *τῶν ἐφ' ἡγεμονίᾳ τεταγμένων.* Mox ibid. *τῶν ἐφ' ἡγεμονίας τεταγμένων.* ubi sensu non dispari al. *ἐφ' ἡγεμονίαις*, al. *ἐφ' ἡγεμονίᾳ.* SCHAEF.] Quemadmodum Latini etiam pleno sermone aliquando dicunt: positus super aliquid. [Vid. Wesseling. l. c. SCHAEF.] Curtius Lib. VI, 7: nobili iuveni super armamentarium posito. [Dionysius Halic. Ant. Rom. T. I. p. 316. *μία μὲν μοῖρα τὸν Ἐσκύλινον κατέχουσα λόφον, ἐφ' ἧς αὐτὸς ὁ Ῥωμύλος ἦν.* Minus accurate verterunt: ubi et ipse Romulus erat. Debebant: cui ipse Romulus praeerat. SCHAEF.]

* Item in *οἱ ὑπό τινα*, quae elliptica locutio saepe occurrit apud Leonem. Plene idem habet c. XX. §. 135. *Πάντας τοὺς ὑπό σε τεταγμένους.* Diodorus Sic. L. XI. p. 2. *Κατὰ πᾶσαν τὴν παραθαλάττιον, τὴν ὑπ' αὐτὸν ταττομένην.* Sic *ὑπὸ ἐξουσίαν* Matth. VIII. 9. Integra oratione Luc. VIII. 8. *Ὑπὸ ἐξουσίαν τασσόμενος.* Item Actor. VIII. 27. *Ὃς ἦν ἐπὶ πάσης τῆς γάζης αὐτῆς.* Actor. XII. 20. *Ὁ ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος τοῦ βασιλέως.* sub. *τεταγμένος.* SCHWEB.

(d) Priore de Maccabaeis libro, cap. XIII, v. 37: *Οἱ ἐπὶ τῶν χρειῶν.* Qui debitis exigendis praefecti sunt. MICH.

Digitized by

* **ΤΕΤΡΑΜΜΕΝΟΣ**, Versus, Spectans.

In ellipticis locutionibus, *ἡ πρὸς τὰς ἀνατολὰς, πρὸς ἠῶ* cet. subauditur *χώρα* vel *μερὶς τετραμμένη*, et cum *τὸ* s. *μέρος τετραμμένον*. Plene apud Herodotum L. IV. c. 22. *Τὸ πρὸς τὴν ἠῶ τετραμμένον*. Thucydid. L. VII. c. 58. *Τὸ πρὸς Λιβύην μέρος τετραμμένον*. SCHWEB.

ΤΕΧΝΗ, Ars.

Per Ellipsin vocis *τέχνη* multa adiectiva in feminino usurpantur a Graecis, ut *ἡ ὑφαντικὴ*, ars textoria, apud Aelianum Var. Hist. I, 2. *ἡ ἰατρικὴ*, (ars) medica, apud eundem I, 7. *ἡ ἱππεία*, (ars) equitandi, II, 27: *Ἐπὶ τῇ ἱππείᾳ μέγα ἐφρόνει*: In (arte) equitandi mire superbiebat. (e) [Fallitur. *ἱππεία* substantivum est, *παρὰ τὸ ἱππεύειν*. Euripides Phoen. v. 806. Pors. *ἱππείαισι θοάζεις*. ubi Paraphrastes: *ἱππεύσεσιν ὁρμᾷς*. SCHAEF.] 265

Sic *ἡ Γραμματικὴ*, *Μουσικὴ*, *Λογικὴ*, *Μαντικὴ* etc. Possis etiam in hisce intelligere *ἐπιστήμη*. [*Σοφία* addit Philostratus Her. p. 22. extr. Boiss. *μαντικῆς σοφίας*. SCHAEF.]

* Saepius etiam integra oratione utuntur scriptores, expressa v. *τέχνη*. E. g. Plato in Gorgia p. 451. *Ἡ ἀριθμητικὴ τέχνη*. *Ἡ λογιστικὴ τέχνη*. Aelianus V. H. L. IX. c. 22. *περὶ τὴν ἰατρικὴν τέχνην*. Idem L. X. c. 10. *Γραφικὴ τέχνη*. Aelianus Tact. c. I. *Τέχνην τακτικὴν ἔγραψεν*. Eustathius ad Dionysii *Περιηγ.* v. 427. *Ναυτικὴ τέχνη*. Ellipticam loquendi rationem sequuntur etiam Latini in Grammatica, Rhetorica, Logica aliisque; in quibus vero etiam interdum v. Ars expressam habent. E. g. Ars Rhetorica, Ars Musica, Ars Grammatica. v. Quinctil. Instit. Orat. L. I. c. 5. Id. L. I. c. 1. Terent. Prol. in Hecyr. v. 38. SCHWEB.

Digitized by Google

* Liban. Ep. 140. ἐν Ἑρμοῦ τέθραπται. Notat Wolfius: scil. χρήμασι, vel τέχνῃ, vel simili. Frequens ellipsis. Schwarz. ad Tursellin. p. 40. Sylvius Elegant. Cent. III. c. 97. F. ST. Falluntur. Obtinet hîc notissima illa ellipsis, quam in locutione ἐν διδασκάλου similibusque nemo non agnoscit. SCHAEF.

* „Xen. Oecon. 4, 2. αἴγε βαναυσικαὶ καλούμεναι. Plato Gorg. 34. p. 121. χρηματιστικὴ et ἰατρική· ib. 67. p. 217. ἡ κυβερνητική, ἡ ῥητορική, ἡ δικανική· ib. 57. p. 192. ἡ κιθαριστική, et ἡ κιθαρῳδική. Herodo. 8, 1. ἡ ναυτική. Plut. de fort. p. 309. μουσική, μαγειρική, γναφική. Polyb. 9, 19. ἡ ὀρχηστική, et ἡ αὐλητική. Sed Demosth. p. 521. To. 1. τὴν χρυσοχοϊκὴν τέχνην. Aeschin. p. 118. To. 1. τῆς σκυτοτομικῆς τέχνης. Aelian. V. H. 9, 22. περὶ τὴν ἰατρικὴν σπουδάσαι τέχνην. Id. ib. 10, 10. ἡ γραφικὴ τέχνη." Fischer. ad Weller. III. 1. p. 263. Add. Aristides T. I. p. 42. Iebb. τὴν τέχνην τὴν ἰατρικήν. Ceterum cum talia dicantur nunc de scientia et facultate, nunc de ipso συστήματι doctrinae alicuius aut artis, nemo offendetur huiusmodi locutionibus: Schol. ad Aristophan. Plut. v. 11. τῆς κατὰ τὴν ἰατρικὴν ἐπιστήμης. ubi ἡ κατὰ τὴν ἰατρικὴν ἐπιστήμη est i. q. ἡ τῆς ἰατρικῆς ἐπιστήμη. [Ex Diodoro Sic. Exc. Legat. T. II. p. 620, 32. τῆς κατὰ τὸν υἱὸν ἀποδόσεως. (v. 30. leg. ὅτε.) p. 621, 42. τῆς κατὰ τὸν Ἀντίοχον ἥττης. Vid. not. in Longi Pastor. p. 329. s.] Schol. ad Sophocl. Trachin. v. 1003. ἰατρὸς διὰ χειρῶν τὴν τέχνην τῆς ἰατρικῆς ἐνδεικνύμενος. SCHAEF.

(e) Ἡ τοξική, (ars) iaculandi. Herodianus L. I, 15. 4. (f) SCHOETTG.

(f) Adde sequentia: τεκτονική, ἀνδριαντοποιητική, χαλκευτική, ἀποτελεσματική, ὀργανική, κυβευτική, γοητευτική, χαλδαϊκή, σχοινοβατική etc. In quibus ultimis tamen erunt, qui κακοτεχνίαν vel ματαιοτεχνίαν intellexerint potius, quam τέχνην. Ita in Ἐγκύκλιοι, in Πρα-

Digitized by Google

κτικαὶ, Θεωρητικαὶ, Ποιητικαὶ, Μικταὶ subaudi, τέχναι. LEISN.

* ΤΗΛΙΚΟΣ, Tantae aetatis.

Vid. infra ad v. Τοῖος. SCHAEF.

ΤΙΜΗ, Pretium.

Usitatum est Graecis, *τὴν ἀξίαν*, et *κατὰ τὴν ἀξίαν* dĭcere, pro *κατὰ τὴν ἀξίαν τιμὴν*, digno pretio. Xenophon Κύρ. Παιδ. II, 8: *Ἔδοξε δ' οὖν κατὰ τὴν ἀξίαν ἕκαστον τιμᾶσθαι*: Visum igitur est, pro meritis quemque ornandum. Sic in *ἐξ ἴσης* supple *τιμῆς*, aequo (pretio), unde *ἰσοτιμία*.

* Sic etiam apud Homerum Iliad. Φ. v. 79. *Ἑκατόμβοιον δέ τοι ἧλφον*. ubi schol. Gr. *τιμὴν ἑκάτὸν βυῶν ἀξίαν*. Athenagor. in Legat. pro Christ. p. 8. *Πρὸς ἀξίαν τῆς ἴσης μετέχουσι τιμῆς*. Dionys. Hal. L. V. p. 301. *Καρπῶν τὰς ἀξίας — διαλύειν*. Thucydid. L. I. c. 27. *Ἐπὶ τῇ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ*. ubi schol. Gr. *λείπει τιμῇ*. SCHWEB.

* ΤΙΜΗ.

Vocabulum *τειμὴ* s. *τιμὴ* eo, quo statuam denotat, sensu saepe in lapidibus negligitur ad verba *ἀνίςημι* et *ἀνατίθημι*. Sponius inscriptionem habet a Dalenio p. 619. repetitam, in qua leguntur verba: *ἡ ἐξ Ἀρειοπάγου βουλὴ καὶ ἡ βουλὴ τῶν τριακοσίων καὶ ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων εὐνοίας ἕνεκα καὶ εὐεργεσίας τῆς περὶ τὴν πόλιν ἀνέςησεν*. scilicet *τὴν τειμήν*. Quod snppletur in alia in Miscell. erud. Antiq. p. 360. n. 104. *τὴν τειμὴν ἀναθέντος* M. Μεττίου. nec non in Itiner. Wheleri p. 254. *τειμὴν ἀναςήσαντος Φαινίου Φαύςου*. Add. Smithum Notit. 7 eccles. Asiae p. 21. etc. Non renuo tamen, si in aliis praeferas *λίθος*. In eodem p. 41. *τοῦτον λίθον ἐκ τῶν ἰδίων ἀνέθηκεν*. Interdum et *εἰκὼν* suppleas licet ex Plutarchi vita Isocr. p. 1032.

Digitized by Google

1033. Opportune hic incido in lapidem literatum in Fleetwoodi Inscript. antiq. Sylloge P. I. 332. *τὸν ἀρχιερέα τῶν σεβαζῶν* Τιβ. Κλαύδιον *Ἀττικὸν Ἡρώδην Μαραθώνιον ἡ Ἀντιοχὶς Φυλὴ ἀνέθηκεν. κ. λ.* Vertit Fleetwoodus: Antiochis tribus (diis commendat et) consecrat Tib. etc. Tu, si me sequeris, post accusativos supple *ἐτείμησε* (de qua ellipsi alibi agam) post *ἀνέθηκεν* autem *τὴν τειμήν.* F. ST. Contorte vir doctus, simpliciusque multo Fleetwoodus. Propertius I, 17, 19.

Illic, si qua meum sepelissent fata dolorem,
Ultimus et posito staret amore lapis.

De quo loco in Bibl. Crit. Amstel. II, 2. p. 11. haec legas: „Marklandus labos malebat quam lapis. Burmannus praefert ex Scaligeri excerptis honore pro amore: cum quo nos consentimus. Ita Graecis quoque *τιμὴ* dicitur statua et omne monumentum, quod honoris caussa alicui ponitur: veluti ap. Plutarchum T. II. p. 91. A. 561. B.“ SCHAEF.

TIMHMA, Pretium.

In *πολλοῦ*, (g) *ὀλίγου, πόσου*, (h) multo, parvo, quanto etc. intellige *τιμήματος*, pretio, quoties nominibus aut verbis pretii adduntur, ut: *πολλοῦ ἄξιος*, (i) pro *πολλοῦ τιμήματος ἄξιος*, magno pretio dignus. *Πόσου πωλεῖται* (sc. *τιμήματος*;) quanti venditur? *Ὀλί-*
266 *γου ὠνεῖται*, parvo emit. Lucianus in Icaromenip. pag. 204: *Πόσου νῦν ὁ πυρός ἐξιν ὤνιος ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος*; quanti nunc emitur in Graecia triticum? Possis etiam subaudire *ἀργυρίου*. Vide, quae supra ad eam vocem diximus. [Strato LXXVI. v. 4. *οἶδα τὸ ποῦ, καὶ πῶς, καὶ τίνι, καὶ τὸ πόσου.* Vid. Iacobs. ad Anthol. Gr. II, 1. p. 213. Cum praepositione *ἐκ* Demosthenes p. 1216, 18. Reisk. *ἐκ πόσου ἡ καταλλαγὴ ἦν τῷ ἀργυρίῳ.* Similiter Epigr. adesp. XCIV. *εἰπὲ πόσης*

Digitized by Google

τιμῆς. Sic ἀπὸ μηδενὸς, nullâ impensâ. Plutarchus Mor. T. I. p. 573. οὕτω κοσμουμένη περιττῶς καὶ σεμνῶς ἀπὸ μηδενός. SCHAEF.]

* In πολλοῦ, πλείζου ποιεῖν: magni, plurimi facere. Possis etiam in hisce subaudire v. λόγου, uti habet Herodot. L. I. c. 33. οὔτε λόγου μιν ποιησάμενος οὐδενός. Item ellipsis haec obtinet in οὐδὲν, μηδὲν absolute positis. Sic Plato de R. P. VIII. p. 562. D. οὐδὲν ὤν. Euripides in Ione 594.

Μηδὲν καὶ οὐδὲν ἐνθάδ' ὢν κεκλήσομαι.

[Fallitur. Homo vilis ipse dicitur οὐδεὶς (μηδεὶς) sive neutro genere οὐδὲν (μηδέν). Debebat Schwebelius uti talibus locis, qualis est ille Charitonis p. 4, 10. ὁ δὲ πόρνος καὶ πένης καὶ μηδενός. ubi Dorvillius p. 32. „id est ἄνθρωπος ὢν μηδενὸς τιμήματος.“ SCHAEF.] Hanc ellipsin Graecorum imitantur etiam Latini. Sic apud Ciceron. ad divers. L. I. ep. IX. Tamen a me minimi putabantur. et L. III. ep. X. Quanti te, quanti Pompeium, quem unum ex omnibus, ut debeo, plurimi, quanti Brutum facerem. L. IX. ep. XIX. Ne pluris esse balbos, quam disertos putes. Plene habet Varro de R. R. L. I. c. VII. §. 4. Ut plus reddant musti et olei, et pretii pluris. SCHWEB.

(g) Paulus in Actis Apost. c. XXII, 28, de se ipso: ἐγὼ πολλοῦ κεφαλαίου τὴν πολιτείαν ταύτην ἐκτησάμην. MICH.

(h) Τοσούτου, τοιούτου etc. ut Actor. V, 8: εἰ τοσούτου τὸ χωρίον ἀπέδοσθε; num tanti agrum vendidistis? Sic apud Latinos tanti, quanti. SCHOETTG.

(i) Ad nomen adiectivum in neutro genere positum ἀντάξιον addendum est substantivum τίμημα. In Homeri Ιλ. α. 136: Ὅπως ἀντάξιον, sc. τίμημα, ἔῃσι. BERNH.

* TIMHMA, Mulcta.

Aristophanes Ecclesiaz. v. 663. τῆς αἰκίας οἱ

Digitized by Google

τύπτοντες πόθεν ἐκτίσουσιν, —. Brunckius: „Subauditur *τὴν δίκην*, seu potius *τὸ τίμημα*. Pl. 480.

τί δῆτά σοι τίμημ' ἐπιγράψω τῇ δίκῃ;"

SCHAEF.

ΤΙΜΩΡΙΑ, Poena.

Docui paullo ante, Graecos vocem *ἀξίαν* sic absolute adhibere, ut in ea subaudiant *τιμὴν* in bonam partem; sed nonnunquam ita occurrit, ut in ea intelligi debeat *τιμὴ* in malam partem; vel *τιμωρία*, poena, id quod ex antecedentibus et consequentibus facile est dignoscere. Aristophanes Avib. v. 1223:

Ἀπέθανες, εἰ τῆς ἀξίας ἐτύγχανες.

Mortua fuisses, si dignas luisses (poenas).

Ubi Scholia: *Λείπει τιμωρίας.* [Excerpta ex Diodoro Sic. de V. et V. T. II. p. 570, 73. *ταχὺ δ' αὐτοῖς ἅπασιν ἀξίαν τῆς πονηρίας ἐπέθηκε τὸ δαιμόνιον.* quae constructio cum genitivo facinoris paullo rarior est. SCHAEF.] Lucianus in Revivisc. p. 394: *Ὑφέξω δηλαδὴ τὴν ἀξίαν*: Meritas (poenas) dabo. et p. 398: *Ἥκομεν ἐπ' αὐτὸν, ὡς ὑπόσχῃ τὴν ἀξίαν, ὧν δέδρακε*: venimus ad eum, ut dignas eorum, quae patravit, pendat
267 (poenas). Quibus in locis *ὑπέχειν τὴν ἀξίαν* elliptice dicitur pro *ὑπέχειν τὴν ἀξίαν τιμωρίαν* vel *δίκην*. (k)

* *Ἐλλιπῶς* occurrit apud Homerum *τὸ ἀποτίνειν* absolute Iliad. Δ. v. 161. *σύν τε μεγάλῳ ἀπέτισαν*. Plene est Γ. v. 286. *Τιμὴν δ' Ἀργείοις ἀποτινέμεν*. ad quem locum *τιμωρίαν* habet Eustathius p. 493. l. 39. SCHWEB.

(k) Aristophanes Vesp. v. 240: *Ἀλλ' ἐγκονῶμεν, ἄνδρες, ὡς ἔξαι Λάχητι νυνί.* Sed, o viri, confestim eamus, quia nunc (poena) in Lachetem statuetur. Subaudiendum enim *τιμωρία* aut *τοιοῦτόν τι*, ut Scholiastes monet. LEISN.

Digitized by Google

ΤΙΣ, TI, Aliquis, Aliquid.

Vocula *τὶς* saepe *ἐλλείπει*, (l) ut apud Comicum in Pluto v. 928. pag. 91: *Καὶ μὴν προσελθέτω πρὸς ἔμ' ὑμῶν ἐνθαδί*: At vero accedat ad me vestrum (aliquis) huc. [Si Bosius paginam ita vertisset, ut oculi non adhaerescerent ad Scholia textus perpetuitatem male interrumpentia, vidisset continuo sequi *ὁ βουλόμενος*. Hoc genitivum *ὑμῶν* regit, nec locus hîc est illi ellipsi. SCHAEF.] Lucas Evang. XXI, 16: *καὶ θανατώσουσιν ἐξ ὑμῶν*, sc. *τινάς*: et interficiant ex vobis (aliquos). (m) Ioannes in Apoc. II, 10: *μέλλει βαλεῖν ἐξ ὑμῶν ὁ διάβολος εἰς φυλακήν*: coniecturus est e vobis (quosdam) diabolus in carcerem. Marc. II, 1: *δι' ἡμερῶν*, sc. *τινῶν*. (n) Vide etiam cap. eiusdem v. 21. Act. XXI, 16.

Levit. X, 18: *Οὐ γὰρ εἰσήχθη τοῦ αἵματος αὐτοῦ εἰς τὸ ἅγιον*. pro *τι*, vel *τι ἐκ τοῦ αἵματος*. Comicus Pace v. 771. p. 680:

Δὸς τῷ φαλακρῷ τῶν τρωγαλίων.
Da calvo illi e bellariis. (o)

Vide praepositionem Ἐκ. (s) Homerus Iliad. Δ. vers. 264: [Referendus hic locus ad v. *Τοῖος*, quod continuo sequitur. SCHAEF.]

Ἀλλ' ὄρσευ πόλεμόνδ', οἷος πάρος εὔχεο εἶναι. (t)

* „Plato Cratyl. 43. p. 90. *Σκοπῶμεν δὴ ἐξ αὐτῶν ἀναλαβόντες*· intell. *τινά*· nam pronomen *αὐτῶν* pertinet ad nomen *ὀνόματα*· ut Soph. 20. *ἀναλάβωμεν — τῶν περὶ τὸν σοφιστὴν εἰρημένων*· ubi v. not. 2. Gorg. 69. p. 224. *δημοσίᾳ πράξοντες τῶν πολιτικῶν πραγμάτων*. Matth. 23, 24. *ἐξ αὐτῶν ἀποκτενεῖτε*· intell. *τινάς*. Xen. Cyrop. 2, 4. 13. *ἦτει τὸν Κυαξάρην τῶν νεωτέρων ἱππέων*. add. id. ib. 2, 4. 7. 6, 3. 6. Herodo. 1, 80. 90. Plures huius generis locos congesserunt Perizon. ad Aelian. V. H. 10, 21. Hemsterhus. ad Lucian. Nigrin. p. 63. To. I. Marclandius ad Lysian p. 439. Wassius

Digitized by Google

et Dukerus ad Thuc. p. 110. Wesseling. ad Diod. Sic. p. 17. 93. To. 1. Bachius ad Xen. Ages. 1, 22. et e libris N. et V. T. Vorstius Comment. de Hebraismis N. T. c. 28." Fischer. ad Weller. III. 1. p. 263. Add. Brunck. ad Aristoph. Equit. v. 819. Duplici deinceps structurâ Pausanias V. c. 14. in. *ἦν δὲ ἁρπάσῃ ποτὲ ἰκτῖνος ἤτοι σπλάγχνα, ἢ τῶν κρεῶν.* ubi v. Sylburg. Idem IX. c. 23. *ἔπλασσον πρὸς τὰ χείλη τοῦ κηροῦ.* (Quod ibidem paullo ante legitur *καύματος*, tentare nolim. Conf. *νηνεμίης* Homeri Il. V. v. 523.) In Diodor. Sic. XX. c. 87. Codex habet *ἐν οἷς ἦσαν καὶ τῶν ἐπιφανεστάτων ἡγεμόνων.* quod non mirer si cui placeat: quanquam fatendum, *τὶς* saepe excidisse negligentiâ librariorum. Polyaenus III, 13, 3. *ἀναβιβάσας τῶν σαλπιγκτῶν ἐπὶ τοὺς ἵππους.* ubi Casaubonus sine causa offendit. conf. Lennep. ad Phalar. p. 24. a. — Sophocles Oed. Tyr. v. 314. *ἄνδρα δ' ὠφελεῖν ἀφ' ὧν Ἔχοι τε καὶ δύναιτο, κἀλλιζος πόνων.* Conf. Porson. ad Euripid. Orest. v. 308. Aristophanes Plut. v. 256. *ἀλλ' ἔξ' ἐπ' αὐτῆς τῆς ἀκμῆς, ᾗ δεῖ παρόντ' ἀμύνειν.* v. 597. *τοὺς δὲ πένητας τῶν ἀνθρώπων ἁρπάζειν, πρὶν καταθεῖναι.* Vid. Brunck. ad utrumque locum. SCHAEF.

(l) Paeanius Lib. X. c. 3. de Licinio: *τῶν γὰρ ἀνδρειότατα μεμαχημένων τε καὶ ἠριστευκότων ἦν.* MICH.

268 (m) Matthaeus evangel. cap. XXIII, 34: Καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποκτενεῖτε etc. Septuaginta Interpretes in Exod. XVII, 5: *Λάβε δὲ σεαυτῷ (τινὰς) ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ.* MICH.

(n) Vide Lamberti Bos Exercitat. ad h. l. Sirac. I, 23. 24. *ἕως καιροῦ*, sc. *τινός.* SCHOETTG.

* In loco epist. 2. Ioann. vers. 4: *Ἐχάρην λίαν, ὅτι εὕρηκα ἐκ τῶν τέκνων σοῦ, περιπατοῦντας ἐν ἀληθείᾳ*, participuum *περιπατοῦντας* omissum pronomen *τινὰς* arguit. BERNH.

(o) Adde Ioann. VI, 39. XVI, 17. Actor. II, 17. et quae notavit Wolfius ad Libanii epist. VII. p. 20. (p)

In constructionibus verborum cum genitivis Attici sae-

Digitized by Google

pe subintelligendam relinquunt vocem τὶς, ut cum dicunt ξυλλέγων τῶν λίθων, sc. τινάς. (q) Vid. Perizonius ad Aelianum, Kusterus ad Aristophanem Nubib. v. 754.

Alias vero τὸ τὶς subauditur etiam in sequentibus. Hebr. X, 38: Καὶ ἐὰν (scil. τὶς) ὑποξείληται, οὐκ εὐδοκήσει ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ. At si (quis) se subduxerit, non beneplacitum habebit anima mea in eo. (r) Lucas evangel. c. XII, 10: Καὶ πᾶς ὃς ἐρεῖ λόγον (τινὰ) εἰς τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ.

Sic δι' ἡμερῶν, ubi subaudiendum τινῶν, interiectis aliquot diebus. Marcus in evangel. c. II, 1. Artemidorus V, 9: Ἔπειτα διαλιπὼν ἡμέρας, sc. τινὰς, 269
deinde (paucis) diebus interiectis. [Lucianus T. II. p. 223. Ἡμέρας μὲν οὖν οἴκοι ἔμεινεν. Bene Gesnerus: Dies igitur aliquot domi manet. Xenophon Ephes. p. 91. Loc. κἀνταῦθα ἔγνωσαν ἡμέρας διαγαγεῖν. SCHAEF.]

Τὶ etiam subauditur in hoc loco. Apoc. XXII, 18: Ἐάν τις ἐπιθῇ (sc. τὶ) πρὸς ταῦτα: Si quis adiecerit (aliquid) ad haec. Et v. 19: Ἐάν τις ἀφαιρῇ ἀπὸ τῶν λόγων βίβλου τῆς προφητείας ταύτης. SCHOETTG.

(p) Item in Apocal. c. XI, 9: καὶ βλέψουσιν (τινὲς) ἐκ τῶν λαῶν etc. MICH.

(q) Septuaginta in Exodi c. II, 1: ὃς ἔλαβεν τῶν θυγατέρων Λευΐ. scil. τινά. cap. VI, 25. Proverb. c. XXII, 25: μήποτε μάθῃς τῶν ὁδῶν αὐτοῦ. MICH.

(r) Ioannes in Apocal. c. XIX, 9: καὶ λέγει μοι. scil. ἄγγελός τις. coll. v. 10. Item c. XX, 4: καὶ ἐκάθισαν ἐπ' αὐτούς. scil. τινές. Marcus in evang. c. II, 3: ἔρχονται πρὸς αὐτὸν παραλυτικὸν φέροντες. MICH.

(s) Ita φαγεῖν ἄρτου, πίνειν οἴνου, et similia, dicunt Graeci pro φαγεῖν ἄρτου τι. Nam aliud est φαγεῖν ἄρτον. Hoc significat, quicquid panis adest, devorare; illud, tantum panis aliquam partem edere. Etiam post verba πέμπειν, ἐπιξέλλειν saepe defectus est, qui modo per ἐπιστολὰς, modo per πρέσβεις, per δήμιον, modo etiam per τινὰς potest suppleri. Vid. Herodianum Lib. I, 10. 5. III, 14. 1. et saepe alibi. Subaudiendum puto pronomen τὶς in illis locutionibus apud Aristophanem Equitib. v. 423: ὥς' εἶπ' ἀνὴρ τῶν ῥητόρων 270
ἰδών με τοῦτο δρῶντα. Thucydides Lib. II, 33. Ἄνδρας τε ἀποβάλλουσι σφῶν αὐτῶν. Post ἄνδρας supple τινάς. Conf. Thucydidem Lib. VII, 43. VIII, 71. Scriptores Latini brevitatis amantes pariter aliquid, vel quidpiam

Digitized by Google

nonnunquam omittunt. Tacitus in German. c. 15: Mos est civitatibus ultro ac viritim conferre principibus vel armentorum vel frugum. Ad quem locum vide Gronovium. LEISN.

(t) In tertio casu abest ad vocabulum χρόνῳ. Athanasius orat. in ascens. Chr. p. 240: Νυνὶ δὲ χρόνῳ μεταμαθὼν τὴν ἀγανάκτησιν: nunc autem aliquanto post tempore missa indignatione. Plene dictum fuisset: ἐπί τινι χρόνῳ. Ita in eandem sententiam dixit χρόνου τινὸς Herodian. Lib. I. c. XIX. et c. XX. μέχρι τινὸς, sc. χρόνου. Idem igitur dixeris, sive χρόνῳ, sive χρόνου τινὸς placuerit. BERNH.

ΤΟΙΟΣ vel ΤΟΙΟΥΤΟΣ, Talis.

In articulo vel praepositione, quae praecedit vocem οἷος, supprimitur nonnunquam τοιοῦτος, ut apud Synesium alicubi: Τίνα μέντοι, τίνα παρὰ τῶν, οἷος αὐτὸς, προσήκει θαυμάζεσθαι. i. e. παρὰ τῶν τοιούτων, οἷος αὐτὸς εἶ. a talibus, qualis ipse es. Et apud eundem iterum: Τὸν σώφρονα, τὸν οἷός ἐστι etc. i. e. τὸν τοιοῦτον οἷός ἐστι. Plato in Symposio: — λόγων περὶ ἀρετῆς,
271 καὶ περὶ οἷον χρὴ εἶναι τὸν ἄνδρα ἀγαθόν. [Locum Platonis quaerere non vacat. Hoc video, Bosium eo male usum esse. Sic autem scribendus videtur: καὶ περὶ τοῦ οἷον χρὴ εἶναι τὸν ἄνδρα τὸν ἀγαθόν. SCHAEF.] Vide Budaeum Comment. Linguae Graecae p. 997. (u)

* Haec ellipsis obtinet quoque in illis Scholiast. Graec. Ὁ νοῦς, ἡ διάνοια, s. τοιοῦτος, vel τοιαύτη ἐστί: vel etiam οὕτως ἔχει. V. Scholia ad Thucydid. p. 288. et p. 244. edit. Steph. SCHWEB.

* „Τοιοῦτος et τοσοῦτος. Xen. Cyrop. 5, 4. 7. Δέχου τὰ ξένια, οἷα ἐγὼ δύναμαι. Id. ib. 3, 3. 25. ὅτι οὔπω εἰσὶν ἔξω, ὅσους ἔδει.“ Fischer. ad Weller. III. 1. p. 263. SCHAEF.

(u) Et Duportum ad Theophrasti Charact. cap. I. p. 187. cuius adcuratissimam observationem, quamvis paullo prolixior sit, integram adscribemus: „Οἷος, ait, ἐλλειπτι-

Digitized by Google

„κῶς positum pro τοιοῦτος οἷος, triplici modo usurpatur. „Vel enim ponitur ante substantivum, vel ante ad„iectivum, vel ante verbum."

1. „Ante substantivum eleganter ponitur eo ca„su, quo antecedens omissum poni debebat. Ex. gr. Οὐκ „ἔστιν ἀνδρὶ οἵῳ Σωκράτει ψεύδεσθαι: Non convenit „(tali) viro mentiri, qualis est Socrates; pro „οὐκ ἔστιν ἀνδρὶ τοιούτῳ ψεύδεσθαι, οἷος ὁ Σωκράτης. „Xenophon: χαριζόμενον οἵῳ σοὶ ἀνδρί: gratifican„tem (tali) viro, qualis tu es. pro τοιούτῳ, οἷος σύ. „Lucianus Toxar. ἔστι μέν, ὦ Τόξαρι, οὐ ῥᾴδιον τὸ ἔργον „ἀνδρὶ οἵῳ σοὶ πολεμικῇ μονομαχῆσαι: haud facile „est cum (tali) viro congredi, qualis tu es." [Lucianus T. I. p. 708. ξυμβουλήν τινα τοιαύτην, οὐκ ἄκαιρον, ἀλλὰ φιλικὴν καὶ οἵῳ σοὶ χρηςῷ καὶ φιλοσόφῳ ἀνδρὶ πρεπουσαν. T. II. p. 227. Ἦν δὲ τὸ μηχάνημα τοῦτο, ἀνδρὶ μὲν οἵῳ σοὶ, εἰ δὲ μὴ φορτικὸν εἰπεῖν, καὶ οἵῳ ἐμοὶ πρόδηλον. p. 266. ἥκιςα ἐλευθέρῳ ἀνδρὶ καὶ οἵῳ σοὶ πρέποντα. p. 538. ταῦτα πάντα χαλεπὰ ἦν καὶ ἀφόρητα οἵῳ ἀνδρὶ ἐκείνων ἀήθει κ. τ. λ. T. III. p. 406. μύρμηκάς τινας, οἵους τοὺς Ἰνδικούς. Sophocles Trachin. v. 444. πῶς δ' οὐ χἀτέρας, οἵας γ' ἐμοῦ; (Conf. Aristophan. Eccles. v. 465. ἐκεῖνο δεινὸν τοῖσιν ἡλίκοισι νῷν. Acharn. v. 703. ἄνδρα κυφὸν, ἡλίκον Θουκυδίδην. In talibus subaudiendum τηλίκος.) Mirâ structurâ Aristophanes Acharn. v. 601. νεανίας δ', οἵους σὺ, διαδεδρακότας. quod praevideo fore qui pro corrupto habentes facile sanari posse arbitrentur scribendo οἷος σύ. Mihi constructio insolens quidem, ceterum sanissima videtur. Ad eandem plane rationem Xenophon Hist. Gr. I, 4, 16. (6.) τῶν οἵων περ αὐτὸς ὄντων. quam omnium librorum lectionem viri docti variis modis vexarunt. (Tractavit hunc Xenophontis locum etiam Reizius de Accent. Inclin. p. 81. ss. sic refingens cum Leunclavio: τὸν οἷός περ αὐτὸς ὄντα. Wolfius: „Mireris forsitan, cur non potius ita refinxerit: τὸν οἷόν περ αὐτὸν ὄντα." Equidem non miror: alteram enim hanc coniecturam, cui Wolfius favet, si Reizius Leunclavianae praetulisset, suam ipse ratiocinationem funditus evertisset. Nam modo vir eximius acute disputaverat, cur οἷος ἐγὼ, vel quodcunque aliud sive pronomen sive nomen post οἷος sequeretur, si partem subiecti constitueret, non posset in obliqua oratione transire in accusativum. Quibus praemissis, „Illustrabit haec," inquit, „et vicissim hinc illustrabitur quidam Xenophontis locus, et cet.") SCHAEF.]

2. „Ante adiectivum superlativum, et verti po-

Digitized by Google

„test quam, ut οἷος ἄριστος, quam optimus (vide „exempla alias) talis, qualis esse solet optimus.“ [Aristophanes Equit. v. 978. οἴων ἀργαλεωτάτων. Acharn. v. 384. 436. οἷον ἀθλιώτατον. Lucianus T. II. p. 198. οἷα λιγυρώτατα. Maximus Tyr. p. 7. Lond. οἷα κάλλιστα. SCHAEF.]

3. „Ante verbum infinitum, idque vel sine „τε sequente, etiam significat mores vel consuetudinem, 272 „et verti potest δεινὸς, ἄξιος, ἐπιτήδειος. Xenophon: „οὐ γὰρ ἦν οἷος ἀπὸ παντὸς κερδαίνειν: non enim erat „ita comparatus, ut ex quavis re lucrum faceret. Aristoteles: Ταῦτα μὲν οἷα ἀπιστεῖσθαι. Haec „talia sunt, ut credi vix possint, fidem non „mereantur.“ [Plane sic Philostratus Her. p. 30. Boiss. Εἰ δὲ ταῦτα οἷα ἀπιστεῖσθαι. Haec enim multorum lectio librorum unice probanda est. Idem p. 170. οἵους ἀποκτείναντι μὲν, ὄνομα δοῦναι, τρωθέντι δὲ; οὐκ ἄδοξον τραῦμα. Et praemisso τοιοῦτος p. 134. Τοιοῦτοι γὰρ ἐσμεν τὰς ἀρετὰς, οἷοι Τροίαν μὲν ἐσπουδακότες λαβεῖν, Κρήτην δὲ παίζοντες. Lucianus T. III. p. 623. ἑτέρου τινὸς ὑποκρίνεται σχῆμα, καὶ τούτου καλλίστου, καὶ οἷον τὸν ὁρῶντα προσαγαγέσθαι. SCHAEF.] „Vel denique po„nitur sequente particula τε, οἷός τε, et tum signi„ficat potentiam, et valet δυνατὸς, ut οἷός τέ εἰμι „τόδε ἢ τόδε ποιεῖν, — ὃ οὐχ οἷόν τέ ἐστι, quod fieri „non potest: cuius syntaxeos innumera sunt exempla „apud Auctores.“ Hactenus Duportus. SCHOETTG.

ΤΟΙΧΟΣ, Paries.

Ἀντίθυρος adiectivum est, notatque, qui ex adverso ostii est. Sed saepe ponitur pro pariete, qui est ex adverso ostii, ut in eo subaudiatur τοῖχος. Sic apud Lucianum in Sympos. pag. 637: ἐς δὲ τὸν ἀντίθυρον ἡ ἄλλη πληθύς: ad (parietem) vero, qui est ex adverso ostii, reliqua turba. [Conf. Interpretes ad Lucian. T. II. p. 224. T. III. p. 204. s. 423. SCHAEF.]

* Τοῖχος subaudiendum videtur in Euripid. Orest. v. 885.

— — — ἐπὶ τὸν εὐτυχῆ
πηδῶσ' ἀεὶ κήρυκες· — —

Porsonus: „Allusio est ad proverbium, quod ple-

Digitized by Google

nius extulit Noster in Alcmena apud Schol. ad Aristoph. Ran. 540. Suid. v. *ταῦτα πρὸς ἀ. Οὐ γάρ ποτ' εἴων Σθένελον εἰς τὸν εὐτυχῆ Χωροῦντα τοῖχον, τῆς δίκης σ' ἀποζερεῖν.*" Conf. Brunck. ad Aristophan. l. c. (v. 537.) Simili proverbio utitur Plutarchus Mor. T. I. p. 75. *οὐ γὰρ ἀποκλίνειν ἅπαντας εἰς τὸν αὐτὸν τοῖχον, ἀλλὰ γίνεσθαί τινα τοῦ βλάπτοντος ἀνθολκὴν ἐν τῇ διαφορᾷ τῶν πολιτευομένων.* [In transcursu moneo, Libanii T. I. p. 409. extr. Reisk. *τοῦ κύματος ὑπὲρ τῶν τοίχων αἰρομένου* ab Hemsterhusio ad Lucian. T. I. p. 285. b. sine causa idonea tentari; quamquam eius coniecturam liber Bavaricus confirmat. Homerus Il. XV. v. 381. *ὥστε μέγα κῦμα θαλάσσης εὐρυπόροιο Νηὸς ὑπὲρ τοίχων καταβήσεται.* Theognis v. 681. Brunck. *ὑπερβάλλει δὲ θάλασσα Ἀμφοτέρων τοίχων.* Conf. Theocrit. XXII. v. 12. 30.] SCHAEF.

* ΤΟΚΕΙΣ, Parentes.

Apud Moschum Idyll. V. v. 41. Ἐξ *εὐηγενέων.* s. *τοκέων.* ex generosis parentibus ortus es. SCHWEB. Non opus. *Εὐγενεῖς* absolute dicuntur generosi. SCHAEF.

* „Herodo. 7, 97. *Ἀχαιμένης, Ξέρξεω ἐὼν ἀπ' ἀμφοτέρων ἀδελφεός.* intell. *τοκήων.*" Fischer. ad Weller. III. 1. p. 263. Nisi in talibus locutionibus *ἀμφοτέρων* neutrius est generis: ut *ἀπ' ἀμφοτέρων* adverbialiter dicatur pro *ἀμφοτέρωθεν*, quod ipsum Graeci de eadem re passim usurpant. Pausanias III. c. 4. *ἀπ' ἀμφοτέρων ἀδελφόν.* Sed idem I. c. 7. in. *ἀδελφῆς ἀμφοτέρωθεν.* Sic de prosapia passim dicunt, item adverbialiter, *τὸ* (s. *τὰ*) *ἀνέκαθεν.* Herodotus I. c. 170. *τὸ ἀνέκαθεν γένος ἐόντος Φοίνικος.* ubi cave iungas *τὸ ἀνέκαθεν γένος*, sed *γένος* refer ad sequentia, *ἐόντος Φοίνικος.* Conf. V. c. 55. *γένος ἐόντες τὰ ἀνέκαθεν Γεφυραῖοι.* L. VI. c. 35. *τὰ μὲν ἀνέκαθεν, ἀπ' Αἰακοῦ τε καὶ*

Digitized by Google

Αἰγίνης γεγονώς. Suspiceris igitur, ubi nunc in eiusdem l. V. c. 65. sine articulo legimus *ἐόντες δὲ καὶ οὗτοι ἀνέκαθεν* **Πύλιοι** *κ. τ. λ.*, syllabâ sic repetitâ, ut lineola tangat circulum, (conf. Porson. ad Euripid. Med. v. 44.) corrigendum esse *τὰ ἀνέκαθεν*. Hoc quoque imitatus est Halicarnassei simius Cappadox. Vid. l. II. c. 37. l. IV. c. 3. SCHAEF.

ΤΟΚΟΣ, Foenus.

In *σὺν μεγάλῳ*, etc. ut apud Homerum Iliad. Δ. 161: *Ἔκ τε καὶ ὀψὲ τελεῖ, σύν τε μεγάλῳ ἀπέτισαν.* ubi Scholiastes: — *σὺν μεγάλῳ χόλῳ, ἢ τόκῳ, ἤτοι ποινῇ προστίμῳ.* ut Lat. magno, et magno cum foenore. Sic *ἐπὶ πολλῷ*. Plutarchus de vitando aere alieno pag. 827: *λαμβάνουσιν ἐπὶ πολλῷ παρ' ἑτέρων*: magno
273 (foenore) ab aliis accipiunt. Sic in *διαπόντιος*, transmarina usura, subintell. *τόκος*. vid. Salmasium de Modo Usur. c. 3.

ΤΟΠΟΣ, Locus.

Haec vox merito annumeranda est iis, quae frequentissime *κατ' ἔλλειψιν* omittuntur in oratione Graeca. Exempla ex innumeris (x) haec habe: *Ὁ ἔρημος*, desertus (locus). Saepe *ἐν τῷ ἐρήμῳ*, etiam in Novo Testamento. Addidit Aelianus Var. Hist. XII, 40: *Ἐπεὶ δ' ἔν τινι ἐρήμῳ τόπῳ ἐδίψησεν*: Postquam in solitudine quadam sitiit. et Marcus I, 45: *Ἐν ἐρήμοις τόποις ἦν*: In locis desertis erat. [Neutro genere Diodorus Sic. XX. c. 42. in. *δακέτων δὲ θηρίων παντοίων ἐπεχόντων τὰ περὶ τὰς Σύρτεις ἔρημα.* SCHAEF.]

Sic *οἱ πετρώδεις*, ut Latini petrosa, scil. loca. *Ὁ κρυπτὸς*, occultus; ut Lucae XI, 33: (y) *Εἰς κρυπτὸν*, sc. *τόπον*. *Ὁ ἐπιχώριος*, vernaculus, ut Maximus Tyrius Dissert. XII. p. 121: *Οὐδὲ ἐν τῷ τῆς Φύσεως ἐπιχωρίῳ μένειν ἐῶντες*: Non in vernaculo naturae (loco) manere

Digitized by Google

sinentes. [Mihi quidem dativus neutrius generis videtur: *τὸ τῆς Φύσεως ἐπιχώριον.* SCHAEF.] Vid. Homerum Iliad. Θ. 491, Conf. Observat. Miscellan. Vol. IV. p. 353.

Sic *ἐν καθαρῷ*, in loco puro, apud Homerum Iliad. K. *Ἐν ἀπόπτῳ* et *ἐξ ἀπόπτου*, loco conspicuo. [Sophocles Philoct. v. 467. *πλοῦν μὴ 'ξ ἀπόπτου μᾶλλον ἢ 'γγύθεν σκοπεῖν.* Gloss. ad Aristophan. Av. v. 1. *ὡς ἐν ἀπόπτῳ τινὸς δένδρου ὄντος.* Ceterum haec quoque neutrius esse generis nec procedere rationem Bosianam, arguit Plutarchus T. III. p. 600. ed. Reisk. *τόπον ἐξ ἀπόπτου.* Thomas Mag. p. 515. *ἄποπτα δὲ τὰ ὑψηλὰ καὶ περίβλεπτα· ἢ ἐφ' ὧν τις ἰσάμενος δύναται μακρὰν βλέπειν.* SCHAEF.] et Iliad. Ψ. *Κεῖτο βαρυσενάχων* — *Ἐν καθαρῷ*: Iacebat graviter gemens in (loco) puro. Homerus Odyss. E. v. 476. (z) [Il. XXIII. v. 61. *ἐν καθαρῷ, ὅθι κύματ' ἐπ' ἠϊόνος κλύζεσκον.* Minus recte, opinor, Vir Summus in terra sine strato. Aristophanes Ecclesiaz. v. 320. *ἀλλ' ἐν καθαρῷ ποῦ, ποῦ τις ἂν χέσας τύχοι;* ubi vid. Kuster. et Brunck. Add. Toup. Emendat. in Suid. T. II. p. 374. s. SCHAEF.]

Ἐν περιφαινομένῳ, sc. *τόπῳ*. in (loco) conspicuo. [Homer. Hymn. in Vener. v. 100 *ἐν σκοπιῇ, περιφαινομένῳ ἐνὶ χώρῳ.* SCHAEF.] Dionysius Halicarnasseus L. II. p. 117: *Πλησίον τῆς Φιδήνης ἐν ἀπόπτῳ τίθενται τὸν χάρακα:* Castra prope Fidenas (loco) conspicuo 274
muniunt. [Male ibi Interpres: in loco occulto. T. I. p. 350. SCHAEF.] Et L. VI. p. 352: *Ἐξ ἀπόπτου τοῖς Ῥωμαίοις παρεμβάλλειν:* In conspicuo Romanis (loco) castra ponere. (aa) [Praecessit ibid. *ἀπὸ τῶν μετεώρων καταδραμόντες.* quod item generis neutrius est, neque opus subaudiri *τόπων*. — Add. *ἐν ἐπηκόῳ, ἐξ ἐπηκόου, ἐς ἐπήκοον.* Philostratus Her. p. 170. Boiss. *ἐν ἐπη-*

Digitized by Google

κόῳ τοῦ Αἴαντος. Lucianus T. I. p. 517. εἰ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ἐξ ἐπηκόου ἐμβοήσαιμι αὐτοῖς. Xenophon Anab. II, 5, 38. Ἐπεὶ δ' ἔξησαν εἰς ἐπήκοον. Vid. Schneider. Ind. Graecit. cui τόπος subaudienti vix accedam: nam haec etiam neutrius generis videntur. Schol. ad Aristophan. Plut. v. 23. εἰς ἐπήκοον αὐτοῦ εἶπεν. Ceterum noli dubitare, in Pausan. VIII. c. 15. in. et IX. c. 11. corrigendum esse ἐς ἐπήκοον. SCHAEF.]

Ἐν ὑπαίθρῳ, in aprico. Aelianus Var. Hist. XIII, 31: Καὶ οὖν ποτε καθημένου ἐν ὑπαίθρῳ: Atque ideo quum sederet quondam in (loco) aprico. [Hoc quoque, ni fallor, neutrius est generis. Diodorus Sic. III. c. 13. in. πρὸς τὸν ἐκτὸς τοῦ ϛομίου τόπον εἰς ὕπαιθρον ἀποχωμίζουσιν. ubi al. non minus recte εἰς ὕπαιθρα. Conf. Schweighaeus. Lex. Polyb. p. 626. a. Dionysius Hal. dicit ἡ ὕπαιθρος, ubi subaudias γῆ s. χώρα. Ant. Rom. T. I. p. 578. τῆς ὑπαίθρου πάσης ἐκράτουν. unde discas p. 529. scribendum esse: καὶ τειχομαχίαν συνίϛατο τῆς ὑπαίθρου κρατῶν. Fallitur ad h. l. Reiskius. Idem T. II. p. 1030. προήγαγε τὰς δυνάμεις εἰς τὴν ὕπαιθρον. p. 1032. ἀπῆγε τὰς δυνάμεις ἐκ τῆς ὑπαίθρου. SCHAEF.]

Ἐν καλῷ, in (loco) commodo, opportuno. Aristophanes Thesmoph. 299: Ποῦ, ποῦ καθίζωμ' ἐν καλῷ, τῶν ῥητόρων ἵν' ἐξακούω; Ubi, ubi sedebo in (loco) commodo, rhetores ut exaudiam? ubi Bourdinus recte: Ἐν καλῷ, ἐν ἁρμοϛῷ καὶ καιρίῳ τόπῳ. Aelianus Var. Histor. XI, 13: Ἐν καλῷ τοῦ θεάτρου ἐκάθητο: Sedebat in commodo vel conspicuo (loco) theatri. Lucianus Navig. p. 498: Οἰκία ἐν καλῷ τῆς πόλεως οἰκοδομηθεῖσα: Domus in commodo urbis (loco) aedificata. Non intellexit tamen defectivam hanc loquutionem Luciani Interpres, qui haec verba in Phalarid. I. p. 735: Ἀνα-

Digitized by Google

θέντες δὲ τὸν ταῦρον ἐν καλῷ τοῦ ἱεροῦ, reddidit: Taurumque in eleganti delubro dedicaveritis. Debuit: in loco templi conspicuo. (bb) [Leguntur illa T. II. p. 200. Vid. ibid. Reitz. Dionysius Halic. Ant. Rom. T. I. p. 142. *ὁρῶντι τὸ χωρίον γῆς τε οὐκ ἐν καλῷ καὶ θαλάττης πρόσω.* T. II. p. 794. *ὅτι τοῦ Πωμεντίνων πεδίου — καὶ τῆς συναπτούσης αὐτῷ θαλάσσης ἔκειτο ἐν καλῷ.* Pausanias IV. c. 23. *πόλιν ἐν καλῷ τῆς Σικελίας ἔχουσιν.* Philostratus Her. p. 10. *ἐν καλῷ τοῦ χωρίου ἱζῆσαι.* ubi Schol. supplet *τόπῳ.* Vid. Boissonad. p. 312. Eustathius p. 599, 36. Rom. (p. 456, 33. Bas.) *ἐν καλῷ τόπου κειμένων.* Cuiusmodi exempla si paullo propius contuearis, aegre tibi temperes, quin, repudiatâ Bosii ratione, *καλῷ* habeas pro dativo neutrius *καλόν*: ut *ἐν καλῷ* fere vices gerat adverbii *καλῶς.* Itaque bene Reiskius alterum illum Dionysii locum sic interpretatus videtur: quod opportune iacet, tam ratione camporum Pomentinorum, quam ratione maris. Conf. Kuster. ad Aristoph. Ecclesiaz. v. 321. Brunck. ad eiusd. Lysistr. v. 911. Dionysius Halic. Ant. Rom. T. II. p. 914. *λοχήσαντες αὐτοὺς ἐν καλῷ χωρίῳ.* Vix ausim tentare hanc lectionem: suspicacior tamen aliquis non valde mirer si corrigendum censeat *ἐν καλῷ χωρίου.* In Aeliani de N. A. l. VII. c. 40. extr. non dubito *τῆς μνήμης* pendere a praegresso *ἐν καλῷ.* Aliter Bastius Epist. Crit. ad Boisson. p. 139. SCHAEF.]

Item *εἰς αὐτὸν* elliptice dicitur pro *εἰς αὐτὸν τόπον.* Aelianus Var. Hist. XIII, 42: — *συναγαγεῖν εἰς αὐτὸν Ἀρκάδας*: — in unum collegisse Arcadas. [Corrigendum, ut iam Perizonius censuit, *εἰς ταὐτόν.* SCHAEF.] Et *ἐφ' ἱκανὸν*, pro *ἐφ' ἱκανὸν τόπον*: ad satis magnum spatium. Diodorus L. XIII. *Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι διώξαντες ἐφ' ἱκανὸν τοὺς ἡττημένους* (suppl. *τόπον*:)

Athenienses autem ad satis magnum (spatium) persequuti victos. [Leguntur haec c. 100. in. Wesselingius ad h. l. „Sic L. XI, 40. Οἱ μὲν Ἀθηναῖοι τὸ τεῖχος ἔφθασαν ἐφ' ἱκανὸν κατεσκευακότες. Alias ἐφ' ἱκανὸν τόπον aut ἱκανὸν διάζημα scribere solet, ut L. XII, 70. et L. XIV, 114. Adde P. Leopardum Emendat. L. V, 13.“
275 SCHAEF.] Expressit τόπον L. XII: ἐφ' ἱκανὸν τόπον ἐδίωξαν: ad satis magnum spatium persequuti sunt.

Sic et in ἐς ἐπήκοον, in locum, unde exaudiri possis. Dio Cassius L. XLIV. p. 291: Τούς τε παρόντας αὐτοῦ κάτω προκαλοῦντες ἐς ἐπήκοον, scil. τόπον, — evocantes in (locum), unde exaudiri possent. (cc) [Vid. quae paullo ante adscripsimus. SCHAEF.]

Postremo in voculis οὗ, ubi, αὐτοῦ, ibi, ᾧδε, hic vel huc, quae vulgo pro adverbiis habentur, deest etiam secundus aut sextus casus nominis τόπος. (dd) Nimirum οὗ proprie est genitivus articuli ὅς, et quoties pro ubi sumitur, subaudiri debet τόπου cum praepositione ἐπὶ, ut integra sit locutio: ἐφ' οὗ τόπου, in quo loco. Ita Polybius L. IV. p. 427: — Τὸ καλούμενον Ἱερὸν, ἐφ' οὗ τόπου Φασὶ — Ἰάσονα θῦσαι πρῶτον τοῖς δώδεκα θεοῖς. — Quod vocatur sacrum, in quo loco aiunt — Iasonem rem sacram primum fecisse duodecim Diis.

Porro vocula αὐτοῦ (ee) proprie loquendo non etiam est adverbium, sed genitivus pronominis αὐτὸς, iste; et quum ibi vel isthic denotat, similiter τόπου cum ἐπὶ intelligendum, ut sit: ἐπ' αὐτοῦ τόπου, in isthoc loco. (ff)

Denique ᾧδε sextus est casus articuli compositi ὅςδε. Quum itaque ᾧδε hic vel huc significat, subintell. τόπῳ: plenus enim sermo est: ἐφ' ᾧδε

Digitized by Google

τόπῳ, in hocce loco, vel, in huncce locum. (gg)

* Sic ἐν μεσάτῳ Homer. Iliad. Θ. v. 223. quemadmodum Latini habent in medio. s. loco. Virgilius Eclog. III. 46. Orpheaque in medio posuit. In ἐξ ἀγχιμόλοιο Homer. Iliad. Ω. v. 352. uti apud Plinium L. I. ep. VI. in proximo. Ἐν ἀσφαλεῖ Thucydid. L. I. c. 137. uti apud Cornelium II. c. 9. ἐλλιπῶς est in tuto. Ἐκ δευτέρου, vel ἐν δευτέρῳ, Matth. XXVI. coll. Polyb. T. II. p. 955. uti est apud Ciceron. Orat. pro Planc. c. XX. secundo: pro quo idem L. I. ep. VI. ad divers. expressa ellipsi dicit: secundo loco. In illis Demosthen. pro coron. ἔξιν ὅπου. plene ἔξι τόπος, ὅπου. vid. Viger. p. 197. Apud Xenophont. L. VI. K. Π. p. 374. Ἐν τῷ τεταγμένῳ εἶναι. Polyb. T. I. p. 472. Ἐν ὑπαίθροις. Onosander c. X. s. 6. ἐπὶ τῶν αὐτῶν μένων. [Ammonius de Adf. Voc. Differ. p. 13. οὐ γὰρ ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ ἐγεννήθησαν. Valckenarius: „Aldus edidit ἐν τῷ αὐτῷ. Postea τόπῳ addiderunt, quod absque detrimento abesse posset.“ Plutarchus Mor. T. I. p. 602. χρῶ παροῦσιν ἐν τούτῳ τοῖς ἀνδράσιν. Wyttenbachius: „Malim ἐν ταυτῷ, uno in loco, ut Reisk.“ SCHAEF.] Plene idem c. X. s. 9. γενόμενος δ' ἐπ' αὐτῶν τῶν τόπων. Homerus Iliad. B. v. 331. Αὐτοῦ. Ellipsin in ᾧδε sequuntur etiam Latini. Lampridius in Heliog. c. XXXI. Eo idem, quo mulieres accurabantur. s. loco. SCHWEB. Add. ἐν ἑνί. Epigr. adesp. CCXV. Τὸν κρατερὸν Βύζαντα καὶ ἱμερτὴν Φιδάλειαν Εἰν ἑνὶ κοσμήσας ἄνθετο Καλλιάδης. Paulus Silent. LI. v. 9. Καὶ κίζην πολύωπα μελανδόκον εἰν ἑνὶ πάντα Εὐγραφέος τέχνης ὄργανα ῥυομένην. (De tempore idem XLII. extr. εἰπὲ, τίς ἀνὴρ Εἰν ἑνὶ ϑητεύσει Παλλάδι καὶ Παφίῃ;) Sed illud ἑνὶ, ut alia huius generis, quae vulgo ἐλλιπῆ habent explentque voce τόπος, neutrius, opinor, ge-

neris est, nec quidquam subaudiendum. Compara haec: Apollonius Rhod. I. v. 39. *εἰς ἓν ἰόντες.* IV. v. 135. *εἰς ἓν ἐλαυνόμενοι.* Gregorius Nazianz. citatus a Iacobsio ad Anthol. Gr. III. 2. p. 410. *Χαρίτων εἰς ἓν ἀγειρομένων.* Onestes VII. extr. videtur scripsisse: *ἰὸ' ὡς ἐκεράσσατο Θήβῃ Δαίμων ἐσθλὰ κακοῖς, κεἰς ἓν ἔμιξεν ἴσα.* — *Ἐν ἐπιτηδείῳ.* Lucianus T. II. p. 269. extr. *θεὰν ἐν ἐπιτηδείῳ καταλαμβάνων.* — *Ἐν ἀγνῷ.* Vide supra ad v. *Σχῆμα.* — *Ἐν ὑψηλῷ.* Plutarchus T. III. p. 604. Reisk. *ἐν ὑψηλῷ τινι καταςάς.* SCHAEF.

276 (x) Sic *ὁ κρημνὸς*, pendulus, scil. *τόπος*, locus, i. e. praecipitium. MICH.

(y) Ubi tamen alii libri *εἰς κρυπτήν.* Forte etiam Matthaei cap. XXVII, 6: *εἰς τὸν (τόπον) κορβανᾶν.* MICH.

(z) *Ἐξ ἀσφαλοῦς*, scil. *τόπου.* Herodianus Lib. I, 15. 5. Gregentius Tephrensis disp. cum Herbano Iudaeo p. 138. *Βλέπεις προφητείαν ἐν καθαρῷ συντεθειμένην.* Vides prophetiam in puro et lucido positam. *Ὁ πλατανιςόεις*, contr. *οῦς*, scil. *τόπος*: locus platanis consitus, platanetum. Theognis Sent. v. 878: *Ἐκ πλατανιςοῦντος ψυχρὸν ὕδωρ ἐπάγων.* SCHOETTG.

* Similiter in *πιτυόεις*, in *σελινοῦς*, *μυρρίνοῦς*, *σχοινοῦς*, et similibus. Vid. Sylburg. ad Pausaniae Cor. cap. I. et Lacon. c. 14. Adde Pausan. IV, 29. *ἐξ ὑπερδεξίων*, e superiori loco. LEISN.

(aa) *Ἐκ τοῦ ἴσου μάχεσθαι*, Xenophon rer. Graec. II, 4, 10. ita pugnare, ut neuter aequiore prae altero (loco) consistat. SCHOETTG.

(bb) *Ἐκ μέσου αἴρειν*, e medio tollere, scil. *τόπου.* Coloss. II, 14. Sic *ἐν μέσῳ γενόμενοι* est apud Lucianum. SCHOETTG.

* *Ἐν μέσῳ*, scil. *τόπῳ*, Ioan. c. VIII, 3. BERNH.

(cc) Sic Hebr. IV, 5: *ἐν τούτῳ*, scil. *τῷ τόπῳ.* cap. V, 6: *ἐν ἑτέρῳ*, scil. *τόπῳ.* MICH.

277 (dd) Lucas in evang. c. XII, 17: *οὐκ ἔχω (τόπον) ποῦ συνάξω.* Hebr. IX, 5: *περὶ ὧν οὐκ ἔςι νῦν (τόπος ἢ καιρὸς) λέγειν* etc. MICH.

* Idem nomen deesse puto verbo *κατέχειν*, quum obtinere significat. [Arrianus Indic. 8, 4. *Ἡρακλέα δὲ, ὅντινα ἐς Ἰνδοὺς ἀφικέσθαι λόγος κατέχει.* c. 32. extr.

τὴν γὰρ δὴ ἄκρην ἐκείνην, καὶ τὴν πρὸς αὐτῇ χώρην πᾶσαν, ἐρήμην τε εἶναι λόγος κατέχει, καὶ ὕδατος ἀπορίᾳ ἔχεσθαι. Schol. ad Sophocl. Oedip. Col. v. 258. ὡς μάτην τῆς περὶ τῶν Ἀθηνῶν κατεχούσης δόξης. Vid. de talibus Valckenar. ad Euripid. Hippol. fin. Plutarchus Mor. T. I. p. 808. καίπερ ὄμβρου πολλοῦ κατέχοντος. SCHAEF.] Ut enim Latinum obtinere non efficit solum plenam sententiam: ita graecum κατέχειν nihilo magis. Recte igitur plene dixeris:

Οὔ μοι πίνεται οἶνος, ἐπεὶ παρὰ παιδὶ τερείνῃ
Ἄλλος ἀνὴρ κατέχει.

quod apud teneram feminam aliquis obtinet, scil. τόπον. BERNH.

(ee) Actor. XV, 34. cap. XVIII, 19. MATTH. evangel. c. XXVI, 36. MICH.

(ff) Velut Actor. XV, 34. Ἐπιμεῖναι αὐτοῦ, pro ἐπ' αὐτοῦ τόπου, ibidem permanere. BERNH.

(gg) Τόποις subauditur in voce ἐπουρανίοις. Vide supra in μέρη. (hh) SCHOETTG.

(hh) Apud Aristophanem Vesp. v. 120. in καινὸς subaudiendum est τόπος. Scilicet καινὸς est τόπος ἐν τῷ δικαστηρίῳ οὕτω λεγόμενος. Erant alia dicasterii loca, παράβυσος, τρίγωνος, μέσος, in quibus omnibus deest τόπος. LEISN.

ΤΟΣΟΤΤΟΝ, Tantum.

Ante ὅσον, quantum, saepissime deficit τοσοῦτον, tantum. (ii) Aelianus Variae Histo- 278
riae L. I, 4: Πίνουσιν ὅσον ἁρπάσαι. pro πίνουσι τοσοῦτον, ὅσον ἐξὶν ἁρπάσαι. Bibunt (tantum,) quantum rapere licet. Xenophon Κυρ. Παιδ. XI, 16: ἀγαθοῦ τινός μοι μετέξαι μέρος, ὅσον ἂν δίκαιον ᾖ. (kk)

* Sophocles in Electr. p. 128. edit. Steph. Ὅσον νῦν ὑπὸ χεῖρα ναίεις. Ellipseos huius exemplum in plurali est apud Theocrit. Id. X. v. 32.

Αἴθε μοι ἦσαν ὅσα Κροίσου ποκα Φαντὶ πεπᾶσθαι.

Plenam orationem habet Arrianus de Expedit. Alex. L. VII. c. 1. Τοσοῦτον καθέξεις τῆς γῆς, ὅσον ἐξαρκεῖ ἐντεθάφθαι τῷ σώματι. Hanc Graecorum ellipsin sequuntur quoque Latini. Sic Plinius L.

Digitized by Google

IV. ep. 1. Atque adeo iam sarcinulas alligamus, festinaturi, quantum itineris ratio permiserit. Plene Virgilius Ecl. I. 25.

Verum haec tantum alias inter caput extulit urbes,
Quantum lenta solent inter viburna cupressi.

SCHWEB. De ellipsi v. *τοσοῦτος* s. *τόσος*, sequente aut praecedente v. *ὅσος*, vid. Fischer. supra ad v. *Τοῖος* et Heyn. ad Homer. Il. T. VI. p. 85. SCHAEF.

(ii) Marcus in evangel. c. VII, 36: *ὅσον δὲ αὐτὸς αὐτοῖς διεςέλλετο*, (*τοσούτῳ*) *μᾶλλον περισσότερον ἐκήρυσσον.* MICH.

(kk) Adde Anacreontem Od. XI:

— τοῦτο δ' οἶδα,
ὡς τῷ γέροντι μᾶλλον
πρέπει τὰ τερπνὰ παίζειν,
ὅσῳ πέλας τὰ μοίρης.

Supple: *ὡς τῷ γέροντι τοσούτῳ μᾶλλον π. τ. τ. π. ὅσῳ μᾶλλον* etc. Plene Plutarchus in Paedagog. cap. 4: *Γῆ ὅσῳ τῇ Φύσει βελτίων ἐςὶ, τοσούτῳ μᾶλλον ἐξαργηθεῖσα δι' ἀμελειαν ἐξαπόλλυται.* [Longus p. 84. Vill. *ἡ ἐκ τῆς γῆς Φωνὴ τοσοῦτον ἐπαύετο βράδιον, ὅσον ἤρξατο.* ubi ad *ὅσον* repete *βράδιον*. Vid. Fischer. ad Weller. II. p. 140. SCHAEF.] Adde Xenophontem Oeconomicor. II, 4: Dukerum ad Thucydidis Lib. I, 11. p. 10. LEISN.

TOTTO, Hoc.

Omittitur *τοῦτο*, vel simile, post *γνοὺς*, *γνόντες* etc. ut in Evang. Lucae cap. IX, 11: *Οἱ δ' ὄχλοι, γνόντες, ἠκολούθησαν αὐτῷ*, pro *γνόντες τοῦτο*: Turbae autem, quum (hoc) cognovissent, sequutae sunt ipsum. Genes. XXXIV, 7: *Ὡς δὲ ἤκουσαν, κατενύγησαν οἱ ἄνδρες.* Lucas in Act. II, 37: *Ἀκούσαντες δὲ, κατε-*
279 *νύγησαν τῇ καρδίᾳ.* et cap. IX, 30: *Ἐπιγνόντες δὲ οἱ ἀδελφοὶ, κατήγαγον αὐτὸν εἰς Καισάρειαν.* (Quod) quum cognovissent fratres etc. (ll) Ellipsios huius ignoratio saepe in errorem induxit Interpretes, ut apud Porphyrium de Vita Pythago-

Digitized by Google

rae pag. 51: *Πυθομένους δὲ τοὺς Λοκροὺς, τῶν γερόντων τινὰς ἐπὶ τὰ τῆς χώρας ὅρια ἀποσεῖλαι.* ubi perperam interpres: Locrenses autem ex senioribus aliquot ad limites suae regionis misisse percunctatum. Debuerat: Locrenses autem, (hoc) intellecto, (scil. appulisse Pythagoram) seniores misisse ad fines regionis. (mm)

Τούτῳ vel *τούτοις* requiritur post praepositionem *πρὸς*, cum pro insuper accipitur, ut *δύο καὶ εἴκοσι μνᾶς καὶ πρὸς*, duas et viginti minas, et insuper, i. e. *πρὸς τούτοις*, adhaec. Sic etiam *πρὸς δὲ* et *πρὸς δὲ καί*. Demosthenes: *Ἐγὼ δὲ ἡγοῦμαι τὸν λόγον τόνδε ἀσύμφορον τῇ πόλει, πρὸς δὲ καὶ οὐ δίκαιον*: Ego vero existimo orationem hancce non expedire civitati, et praeterea minime iustam esse. Herodotus L. II, 20: *πρὸς δὲ, εἰ ἐτήσιαι αἴτιοι ἦσαν*, etc. Ita Xenophon *Κύρ. Παιδ.* I, 35: *ἐπὶ δὲ, ὡς ἐν τοῖς ἐφήβοις ἦμεν.* ubi perperam vulgo *ἐπεὶ δὲ* legitur. [Improbanda crisis Bosii. Rectius nuper ediderunt: *Ἐπεὶ δ' ἐν τοῖς ἐφήβοις ἦμεν.* Locus est I, 6, 20. SCHAEF.] Pausanias in Laconicis p. 269. *μετὰ δέ.* et in Eliacis p. 448. *πρὸς δέ.* Plenius dixit Xenophon *Κύρ. Παιδ.* II, 9. *Πρὸς δὲ τούτοις.* et Aristophanes Equit. v. 812. (nn)

Τούτου vel *τούτων*, in *σημεῖον δὲ, τεκμήριον δὲ*, et *ἀπόδειξις*: i. e. huius autem rei indicium; ut Dio Cassius L. XXXV. pag. 7: *Τεκμήριον δὲ, ὅτι* etc. pro, *τεκμήριον δὲ τούτου ἐξὶν, ὅτι*: (Huius) autem rei indicium est, quod etc. 280

Ἐκ τούτων deest ante articulum postpositivum. Aristoteles Politic. VII: *Πᾶν δὲ τὸ χρήσιμόν ἐστιν, ὧν τὴν ὑπερβολὴν βλάπτειν ἀναγκαῖον.* i. e. *ἐκ τούτων ὧν.* Omne autem utile ex (eo-

Digitized by Google

rum) est numero, quorum exsuperantia noxia est.

(ll) Item in illa formula: Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ etc. Neque (hoc) solum, sed etiam etc. quae occurrit Roman. V, 3. II. VIII, 23. SCHOETTG.

* Matthaeus in evangel. cap. XVI, 17: οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, scil. τοῦτο. MICH.

(mm) Deest τοῦτο quoque post καὶ, et quidem, idque. Vide Noldium de concord. part. p. 277. MICH.

(nn) Non igitur tales praepositiones sine casu positae adverbiascere dicendae sunt. Vide Casaubonum ad Aristophanem Equit. v. 575. [Sed alia omnia Casaubonus. „Praepositio haec (πρός)," inquit, „adverbiascit; adverbiascunt et aliae." Bene. SCHAEF.] Conf. Xenophontis Ἀπομνημ. I, 4, 6. Iensii Lect. Luc. II, 11. p. 221. LEISN.

* ΤΡΑΓΗΜΑΤΑ, Bellaria.

Videtur esse subaudiendum in μεταδόρπια, secundae coenae, seu postcoenia, apud Athenaeum L. XIV. Vid. Florens Christianus ad Aristophanis Pacem v. 772. LEISN. - Athenaeus T. V. p. 325. ὅσα παραμύθια ἡδονῆς μεταδόρπια. (*) p. 405. ψαιζὰ μεταδόρπια. In his quidem locis non licet subaudire τραγήματα: utrobique enim substantivum iam additum est. SCHAEF.

(*) Citat hunc locum sine vitii suspicione Wassius ad Thucydid. p. 371, 22. Sed corrigendum ex ipso Platone παραμύθια πλησμονῆς. Orpheus Hymn. LXXXIV. v. 6. πάσης λύπης ἱερὸν παραμύθιον ἔρδων. quod sine causa tentat Wakefieldius ad Sophocl. Trachin. v. 750. Plutarchus Mor. T. I. p. 420. παραμύθιον τῆς λύπης αὐτῷ ἐποίησε τὴν ἐλεγείαν κ. τ. λ. Phalaris p. 254. ἀλλ' ὃ μόνον ἦν μοι πάντων παραμύθιον τῶν κακῶν, κ. τ. λ. Aliquantum differt, quo tamen Athenaei illam in Platonicis lectionem defendere non ausim, hoc Meleagri CXII. in. παραμύθιον ὕπνου, cuius interpretatio Iacobsiana posthabenda, opinor, illi alteri, quam vide in Dorvill. Animadv. ad Charit. p. 517. Eodem plane sensu Charito p. 127, 19. βουλόμενος ἐμβαλεῖν αὐτὸν, ὅπως [l. εἴπως] δύναιτο, εἰς ἔρωτα καινὸν καὶ Καλλιῤῥόης παραμύθιον. SCHAEF.

Digitized by Google

* ΤΡΑΓΟΣ, Hircus.

Suppressa saepe latet haec vox in *ἐνόρχης, ὁ,* et *ἔνορχος, ὁ, ἡ.* [Habent Lexica *ἡ ἔνορχος.* Hoc vellem exemplis firmatum. Mihi quidem permirum accidit. SCHAEF.] Sic Theocritus Idyll. III. 4.

— — — — — *καὶ τὸν ἐνόρχαν*
Τὸν Λιβυκὸν κνάκωνα φυλάσσεο, — —

Vocem *τράγος* expressit Lucianus T. I. p. 202. *Καὶ θύομέν γε τῷ Πανὶ ἔνορχιν τράγον.* Apud Synesium epist. 48. est *ἔπαινος ἐνόρχου κριοῦ.* SCHWEIG. Si alia vir doctus ellipticae illius locutionis exempla in promtu habuit, vellem ea excitasset: Theocritei enim loci ratio longe diversa est. Nulla ibi ellipsis obtinet, cum *ἐνόρχης*, ut *Λιβυκὸς*, *ἐπίθετον* sit substantivi, quod continuo sequitur, *κνάκων.* Toupius Append. Not. atque Emendat. in Theocrit. p. 9. s. „Dicitur autem caper **Κνάκων**, a colore scilicet. quod et recte observat Scholiastes. *Κνακὸν τράγον* vocat Agathias in Epigrammate.

Πανὶ Φιλοσκοπέλῳ λάσιον παρὰ πρῶνα Χαρικλῆς
ΚΝΑΚΟΝ *ὑπηνήταν τόνδ' ἀνέθηκε τράγον.*

Hinc lupus *κνηκίας* dictus, et equus *κναπίας.* de quo Babrius apud Suidam et Pausanias in Eliacis.“ Locus Pausaniae est l. VI. c. 10. ubi paullo ante corrig. *γυμναστὴς ἄριστος λέγεται τῶν ἐφ' αὐτοῦ γενέσθαι.* SCHAEF.

ΤΡΑΠΕΖΑ, Mensa.

Elegans est Ellipsis, qua *ξενία*, hospitalis, pro *ξενία τράπεζα*, mensa hospitalis, ho- 281
spitium, ponitur, quemadmodum apud Lucianum in Icaromenip. p. 204: *Ἀλλὰ νῦν μὲν ἐπὶ ξενίᾳ σε καλοῦμεν*: supple *τραπέζῃ*: At nunc quidem ad (mensam) hospitalem te invitamus. Aelianus in Histor. Anim. I, 1: *Ὥσπερ οὖν ἐπὶ ξενίᾳ κληθέντες*: Tanquam ad hospitalem (mensam) vocati. Et Var. Hist. IX, 15: *ἐπὶ ξενίᾳ ἐκά-*

Digitized by Google

λουν τὸν Ἀπόλλωνα καὶ Ὅμηρον: ad hospitalem (mensam) invitarunt Apollinem et Homerum. [Quidni ξενίᾳ pro dativo habeas substantivi ξενία? Bosiana quidem ratio vix congruit Euripideo loco Hec. v. 787. Pors. κοινῆς τραπέζης πολλάκις τυχὼν ἐμοὶ, Ξενίας τ' ἀριθμῷ πρῶτος ὢν ἐμῶν Φίλων. Ceterum sunt qui dubitent, an ἐπὶ ξενίᾳ καλεῖν recte dicatur, corrigantque ἐπὶ ξένια καλεῖν. Vid. Wesseling. ad Diodor. Sic. T. I. p. 608, 90. ad Herodot. p. 348, 59. Paullo rarius ἐπὶ ξενίαν καλεῖν, quod habet Ammianus Epigr. XIX. in. Marcellinus de Thucydid. vita p. 2. m. Duk. SCHAEF.] Integre apud Homerum legitur ξενίη τράπεζα, his verbis:

Ἴσω νῦν Ζεὺς πρῶτα Θεῶν, ξενίη τε τράπεζα.
Sciat nunc primum ex Diis Iupiter, ac hospitalis mensa.

et apud Aeschylum Agam. p. 189. de Paride:

Ἥισχυνε ξενίαν τράπεζαν κλοπαῖς γυναικός.

Vide Virum Summum Iac. Perizonium in Notis ad Aeliani L. III. c. 37. Eadem Ellipsi ἀπὸ τῆς αὐτῆς σιτεῖσθαι, pro ἀπὸ τῆς αὐτῆς τραπέζης, de eadem (mensa) vesci, occurrit apud Synesium. (oo)

* Plenam locutionem καθ' ἓν διὰ δύο expressit Virgilius Aen. L. X. 460.

Per patris hospitium et mensas, quas advena adisti.

SCHWEB.

(oo) Locus exstat epist. 58. SCHOETTG. (pp)

(pp) Τράπεζα omitti quoque solet post διακονεῖν. Plene dicitur διακονεῖν τραπέζαις a Luca in Act. VI, 2. Vid. Elsnerus in Obs. S. ad Matth. XXII, 13. Luc. X, 40. Ioan. II, 9. Ita supple ergo Matth. IV, 11. Vid. Wolf. ad h. l. et Lenfant. LEISN.

* ΤΡΑΧΗΛΟΣ, Cervix.

In αὖ ἐρύειν, quo aliquoties absolute usus est Homerus in explicando sacrificii ritu, quo victimarum Diis superis immolandarum cervicem coelum

Digitized by Google

versus egerunt. v. Iliad. A. 459. Αὖ ἔρυσαν μὲν πρῶτα. ubi Eustathius p. 101. lin. 23. Ἀνακλᾶν τὸν τοῦ ἱερείου τράχηλον. Item in illis Sophoclis, ἄνω τρέπων ἔσφαζεν, quae ad l. c. affert Eustathius. SCHWEB. Simplicius subaudias τὸ ἱερεῖον. SCHAEF.

* ΤΡΙΓΩΝΟΝ, Triangulum. 282

Apud Geometras in ὀρθογώνιον, ἀμβλυγώνιον, ὀξυγώνιον, ἰσοσκελὲς etc. LEISN.

ΤΡΙΧΕΣ, Capilli.

In αἱ πολιαὶ, ut Latin. capilli in cani. In Epigrammatibus Graecis L. I. c. 13:

Τέκνα πόνοι· πήρωσις ἅπαις βίος· αἱ νεότητες
Ἄφρονες· αἱ πολιαὶ δ' ἔμπαλιν ἀδρανέες.
Liberi labores gignunt: mutilatio vita sine liberis: iuventus
Stolida est: senectus rursus infirma.

Anacreon Ode XXXVI:

Πολιαὶ κάραν ςέφουσι.
Cani caput coronant.

[Pindarus Olymp. IV. extr. Φύονται δὲ καὶ νέοις Ἐν ἀνδράσι πολιαὶ Θαμά. Plene Anacreon Fragm. p. 434. Fisch. Εὖτέ μοι λευκαὶ μελαίναις ἀναμεμίξονται τρίχες. Aliter Hom. Hymn. in Vener. v. 228. αὐτὰρ ἐπεὶ πρῶται πολιαὶ κατέχυντο ἔθειραι Καλῆς ἐκ κεφαλῆς κ. τ. λ. SCHAEF.]

* Item in τίλλεσθαι apud Homerum Iliad. Ω. v. 711.

Πρῶται τόν γ' ἄλοχός τε Φίλη καὶ πότνια μήτηρ
Τιλλέσθην.

ubi Eustathius p. 1533. lin. 27. δηλοῖ δὲ ἐλλειπτικῶς τὸ τίλλεσθαι, ἐνταῦθα μὲν, τριχῶν πένθιμον ἔκσπασιν. Longus Ποιμεν. L. II. p. 47. edit. Iung. Εἰ δὲ μὴ μάτην τὰς πολιὰς ἔφυσα. SCHWEB.

* Eandem vocem subaudiendam reliquit Strato XVI. πρὶν ἐλθεῖν τὰς Φθονερὰς. et XVIII. ἤλυθον ἃς ἔλεγον. SCHAEF.

Digitized by Google

ΤΡΙΩΒΟΛΟΝ, Triobolus.

Videtur hoc vocabulum supprimi in *τὸ δικαζικὸν*, iudiciale, apud Lucianum in Bis Accus. p. 230: *Μὴ λαμβανέτωσαν οὗτοι τὸ δικαζικόν· ἀδίκαζος γὰρ ἡ δίκη μεμένηκεν αὐτοῖς.* Ne accipiant hi iudiciale (triobolum:) nam caussa ipsis mansit iniudicata. Iudicum autem mercedem apud Athenienses fuisse triobolum, patet ex Aristophane in Equit. v. 51: *Ἔχε τριώβολον*: Habe tibi triobolum. ubi Scholia exponunt *τὸν δικαζικὸν μισθὸν, ἐπεὶ τριώβολον ἐλάμβανον*: h. e. iudicialem mercedem, quoniam triobolum accipiebant. et vers. 255. ad
283 haec verba, *Φράτορες τριωβόλου*, trioboli contribules: *Οἱ δὲ δικασταὶ ὑπὸ τῶν δημαγωγῶν ἐτρέφοντο, τριώβολον λαμβάνοντες μισθὸν δικαζικὸν μετὰ τὸ κρῖναι*: h. e. Iudices a populi rectoribus alebantur, triobolum accipientes post litem iudicatam. Huc alludit apud Lucianum Mercurius in Bis Accus. p. 221. ubi forum iudiciale instituturus inter alia haec dicit: *Οἱ δικασταὶ ἐξ ἁπάντων Ἀθηναίων· ὁ μισθὸς τριώβολον ἑκάστης δίκης*: Iudices ex omnibus Atheniensibus dabuntur: merces pro quaque lite trium erit obolorum. [Ad *δικαζικὸν* rectius subaudias *μίσθωμα*. Nam iudicium merces non semper trium erat obolorum, sed alio tempore alia. Vid. Schol. ad Aristophan. Plut. v. 329. ibique Hemsterhus. Sic Schol. ad Aristophan. Ran. v. 140. *τὸν δικαζικὸν μισθόν*. mox: *τὸ δικαζικὸν μισθάριον*. SCHAEF.]

ΤΡΟΠΟΣ, Modus.

Genitivum *τρόπου* (qq) subaudi in *ἐκ παντὸς* et *ἐξ ἅπαντος*, ut apud Lucianum in Merced. Cond. p. 464: *Ταύτην ἐξ ἅπαντος θεραπεύει*: Hanc omni modo colit. [Idem T. I. p. 609. *πέντε*

Digitized by

δὲ συλλογισμοὺς ἐξ ἅπαντος. T. II. p. 194. ὁμοίως ἐξ ἅπαντος ἀνελεῖν σπεύδουσι. Sed p. 188. ἐξ ἅπαντος τρόπου ἀνελεῖν με ζητοῦντας. Pausanias III. c. 8. extr. συσπεύδων ἐξάπαντος τὴν βασιλείαν οἱ γενέσθαι. Sic enim iunctis vocibus ediderunt. Plene Diodorus Sic. XII. c. 16. προσέταξε γὰρ ἐκ παντὸς τρόπου πείθεσθαι τῷ νόμῳ. L. XIX. c 36. ἐκ παντὸς τρόπου βουλόμενος βοηθεῖν. Quamquam non repugnem, si quis in illis, quae Bosio elliptica videntur, nihil subaudiendum censeat, παντὸς et ἅπαντος habens pro genitivis neutrorum πᾶν et ἅπαν. SCHAEF.] Aeliani Var. Hist. II, 4: Καὶ αὐτὸς ἔφη πάλαι τοῦτο ἐπιθυμεῖν, καὶ σπεύδειν ἐκ παντός: Et ipse dixit, se dudum hoc desiderare, et studere omni (modo) etc. Plenius dixit idem L. III, 7: Καὶ κακῶς ἀγορεύειν ἐξ ἅπαντος τρόπου διψῶντας: Et male loquendi omni modo cupidos. Et Isocrates Panathen. Ἐκ παντὸς τρόπου πειρᾶται: Omni modo conatur etc. (rr) Sic ὧδε, cum pro sic vel hoc modo ponitur, subintellectum habet τρόπῳ. Nam proprie loquendo est ablativus vocalae ὅδε. (ss) Pariter οὕτω, sic, proprie est ablativus pronominis οὗτος, quod pronomen veteres declinarunt οὕτου, οὕτῳ, unde οὕτω, quasi dicas οὕτῳ, i. e. τούτῳ τρόπῳ, hoc modo. Ita Dionysii Perieg. τῷ, pro τούτῳ τρόπῳ, v. 941. et 1175.

* Vocabulum hoc etiam subaudiendum videtur in elegantioribus illis dicendi formulis: ἐκ τοῦ ἀδοκήτου, ἐκ τοῦ ἀνελπίζου, ἐκ τοῦ ἀναγκαίου, ἐκ τοῦ βιαίου, ἐκ τοῦ ἀσφαλοῦς, aliisque eiusmodi, quarum larga satis copia vel apud Dionysium Halicarn. occurrit. v. Indic. Sylb. Plene est ἐκ τοῦ βιαίου τρόπου apud eumdem p. 162. Ἐκ δικαιοτάτου τρόπου Aeschin. contra Ctesiphont. p. 54. [E talibus locutionibus, quae Schwebelio plenae videntur, non ausim colligere, in illis alterius generis

Digitized by Google

τρόπου subaudiendum esse: sed τοῦ ἀδοκήτου, τοῦ ἀνελπίζου, τοῦ ἀναγκαίου, τοῦ βιαίου, τοῦ ἀσφαλοῦς ceteraque id genus opinor esse neutra, παρὰ τὸ ἀδόκητον, τὸ ἀνέλπιζον, κ. τ. λ. SCHAEF.] Sic etiam in κατὰ πάντα sub. τρόπον. Plene in vet. Inscriptione apud Gruterum CCCCLX. Item ἐν παντὶ, quod integre ἐν παντὶ τρόπῳ. II. Thessal. c. III. 16. [In haec idem, quod modo dixi, valet: sunt enim, opinor, neutrius generis. Conf. Epigr. adesp. XI. v. 3. κατὰ πᾶν ἥλγηκα. Sic etiam solum neutrum πάντα pro adverbio πάντως reperias. Vid. Abresch. Animadv. ad Aeschyl. L. III. p. 131. ubi ipsum illud κατὰ πάντα, item εἰς πάντα, recte confert. Add. Brunck. ad Sophocl. Trachin. v. 338. (Sed ad Euripid. Orest. v. 1112. vir eximius fallitur. Bene Porsonus.) SCHAEF.] In τοῖον apud Homer. Odyss. A. v. 209. pl. κατὰ τοῖον τρόπον. In ἐλεόν. Hesiod. Ἔργ. v. 205. [Adverbialiter dicitur pro ἐλεεινῶς. SCHAEF.] In τῷ κε apud Homer. Iliad. Δ. v. 290. Sic Latini in hoc sub. modo. Horatius L. I. Sat. VI. 41. et v. 52. SCHWEB.

284 (qq) An et in ἐκ περισσοῦ; apud Marcum in Evangel. c. VI, 51. MICH.

(rr) Xenophon de Agesilao c. 5. ἐπιχωρίου ὄντος, sc. τρόπου, cum (mos) in illis regionibus esset. SCHOETTG. Fallitur. ἐπιχωρίου ὄντος neutrius est generis. Conf. Xenophont. Cyrop. I, 4, 25. ὅπως τὰ ἐν Πέρσαις ἐπιχώρια ἐπιτελοίη. Philostratus p. 346. Olear. Φρυξὶ γοῦν ἐπιχώριον, καὶ ἀποδίδοσθαι τοὺς αὐτῶν, κ. τ. λ. SCHAEF.

* Brodaeus Misc. IX, 9. negat, addi solere vocem τρόπος. Sed refellitur a Iensio Lect. Luc. I, 12. p. 124. LEISN.

(ss) Herodotus L. II: Ὧδε τὰ σπουδαιότατα ταριχεύουσι (σώματα). BERNH.

* ΤΡΟΦΑΛΙΣ, Caseus.

In v. παχτὴ absolute posito apud Theocrit. Idyll. XI. 20.

Λευκοτέρα παχτᾶς ποτιδεῖν.

Digitized by Google

Vid. Schol. Gr. SCHWEB. Idem Idyll. XX. v. 26.

Τὸ ϛόμα καὶ πακτᾶς γλυκερώτερον· — —

ubi Valckenarius in edit. Decem Eidyll. p. 161. b. „Lac coactum, *πηκτὸν γάλα*, pastoribus erat Siciliensibus *πακτὰ*, voce forsan *τάμισος* suppressa.“ Non assentior: *τάμισος* enim est, non lac coactum, sed quod cogit lac, coagulum. Oppianus Cyneget. IV. v. 271.

Καὶ ταμίσῳ πρῶτος γάλα πήξατο, — —

Πακτὰν et *κηρία σίμβλων* s. *μέλι* iungit Ioannes Barbuc. Epigr. III. Ceterum Theocritea prioris loci compares cum Excerptis ex Diodoro Sic. de Virt. et Vit. T. II. p. 546, 26. Ὅτι ὁ αὐτὸς Σαλμωνεὺς ἔσχεν θυγατέρα Τυρὼ, ἥτις διὰ τὴν λευκότητα καὶ τὴν τοῦ σώματος μαλακότητα ταύτης τῆς προσηγορίας τέτυχεν. SCHAEF.

* ΤΡΟΦΗ, Cibus.

Vide supra in Βρῶμα. SCHOETTG.

* ΤΥΡΑΝΝΟΣ, Tyrannus.

Οἱ *τριάκοντα*, Triginta Tyranni. Aelianus Var. Hist. II, 11. et III, 17. Historia ipsorum alias satis est nota. [Ἀναλογώτερον subaudias ἄνδρες. Sic *οἱ τετταράκοντα*, *οἱ ἕνδεκα*, *οἱ τριακόσιοι*. Inque Romanis rebus *οἱ δύο*, *οἱ τρεῖς*, *οἱ τέσσαρες*, *οἱ δέκα*, *οἱ εἴκοσι*, etc. Conf. Dio Cass. T. I. p. 757. ubi v. 92. plene: *τοὺς εἴκοσι καλουμένους ἄνδρας*. Possis etiam *ἄρχοντες*. Sic Diodorus Sic. XIII. c. 102. *οἱ ταχθέντες ὑπὸ τῶν νόμων ἕνδεκα ἄρχοντες*. SCHAEF.] Idem XII, 18: Διονύσιος ὁ τῆς Σικελίας. sc. Τύραννος. SCHOETTG.

* ΤΥΧΗ, Fortuna.

In *ἐπ' ἴσης*, quod saepe occurrit apud Artemidorum. Nos unum saltem locum adducimus ex I, 26. p. 26: Ἐπ' *ἴσης γὰρ τῷ τυφλῷ ὁ προάγων*

ἐν δρόμῳ οὐκ ἂν ἴδοι τοὺς ἀγωνιζάς. Aeque enim ut caecus, is, qui in cursu reliquos praeit, certantes videre nequit. Ἐπ' ἴσης, sc. τύχης vel μοίρας. Scribitur et saepenumero coniunctim ἐπίσης. (tt) SCHOETTG. Nihil subaudi. Est enim i. q. ἐπ' ἴσου, ἴσον, ἴσα: quae omnia dicuntur adverbialiter. SCHAEF.

* In πεπρωμένη etiam deesse hoc vocabulum, 285 Euripides monstrat Alcest. vers. 695: Καὶ ζῇς παρελθὼν τὴν πεπρωμένην τύχην. BERNH.

* In Numismatibus aliquando Ἀγαθῇ ponitur ἐλλιπῶς, sub. v. Τύχη. vid. Vaillant in Numism. Imperat. Gr. loqu. p. 355. coll. not. ad Onosandri Προοίμ. p. VI. SCHWEB.

(tt) Ut Paeanio L. II, cap. 15. et L. VII, c. 13. MICH.

Υ.

* ΥΒΡΙΣ, Stuprum.

Quum ἀπάγειν de perductionibus ad stuprum usurpatur, deest εἰς ὕβριν, vel πρὸς ὕβριν interdum. Lucianus in Fugit. οὗ τὴν γυναῖκα ᾤχετο ἀπάγων. cuius uxorem rapiebat, eam stupraturus. Antoninus Liberalis cap. XIII: Ἡ δὲ παῖς, πρὶν ἀφικέσθαι τοὺς ἀπάξοντας, ἀνήρτησεν ἑαυτήν. Puella vero, antequam abducturi eam ad (stuprum) venirent, suspendit se. [Vid. ad h. l. Verheyk. p. 95. cui etiam videtur locutio elliptica. Mihi non item: de stupro enim intelligendam esse, ipse verborum contextus docet. Sic alibi ἀπάγειν est, ducere in carcerem, alibi, ducere ad mortem. Conf. Wakefield. Silv. Crit. II. p. 131. Num etiam hîc de ellipsi cogitabimus, subaudientes nunc φυλακὴ s. δεσμωτήριον, nunc θάνατος? SCHAEF.] Aliquando additur verbum: e. g. ἀπάγω γυναῖκα μοιχευθησομένην, i. e. perduco mulierem, ut adulteretur; vel, ut Lucianus in Fugit. habet: γυναῖκα ἀπάγω μοι-

Digitized by Google

χεύσων. Interdum additur *πρὸς ὕβριν*. Lucianus de Gymnas. *οἰκεῖοι πρὸς ὕβριν ἀπαγόμενοι*, domestici ad stuprum rapti. Idem in Cataplo: *οἱ δὲ, υἱέων πρὸς ὕβριν ἀπαγομένων ἀγανακτήσαντες*. Illi vero liberos ad stuprum raptos indignati.

Eandem ellipsin amant Latini in verbo perducere. Suetonius Tiber. 45. Calig. 25. vid. Bernecc. ad Iustin. IX, 6. Iensius Lect. Luc. I, 5. p. 49. sq. LEISN.

ΥΓΙΕΙΑ, Salus. 286

In loquutione, *προπίνω Πέτρου, Ἡρακλέους, βασιλέως* etc. subintell. *ὑγίειαν* cum *εἰς*, ut integra sit: *προπίνω σοι εἰς ὑγίειαν Πέτρου, Ἡρακλέους, βασιλέως*: propino tibi in salutem Petri, Herculis, regis. Colligi hoc potest ex Luciani Scholiasta, qui ad Sympos. p. 641. haec verba: *Προπίνω σοι, ἔφη, ὦ Κλεανθὶ, Ἡρακλέους ἀρχηγέτου*: Propino tibi, inquit, Cleanthi, in (salutem) ducis Herculis: *Σκόπει*, inquit, *τὴν σύνταξιν, προπίνω σοι Ἡρακλέους ἀρχηγέτου, ὃ νῦν ἀγροικικῶς Φαμὲν, εἰς τὴν πρεσβείαν τοῦδε, ἢ τὴν ὑγίειαν*. Docet ibi, recte et Attice per Ellipsin dici *προπίνειν τινί τινος*, quod imperite et minus eleganter, plenius tamen, ceteroqui dicitur, *προπίνειν τινὶ εἰς ὑγίειάν τινος*. [Recte Scholiastes Lucianeus: *ἀγροικικῶς Φαμὲν*. Nusquam enim in scriptis Graecorum locutionem illam Bosianâ ratione expletam reperias. Verius Guietus ad Luciani l. c. „*Ἡρακλέους ἀρχηγέτου*. Subaudi *κύλικα*." Vid. supra ad v. *Πρόποσις*. SCHAEF.]

ΥΔΩΡ, Aqua.

Nihil frequentius est Graecis, quam *θερμὸν* et *ψυχρὸν* absolute dicere, pro *ὕδωρ θερμὸν, ψυχρόν*. Matth. Evang. X, 42. *Ποτήριον ψυχροῦ*, sc. *ὕδατος*. Comicus in Nubib. v. 1040. p. 182:

Digitized by Google

Θερμῷ λούεσθαι: Calda lavari. Imitati hoc sunt Latini, qui itidem caldam et frigidam dicunt, subintellig. aquam. Utrumque habes apud Martialem:

Frigida non deerit, non deerit calda petenti.

Iacob. III, 11: *Μή τι ἡ πηγὴ ἐκ τῆς αὐτῆς ὀπῆς βρύει τὸ γλυκὺ καὶ τὸ πικρόν*; (scil. *ὕδωρ*.) (a)

Deest etiam illud *ὕδωρ* in aliis, ut apud Hesiodum in Theogonia: *Λοεσσάμεναι Περμησσοῖο.* 287 scil. *ὕδατι*. Lotae Permessi (aqua). [ad q. l. Wolfius p. 61. „*Περμησσοῖο*. intell. *ὕδατι* hic et versu sequ., (ubi al. melius *ἵππου κρήνης*.) ut ap. Hom. Il. ε, 6.“ Idem Fragm. v. 50. p. 440. Lips. *νίψατο Βοιβιάδος λίμνης πόδα παρθένος ἁδμής*. SCHAEF.] Homerus Iliad. E. *Λελουμένος ὠκεανοῖο*: Lotus Oceani (aqua). [ubi Heynius T. V. p. 6. „Praestat iungere *παμφαίνῃσιν* (imo *παμφαίνῃσι*: sicque, opinor, scribendum Il. IX. v. 323. *προφέρῃσιν*, Od. XIV. v. 374. *ὀτρύνῃσιν*, ubi etiam *ἔλθῃ* praeferam.) *ἐξ Ὠ*, oritur ex Oceano.“ Repugnat huic rationi mos Homericus, omninoque epicus, arctissime iungi poscens *λελ. Ὠκ.* Add. Il. VI. v. 508. *εἰωθὼς λούεσθαι ἐϋῤῥεῖος ποταμοῖο.* Hymn. Hom. IX. in Dian. v. 3. *ἵππους ἅρσασα βαθυσχοίνοιο Μέλητος.* SCHAEF.] Et Iliad. Φ. *Λοεσσάμενος ποταμοῖο*: Lotus fluvii (aqua). Putavit Doctiss. Pasor, qui de Ellipsi non cogitavit, in istis loquendi formulis casum secundum pro tertio poni cum praepositione *ἐν*, ut *ποταμοῖο*, *ὠκεανοῖο*, pro *ἐν ποταμῷ*, *ἐν ὠκεανῷ*. Vide ipsum in Praefatione Indici Hesiodeo praefixa. Rectius autem Didymus in locis illis Homeri *ὕδατι* intelligendum esse docet. Homerus ipse Iliad. II. dixit,

— — — *λοῦσον ποταμοῖο ῥοῇσι.* (b)

[Alii praepositionem subaudiunt. Schol. Ven. ad Il. V. v. 6. *Ὠκεανοῖο. λείπει ἡ ἐξ.* (Sed idem ad VI. v. 508. *λείπει ὕδατι.*) Sic Hom. Hymn. XXXII. in

Digitized by Google

Lun. v. 7. *ἀπ' ὠκεανοῖο λοεσσαμένη χρόα καλόν.* Himerius p. 742. *ἐξ ὠκεανοῦ λουσάμενος.* Conf. Apollon. Rhod. III. v. 876. *λιαροῖσιν ἐφ' ὕδασι Παρθενίοιο Ἠὲ καὶ Ἀμνισοῖο λοεσσαμένη ποταμοῖο.* Rectius cum Musgravio ad Euripid. Iphig. Aul. v. 1078. nihil plane subaudias: ut *λούειν* aliaque similis significationis verba videantur esse ex numero illorum, quae nunc genitivum regunt, nunc dativum, nunc praeterea adsciscunt praepositionem. Eademque, opinor, sententia fuit Scholiastae Veneti ad posteriorem locum Iliadis: post verba enim, quae citavi, *ἢ ποταμὸν εἴρηκεν*, inquit, *τὸ τοῦ ποταμοῦ ὕδωρ*: submonens, ni fallor, si hoc modo intelligas, nihil subaudiri oportere. SCHAEF.]

Sunt et aliae loquutiones Atticae, in quibus reticetur *ὕδωρ*, ut apud Lucianum in Gallo: et Bis Accusato p. 223: *Ἐκείνης γὰρ τό γε νῦν ῥέον* (sc. *ὕδωρ*): Illius nunc fluit (aqua). Et pag. 224: *Ἐμοὶ ῥευσάτω* (sc. *ὕδωρ*): Mihi fluat (aqua). Perperam utrumque locum convertit Interpres, priorem: Illius, quae nunc fluit, oratio. posteriorem: Peroratum a me esto. Sed certum est, verti debere ita, ut dixi, et subaudiri *ὕδωρ*. In iudiciis enim apud Athenienses tempus dicendi et actori et reo clepsydra fuisse definitum, res est notissima ex Aristophane et aliis. Paullo post apud Lucianum: *Ἔγχει τὸ ἴσον* (*ὕδωρ*): Parem infunde (aquam). Nota, quod *τὸ ἴσον* dicat: nam tantundem aquae et reo et actori infundebatur. Hunc in finem praefectus aquae clepsydrae infundendae erat, qui *ἘΦύδωρ* dictus est. Vid. Pollucem. [Barbarum illud *ἐφύδωρ*, scribendumque divisis vocibus additoque articulo, quem in Polluce praemissum *ἐκαλεῖτο* elisit, *ὁ ἐφ' ὕδωρ*. Hoc iam H. Stephano Thes. III. c. 1784. F. video placuisse. Errat Albertius ad Hesych. T. I. c. 1557. 9. SCHAEF.] Ceterum, quod in dictis locis elliptice,

Digitized by Google

id plene apud eundem Lucianum in Revivisc. pag.
288 406: *Σοὶ τὸ ὕδωρ ῥεῖ νῦν, μὴ μέλλε*: Tibi aqua nunc fluit, ne cunctare. Huc pertinet, quod in Imaginibus pag. 31: *Ὑπὲρ τὸ ὕδωρ τὸ ἐκχυνόμενον λέγειν*, supra aquam effusam dicere, i. e. orationem longius producere, quam par est. (d)

* Pleno sermone utrumque occurrit apud Homerum Odyss. Γ. v. 388.

— — — *ὕδωρ δ' ἐνεχεύατο πουλὺ*
Ψυχρόν· ἔπειτα δὲ θερμὸν ἐπήφυσεν.

Item *ψυχρὸν πίνειν* est apud Epictetum c. XXIX. pro quo plene habet Theocritus Idyll. XI. 47. *Ἐγτὶ ψυχρὸν ὕδωρ*. In *βάλλειν*, *ἐκβάλλειν*, *εἰςβάλλειν*, *ἐκδιδόναι*, cum de fluviis in mare se exonerantibus sermo est, subauditur *ὕδωρ* vel *ῥεῖθρον*. Sic Homerus Iliad. Λ, v. 721.

Ἔξι δέ τις ποταμὸς Μινυήϊος εἰς ἅλα βάλλων.

Polyaenus L. I. c. III. §. 5. *Τέμνων δὲ μέσην τὴν Βοιωτίαν* (*Κηφισσὸς*), *πρὶν ἐκβάλλειν εἰς θάλασσαν*. Plene Herodotus L. I. c. 179. *Ἐςβάλλει δὲ οὗτος ἐς τὸν Εὐφρήτην ποταμὸν τὸ ῥέεθρον*. Idem L. VII. c. 109. *Ἐς τὴν ποταμοὶ δύο εἰςεῖσι τὸ ὕδωρ*. SCHWEB. Homer. Il. XXI. v. 158. *Ἀξιοῦ, ὃς κάλλιςον ὕδωρ ἐπὶ γαῖαν ἵησιν*. Sed *ἐλλιπῶς* Od. XI. v. 238. *ὃς πολὺ κάλλιςος ποταμῶν ἐπὶ γαῖαν ἵησι*. SCHAEF.

* Non pauca disputantur de forma dicendi *τῶν Κέδρων* Ioh. XVIII, 2. Vid. Zornii opusc. 5. Tom. II. p. 104. Quid? si post articulum intelligeres; *ὑδάτων*. Omnis evanesceret difficultas. Fluviis torrentibusve *ὕδατα* tribuuntur, e. g. Ioh. III. 23. Apoc. VII. 17. XVI. 4. 5. F. ST.

* „Matth. 10, 42. *ποτήριον ψυχροῦ· ——*. Lucian. de morte Peregr. 44. p. 263. To. 3. *καὶ ψυχρὸν αἰτοῦντα*. Sed Plut. V. Marii c. 5. p. 65. To. 3. *διὰ τὸ καῦμα διψήσας ὕδωρ ψυχρὸν αἰτῆσαι*. Sic apud Xen. Cyrop. 1, 2. 8. *ὡς ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἀρύσασθαι*, intell. *ὕδωρ*, vel potius *ὕδα-*

Digitized by Google

τος· cuius nominis notio in ipsis verbis ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἀρύσασθαι latet." Fischer. ad Weller. III. 1. p. 264. Anyte Epigr. IX. v. 4. ψυχρὸν δ' ἀχραὲς κράνα ὑποϊάχει. (f. κράνα ὑποπροχέει.) Leonidas Tarent. Epigr. XXXIX. Μὴ σύ γ' ἐπ' οἰονόμοιο περίπλεον ἰλύος ὧδε Τοῦτο χαραδραίης θερμὸν, ὀδῖτα, πίῃς. ubi iungo ἰλύος χαραδραίης: et ἐπ' οἰονόμοιο ὧδε, hîc in solitudine. Aliter vir egregius Lex. Crit. Gr. Germ. v. Οἰονόμος: vereor, ut recte. SCHAEF.

(a) Quod additur vers. 12: Οὐδεμία πηγὴ ἁλυκὸν καὶ γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ. BERNH.

(b) Sic Hippocrates aphor. VII, 56: οἶνος ἶσος ἴσῳ πινόμενος. Vinum par pari (aqua) potum. ἴσῳ, sc. ὕδατι. (c) SCHOETTG.

(c) Mnesitheus Comicus apud Athenaeum II, 1: Ἐὰν δ' ἴσον ἴσῳ προσφέρῃ. Quo loco multiplex ellipsis est, quae sic suppleri potest: ἐὰν δ' ἴσον ὕδωρ ἴσῳ οἴνῳ κεκραμένον, vel etiam: ἐὰν δ' ἴσον μέρος ὕδατος ἴσῳ μέρει οἴνου προσφέρῃ. Si biberis vinum pari portione aquae temperatum. Conf. Hippocratis Epidem. L. II. Aristophanis Plut. v. 1133. Athen. XI, 6. LEISN. Sublecta haec, opinor, Kustero, quem vide ad Aristophan. Acharn. v. 353. Adde eund. et Hemsterhus. ad Plut. v. 1133. SCHAEF.

(d) Apud Dionysium Perieg. v. 735. fluvius dicitur βάλλειν, supple ὕδωρ vel ῥόον, quod exprimitur v. 783. LEISN.

* ΥΕΤΟΣ, Pluvia.

Non male iam dudum additum fuit in versione Hesiodi Ἔργ. II. 164.

— — — κεφαλῇφι δ' ὕπερθεν
Πῖλον ἔχειν ἀσκητὸν, ἵν' οὔατα μὴ καταδεύῃ.

supra caput vero pileum habeto elaboratum, ut aures ne madefaciat pluvia. F. ST. Haec rectius omisisset, cum mere syntactica sit ellipsis; nam ex priore versu, ubi legitur ὑετοῦ, repetendum ὑετός. Fallitur etiam Guietus, καταδεύῃ, tanquam personam secundam, vertens madefacias. SCHAEF.

Digitized by Google

ΤΙΟΣ, Filius. (e)

Ante genitivum nominis proprii, (f) aliquando etiam appellativi, (g) saepe numero deest *υἱὸς* vel *τέκνον*, (h) non solum apud sacros, verum etiam profanos scriptores. Sic in Evang. Matthaei c. IV, 21: *Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου*, sc. *υἱόν*: 289 Iacobum Zebedaei (filium). In Epist. ad Hebr. X, 39: *Ἡμεῖς δὲ οὐκ ἐσμὲν ὑποστολῆς*, subintell. *υἱοὶ* vel *τέκνα*. Nos vero non sumus subductionis (filii). Comicus in Avib. p. 574:

> *Ἡμεῖς δ' ὡς ἐσμὲν Ἔρωτος,*
> *Πολλοῖς δῆλον.*
> Nos autem esse Cupidinis (filios),
> Multis constat.

ubi Scholiastes: *Ἐσμὲν Ἔρωτος, λείπει υἱοί.* (i)

Aelianus Var. Hist. XII, 43: *Καὶ Ἐπαμινώνδας δὲ πατρὸς ἦν ἀφανοῦς*: Et Epaminondas obscuri patris (filius) erat. (k)

* In *Ἐπίγονοι*, qui et *ἐπιγινόμενοι* dicti fuerunt Eratostheni Καταστερ. c. 25. subintelligitur *υἱοί*. Conf. Hesychius in v. *Κάδμιοι* et schol. Gr. ad Homeri Iliad. Δ. v. 405. quae attulit Munkerus ad Hygini Fabul. LXXI. In *νόθος*, nothus. Plene Homerus Iliad. O. v. 333. *νόθος υἱὸς Ὀϊλῆος θείοιο.* In Epist. ad Ephes. c. 1. 6. *Ἐν τῷ ἠγαπημένῳ*, s. *υἱῷ*. coll. Matth. III. v. 17. Apud Latinos quoque Ellipseos huius usus non est infrequens. Ovidius Metam. L. II. v. 184. Iam Meropis esse cupiens. Livius L. XXVIII. c. 12. Asdrubal Gisgonis. s. filius. vid. Gronovium ad h. l. et Burmannum ad Sueton. de illustrib. Grammat. c. X.

SCHWEB.

* Notabile videtur hoc Stephani Byz. v. *Μίλητος· ἀπὸ Ἀνακτοῦ γῆς καὶ οὐρανοῦ* (suppl. *υἱοῦ*) *ὠνομάσθη Ἀνακτορία.* F. ST. Sic editiones Stephani Aldina Iuntinaque. Aldinae exemplo, quo meus me donavit Goerenzius, anonymus adscripsit

Digitized by Google

haec: „Forte *ἀνάκτορος τοῦ γῆς.*“ Sicque edidit Pinedo: Berkelius *Ἄναχτος τοῦ Γῆς.* Locus Stoschio notabilis ideo, opinor, visus est, quod deesset articulus *τοῦ*. Hunc arbitror in tali verborum structura vix abesse posse. Vid. H. Stephanus ad Thucydid. p. 661. Duk. et Verheykius ad Antonin. Liberal. p. 115. b. Sed diversitas casuum defectum articuli patitur. Herodotus V. c. 37. *Ὀλίατον Ἰβανώλιος Μυλασσέα, καὶ Ἰσιαῖον Τύμνεω Τερμερέα, καὶ Κώην Ἐρξάνδρεω, — καὶ Ἀρισαγόρην Ἡρακλείδεω Κυμαῖον.* c. 122. in. *Ἡρακλείδης Ἰβανώλιος, ἀνὴρ Μυλασσεύς.* L. VI. c. 127. *Δάμασος Ἀμύριος.* mox: *Ἀμφίμνηστος Ἐπιστρόφου Ἐπιδάμνιος.* post: *Ἀμίαντος Λυκούργου Ἀρκάς· Ἀζὴν — Λαφάνης Εὐφορίωνος· Ἡλεῖος Ὀνομαστὸς Ἀγαίου· Ἱπποκλείδης Τισάνδρου.* L. IX. c. 90. *Λάμπων τε Θρασυκλῆος, καὶ Ἀθηναγόρης Ἀρχεστρατίδεω, καὶ Ἡγησίστρατος Ἀρισταγόρεω.* ubi al. *ὁ Θρασυκλέος.* Sic Codices passim variant. Idem V. c. 66. *Ἰσαγόρης ὁ Τισάνδρου.* Wesselingius: „Defit *ὁ* Arch. Pass. Ask. V., et potest abesse.“ Conf. eundem ad VI. c. 100. 101. VIII. c. 2. 42. 59. Variatâ structurâ Lucianus T. I. p. 479. *οὐκέτ' Ἀγαμέμνων ὁ Ἀτρέως, οὐδὲ Κρέων ὁ Μενοικέως, ἀλλὰ Πῶλος Χαρικλέους Σουνιεὺς ὀνομαζόμενος, ἢ Σάτυρος ὁ Θεογείτωνος Μαραθώνιος.* Add. Fischer. ad Palaephat. p. 37. b. 129. b. Poëtarum articulum pariter negligentium locos vide in nota Ilgenii ad Hom. Hymn. in Merc. v. 145. Idemque tenendum de ellipsi vocis *θυγάτηρ*: quae cum in casuum diversitate articulum abesse patiatur, duo genitivi continuo positi illo vix possunt carere. Vid. Fischer. ad Palaephat. p. 115. a. eiusd. Prolus. IV. ad Palaephat. p. 58. et Matthiae ad Hom. Hymn. in Merc. v. 145. SCHAEF.

(e) Deficit etiam ante Adiectiva *ἄῤῥην, πρωτότοκος*, etc. ut Apocal. XII, 13: *ἥτις ἔτεκε τὸν ἄῤῥενα*, scil. *υἱόν.*

Digitized by Google

[ubi conf. var. lect. SCHAEF.] coll. ibid. vers. 5: καὶ ἔτεκεν υἱὸν ἄῤῥενα. MICH. Tuebimurne his exemplis vulgatam ante Brunckium lectionem in Euripid. Androm. v. 23.? SCHAEF.

(f) Tobiti c. V, 19: ἐγὼ Ἀζαρίας, Ἀνανίου τοῦ μεγάλου. Ioannes in evang. c. VI, 71: Ἰούδαν Σίμωνος. Idem c. XXI, 15. 17: Σίμων Ἰωνᾶ. c. XII, 4. Lucas in Actis Apostol. c. XIII, 22. Marc. evang. c. II, 14. Item Ioannes in evang. c. XXI, 2: οἱ τοῦ Ζεβεδαίου, scil. υἱοί. MICH.

(g) Sic Lucas in evangel. c. IX, 55: Οὐκ οἴδατε, οἵου πνεύματός ἐστε ὑμεῖς. Lutherus recte: *Wes Geistes Kinder ihr seyd.* MICH.

(h) Sic et τέκνον, vel τέκνα. Septuaginta in Genes.
290 X, 21: Καὶ τῷ Σὴμ ἐγεννήθη καὶ αὐτῷ. Et cap. XVI, 1: Σάρα δὲ ἡ γυνὴ Ἀβραὰμ οὐκ ἔτικτεν αὐτῷ. Auctor epist. ad Hebr. c. XI, 12: Διὸ καὶ ἀφ' ἑνὸς ἐγεννήθησαν, καὶ ταῦτα νενεκρωμένου (τέκνα), καθὼς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ τῷ πλήθει. Lucas in evang. c. XXIII, 29: Κοιλίαι αἳ οὐκ ἐγέννησαν, καὶ μαστοὶ οἳ οὐκ ἐθήλασαν. Sic in Hebraico Genes. XVII, 17: הלבן מאה שנה יולד, ubi Septuaginta Interpretes recte, γενήσεται υἱός. MICH.

(i) In phrasi 1 Thess. V, 8: Ἡμέρας ὄντες, omittitur υἱοί. Suppletur v. 5. BERNH.

(k) Item in verbo γεννᾶν. Gen. V, 3: Καὶ ἐγέννησε κατὰ τὴν ἰδέαν αὐτοῦ, καὶ κατὰ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, καὶ ἐπωνόμασε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Σήθ. Εἰσποιεῖσθαί τινα, scil. υἱὸν, adoptare. Paeanius VIII, 3, 1. et c. 2, 1. Plene c. 1, 4. SCHOETTG.

* Μονογενὴς saepius in N. T. omisso nomine υἱὸς reperitur. Suppletur tamen a Ioanne Evangel. c. I, 18. ὁ μονογενὴς υἱὸς etc. BERNH.

* ΥΜΑΣ.

Ὑμᾶς deest apud Infinitivum. Petrus in priore epistola cap. II, v. 11: παρακαλῶ (ὑμᾶς) — ἀπέχεσθαι. conf. ibid. v. 15. MICH.

* ΥΜΝΟΣ, Hymnus.

Sophocles Trachin. v. 207. ὁ μελλόνυμφος. Brunckius: „nempe ὕμνος, ut ὁ καλλίνικος." Sed dubitant viri docti, an Sophocleum illud recte interpretatus sit. Certior res de v. καλλίνικος. Euripides Med. v. 44. καλλίνικον ἄσεται. ubi vid. Musgravius. SCHAEF.

Digitized by Google

ΤΠΗΡΕΤΗΣ, Minister.

In ὁ δήμιος, publicus, quum pro ministro publico aut carnifice sumitur; item 291
in ὁ δημόσιος, Aristophanes Lysistr. v. 437. p. 863. (l) [Vid. Wyttenbach. ad Plutarch. de S. N. V. p. 43. SCHAEF.]

(l) Βασιλικὸς, regius, quod occurrit apud Ioannem in evangel. c. IV, 46. Ἄνθρωπον βασιλικὸν dixit Lucianus de Saltatione p. 808. quem locum debeo Auctori nostro in Exercitat. ad h. l. Consentit mecum Heinsius in Aristarcho sacro. (m) SCHOETTG.

(m) Aristophanes Ἐκκλησ. v. 861: Τῶν εἰςφερόντων ἁρπάσομαι τὰ σιτία. Cibos rapiam eorum, qui illos convivio inferent. Τῶν εἰςφερόντων, scil. ὑπηρετῶν. [Nihil opus hic ad ellipsin huius vocis confugere. οἱ εἰςφέροντες absolute intelligendi sunt. SCHAEF.] Ceterum de ellipsi huius vocis conf. Observationes Miscellaneae Vol. IV. p. 353. LEISN.

ΤΠΝΟΣ, Somnus.

Deest nonnunquam in βαθὺς, ut κοιμᾶσθαι βαθὺν, pro κοιμᾶσθαι ὕπνον βαθύν. Lucianus in Dial. Cyclop. et Nept. Ὡς βαθὺν ἐκοιμήθης; Quam profundum dormivisti (somnum). (n)

* In νήγρετον εὕδειν apud Homerum Odyss. N. v. 74. Theocritus Idyll. XXII. v. 39.

Δειλινὸν ὡς κατέδαρθον ἐν εἰναλίοισι πόνοισι.

Graecorum ellipsin secutus est Iuvenalis Sat. I. v. 16.

Consilium dedimus Sullae, privatus ut altum
Dormiret.

s. somnum. SCHWEB. Neutrius generis adiectiva illa sunt ponunturque adverbialiter. SCHAEF.

(n) Eadem vox deest in βεβαρημένοι apud Marcum c. XIV, 40. LEISN. Obiter moneo, Tryphiodori v. 497. (499.) ex Codice Medic. corrigendum esse καμάτῳ ἀδδηκότες ἤριπον ὕπνῳ. Conf. Homer. Il. X. v. 98. 312. 399. 471. SCHAEF.

Digitized by Google

* ΥΠΟΔΗΜΑ, Calceus.

Deest in *ὑποδήσασθαι*, subligare sibi calceos, vel induere calceos, seu se calceare. Item in *ὑπολύσασθαι*, solvere sibi calceos, i. e. exuere calceos. Aristophanes Plut. v. 928. Lysistr. v. 949. [Sublecta haec Kustero de Verb. Med. I. 6. Ceterum haec verba, quoties absolute ponuntur, non magis elliptica dicenda sunt, quam *ἀμφιέσασθαι* ceteraque quae amictum indicant verba, item absolute posita. SCHAEF.] Deest etiam *ὑποδήματα* in plurali in *χαλαρὰ*, i. e. laxi (calcei,) Θεσμοφ. v. 270. LEISN. Modo praecessit *ὑποδημάτων*. Igitur ad *χαλαρὰ* vox illa *συνταχτικῶς* subaudienda. SCHAEF.

292 ΥΠΟΔΗΣΕΙΣ, Calceamenta.

In *Λαχωνικαὶ*, Laconicae, quae sunt virilia calceamenta. Aristophanes Thesmoph. v. 149. p. 774:

— — *ποῦ χλαῖνα, ποῦ Λακωνικαί;*
— — ubi laena, ubi Laconicae?

Et in *Περσικαὶ*, quae *ὑποδημάτων εἶδος γυναικείων*: muliebris calceamenti species, ut vetus Scholiastes Aristophanis ad Nubes v. 151. p. 132. vel *ἐμβάδες*, quae vox etiam calceamenta significat. [Similiter dicuntur *Ἀμυκλαΐδες*. Hesychius: *Ἀμυκλαΐδες. εἶδος ὑποδήματος πολυτελοῦς Λακωνικοῦ*. SCHAEF.]

* ΥΠΟΘΗΚΗ, Praeceptum.

In illa librorum Antonini inscriptione *τῶν εἰς ἑαυτὸν* subintelligi potest *ὑποθηκῶν*, quem titulum Antoninus, iudice Fabricio in Bibl. Gr. Vol. IV. p. 23. mutuatus videtur a Solone, cuius *εἰς ἑαυτὸν ὑποθήκας* memorat Laërtius in Solon. Segm. LXI. Possit etiam subaudiri *παραγγελμάτων*, uti vocat Themistius Orat. VI. p. 81. SCHWEB. *Ἀναλογώ-*

Digitized by Google

τερον illud τῶν pro genitivo neutrius τὰ habeas. SCHAEF.

* ΤΠΟΜΝΗΜΑ, Commentarius.

In παρασκευαζικὸν, de apparatibus commentarius, quod absolute occurrit apud Aeneam Tact. c. XXI. Plene enim apud alios est παρασκευαζικὸν ὑπόμνημα: uti etiam in aliis, e. g. πολιορκητικὸν, στρατηγικὸν, eadem vox addita reperitur; e. g. in ipsa inscriptione Aeneae Tactici: Ταχτικόν τε καὶ πολιορκητικὸν ὑπόμνημα. SCHWEB.

* ΤΠΟΝΟΙΑ, ΤΠΟΛΗΨΙΣ, Suspicio.

Dionysius Halicarnasseus l. VI: Μυρίους ἄλλους διὰ κενῆς ἀνεπλάττομεν ἡμῖν Φόβους: Infinitos alios metus nobis ipsis temere fingebamus. διὰ κενῆς, subaudi ὑπολήψεως vel simile. LEISN. Vide supra ad v. Ἀρχὴ et Πρᾶξις. SCHAEF.

Φ.

* ΦΑΟΣ, Lux.

In phrasi βλέπειν, quae vitam significat, qua usus est Euripides in Iph. Aul. v. 1612:

Ἦμαρ γὰρ τόδε
Θανοῦσαν εἶδε, καὶ βλέπουσαν παῖδα σήν.

[Sophocles Philoct. v. 1348. ὦ στυγνὸς αἰὼν, τί μ' ἔτι δῆτ' ἔχεις ἄνω Βλέποντα, κοὐκ ἀφῆκας εἰς Ἄιδου μολεῖν; Vid. Wakefield. ad Trachin. v. 828. Ceterum nihil nos cogit ad hoc similiaque verba, ubi de vita dicuntur, φάος subaudire. Bene Iacobsius Exercit. Crit. T. I. p. 195. „Βλέπειν tum simpliciter, tum adiunctis vocabulis Φάος, Φέγγος, ἡμέραν et aliis, pro vivere positum sexcenties apud Tragicos occurrit.“ SCHAEF.] Saepe autem idem Tragicus nomen addit, e. c. eadem tragoedia, v. 1394:

Εἷς γ' ἀνὴρ κρείσσων γυναικῶν μυρίων ὁρᾶν Φάος.

Digitized by Google

293 Et in Iphigenia Taur. vers. 674:

Αἰσχρὸν, θανόντος σοῦ, βλέπειν ἡμᾶς φάος.

Et aliis locis non raro. BERNH.

* ΦΑΡΜΑΚΟΝ, Medicamentum.

In *καθαρτικόν*. Cebes Thebanus: Ὁ *ἰατρὸς καθαρτικοῖς ἐκβάλλει τὰ νοσοποιοῦντα*: Medicus ea, quae morbum efficiunt, purgantibus expellit. [Ut Graeci *τὰ νοσοποιοῦντα* simpliciter, nihil subaudientes *κατ' ἔλλειψιν*, dicunt ea quae morbum efficiunt, perinde dicunt *τὰ καθαρτικὰ* ea quae purgant. Idemque de ceteris huiusmodi vocibus tenendum. SCHAEF.] Plutarchus plene *καθαρτικὸν Φάρμακον* dixit.

Item in *δηλητήριον*, quod notat venenum. Herodianus I, 17, 23. et IV, 5, 13. quod idem aliquoties adiungit, ut ex indice Scheidiano adparet. (a) SCHOETTG.

(a) In *ὠκυτόκεια* subaudi *Φάρμακα*, i. e. medicamenta accelerando partui; apud Aristophanem in Thesmoph. v. 511. [quo loco scribendum *ὠκυτόκι' ὠνούμενος*. Conf. Pollux II. 7. Sic scribitur, quod idem significat, *ὀξυτόκιον*: it. *ἀτόκιον*. SCHAEF.] Cui adde *ἐπαρτικὰ*, *παροξυντικὰ*, *ἀφροδισιαστικὰ*, *ἐμετικὰ*, *διουρητικὰ*, *διαφορητικὰ* et similia. *Φάρμακον*, vel etiam *ἐπῳδὴ* videtur deesse apud Aristophanem in Pluto v. 886:

Ἀλλ' οὐκ ἔνεστι συκοφάντου δήγματος.

Sed (remedium seu incantatio) non inest (annulo) adversus morsum sycophantae. [Vellem vir doctus abstinuisset hoc Aristophanis loco, diversis modis explicato et tentato a Criticis et Interpretibus. Brunckii quidem ratio ferri nequit. Vid. Porson. Append. ad Toup. Emend. p. 462. SCHAEF.] In *ἐπίπαστα* quidem subaudiri supra docuimus *ἄλφιτα*, vel *πλακουντάρια*; sed potest haud dubie interdum etiam subintelligi *Φάρμακα*. Haec iuncta leguntur apud Theocritum Idyll. XI, 2. ubi Scholiastes docet,
294 alia *Φάρμακα* esse *χρισὰ*, *ἤγουν ἅπερ χριόμεθα εἰς θεραπείαν*; alia *ποτὰ*, *ἤγουν ἅπερ πίνομεν*; alia *ἐπίπαστα*, *ἤγουν ἅπερ ἐπιπάττομεν*. LEISN.

Digitized by Google

* ΦΑΣΙΣ, Apparitio.

Ἡμέρα non esse vocabulum per se, dicit Eustathius, sed subaudiri *Φάσις* vel *κατάχασις τοῦ ἀέρος*, illuminatio mitis, et placida aëris constitutio. LEISN. Imo *ἡμέρα* eiusdem est originis, cuius *ἦμαρ*. Conf. Dammii Lexic. c. 2176. SCHAEF.

* ΦΑΣΜΑ, Visum vel Spectrum.

Subaudiri potest in *Πανικὰ* apud Dionysium Halicarnasseum L. V. pag. 290. edit. Lips. et Polyaenum in Strateg. I, 2. LEISN.

* ΦΕΡΟΜΕΝΟΣ, Qui fertur.

Eusebius Monachus in vita Philippi Presbyt. Agyriensis n. 3. in Actis Sanct. Tom. III. Maii p. 1. *Καὶ περιβαλοῦ τὰ ϛόλιά σου, τὰ ἐν ἐκκλησίᾳ*, scil. *Φερόμενα*: Et indue stolam tuam, qualem in templo (ferunt). SCHOETTG.

ΦΕΡΟΥΣΑ, Ducens.

Deest aliquando hoc participium in *ἡ ὁδὸς, ἡ πύλη, ἡ εἰς* vel *πρός τι*, ut: *ἡ ὁδὸς ἡ εἰς Ἅιδου*: via, (quae ducit) ad Inferos. *Ἡ ὁδὸς ἡ πρὸς σωτηρίαν*: Via, (quae ducit) ad salutem. suppl. *Φέρουσα*. Addidit Aelianus Var. Hist. IX, 19: — *τὴν μὲν εἰς Ἅιδου Φέρουσαν (ὁδόν)*: — hanc quidem ad Inferos ducentem (viam). Et Lucas in Actis Apost. XII, 10: *Ἦλθον ἐπὶ τὴν πύλην τὴν σιδηρᾶν, τὴν Φέρουσαν εἰς τὴν πόλιν*: Venerunt ad portam ferream, quae ducit ad urbem. 295

* Suppletae huius ellipseos exempla varia occurrunt apud Cebetem p. 182. *Ὁδὸς οὐκ ἔϛιν ἐπὶ τὴν ἀληθινὴν παιδείαν ἄγουσα*. coll. p. 186. 189. 197. et Polyb. T. I. p. 879. Aeneam Tact. c. XVII. Sicut autem Graeci dicunt *ἄγει* vel *Φέρει ὁδός*: ita

Digitized by Google

etiam Latini ducit via. Virgilius Ecl. IX. 1. — an, quo via ducit in urbem. SCHWEB.

ΦΘΕΓΜΑ, Sonus.

In neutris adiectivis, quae adduntur verbo *φθέγγεσθαι* et similibus; ut apud Lucianum: *Μικρὸν φθέγγεσθαι καὶ ἰσχνὸν καὶ γυναικῶδες*: Exiguum et tenuem et muliebrem edere (sonum). [Huiusmodi neutra adverbialiter dicuntur. SCHAEF.]

* ΦΙΑΛΗ, Patera.

Subaudias ad voces *ἀργυρᾶς* et *χρυσᾶς* de poculis dictas. Vid. Ruhnken. ad Tim. p. 48. et Pierson. ad Moer. p. 412. Anaxilas Athenaei T. IV. p. 223. mirâ locutione: *καὶ πίνειν ἐξ ἀργυρίδων χρυσῶν*. Conf. Valckenar. ad Euripid. Phoeniss. p. 14. SCHAEF.

* ΦΙΛΗΜΑ, Osculum.

Subintelligi debet in *περιπεταζὸν* et *ἐπιμανδαλωτὸν* apud Aristophanem Acharn. v. 1200. Scholiastes ad ea verba: *εἴδη Φιλημάτων ἐρωτικῶν, ἐν ᾧ δεῖ τὴν γλῶτταν τῶν καταΦιλούντων λείχειν.* LEISN. Neque hîc ellipsis veri nominis obtinet: sed aut e verbo quod praecedit, *Φιλήσατον*, vox *Φίλημα* elicienda est, aut, quod simplicius etiam videtur, neutra illa cum articulo adverbiorum gerunt vices, ut *τὸ καλὸν, τὸ καρτερὸν, τὸ κρήγυον*, aliaque multa id genus. Conf. Bergler. ad Alciphron. p. 148. SCHAEF.

* ΦΙΛΙΑ, Amicitia.

In *συνάγειν* absolute posito sub. *εἰς Φιλίαν* apud Herodian. L. III. c. X. §. 8. Plene idem L. III. c. XIII. §. 8. SCHWEB. Facile caremus hoc additamento. SCHAEF.

Digitized by Google

* ΦΙΛΟΣ, Amicus.

In Pronominibus absolute positis, *ἐμὸς*, *σὸς*, *ἡμέτερος*, *ὑμέτερος*, saepe pro contextus ratione subauditur *φίλος*. [Verum est, talia persaepe dici de amicis: falsum, dici *κατ' ἔλλειψιν* vocis *φίλος*. SCHAEF.] Aristophan. Iren. v. 649.

οὐ γὰρ ἡμέτερός τις ἔτ' ἔς' ἐκεῖνος ἀνὴρ, ἀλλὰ σός.

Sic etiam apud Latinos meus, tuus, noster, vester, quando absolute ponuntur, summam benevolentiam et familiaritatem declarant. [Hemsterhusius in Schraderi Emendation. p. 103. s. „ — Deinde recte, mea. Saepe Terent. Propert. El. seq. Illa meam mihi se iam denegat: et VIII, 32, 42, 44. *τὴν ἐμὴν* Aristaen. 1. 1. p. 6. Pariter tua infra IX, 22. Et nihil iratae posse negare tuae. Horat. Carm. I, XV, 22. Non hoc pollicitus tuae: Helenae. Sic etiam, ad latus esse suae III, XII, 22. et 29. At nostra ingenti etc. Ovid. II. Am. El. V, 26. cupido mollis amica suo ex Codd. notat Heins. pro viro. vid. idem ad Remed. Amor. 492. Frigidior glacie fac videare tuae. *τὰς ἑαυτῶν* Pausan. VIII. p. 604. v. 15." SCHAEF.] Suetonius in Galb. c. XX. Quid agitis, commilitones, ego vester sum, et vos mei. Terentius Eunuch. Act. II. Sc. II. v. 40. Plurima salute Parmenonem summum suum impertit Gnatho. s. amicum. Item in Eusebius Pamphili, quod nomen Eusebius consecutus est, quia homine nullo plus est usus, quam Pamphilo, Ecclesiae Caesariensis Presbytero et Martyre. Unde falso a quibusdam dicitur Eusebius Pamphilus. v. Fabricii Bibl. Gr. Vol. VI. p. 30. SCHWEB.

* ΦΙΛΟΣΟΦΙΑ, Philosophia.

In *Δογματικὴ*, *Ἀκαδημαϊκὴ*, *Σκεπτικὴ*, *Ζητητικὴ*, *Ἐφεκτικὴ*, *Ἀπορητικὴ*, et *Πυῤῥώνιος*. vid. Sextus Empiricus I, 2. LEISN.

Digitized by Google

* ΦΙΛΟΣΟΦΟΙ, Philosophi.

In formula *οἱ ἐκ τοῦ Περιπάτου, οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς*, apud Lucianum. SCHOETTG.

* Addi possunt *οἱ ἀπὸ Λυκείου, οἱ ἀπὸ τῆς Ἀκαδημίας, οἱ ἀπὸ τῆς σκέψεως, οἱ ἀπὸ τῶν κήπων, οἱ ἀπὸ Πλάτωνος.* v. Themistius Orat. XXXII. p. 358. Clemens Alexandr. Strom. L. II. p. 384. Item in *Ἐπικούρειοι, Στωϊκοὶ, Ἀκαδημαϊκοὶ, Κυνικοὶ, Περιπατητικοὶ, Δογματικοὶ, Ἐκλεκτικοὶ, Σκεπτικοὶ*, aliisque sub. *φιλόσοφοι ἄνδρες.* Plene apud Empiric. Pyrrhon. Hypotyp. L. I. c. V. *ὁ Πυρρώνιος φιλόσοφος.* Actor. XVII. 18. *Τινὲς δὲ τῶν Ἐπικουρείων καὶ τῶν Στωϊκῶν φιλοσόφων συνέβαλλον αὐτῷ.* [Phrynichus p. 122. Pauw. *τῶν Στωϊκῶν φιλοσόφων.* SCHAEF.] Hanc ellipsin ubique fere habent etiam Latini. E. g. Cicero de Offic. L. I. c. 1. Sed tamen nostra leges, non multum a Peripateticis dissidentia: quoniam utrique et Socratici et Platonici esse volumus. sub. Philosophi. SCHWEB.

* Saepe subaudiendum non in nominibus solum sectarum, ut in *Ἐπικούρειος, Στωϊκὸς, Σκεπτικὸς* etc. sed et in aliis adiectivis. Sic in epigr. Lucillii l. II. Anth. 52.

Εἶναι μὲν Κυνικόν σε, Μενέστρατε, κἀνυπόδητον.

h. e. esse te quidem, Menestrate, philosophum Cynicum et discalceatum. Alciphron L. I. ep. 3. p. 16. *ἤκουσά τινος τῶν ἐν τῇ ποικίλῃ διατριβόντων ἀνυποδήτων καὶ ἐνεροχρώτων* (sic enim legendum pro *ἐνερόχρωτος*) *ςιχίδιον ἀποφθεγγομένου.* Add. L. III. ep. 14. et conf. Lucian. in Icaromen. p. 189. et in Fugitiv. p. 603: quae loca indicavit b. Elsnerus schediasm. crit. p. 32. F. ST. In Alciphrone Wagnerus recte dedit: *ἀνυποδήτου καὶ ἐνερόχρωτος.* SCHAEF.

Digitized by Google

* ΦΟΡΤΙΑ, Onera, Merces.

In *ἀγώγιμα, τὰ*, quod est sua natura adiectivum, ac plerumque *ἐλλιπῶς* a scriptoribus usurpatur. E. g. Themistius Orat. XXIII. p. 298. B. *Ἤγαγον δ' οὖν αὐτοῖς τὰ ἀγώγιμα.* Iulianus Epist. XXIV. p. 193. *Τὰ ἐξ Ἰνδῶν ἀγώγιμα.* Addita v. *Φορτία* reperitur apud Pausaniam L. III. c. 12. *Φορτίων Φασὶν Ἑλληνικῶν τοὺς Ἰνδοὺς ἀγώγιμα ἄλλα ἀνταλλάσσεσθαι.* SCHWEB. Non addidit Pausanias, sed ut vocem eiusdem, certe similis significationis opposuit. Omnino Schwebelii ratio parum probanda. Moeris p. 52. *Ἀγώγιμα, καὶ Φόρτον, Ἀττικῶς. Φορτία, Ἑλληνικῶς.* Thomas Mag. p. 10. *Ἀγώγιμα κάλλιον, ἢ Φορτία. εἰσὶ δὲ καὶ* [recte omittunt Codic.) *ἀγώγιμα οὐ μόνον τὰ Φορτία, ἀλλὰ καὶ τὰ ἁπλῶς κομιζόμενα.* Add. Boissonad. ad Philostrat. p. 625. SCHAEF.

* ΦΡΟΝΗΜΑ, Animus.

Φρόνημα, animus, subintelligitur in Paeanio, L. VII, c. 14. *τὸ μεγαλόψυχον αὐτοῦ καὶ Φιλόδωρον.* MICH. Imo est pro *ἡ μεγαλοψυχία αὐτοῦ καὶ Φιλοδωρία.* SCHAEF.

* ΦΥΓΗ, Fuga.

In *τρέπειν.* Homerus Iliad. O. v. 261. *Τρέψω δ' ἥρωας Ἀχαιούς.* Onosander c. VI. *Ῥᾳδίως αὐτοὺς τρέπονται.* Plene Polyaenus L. III. c. IX. §. 27. *Καὶ τοὺς πολεμίους ὠσάμενοι, εἰς Φυγὴν ἔτρεψαν.* Paeanius L. II. c. 21. *Τὸν μὲν στρατηγὸν εἰς Φυγὴν ἔτρεψαν.* Item in *κλίνειν* et *ἐγκλίνειν.* Homerus Iliad. E. v. 37. *Τρῶας δ' ἔκλιναν Δαναοί.* ubi schol. Gr. *εἰς Φυγὴν ἔτρεψαν.* Polybius T. II. p. 977. *Πέρας ἐνέκλιναν οἱ βάρβαροι.* Ellipticam hanc formam imitati sunt etiam Latini. Frontinus Strateg. L. II. c. III. §. 3. Totam circuit aciem hostium et avertit. Idem L. II. c. V. §. 31. Scutati erumpunt e saltu, et redeuntes in ordi-

Digitized by Google

nem consternunt, vertuntque. Plene Iustinus L. II. c. XII. Itaque circumspicientes fugam pelluntur Persae, et mox proelio victi in fugam vertuntur. SCHWEB. Εἰς Φυγὴν quoties additur, locutionem rectius abundantem dicas, quam plenam. SCHAEF.

* ΦΥΛΑΚΗ, Carcer, Custodia.

296 Φυλακὴ deest post παραδιδόναι, ut Matthaeus cap. IV, 12. ὅτι παρεδόθη, scil. εἰς Φυλακήν. MICH.

* In ἀπάγειν et ἀπάγεσθαι, absolute positis, interdum subauditur εἰς Φυλακήν. Vid. Budaeus in Commentar. Gr. Lingu. p. 214. [et supra ad v. Ὑβρις. SCHAEF.] Expressam ellipsin habet Polybius T. I. p. 536. Συγχρησόμενοι τοῖς εἰς Φυλακὴν ἀπηγμένοις τῶν ἀνδρῶν. Aeschines κατὰ Κτησιφ. addit δεσμωτήριον. In παραδιδόναι. Matth. IV. v. 12. coll. Marc. I. 14. Plene Actor. VIII. 3. Παρεδίδου εἰς Φυλακάς. et c. XX. 4. Παραδιδοὺς εἰς Φυλακάς. Item in re militari et alibi in Φυλάττειν, custodias agere. Polybius T. I. p. 669. Plene Luc. II. 8. Φυλάσσοντες Φυλακάς. Cum enim τὸ Φυλάττειν plures admittat significationes, equidem in hac significatione, non pleonasticam, sed integram potius plenamque esse orationem existimaverim: ut adeo neutiquam sint audiendi, qui Ebraismum eidem inesse statuunt. V. Wolfium in Cur. Philol. ad h. l. Vol. I. p. 581. SCHWEB. Nihil subaudiendum ad verbum Φυλάττειν, ubi illo sensu dicitur. SCHAEF.

* „Polyb. 1, 53. 59. 5, 18. ὑπὸ τὴν ἑωθινήν. Id. excc. de virtt. 16. p. 61. To. 3. ἐπὶ τῆς ἑωθινῆς. sed Plut. V. Pomp. 68. p. 227. To. 4. et V. Caes. 43. p. 413. To. 4. ἑωθινῆς δὲ Φυλακῆς.“ Fischer. ad Weller. III. 1. p. 264. Vid. Schweighaeuser. ad Polyb. T. V. p. 579. Hîc quoque ad Musgravii rationem, de qua supra ad v. Ἀρχὴ, inclino: ut, plane nihil

subaudiens, *ὑπὸ τὴν ἑωθινὴν, ἐπὶ τῆς ἑωθινῆς*, dicta esse suspicer pro *ὑπὸ τὸ ἑωθινὸν, ἐπὶ τοῦ ἑωθινοῦ*. SCHAEF.

* ΦΥΛΗ, Tribus.

In *Ἐρεχθηΐς, Κεκροπὶς, Αἰγηΐς, Πανδιωνὶς,* [l. *Πανδιονίς.* SCHAEF.] *Ἀκαμαντὶς*, aliisque eiusmodi absolute positis sub. *Φυλή*. v. Pollux L. VIII. c. IX. s. 110. Sic etiam Latini *ἐλλιπῶς*. Horatius L. I. Epist. VI. 52.

— hic multum in Fabia valet, ille Velina.

s. tribu. SCHWEB.

ΦΥΛΛΑ, Folia.

In *προβάλλειν*, producere. Lucas Evang. c. XXI, 30: *Ὅταν προβάλωσιν ἤδη* (suppl. *Φύλλα*): Quum iam (folia) emiserint. De ficubus ibi loquitur. Exprimit hoc pleniore loquutione Matthaeus evang. cap. XXIV, 32. *Ὅταν τὰ Φύλλα ἐκφύῃ*. Aliquando etiam in verbo *προβάλλειν* subintell. *καρπόν*. Vide, quae ad eam vocem diximus.

* ΦΥΡΑΜΑ, Massa.

In illis Matth. XIII. 33. *Ἕως οὗ ἐζυμώθη ὅλον*. coll. Luc. XIII. 20. Plena oratione in ep. ad Galat. c. V. 9. *Μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ Φύραμα ζυμοῖ*. SCHWEB.

* ΦΥΣ, Natus, Ortus.

Euripides Cycl. v. 41. *Πᾷ δή μοι γενναίων μὲν πατέρων, Γενναίων τ' ἐκ τοκάδων*; Musgravius: „Subauditur hic *Φῦσα, βλαστοῦσα*. quam quidem Ellipsin non admodum raram fuisse ostendemus ad Ion. v. 116." ubi legas: *κήπων ἐξ ἀθανάτων*. Musgravius: „Supplendum est *βλαστοῦσα*, vel tale aliquid. Sic Cyclop. v. 41. — — confer Soph. Aiac. v. 191. et v. 202." Theocritus XXII. v. 56. *μήτ' ἀδίκους, μήτ' ἐξ ἀδίκων Φάθι λεύσσειν*. conf. v. 213. *αὐτοί τε κρατέοντε, καὶ ἐκ κρατέοντος ἔΦυ-*

Digitized by Google

σαν. [Ibid. v. 150. suspicor ἀλλοίοις κτεάτεσσιν. Mox v. 168. l. πνοιὴ ἄγοισ' ἀνέμοιο.] — Philostratus Her. p. 4. Boisson. πωλοῖτο δ' ἂν οὐδὲν ἐκ τῆς γῆς. Editor p. 291. „Ad οὐδὲν ἐκ τῆς γῆς subauditur φυόμενον, quod expressit Scholiastes, habetque Xenophon locis similibus, Memor. IV. c. 3. §. 10. τοῖς μὲν ἐκ τῆς γῆς φυομένοις: et c. 7. §. 7. τῶν ἐκ τῆς γῆς φυομένων. Plutarchus de vitioso pudore p. 528. C. ἔνια τῶν ἐκ τῆς γῆς φυομένων. Antoninus Liberal. c. 5. μηδὲν ἐκ γῆς φυόμενον. Hac ellipsi rursus utitur Philostratus infra p. 98. ubi ex codicibus lego: δι' οὗ ἀνίζαται τὰ ἐκ τῆς γῆς πάντα. et Icon. II. c. 17. p. 835. λογιούμεναι αὐτῷ τὰ ἐκ τῆς γῆς. et in Apollon. IV. c. 34. p. 174. ἦν αὐτῇ στέφανος πάντ' ἔχων τὰ ἐκ τῆς γῆς καὶ θαλάττης." Satis commode procedit haec ratio: quamquam, si quis τὰ ἐκ τῆς γῆς neget ἐλλιπῶς dicta esse, non multum repugnem. Sic οἱ ἐκ γῆς καρποί. Vid. Verheyk. ad Antonin. Liberal. p. 20. et Bast. Epistol. Critic. ad Boissonad. p. 73. [Locus ille Antonini si vitio laborat, lenissime corrigas τοὺς μὲν ἐκείνῃ καρποὺς ἔφθειρε. Herodotus VIII. c. 106. ἦν κομίσας τοὺς οἰκέτας οἰκέῃ ἐκείνῃ. Thucydides III. c. 88. οἱ ἐκείνῃ ἄνθρωποι. ubi al. οἱ ἐν ἐκείνῃ. quomodo saepius variatur. Sic in Libanio T. III. p. 280., deletâ praepositione ἐν, ex Thoma Mag. scrib. πάντα τὸν ἐκείνῃ τόπον ἐπῆλθεν. Conf. Bibl. Crit. Amstel. II. 1. p. 25. Philostratus Her. p. 60. τὸ ἐκείνῃ ἱερόν. al. item ἐν ἐκείνῃ. quod noli probare. Add. Boissonad. p. 355.] Similiter τὸν καρπὸν τὸν ἐν τῇ γῇ Herodot. I. c. 17. SCHAEF.

* ΦΥΣΙΣ, Natura.

In singulari formula apud Libanium epist. 45. princ. Ταῦτα ἐγὼ μαντευόμενος, ἐκίνουν σε πρὸς τὴν σεαυτοῦ. Haec ego vaticinatus, excitabam te ad id, quod tuae (indoli erat pro-

Digitized by Google

prium). Vocem *Φύσιν* ibi in notis subintelligit Clar. Ioan. Christoph. Wolfius. (a) SCHOETTG.

* In aliis quoque Ellipsis haec obtinet. Antoninus Liberal. c. II. *Μὴ μεταβαλεῖν.* c. XXXVII. *Αἱ ψυχαὶ δὲ μετέβαλον εἰς ὄρνιθας.* sub. *Φύσιν.* Plene est apud eumdem c. XXI. *Ἡ δὲ μεταβάλλουσα τὴν Φύσιν.* [Vid. supra ad v. *Μορφή.* Scholiastae ad Theocrit. Idyll. II. v. 17. locum haud scio an sine causa iusta tentaverit Bentleius ad Callimach. Fragm. p. 469. SCHAEF.] Herodian. L. I. c. VIII. *Τὴν ἔτι σώφρονα καὶ κόσμιον.* Dio Chrysost. Orat. XVII. p. 252. B. *Παρὰ τὴν σύμμετρον καὶ τὴν προσήκουσαν.* s. *Φύσιν.* SCHWEB. In Herodiani loco post *κόσμιον* Cod. lacunam habet: ut *Φύσιν* aliudve nomen similis significationis excidisse videatur. Ad Dionem autem Reiskius T. I. p. 470. „Post *προσήκουσαν* sine dubio deest *τάσιν* aut *κρᾶσιν*, quicquid Casaubonus repugnat." SCHAEF.

(a) Numquid et in Petri epistola posteriore, c. II, v. 14, in hisce verbis: *ὀφθαλμοὺς ἔχοντες μεστοὺς μοιχαλίδος*, scil. *Φύσεως.* MICH.

* ΦΥΤΟΝ, Planta.

In *χειρώνειον*, *ἡλιοτρόπιον*, *πανακὲς*, *παρθένιον*, et similibus. LEISN.

ΦΩΝΗ, Vox.

Ἀπὸ μιᾶς, ab una, elliptice dictum, pro *ἀπὸ μιᾶς Φωνῆς*, ab una voce. Sic Lucas Evang. c. XIV, 18. *Καὶ ἤρξαντο ἀπὸ μιᾶς παραιτεῖσθαι* 297
πάντες: Et coeperunt una (voce) omnes excusare. (b) quod Paulus Epist. ad Rom. XV, 6. dixit *ὁμοθυμαδὸν ἐν ἑνὶ στόματι.* Potest etiam in hac formula, *ἀπὸ μιᾶς*, intelligi *ψυχῆς* vel *ψήφου*, quas voces vide. [Diodorus Sic. XI. c. 92. *ὅ δὲ δῆμος ὥσπερ τινὶ μιᾷ Φωνῇ σώζειν ἅπαντες ἐβόων τὸν ἱκέτην.* Wesselingius: „Infra L. XVI, 80.

πάντων δὲ καθάπερ τινὶ μιᾷ φωνῇ βοώντων. Aliter paullo Gregor. Nazianz. Orat. IV. p. 113. C. ἅπαντας ὥςπερ ἐξ ἑνὸς συνθήματος καὶ μιᾶς φωνῆς τὸν τῶν Χριςιανῶν ἀναχαλεῖσθαι θεόν." SCHAEF.]

* Plene ἀπὸ μιᾶς φωνῆς occurrit apud Herodian. L. I. c. 4. Eadem ellipsis est in v. ῥήσσειν. Epist. ad Gal. IV. 27. Ῥῆξον καὶ βόησον. Plena locutio est apud Herodotum L. I. c. 85. Ὑπὸ δέους τε καὶ κακοῦ ἔῤῥηξε φωνήν. et L. II. c. 2. Ἥντινα φωνὴν ῥήξουσι πρώτην. [Vid. Valckenar. Animadv. ad Ammon. p. 135. et Iacobs. ad Anthol. Gr. II. 3. p. 585. Ex hebraica lingua repetiisse Ernestium Observat. in Aristoph. Nub. v. 356. p. 15. miror. SCHAEF.] Sic etiam Virgilius Aen. L. II. 129. Composito rumpit vocem. In ἀναφέρεσθαι. Homerus Iliad. T. v. 314.

Μνησάμενος δ' ἀδινῶς ἀνενείκατο, φώνησέν τε.

[Alii de suspiriis intelligunt. Commode comparat Heynius Herodoti I. c. 86. ἀνενεικάμενόν τε καὶ ἀνάξενάξαντα, ἐκ πολλῆς ἡσυχίης ἐς τρὶς ὀνομάσαι. ut locum interpungere malim. Galenus Gloss. Hippocr. p. 63. H. Steph. Ἀναφέρειν δηλοῖ ποτὲ καὶ τὸ ὑπολύζειν ἀναπνέοντα. SCHAEF.] Supplet Musaeus v. 172.

Ὀψὲ δὲ Λειάνδρῳ γλυκερὴν ἀνενείκατο φωνήν.

Sic etiam ἐλλιπῶς Xenophon Ephes. p. 25. Ὀψὲ δὲ ἀνενεγκών, Σιώπα, ἔφη. [Imo h. l. subaudi ἑαυτόν. Recte Interpres: postquam se recepisset. Pausanias VII. c. 17. in. Τὸ δὲ ἔθνος τὸ Ἀττικὸν, ἀπὸ τοῦ Πελοποννησίων πολέμου καὶ νόσου τῆς λοιμώδους ἀνενεγκόν τε καὶ αὖθις ἀνανηξάμενον, κ. τ. λ. ubi mox elue pusillam maculam corrigendo οὐ μὴν Ἕλλησί γε. Plutarchus Mor. T. III. p. 270. τριταῖος ἤδη περὶ τὰς ταφὰς αὐτὰς ἀνήνεγκε. Addito pronomine Aelianus de Nat. Anim. XIII. c. 12. ἀναφέροντες ἑαυτοὺς ἀνεβιώσκοντο.

Digitized by Google

Vid. Villoison. ad Long. p. 210. SCHAEF.] Item in *ἐπέχειν*, continere vocem. Polybius T. I. p. 785. *τὸ μὲν πρῶτον ἐπέσχε.* s. *φωνήν.* [Malim hîc quoque pronomen reciprocum subaudire. Nihil frequentius usu hoc elliptico verbi *ἐπέχειν.* SCHAEF.] In *ἁρμονία*, cum de concentu musico usurpatur, *φωνῶν* subintelligi putat Henr. Steph. in Thesauro Gr. L. T. I. p. 585. SCHWEB.

* Euripides Phoen. v. 333. *δακρυόεσσαν ἰεῖσα.* Brunckius: „Ante et post haec verba distinctum in membr. bene. Construenda sunt in hunc modum: *ἐμὰν λευκόχροα κείρομαι πενθήρη κόμαν, ἰεῖσα δακρυόεσσαν,* supple *βοὴν, φωνήν,* vel quid simile. Non enim aliter ista intelligi possunt.“ In editione Porsoni, cui locus videtur corruptus, iunguntur *δακρυόεσσαν ἰεῖσα πενθήρη κόμαν.* SCHAEF.

(b) Vide ad h. l. Schoettgenii observationem, supra voci *γλῶσσα* subiunctam. MICH.

X.

* ΧΑΛΚΟΣ, Aes.

In *κεκορυθμένος* apud Homerum Iliad. Π. v. 802. Quod idem plene habet Iliad. Γ. v. 18. *Δοῦρε δύω κεκορυθμένα χαλκῷ.* Item in *δεδαϊγμένος* Iliad. Τ. v. 319. teste Eustathio, subauditur *χαλκῷ.* p. 1255. lin. 9. SCHWEB. Possumus subaudire: ut subaudiamus, nihil nos cogit. SCHAEF.

ΧΑΡΙΣ, Gratia. (a)

Accusativus *χάριν* in *ἀποδιδόναι τὴν ὁμοίην.* Herodotus L. VI. c. 21: *οὐκ ἀπέδοσαν τὴν ὁμοίην Συβαρῖται.* [Item IV. c. 119. *τὴν ὁμοίην ὑμῖν ἀποδιδοῦσι.* quo loco utitur Musgravius supra ad v. *Ἀρχή.* Huius rationem probo. Sic in Luciano T. III. p. 407. *ἐκ τῆς ὁμοίας*, quod sine causa *ἐλλιπῶς* dictum videtur Guieto subaudienti *μοίρας, μερί-*

Digitized by Google

δος, λέξεως, (f. λήξεως) est i. q. ἐκ τοῦ ὁμοίου, h. e. ὁμοίως. SCHAEF.]

(a) Deest haec vox in verbo πλοῦτος, quo delectatur Paulus Apostolus, apud quem idem notat, ac πλοῦτος τῆς χάριτος, divitiae, h. e. magnitudo gratiae divinae. Eph. III, 8: Ἐμοὶ ἐδόθη ἡ χάρις αὕτη, ἐν τοῖς ἔθνεσιν εὐαγγελίσασθαι τὸν ἀνεξιχνίαστον πλοῦτον τοῦ Χριστοῦ. Mihi concessa est haec gratia, ut gentibus incomprehensibilem Christi benignitatem praedicarem. Rom. XI, 33: Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως. (b)

Idem observandum de verbo πλουτεῖν. Sic Deus Ro-
298 man. X, 12. dicitur πλουτῶν εἰς πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους αὐτὸν, (benignissimus) erga omnes, qui eum invocant. Supplet autem idem Apostolus πλοῦτος χάριτος, Eph. I, 7. II, 7. et χρηστότητος, Rom. II, 4.

Porro Graeci verba sensuum et adfectuum cum casu gignendi saepe iungunt, et subaudiunt τὸ χάριν. (c) Isocrates princ. Panegyrici: Πολλάκις ἐθαύμασα τῶν τὰς πανηγύρεις συναγαγόντων, scil. χάριν. Ita et Virgilius Aeneid. XI, 126:

Iustitiaene prius mirer, belline laborum.

sc. caussa. SCHOETTG. In Dionysii Halic. Ant. Rom. T. II. p. 995. ex libro Vat. scribendum: θαυμάζειν ἔλεγον τῆς Ῥωμαίων ἀναισχυντίας. Conf. Lennep. ad Phalar. p. 353. Charito p. 29, 2. ἀποσεμνύνειν τὴν γυναῖκα καὶ σεβασμιωτέρας ἢ κατὰ ἄνθρωπον ὁμιλίας. Dorvillius p. 182. „Nempe ἕνεκα. χάριν." Ἕνεκα subaudit Marklandus ad Euripid. Iphig. Taur. v. 1202. Add. Iacobs. ad Anthol. Gr. III. 1. p. 43. Mihi in hac constructione, propria illa talium verborum, nihil subaudiendum videtur. SCHAEF.

(b) Sed circa hunc locum vide, quae contra monet Ioan. Christoph. Wolfius in Curis philologicis ad loc. cit. MICH.

(c) Vel τὸ παρὰ, coll. Paean. L. IV. c. 5. τοσοῦτον παρὰ τῆς ἀνδρείας θαῦμα. MICH.

ΧΑΡΙΣΜΑ, Donum.

Τὸ πνευματικὸν, spirituale, et τὰ πνευματικὰ, spiritualia, defective aliquando occurrunt in Novo Testamento pro τὸ πνευματικὸν χάρισμα, et τὰ πνευματικὰ χαρίσματα. Paulus 1 ad Cor.

Digitized by Google

XII, 1: Περὶ δὲ τῶν πνευματικῶν, ἀδελφοί, οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν: De spiritualibus (donis), fratres, nolo vos ignaros esse. Plenius in Epist. ad Rom. I, 11: Ἐπιποθῶ γὰρ ἰδεῖν ὑμᾶς, ἵνα τι μεταδῶ χάρισμα ὑμῖν πνευματικόν: Desidero enim videre vos, ut aliquod 299
impertiam vobis donum spirituale.

Sic in παλινάγρετον. Homerus Iliad. A. 526: — — οὐ γὰρ ἐμὸν παλινάγρετον. vel ἔπος ibi subaud. ut Eustathius. [Quis h. l. χάρισμα, vocem Homero plane incognitam, subaudiri debere sibi persuadebit? Millies sic pronomina possessiva neutro genere ponuntur, idque alibi aliâ significatione: ad quae si quis nihil subaudiendum censeat, ei facile assentiar. SCHAEF.]

ΧΑΣΜΑ, Hiatus.

In τὸ ἄβυσσον, valde profundum, ut χάσματα in ἄβυσσα. Euripides Phoeniss. 1599:

— εἰς ἄβυσσα χάσματα.

[Neutrum illud sicubi solum legitur, substantivi, ut tot alia neutra, naturam induit, nec quicquam poscit subaudiri: ac si dicas ἡ ἀβυσσία. SCHAEF.]

ΧΕΙΛΟΣ, Ripa.

In τὸ πέραν, ut Lucas in evangel. c. VIII, 22. et alibi, quemadmodum alias ἡ πέραν ὄχθη dicitur, ut apud Arrianum L. V. c. 9. et c. 10. (d)

(d) Παρ' ἑκάτερα, scil. χείλη vel μέρη. Aelianus in Var. Hist. L. III. c. 1: παρ' ἑκάτερα δὲ τοῦ ποταμοῦ, ad utramque (partem vel ripam) fluvii. [Vid. supra ad v. Μέρη. Quas enim ibi locutiones vidimus, illis nostram conferri analogia iubet. SCHAEF.] Supplet hoc verbum Herodotus in Euterpe: Παρὰ τὰ χείλεα, inquit, τῶν τε ποταμῶν, καὶ τῶν λιμνέων σπείρουσι τὰ σιλλικύπρια ταῦτα. BERNH.

* Clarius exemplum exstat apud eumdem in Clio, L. I. c. 185. Παρ' ἑκάτερον τοῦ ποταμοῦ χεῖλος. SCHWEB.

Digitized by Google

XEIP, Manus.

Elegans est Ellipsis vocis *χειρ* in *ἡ δεξιὰ*, dextera: *ἡ ἀριστερὰ*, sinistra: *ἡ ἑτέρα*, altera [v. Ioach. Kuhn. in Ind. Verbor. ad Aelian. Var. Hist. v. Ἕτερος. SCHAEF.]: *ἡ οὐδετέρα*, neutra etc. (e) Sic Lucas in Actis Apost. II, 33: *Τῇ δεξιᾷ οὖν τοῦ Θεοῦ ὑψωθεὶς* (supp. *χειρί*:) Dextra igitur Dei exaltatus. Paulus in epist. ad Ephes. I, 20: *Καὶ ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ* (*χειρί*:) Et collocavit ad dexteram suam. (f)

300 Plato in Sophista dicit, Sophistas esse *ποικίλον θηρίον, καὶ τὸ λεγόμενον, οὐ τῇ ἑτέρᾳ ληπτέον*: Varium animal, nec, ut aiunt, sinistra (manu) capiendum. [Vid. omnino Ioach. Kuhnium l. c. Themistii locum, cui integritatem restituit vir eximius, lenius etiam sanes scribendo *θητέρᾳ*. SCHAEF.] Sic *οὐδετέρᾳ ληπτὸς*, neutra capiendus, scil. *χειρὶ*, manu. Themistius Orat. X: *Καίτοιγε προήγορον οὐδετέρᾳ ληπτόν*: Quanquam patronum illi adhibuerint, qui neutra capi facile posset. (g) Vid. Ampliss. Cuper. Observ. II, 11. qui tamen in hac locutione non *χειρὶ*, sed *μερίδι* intelligi vult; ut et in illo: *Τῇ μὲν ὕδωρ ἐφόρει, τῇ δὲ ἑτέρᾳ τὸ πῦρ*: Una (manu) aquam, altera ignem ferebat. (h) [Moschus Id. II. v. 122. *τῇ μὲν ἔχεν ταύρου δολιχὸν κέρας, ἐν χερὶ δ' ἄλλῃ Εἵρυε πορφυρέας κόλπου πτύχας.* ubi ἄλλῃ dictum *ἐπικῶς* pro *τῇ ἄλλῃ*. Longus p. 64. Vill. *τῇ μὲν τῶν χειρῶν, αἰγὸς, τῇ δὲ, τράγου λαβόμενος*. Villoisonus p. 155. „*Τῇ μὲν τῶν χειρῶν*. Forte hoc *χειρῶν* ut glossema eiiciendum. Supra, p. 52. Edit. Moll. *τῇ μὲν σύριγγα, τῇ δὲ τράγον πηδῶντα κατέχον*, sine *χειρῶν*.“ Potest abesse: si adest, ne deleas. Monui iam ad Long. l. c. p. 373. SCHAEF.]

Χεῖρες in *ἀμφότεραι*, ambae: ut *χερσὶν* in *ἀμφοτέραις*, ambabus. Ex. gr. *Ἀντλεῖν ἀμφοτέ-*

Digitized by Google

ραις, sc. χερσὶ, haurire utraque (manu). Integre ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν dixit Aelianus in Var. Hist. I, 32. Elliptice vero Homerus Odyss. Σ. Κόπτων ἀμφοτέρῃσι: Caedens ambabus (manibus). [Homerus Il. V. v. 416. ἀμφοτέρῃσιν ἀπ' ἰχῶ χειρὸς ὀμόργνυ. Sic Aristarchus. Zenodotus: χερσίν. Vid. Stoeber. ad Thom. Mag. p. 107. a. et nota ad Longi Pastor. p. 405. ubi ne quis scribendum censeat, mutato verborum ordine, ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν, sciat, alterum illum ordinem bene habere. Sic Herodotus I. c. 53. τῶν δὲ μαντηΐων ἀμφοτέρων. Dionysius Halic. Ant. Rom. T. II. p. 878. τῶν κεράτων ἀμφοτέρων. p. 882. ταῖς δυνάμεσιν ἀμφοτέραις. Pausanias VIII. c. 52. ταῖς ναυμαχίαις ἀμφοτέραις. SCHAEF.] Homerus Odyss. K. v. 264:

Αὐτὰρ ὅγ' ἀμφοτέρῃσι λαβὼν ἐλλίσσετο γούνων.

Theocritus Eidyll. VII, vers. 157:

Δράγματα καὶ μάκωνας ἐν ἀμφοτέρῃσιν ἔχοισα.

et Lucianus in Sympos. p. 604: Ζηνόθεμις ἀμφοτέραις, τῇ μὲν τῆς ῥινὸς, τῇ δὲ τοῦ ὀφθαλμοῦ, ἐπειλημμένος. Quae verba insulse admodum reddidit Erasmus: Zenothemis pariter tum oculo, tum aure mutilatus. Sensus enim est: Zenothemis utraque (manu,) altera naso, 301
altera oculo prehenso. Plene ἀμφοτέραις χερσὶ dixit Lucianus in Timon. p. 162: Ἐκφέρουσιν αὐτὸν ἐκ τοῦ συμποσίου, τῆς αὐλητρίδος ἀμφοτέραις ἐπειλημμένον: Efferunt ipsum de convivio, ambabus (manibus) tibicinae inhaerentem. [Non legitur ibi plena locutio. SCHAEF.]

Χειρῶν in ἀδίκων. Nimirum ἄρχειν ἀδίκων dicitur, qui prior lacessit iniuria. At elliptice ἄρχειν ἀδίκων, omissa voce χειρῶν, occurrit apud Aelianum in Var. Hist. I, 14. et Hist. Animal. XVII, 24. quam vocem omittere Aelianum, quando de animalibus loquitur, quae careant mani-

Digitized

bus, notavit Leopardus Emendat. X, 12. Posses etiam in *ἄρχειν ἀδίκων* assumere *ἔργων*, ut Herotus I. p. 3: *Τὸν δὲ οἶδα αὐτὸς πρῶτον ὑπάρξαντα ἀδίκων ἔργων ἐς τοὺς Ἕλληνας.* (i) Vid. Observatt. Miscell. Vol. II. p. 151. [Conf. Leisner. in praefat. In Etymolog. M. c. 53, 36. scribendum videtur: *ἄρχεσθαι χειρῶν ἀδίκων ἢ ἔργων.* SCHAEF.]

* Eadem Ellipsis in sequentibus quoque locum habet. In *τιταίνειν* apud Hesiodum *Θεογ.* v. 209. *Τιταίνοντας ἀτασθαλίῃ μέγα ῥέξαι Ἔργον.* Homer. Odyss. Φ. 53. *Ἔνθεν ὀρεξαμένη.* Plene Iliad. O. 371. *Χεῖρ' ὀρέγων εἰς οὐρανόν.* De v. *ἀνταίρειν* vid. Dionys. Hal. L. VI. p. 378. Plene est apud Libanium Declam. I. p. 196. A. *Χεῖρα ἀνταράμενος.* In *ἀνατείνειν.* Lucian. T. II. p. 556. *Ἀνατείνας εἰς τὸν οὐρανὸν ἤθελεν ὀμνύειν.* In *πέντοζος* apud Hesiod. Ἔργ. v. 742. Plenam et ellipticam locutionem in uno versu sistit Theocritus Idyll. XXII. 119.

Σκαιῇ μὲν σκαιὴν Πολυδεύκεος ἔλλαβε χεῖρα.

Interdum *ἄρχειν* absolute positum reperitur sub. *ἀδίκων χειρῶν.* Onosander c. IV. *Εἰδότες γὰρ, ὡς οὐκ ἄρχουσιν, ἀλλ' ἀμύνονται.* Libanius Declam. I. p. 196. C. *Καὶ οὐκ ἄρχοντες, ἀλλ' ἀμυνόμενοι.* Plenam orationem habet Polybius T. I. p. 184. *Καὶ χειρῶν ἄρχειν ἀδίκων.* et p. 790. *Καὶ ζημίας ἅπαντες τοῖς ἄρχουσι χειρῶν ἀδίκων ἐπιφέρουσι.* In *ἀνέχειν.* Homer. Iliad. Ψ. v. 660. *Μάλ' ἀνασχομένω πεπληγέμεν.* Plene apud eumdem Iliad. Ω. v. 301. *Ἔσθλὸν γὰρ Διῒ χεῖρας ἀνασχέμεν.* In *ἐπιλαβέσθαι.* Actor. XXI. 30. *Ἐπιλαβόμενοι τοῦ Παύλου.* Plene ibid. c. XXIII. 19. *Ἐπιλαβόμενος δὲ τῆς χειρὸς αὐτοῦ.* [*Ἐπιλαβέσθαι τινὸς* non minus plene dicitur quam *ἐπιλαβέσθαι τινὸς τῆς χειρός.* SCHAEF.] In *ἐπιτίθεσθαι.* Actor. XVIII. 10. *οὐδεὶς ἐπιθήσεταί σοι,* sub. *χεῖρας*: uti Latini habent iniicere manus. SCHWEB.

* In *συνάπτειν.* Iosephus Archaeolog. IX, 6.

Digitized by Google

p. 312. *συναψαμένους τὴν χεῖρα.* Sed de bello Iud. III. 6. p. 837. (III. 5. 7. p. 228. Hav.) *οὕτως αὐτῶν συναφεῖς μὲν αἱ τάξεις.* Conf. Bos v. *μάχη.* Add. Sophocl. in Aiace 1336. et ipse Ioseph. Arch. IX. 6. p. 317. Latini dicunt conserere, manus conserere, pugnam conserere. Vide sis locum notabilem Curtii L. III. c. 2. Omittitur etiam in *ἐπιθήσῃ* Act. XVIII. 10. F. ST.

* „Herodo, 7, 43. *ἐν ἀριστερῇ — ἐς ἀριστερὴν χέρα.* Id. ib. 43. *ἐν ἀριστερῇ μὲν — ἐν δεξιῇ δέ.* Theocr. Idyll. 22, 126. *Λαιῇ δὲ στόμα τύψε.* Id. 24, 45. *Κουφίζων ἑτέρᾳ κολεόν.* add. Id. 25, 207. coll. v. 253. Matth. 6, 3. *μὴ γνώτω ἡ ἀριστερά σου, τί ποιεῖ ἡ δεξιά σου.* sed Herodo. 1, 75, 2, 30. *ἐξ ἀριστερῆς χερός.* Id. 7, 112. *ἐκ δεξιῆς χερός* 7, 109. *ἐξ εὐωνύμου χερός.* Hom. Odyss. ρ', 356. *καὶ ἀμφοτέρῃσιν ἐδέξατο.* Ioh. Gram. de diall. p. 71. Bas. *Αἱ ἐλλείψεις τῶν μερῶν τοῦ λόγου Ἀττικῶν εἰσι, καὶ Δωριέων, καὶ Ἰώνων μόνον· οἷον, κόπτων ἀμφοτέρῃσι* [Odyss. σ', 28.] *ἐλλείπει τὸ χερσίν·* quod ipsum praecipitur a Gregor. p. 14. add. schol. Theocriti ad Idyll. 7, 157. At Il. σ', 123. est, *ἀμφοτέρῃσιν χερσί·* et ap. Theophr. charr. 5, 1. *ἀμφοτέραις ταῖς χερσί.*" Fischer. ad Weller. III. 1. p. 264. Euripides Hec. v. 1141. *πολλαὶ δὲ, χειρὸς αἱ μὲν ἐξ ἀριστερᾶς, Αἱ δ' ἔνθεν, κ. τ. λ.* Porsonus: „*δεξιὰν χεῖρα* plene dixit supra 346." Apollonius Rhod. II. v. 120. *ἄρκτου προσχόμενος σκαιῇ δέρος.* Add. var. lect. ad Apocalyps. I. v. 16. 17. SCHAEF.

(e) Ἡ *πλατεῖα*, plana. Aristophanes Ranis vers. 1128: *πλατείαις τυπτόμενος*, scil. *χερσὶν*, ut vult Scholiastes. SCHOETTG. Phrynichus p. 72. Pauw. *τὴν γνάθον πλατείᾳ τῇ χειρὶ πλῆξαι.* SCHAEF.

(f) Supplet Apollonius Rhodius in Argonautic. I. v. 313: *Καί μιν δεξιτερῆς χειρὸς κύσε.* BERNH.

(g) Aristophanes Equit. v. 1081: *ἐμβαλεῖν κυλλῇ,*

scil. χειρὶ, ubi Scholiast. ἐμβαλεῖν τῇ λαιᾷ etc. LEISN. Conf. Brunck. ad Aristophan. Av. v. 1379. SCHAEF.

(h) Χεῖρα in casu quarto omittitur ad verbum ἀντιλαμβάνεσθαι. [Fallitur: nihil hic subaudiendum. SCHAEF.] Significat enim auxilium praestare, aut succurre-
302 re alicui, sumta similitudine per metaphoram ab eo, qui labendis vel vacillantis manum prehendit, ut eum erigat vel a lapsu servet. Aliquoties in N. T. invenimus hoc vocabulum solum positum, ut Act. XX, 35. Luc. I, 54. Docuerunt autem Septuaginta Interpretes, supplendum esse nomen χεῖρα, Ezech. XVI, 49: Καὶ χεῖρα πτωχοῦ καὶ πένητος οὐκ ἀντιλαμβάνοντες. BERNH.

(i) Supplet et ipse Aelianus Var. Hist. II, 9. Sic in verbo παρασείειν subintellige χεῖρας. Theophrastus charact. c. 3. Παρασείσαντα δὴ δεῖ τοὺς τοιούτους τῶν ἀνθρώπων καὶ διαράμενον ἀπαλλάττεσθαι. Id genus hominum extensis (manibus) grandique gradu decet fugere. Supplet autem, quod ad eum locum observat Duportus, Aristoteles de incessu animalium c. 3. οἱ θέοντες θᾶττον θέουσι, κατασείοντες τὰς χεῖρας: Cursores velocius currunt, dimissis manibus. [Eodem modo videntur Graeci διασείειν usurpasse. Hesychius quidem T. II. c. 1320. iungit σπεύδει et διασείει. ubi Ruhnkenius legit διασείεται, haud scio an sine causa idonea. SCHAEF.] Idem Nicomach. IV, 3: Οὐδαμῶς τ' ἂν ἁρμόζοι μεγαλοψύχῳ φεύγειν παρατείναντι. Non convenit magnanimo circumiectis (brachiis) fugere. (k) SCHOETTG.

(k) Χεῖρας omittitur post ἐπιτίθεσθαι, ut Actor. c. XVIII, 10: Καὶ οὐδεὶς ἐπιθήσεταί σοι (τὰς χεῖρας) τοῦ κακῶσαί σε. MICH.

* Item in ἀνταίρειν, quod habet Basilius Magnus in homil. πρὸς τοὺς νέους pag. 321. de Socratis patientia:
303 Ὁ δὲ οὐκ ἀντῆρεν, ἀλλὰ παρεῖχε τῷ παροινοῦντι cet. hic vero non sustulit (manus,) cet. BERNH.

* ΧΕΡΣΟΣ.

Ἄπειρος et ἤπειρος prima notione, in plurali praecipue numero, subintellectum habent χέρσος, qua voce etiam Hesychius ἤπειρος exponit, congruitque vulgata definitio: ἤπειρος, χέρσος γῆ, οἷον ἄπειρός τις οὖσα. Nempe omnis terra est vel νῆσος vel χέρσος. Unde Chersonesus dicta, quae

Digitized by Google

nec continens, nec insula, sed utrumque. Atque hinc *χέρσος* et *θάλασσα* ad se mutuo referuntur, e. g. apud Aeschyl. Pers. 709. Utut vero *χέρσος* proprie adiectivum sit, adiectiva tamen substantivorum loco adhibita in aliis substantivis saepe subintelligi nemo ignorat. Supple ergo e. g. in Epigramm. Iensii 13.

Λουτρὰ καὶ ἠπείρων ἔσσεται ἀμφοτέρων.

Lavacra erunt utriusque continentis, i. e. Africae et Europae, exponente viro docto in Misc. Lips. Nov. Vol. IV. p. 127. 129. [Imo Asiae et Europae, ut bene interpretatur Dorvillius ad Charit. p. 117. Locis in Meletem. Crit. I. p. 37. collectis adde Lycophron. v. 1295. *ἔχθρας δὲ πυρσὸν ἦραν ἠπείροις διπλαῖς.* Tzetzes: — *ἀρχὴ πολέμου γέγονεν Ἀσίᾳ καὶ τῇ Εὐρώπῃ, ταῖς δυσὶν ἠπείροις.* Cerealius III. *κεῖται δ' ἀμφήριτος, Ἀθηνόθεν, εἴτ' ἀπὸ Νείλου Ἦν γένος· ἠπείρων δ' ἄξιος ἀμφοτέρων.* Obiter moneo, Muretum temere reprehendi a I. Gronovio ad Gell. X. 7. cui sane quam miror Ruhnkenium assentiri potuisse ad Mureti Op. T. II. p. 316. SCHAEF.] Nec non in Epigr. 18.

Ἐκ πατέρων εἴη παισὶν πάλι τοῖσιν ἀνάκτων
Ἔμπεδον ἠπείροις σκῆπτρον ἐπ' ἀμφοτέραις.

Agathem. p. 3. *ὅροι ἠπείρων. ἐκλήθησαν δὲ ἤπειροι ἄπειροι.* Et p. 52. *συγκρινομένων δὲ τῶν τριῶν ἠπείρων πρὸς ἀλλήλας.* Herodian. IV. 3. 12. et 17. Addo Apollonium Rhodium Argonaut. II. 978.

Ἡ μέν τ' ἐξ ὀρέων κατανείσεται ἤπειρόνδε
Ὑψηλῶν.

Is in continentem quidem dimanat ex altis montibus. Hoeltzlinus ad h. l. p. 189. scribit: Memorabilis est montium et continentis *ἀντίθεσις.* Scilicet opponuntur, quoniam *χέρσος* proprio significatu subintelligitur, adeoque

Digitized by Google

per ἤπειρον tractus asper, incultus, horridus denotatur. Sic et mox vs. 982. 983.

ὅπῃ κύρσειε μάλιςα
Ἠπείρου χθαμαλῆς, εἰλίσσεται.

F. ST.

* XHPA.

Recte quidam codices apud Millium adiiciunt a Tim. V. 14. in νεωτέρας, manifeste videlicet repetendum ex vs. 11. νεωτέρας χήρας. F. ST.

XITΩN, Tunica.

In ὁ ποδήρης, talaris, ut ἐσθὴς in ἡ ποδήρης. Vide Lucianum Ver. Hist. L. I. p. 648. et L. II. p. 691. (l)

* In χροκωτός. v. Clemens Alexandr. Paedagog. L. II. p. 201. C. ut ἐσθὴς in χροκωτή. SCHWEB.

(l) In ἀμφιμάσχαλος apud Aristophanem Equit. v. 878. quae eadem ellipsi etiam dicitur ἑκατερομάσχαλος, i. e. tunica utrinque manuleata, manicis ab utraque axilla dependentibus. Fuit vestis ingenuorum, quemadmodum ἑτερομάσχαλος vestis servorum. Videantur Hesychius et Scholiastes Aristophanis ad l. c. it. Meursius ad Lycophronem v. 1100. Item in χειριδωτὸς, vestis manicata, qua utebantur hieme. LEISN.

XΛAINA, Laena.

In διπλῇ et δίπλαξ. Homerus Iliad. Γ. 126: Δίπλακα μαρμαρέην. ubi Eustathius: Λείπει ὑφὴν, ἤ τι τοιοῦτον. τινὲς δὲ τὸ χλαῖναν λείπειν Φασίν. Plene Odyss. XIX: χλαῖναν — διπλῆν. [In transcursu moneo, Epigrammatis a Iacobsio Exercit. Crit. T. II. p. 168. editi versu 5. scribendum esse καθάπτετε δίπλακα σειρήν. SCHAEF.]

XOINIX, Choenix.

In phrasi Theocriti, κενεὰν ἀπομάξαι, non dubium est, quin intelligi debeat χοίνικα. ubi Praxinoë, Idyll. XV. v. 95:

Digitized by Google

— — οὐκ ἀλέγω, μή μοι κενεὰν ἀπομάξῃς.
— non vereor, ne mihi vacuam (choenicem) abstergeas.

h. e. ne demensum ad tuum lubitum mihi praebeas, 304
ne iniqua, nimis derasa et inanis, mensura mihi abs te detur in demenso praebendo, ut Salmasius de Modo Usurarum c. IV. Minus recte Brodaeus supplendam putavit loquutionem voce χεῖρα, et Muretus voce κονίαν. [Sensus loci illius Theocritei obscurissimus. Vid. Valckenar. Adnotat. p. 387. sq. iure reprehendens Bosium vereque monens, ellipsin istam vocis χοῖνιξ nullo fuisse exemplo confirmatam. SCHAEF.]

* ΧΟΛΟΣ.

„Marc. 6, 19. ἡ δὲ Ἡρωδιὰς ἐνεῖχεν αὐτῷ· intell. χόλον· quod nomen additum legitur apud Herodo. 1, 118. 8, 27.“ Fischer. ad Weller. III. 1. p. 264. Herodotus VI. c. 119. ἐνεῖχέ σφι δεινὸν χόλον. Vid. Wesseling. p. 631. s. SCHAEF.

ΧΟΡΔΗ, Chorda.

Desideratur vox χορδὴ, chorda, in nominibus illis sive notis musicis, vel chordis citharae, ut Ὑπάτη, Summa, tanquam prima, gravem edens sonum: Παρυπάτη, quae proxima τῇ ὑπάτῃ: Μέση, Media: Παραμέση, Mediae proxima: Τρίτη, Tertia: Νήτη, Ultima, per crasin sic dicta ex Νεάτη. Est autem νεάτη χορδὴ, novissima (citharae) chorda, quae sonum acutum edit. (m)

Genitivus χορδῶν in proverbio: Δὶς διὰ πασῶν: Bis per omnes. Quo res inter se longissimo intervallo dissitas esse significabant. Desumtum ex arte musica, quia ea symphonia est ex chordis, quae longissime inter se distant. Vide paroemiographos.

(m) In παρασείειν et παραπαίειν, πλημμελεῖν, quod

Digitized by Google

notat aberrare in tangendis (chordis). Deinde transfertur et metaphorice subaudiendum τὸ νοῦν, et est delirare, quando mens a sede sua est emota. SCHOETTG.

* ΧΟΡΟΣ, Saltatio.

Callimachus hymno in Delum v. 313: Κύκλιον ὠρχήσαντο. sc. χορόν. In orbem saltabant. Sequitur enim:

— — — χοροῦ δ' ἡγήσατο Θησεύς.
— — chorum vero ducebat Theseus.

Quamvis non negem, commode quoque ὄρχησιν posse subaudiri. SCHOETTG. Commodius etiam plane nihil subaudias, κύκλιον adverbialiter dictum intelligens. SCHAEF.

ΧΡΕΙΑ, Res, Usus.

Εἰς πᾶσαν subinde ponitur pro εἰς πᾶσαν χρείαν, vertiturque omnino; in omni re; ad omnia. Plutarchus in Pompeio: Ὧι δελεασθεὶς ὁ δῆμος, εἰς πᾶσαν ἤδη πιθανὸς αὐτοῖς ἐγεγόνει. Quo inescatus populus in omni (re) iam facilis ipsis evaserat. [Plutarcheum locum vir doctus videtur Vigero sublegisse, quem vide de Idiot. 3 10, 4. Legitur is T. III. p. 806. Reisk. ubi sunt qui scribendum censeant εἰς πάντα. Mihi videtur eodem sensu vulgata lectio ex Musgravii ratione, de qua supra ad v. Ἀρχή, sic ut nihil subaudias, satis commode explicari posse. SCHAEF.]

* In ἀναγκαίη apud Homerum Iliad. Δ. v. 300. Supplet v. χρειὼ idem Iliad. Θ. v. 57. Χρειοῖ ἀναγκαίῃ. SCHWEB. Ad priorem Homeri locum Heynius subáudit μοῖρα s. αἶσα. Mihi nihil subaudiendum videtur. Productior haec est forma substantivi: cuiusmodi formas plures, reliquas illas ex prisca Graecorum lingua, Ias novit, nec plane ignorat Atthis. Conf. Dorvill. ad Charit. p. 736. Wesseling. Dissert. Herodot. p. 138. (ad Herodot. p. 69, 23. 134, 79.)

Digitized by

et Fischer. ad Weller. I. p. 85. qui quam simul commemorat vocem σεληναίη, eius in Platonis Cratylo p. 47. Fisch. (p. 87. Heind.) tam absonum etymon traditur, ut non mirer, si etiam tristissimus Platonica illa legens frontem exporrigat. Tyrtaeus ap. Pausan. IV. c. 14. Φέροντες ἀναγκαίης ὑπὸ λυγρῆς. Callimachus H. in Del. v. 122. Ἀναγκαίη μεγάλη θεός. quod compares cum Herodoteo illo VIII. c. 111. ὡς ἥκοιεν Ἀθηναῖοι περὶ ἑωϋτοὺς ἔχοντες δύο θεοὺς μεγάλους, Πειθώ τε καὶ Ἀναγκαίην. SCHAEF.

ΧΡΗΜΑ, Res, Negotium.

Ellipsis vocis χρῆμα frequens est in adiectivis neut. gen. ut apud Homerum Iliad. B. 204:

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη — — — — —
Non bonum est multorum imperium. —

Laërtius: Πιστὸν γῆ, ἄπιστον θάλασσα: Fidum terra, infidum mare. Paulus 2 Cor. II, 6: Ἱκανὸν τῷ τοιούτῳ ἡ ἐπιτιμία αὕτη, supp. χρῆμα: Sufficiens tali (negotium) est haecce obiurgatio. Plenius Lucianus Advers. Indoct. p. 392. Σκόπει τοίνυν, ὡς ἱερὸν χρῆμα ἡ συμβουλή: Proinde considera, quam sit res sacra consilium. Latini similiter omittunt negotium, ut in illis: Triste lupus stabulis. et, Varium et mutabile semper femina. [Additur etiam πρᾶγμα, it. τι: quae malim dicere ex abundanti addita esse, quam, si quid huiusmodi desit, locutionem habere pro elliptica. Conf. Fischer. ad Weller. III. 1. p. 310. Ceterum ad talia neutra librarii passim offenderunt, sic ut aut genera exaequarent, aut alias turbas facerent. Vid. Bastium ad Platon. Sympos. p. 144. Schneider. ad Xenophont. Cyropaed. V, 4, 49. Talibus locis, optimorum auctoritate librorum, illa constructio vel tenenda vel restituenda. Rursus diligenter cavendum, ne invitis scriptoribus hanc elegantiam scilicet obtrudamus.

Digitized by Google

Vid. Brunck. ad Epigr. adesp. CCCCXXIX. (Lect. et Emend. p. 280.) Porson. ad Euripid. Orest. v. 626. ad Phoeniss. v. 1705. SCHAEF.]

306 Aelianus Var. Hist. VIII, 12: *Παράδοξόν γε, οὐ γὰρ ἀληθές; ἐκπεσόντος Δημοσθένους ἐν Μακεδονίᾳ.* (Res) mira est, nonne profecto? Demosthenem orationi suae excidisse in Macedonia. Plenus sermo esset: *Παράδοξόν γε χρῆμά ἐστιν, οὐ γὰρ ἀληθὲς* (i. e. *κατ' ἀληθὲς ἔργον*, vel *ἀληθῶς*,) *Δημοσθένους.* Mirum, quantum illud *ἀληθὲς* torserit viros doctos, quorum alii eiicere maluerunt, alii legere *ἀλλ' ἀληθὲς*, cum omnia sint sana et eleganter dicta. Scil. *τὸ ἀληθὲς* heic adverbialiter sumitur, est enim Atticis *ἐπίῤῥημα θαυμαστικὸν*, idemque notat quod *ὄντως*, ut recte docet Scholiastes Aristophanis ad Nubes p. 173. et ad Ran. p. 252. v. 864:

Ἀληθὲς, ὦ παῖ, τῆς — — — — —

ubi Scholia: *ἐν ἐρωτήσει, ἀντὶ ὄντως.* Videatur Thomas Magister, et quae nos ad vocem *Ἀληθὲς* ibi diximus. Sensus igitur Aeliani est: Res mira est, nonne profecto? Plane, ut in vernacula nostra vulgo dicimus, *Niet waar?* Illud ipsum Graecorum *Οὐ γὰρ ἀληθές;*

Subauditur etiam *χρῆμα* in genitivo, qui Atticis absolute ponitur, sive praecedat vocula *ὦ, φεῦ*, vel *ὄντως*, sive non, ut, *ὦ τοῦ βίου, τῆς τύχης, ὄντως εὐδαιμονίας* etc. Plene, *ὦ χρῆμα τοῦ βίου*: O res vitae etc. [Fallitur. Nihil hîc subaudiendum. Ceterum huius usus particulae *ὄντως* vellem Bosius exempla dedisset. Pro *ὦ* scribe *ὤ*. Vid. Bastius ad Platon. Sympos. p. 86. et in Epist. Crit. ad Boisson. p. 212. 230. SCHAEF.]

Item ante *ἐνδέχεται*, pro fieri potest, usu venit, convenit, subintelligi putamus *χρῆμα*, ut sit *χρῆμα ἐνδέχεται*, res vel usus admittit, capit. Interpres Vulgatus vertit ca-

Digitized by Google

pit, Ellipsi vocis res vel usus, apud Lucam in Evang. cap. XIII, 33: Ὅτι οὐκ ἐνδέχεται, προφήτην ἀπολέσθαι ἔξω Ἱερουσαλήμ: Quia non capit, prophetam perire extra Ierusalem. 307

Sic in ἀνένδεκτόν ἐςι deest χρῆμα. Lucae evang. c. XVII, 1: Ἀνένδεκτόν ἐςι, μὴ ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα: Fieri non potest, ut non veniant scandala. Apud Synesium: κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον, sc. χρῆμα: prout (res) admittebat.

In εὖ, καλῶς, πῶς ἔχει. E. gr. Καλῶς ἔχει, bene habet, integre: τὸ χρῆμα καλῶς ἔχει ἑαυτό: res bene sese habet. Sic πῶς ἔχει τοῦ σώματος; plene: πῶς ἔχει ἑαυτὸ τὸ χρῆμα τοῦ σώματος; quo pacto se habet res corporis? (n)

* Ex hac ellipsi concipitur illa Grammaticorum regula: Adiectiva neutra cum Articulo esse Substantivorum instar. Re vera in eiusmodi exemplis est Ellipsis v. Χρῆμα, quam frequenter expressam reperimus. Herodot. Clio c. XXXVI. Συὸς χρῆμα γίνεται μέγα. Aelianus V. H. L. I. c. 3. Σοφὸν χρῆμα τοῦ βατράχου Αἰγυπτίου. [In Aeliano legitur: Σοφόν τι ἄρα χρῆμα ἦν γένος βατράχων Αἰγυπτίων. quae verborum structura habet quod iure reprehendas. Sed Schwebelius plane intolerabilem fecit. SCHAEF.] Theocritus Idyll. XV. v. 83. Σοφόν τι χρῆμ' ἄνθρωπος. Quam dicendi rationem imitantur etiam Latini. Sic Phaedrus L. IV. fab. VII. Si qua res esset cibi. Item suppressa latet haec vox in κοινὸν, res publica. Dionysius Hal. L. V. p. 320. Τὸ κοινὸν τῶν Λατίνων. Quod sequitur Horatius L. II. Od. XV. 13.

Privatus illis census erat brevis:
Commune magnum.

Plene apud Ciceronem ad Divers. L. I. ep. VIII. De

Digitized by Google

toto statu rerum communium cognosces. Vid. not. ad Onosandr. c. XXXV. SCHWEB.

* Horum vocabulorum [*χρῆμα, κτῆμα*] trita plane ellipsis est. Neglectum censeri etiam potest alterutrum in phrasi *ἐκ τῶν ἰδίων* in lapidibus saepissime obvia, e. g. ap. Smith. p. 21. 29. Item in *περιττά*. Aelian. V. H. XIV. 32. *τὰ γὰρ περιττὰ τούτων*. Plutarch. in Cat. mai. p. 346. *τοὺς τὰ περιττὰ κεκτημένους*. Plenius Xenoph. L. VIII. Cyrop. p. 211. *τὰ περιττὰ χρήματα* dixit. Observante haec Elsnero Schediasm. crit. p. 69. *Ταμίας* aerarii subintellectum habere *χρημάτων*, quod alibi additur, docet H. Stephanus Thes. L. Gr. h. v. F. ST.

(n) Item, *οὕτως ἔχει*, ut Lucas in Actis Apostol. c. VII, 1: *εἰ ἄρα ταῦτα οὕτως ἔχει*; sc. *ἑαυτά*. MICH.

Χρήματα, Opes, Pecuniae. (o)

In *τὰ πατρῷα*. Aelianus Var. Hist. XIII, 11: *Κληρονόμος τῶν πατρῴων*, sc. *χρημάτων*: Patrimonii haeres. (p) [In Dionys. Hal. Ant. Rom. T. II. p. 663. mutatâ interpunctione corrig. *ὥςπερ τὰ πατρῷα ἀποζεροῦμενοι, καὶ οὐ τὰ ἀλλότρια ἀποδιδόντες· οἱ δὲ ἀνειμένοι τῶν εἰςφορῶν κ. τ. λ.* De particulis *καὶ οὐ* sic positis v. Viger. Idiot. 8, 7. extr. SCHAEF.]

Similiter in *οἱ ἔχοντες*, qui habent, intell. *χρήματα*, pecunias. Usitatum est optimis Auctoribus, phrasi hac elliptica, *οἱ ἔχοντες*, designare divites. Sic Comicus Pluto v. 596:

— — — — *Φησὶ γὰρ αὕτη,*
Τοὺς μὲν ἔχοντας καὶ πλουτοῦντας δεῖπνον κατὰ μῆνα προπέμπειν.
— — — — nam ipsamet inquit,
Opulentos et divites quovis mense sibi apponere coenam.

[Leg., ut recentiores editiones habent, *κατὰ μῆν' ἀποπέμπειν*. SCHAEF.] Vid. Kuster. ad Plut. v. 596.
308 Idem in Equitib. vers. 1291:

Digitized by Google

Φασὶ γὰρ αὐτὸν ἐρεπτόμενον
Τὰ τῶν ἐχόντων ἀνέρων,
Οὐκ ἂν ἐξελθεῖν ἀπὸ σιπύης.
Namque ferunt comedentem hominem
Bona atque opes praedivitum,
A penu non posse revelli.

Isocrates Areopag. Καὶ ταῖς παρὰ τῶν ἐχόντων ὠφελείαις: Et utilitatibus, quae proficiscuntur a divitibus. ubi τῶν ἐχόντων pro τῶν ἐχόντων τὰ χρήματα. (r) quod imitati etiam sunt Latini. Cicero Famil. VIII, 29. Quod simus, quod habeamus. (s)

(Contra ea pauperes (t) dicuntur οἱ μὴ ἔχοντες, 1 Cor. XI, 22.) (u)

Euripides Alcestide vers. 58:

Πρὸς τῶν ἐχόντων, Φοῖβε, τὸν νόμον τίθης.
Divitibus legem ponis. (v)

Verbum Φυλάττειν etiam absolute ponitur pro Φυλάττειν τὰ χρήματα, res suas vel bona servare. Plutarchus alicubi: Τοῖς παισὶ τοῖς πλουσίοις οἱ πατέρες Φυλάττειν παραινοῦσιν: Filios divites hortantur parentes, ut servent (sua bona). Sic etiam ἀγείρειν et ἐπαιτεῖν. Lucian. Pseud. ὥσπερ οἱ τῇ μητρὶ ἀγείροντες. et in Asino: καὶ τὴν θεὸν ἐπαιτεῖν ἀναγκαζόντων. Plura exempla vide apud Amplissimum Cuperum Observation. L. III. c. 4. (y)

In τὰ δυνατὰ, pro viribus. Aristophanes in Concionatr. v. 856. p. 749: Τὰ δυνατὰ γὰρ δεῖ 309
τῇ πόλει ξυλλαμβάνειν: Pro viribus enim civitati (opem) ferre oportet. Plena loquutio est, κατὰ τὰ δυνατὰ χρήματα.

Similiter in τὰ ἐνόντα, apud Lucam Evang. XI, 41. Πλὴν τὰ ἐνόντα δότε ἐλεημοσύνην: Veruntamen pro (viribus) date eleemosynam. (z) [Hîc non magis, quam ad τὰ δυνατὰ, ista vox subaudienda. Omnino viri docti eâ mire abutuntur

Digitized by Google

ad explendas ellipses, quas temere confinxerunt. SCHAEF.]

* In κλοπὴ τῶν δημοσίων s. χρημάτων. Dionysius Halic. L. IV. p. 217. Οἱ κατανοσφιζόμενοι τὰ δημόσια. Plene Herodian. L. VII. c. IX. 22. Χρημάτων ἰδιωτικῶν καὶ δημοσίων ἁρπαγῆς. Sic etiam Latini in repetundis et repetundarum subaudiunt pecuniis, pecuniarum; cuius ellipseos ubique sunt exempla. Cicero ad Divers. L. VIII. ep. VIII. De repetundis saucius Pilio tradetur. Plene idem pro Cluentio c. LIII. Te lege pecuniarum repetundarum non teneri. In ἀγαθὰ, quod aeque ac Latinorum bona omnis generis facultates et copias interdum significat. Luc. I. v. 53. Πεινῶντας ἐνέπλησεν ἀγαθῶν. In παιδικὰ, τά. Themistius Orat. XI. p. 144. Supplet Maximus Tyr. Dissert. XVIII. s. 10. Τὰ παιδικὰ χρήματα. In Inscriptionibus antiquis saepius occurrit ἐκ τῶν ἰδίων ἀνέθηκεν. sub. χρημάτων. vid. Inscriptio apud Sponium in Itiner. T. III. p. 206. Cum 1 Corinth. XI. v. 22. eleganter conspirant illa Stobaei p. 503. v. 15. Κακὸς δ' ὁ μὴ "χων, οἱ δ' ἔχοντες ὄλβιοι. v. Cl. Valckenar. ad Euripid. Phoen. v. 408. In τὰ ὑπάρχοντα. Matth. c. XXV. 14. Non enim satisfacit τὸ ἀγαθὰ, quod ipsum adiectivum est, et suppressum habet πράγματα, vel χρήματα. SCHWEB.

* „Aeschin. p. 415. To. 1. ἐκ τῶν τῆς πόλεως· intell. χρημάτων· quae p. 419. dicuntur τὰ δημόσια χρήματα. Arist. Plut. 569. πλουτήσαντες ἀπὸ τῶν κοινῶν· schol. Dorvil. ἀπὸ τῶν δημοσίων χρημάτων. Lys. 16. p. 577. To. 1. τῶν πατρώων, et ibid. p. 617. τὰ πατρῶα. Isae. p. 46. To. 7. τῶν παππώων." Fischer. ad Weller. III. 1. p. 264. s. SCHAEF.

(o) Lucas in evang. c. VI, 30: ἀπὸ τοῦ αἴροντος τὰ σά. MICH.

Digitized by Google

Paulus ad Romanos c. XV, 27: *εἰ γὰρ τοῖς πνευματικοῖς (χρήμασιν) αὐτῶν ἐκοινώνησαν τὰ ἔθνη, ὀφείλουσι καὶ ἐν τοῖς σαρκικοῖς (χρήμασι) λειτουργῆσαι αὐτοῖς.* MICH.

(p) Lucianus Somnio pag. 2: *τὰ δὲ ἡμέτερα μικρὰ εἶναι*, (opes) nostras exiguas esse. Et paullo post: *ἔχειν τὰ ἀρκοῦντα παρὰ τῆς τέχνης*, sufficientes (opes) per artem comparare.

Sic in *νοθεῖα*, (pecuniae,) quae nothis liberis dantur, et *ὑποφόνια*, quae poenae loco amicis occisorum dantur. Utrumque occurrit apud Harpocrationem. SCHOETTG. (q)

(q) In *τὰ προσιόντα*, i. e. reditus. Aristophanes Vesp. v. 662. Additur *τὸ χρήματα* Eccles. v. 707. In *διάφορα*. 2 Macc. I. et III. et *τὸ διάφορον*, scil. *χρῆμα*, apud Theophrastum Charact. c. 10. In *πρεσβεῖα*, in *πρυτανεῖα*, i. e. sacramentum. vid. Scholiasten Aristophanis ad Nub. v. 1134. Vocem *νοθεῖα* elliptice ponit Ari- 310
stophanes Avibus v. 1655. LEISN.

(r) Confer plenam constructionem in Lucae evangelio, cap. XVIII, 24: *οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες*. MICH.

(s) Eodem, quo Graeci, participio usus est Lactantius Divinar. Instit. lib. V. c. VIII. „Et habentium pia et religiosa collatio non habentibus subveniret." BERNH.

(t) Sicuti divites *οἱ ἔχοντες*. MICH.

(u) Hoc tamen loco Knatchbull abesse putat vocab. *δεῖπνον* in animadv. ad Novum Testamentum. Neque id iniuria, me quidem iudice; nam commode id nomen arcessitur ex praecedente sermone. BERNH.

(v) *Κτήματα* quoque in *οἱ ἔχοντες*, ut patet e Matth. evang. c. XIX, 22. *ἦν γὰρ ἔχων πολλὰ κτήματα*. (x) SCHOETTG.

(x) Quemadmodum Graeci saepe in verbo *ἔχω* omittunt *χρήματα*, vel *κτήματα*, vel *πράγματα* etc. ita Latini hoc faciunt in verbo habere. Phaedr. III. Prolog. Quamvis curam habendi penitus corde eraserim. Ovidius de Arte Am. 541. Fast. I, 195. Thucydides l. III, 72. supplet per *πράγματα*. Nam et *πράγματα* interdum sunt facultates, opes, divitiae. Vid. Moeris Atticista sub voc. *χρήματα*, et Observat. Miscell. Vol. VII. T. III. p. 410. LEISN.

(y) In *αἰτεῖν*, *αἴρειν* et *ἀπαιτεῖν*. Primum enim 311
significat, rogare aliquem, ut det sibi pecuniam mutuam: alterum est, accipere pecuniam mutuam: tertium, reposcere pecunias alteri da-

Digitized by Google

tas. In singulis deest vocabulum *χρήματα*. Occurrunt autem verba haec Luc. VI, 30. Idem fieri debet in *δανείζειν* et *ἀπολαμβάνειν* vers. 34. l. c. et in *ἀποδοῦναι* Luc. VII, 42. In *ὑπερεκτίνειν*. Lucianus Dial. Char. et Men. *Νὴ Δία ὀναίμην, εἰ μέλλω γε καὶ ὑπερεκτίνειν τῶν νεκρῶν*. Ubi planior sermo hoc modo foret: *εἰ μέλλω γε καὶ ἐκτίνειν χρήματα ὑπὲρ νεκρῶν*, si pro mortuis erogare etiam velim (pecunias). BERNH.

(z) Vid. Lamb. Bos Exercit. ad h. l. Hesychius: *Ἐνὸν, ἐνυπάρχον, ἢ δυνατόν ἐςιν*. SCHOETTG.

* Item in *τὰ ὄντα*, quod pro substantivo vulgo accipitur. Supplendum autem esse *τὰ χρήματα*, Euripides probat in Hel. vers. 941:

Ὄντων ἐν οἴκοις χρημάτων ὀνήσομαι.

BERNH.

* Χρημάτων.

Ad vocabulum *περιουσία*, quod proprie et primum significat id, quod apud alterum est, sive quod habetur. Opus autem est vocabulo, quod, quale sit quod habetur, indicet et finiat. Ad vocabulum igitur *περιουσία* addendum *χρημάτων*, quasi dicatur habitio sive possessio opum.
312 Plene ita dixit Thucydides L. I. *Περιουσίας μᾶλλον ἔχουσαι χρημάτων*, plus opum acquirentibus. BERNH.

* ΧΡΗΣΤΗΡΙΟΝ, Oraculum.

Saepius *ἐλλιπῶς* utuntur voce *χρῆσθαι* vel *χρᾶσθαι*, oraculum petere ad consulendum, [imo: oraculum consulere. SCHAEF.] scriptores, e. g. Homerus Odyss. Θ. v. 81. Λ. v. 164. Expressit vero Herodotus L. VI. c. 70. *Ἐς Δελφοὺς χρησόμενος τῷ χρηςηρίῳ πορεύεται.* SCHWEB. In priori poëtae loco cum praecesserit *Φοῖβος Ἀπόλλων*, subaudi *αὐτῷ*: nam dicitur etiam *χρῆσθαι θεῷ*. In posteriori dativus iam additus est: *Ψυχῇ χρησόμενον Θηβαίου Τειρεσίαο.* Itaque sine causa Schwebelius hos locos inter *ἐλλιπεῖς* retulit. SCHAEF.

Digitized by Google

ΧΡΟΝΟΣ, Tempus.

Annumeranda et haec vox illis est, quae crebrius lectori subaudiendae relinquuntur. Sic (aa) in *ἄγει τὴν ἡμέραν*, supp. *χρόνος*, ut Luc. evang. c. XXIV, 21. — *τρίτην ταύτην τὴν ἡμέραν ἄγει σήμερον, ἀφ' οὗ ταῦτα ἐγένετο.* Tertium huncce diem agit hodie (tempus,) a quo haec facta sunt. id est, tertius hodie dies est, vel tertius hodie agitur dies. Sic cap. XIII, 35: *Ἕως ἂν ἥξῃ, ὅτε εἴπητε*: pro, *ἕως ἂν ἥξῃ χρόνος*: Usquedum venerit (tempus.) Item in *ἔξιν, ὅτε*, pro aliquando, ut sit, *ἔξι χρόνος, ὅτε*, est tempus, quando. (bb) [Sic etiam tempore praeterito, item futuro. Stasinus in Schol. ad Homer. Il. I. v. 5. *Ἦν ὅτε μυρία φῦλα κατὰ χθόνα —*. Pindarus Fragm. ex Dithyr. IV. *Ἦν ὅτε ὗας Βοιώτιον ἔθνος ἔνεπον.* Meleager XXII. *Ἦν καλὸς Ἡράκλειτος ὅτ' ἦν ποτε.* Ordo verborum: *Ἦν ποτε ὅτε Ἡράκλειτος ἦν καλός.* Aliter Iacobsius (etiam in Addend. p. 374.): vereor ut recte. Sequitur hîc *νῦν δὲ*, ut in eiusdem Meleagri poëm. XXVII. extr. in Glauci poëm. I. et in Aenigm. XVIII. v. 5. Similiter Leonidas Alexandr. XXVII. *Ἦν ὁπότε γραμμαῖσιν ἐμὴν Φρένα μοῦνον ἔτερπον, — —· Ἀλλὰ τανῦν πάντεσσιν ἐράσμιος.* Apollonidas I. v. 5. *ἔσσεθ' ὅτ' οὐ πιόμεσθα πολὺς πολύς.* ut egregie palmarius ille Codex. Hesychius T. I. c. 1643. *Ἦν ὁπότ' ἦσαν. ἔν τινι ποτὲ ἦσαν.* ut bene Musurus, cuius mentem miror Schowium non perspexisse. Add. Markland. ad Euripid. Suppl. v. 1145. Addito v. *χρόνος*, Linus Diogenis Laërt. Prooem. 4. *Ἦν ποτέ τοι χρόνος οὗτος, ἐν ᾧ ἅμα πάντ' ἐπεφύκει.* Euripides Sisyph. Fragm. I. in. *Ἦν χρόνος, ὅτ' ἦν ἄτακτος ἀνθρώπων βίος.* Magnus Medicus Epigr. *Ἦν χρόνος, ἡνίκα γαῖα βροτοὺς διὰ σεῖο, Γαληνὲ, Δέχνυτο μὲν θνητοὺς, κ. τ. λ.* Similiter Moschio Stobaei T. I. p. 240.

Digitized by Google

Heer. *ἦν γάρ ποτ' αἰὼν κεῖνος, ἦν, ὁπηνίκα Θηρσὶ διαίτας εἶχον ἐμφερεῖς βροτοί.* Theocritus Idvll. XXIV. v. 84. *ἔξαι δὴ τοῦτ' ἄμαρ, ὁπανίκα νεβρὸν ἐν εὐνᾷ Καρχαρόδων σίνεσθαι ἰδὼν λύκος οὐκ ἐθελήσει.* Callimachi Choliambi in Fragm. Bentl. p. 459. *Ἦν κεῖνος ὀὐνιαυτὸς, ᾧ τό,τε πτηνὸν, Καὶ τοὺν θαλάσσῃ, καὶ τὸ τετράπουν οὕτως Ἐφθέγγεθ', ὡς ὁ πηλὸς ὁ Προμηθῆος.* SCHAEF.]

* Graecam locutionem *ἄγει τὴν ἡμέραν*, s. *χρόνος*, fere expressit Horatius L. II. Sat. II. 83.

Sive diem festum rediens advexerit annus.

In *μέχρι μεσονυκτίου* Actor. XX. 7. sub. *χρόνου*. Esse enim *μεσονύκτιος*, *ὁ*, *ἡ*, adiectivum, probat Anacreon Od. III. v. 1. *Μεσονυκτίοις ποθ' ὥραις.* [*Μεσονυκτίου* illud est neutrius generis, nec quidquam subaudiendum. Conf. Valckenar. ad Theocr. Dec. Idyll. p. 104. s. SCHAEF.] In *διατριβή*. Cebes p. 21. edit. Gron. *Μέχρι μέν τινος (χρόνου) ἡδεῖα δοκεῖ εἶναι ἡ διατριβή.* Plene habet Thucydides L. III. c. 38. *Καὶ χρόνου διατριβὴν ἐμποιησάντων.* Aelianus V. H. L. I. c. XXXII. *Τῷ παρόντι.* Plene *ἐν τῷ παρόντι χρόνῳ.* In *ἐν τούτῳ*, *ἐν τῷδε*, interea. Theocritus Idyll. I. v. 14. Supplet Xenophon Ephes. p. 20. *Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ. Ἐν ἀκαρεῖ.* Themistius Orat. VII. p. 86. D. Plene Onosander c. X. p. 59. *Ἀκαρὴς χρόνος. Ἐν βραχεῖ χρόνῳ.* Polybius T. I. p. 274. Porro in *ἐν τῷ παρόντι* s. *χρόνῳ*, uti similiter Latini in praesenti pro in praesenti tempore. v. Cicero ad Divers. L. II. ep. 10. Haec ad te in praesenti scripsi. Sic etiam Aeschines advers. Ctesiphont. p. 55. *Ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις.* Et pro *ὀλίγον* idem plene habet *ὀλίγον χρόνον.* Iliad. Ψ. v. 418. Perfrequentem esse huius ellipseos imitationem etiam apud Latinos, e. g. in aeterno, arcano, tutissimo, consulto, commodo, cotidio, hesterno, verno, aliisque innumeris

Digitized by Google

vocibus, docet Burmannus ad Ovid. Amorum L. III. eleg. III. v. 11. SCHWEB.

* Huius quoque vocis ellipsis vulgaris est; observanda interim in τὸ πᾶν. Aeschyl. in Choëph. 682. εἰς τὸ πᾶν ἀεὶ ξένον, supple χρόνου, quod idem addit Eumen. 673. πιστὸς εἰς τὸ πᾶν χρόνου, ut observat cl. Abresch. p. 455. Sic et ἐν ἀκαρεῖ, scil. χρόνου. Conf. cl. Valckenaer ad Ammon. p. 19. Sic denique in τὸ ἑξῆς idem genitivus. ἐν τοῖς ἑξῆς χρόνοις dixit Polybius L. XVII. c. 35. Strabo L. VIII. p. 580. per ellipsin simili phrasi dixit τοῖς δ' ὕστερον, scil. χρόνοις, ut notat Elsnerus Schediasm. Crit. p. 152. Idem deest Luc. XII. 1. in ἐν οἷς. Τὸν ἑξῆς αἰῶνα habet Heliodorus Aethiop. X. 39. F. S T.

* „Andoc. 2. p. 82. To. 2. ἐν τῷ τότε· sed p. 81. ἐν τῷ τότε χρόνῳ· ut Isocr. ad Nic. p. 63. To. 1. dixit, διὰ παντὸς τοῦ χρόνου. Herodo. 7, 59. ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου. Plat. Gorg. 58 p. 195. ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ. Aeschyl. Perss. 715. ἐν βραχεῖ χρόνῳ. Lysi. 2. p. 50. To. 1. ἐξ ὀλίγου, ut ἐκ πολλοῦ Isocr. Paneg. p. 133. To. 1. Sic δηρὸν Theogn. 47. h. e. μακρὸν χρόνον, καὶ ἐπὶ πολύ. v. Observatt. Miscc. Vol. 5. To. 3. p. 85. Isocr. Panath. p. 321. To. 2. τούτῳ διετέλουν τριετῆ μαχόμενος." Fischer. ad Weller. III. 1. p. 265. Add. Dorvill. ad Chariton. p. 360. cui suboluit, huiusmodi locutiones, quas vulgo explent voce χρόνος, partim generis neutrius esse. Ad has autem nihil subaudiendum. — Monui supra ad v. Περίοδος, χρόνος subaudiri posse ad v. ἑξάμηνος, τρίμηνος, alia id genus. Reinesius Inscript. p. 499. ad Marm. Arund. „V. 68. leg. ἐν διμήνῳ, bimestri spacio, in bimestri. Δίμηνον ut τρίμηνον, τετράμηνον." Igitur pro neutris habuit: quod et ipsum bonum. Sophocles Oedip. Tyr. v. 1136. ἐπλησίαζεν τῷδε τἀνδρὶ τρεῖς ὅλους Ἐξ ἧρος εἰς ἀρκτοῦρον ἐμμήνους χρόνους. al. ἐκμήνους. Mutato spiritu scribo

Digitized by Google

ἐκμήνους. A veris initio, quo tempore greges in illis terris τὰ ϛαθμὰ relinquebant, ad ortum Arcturi sex menses erant. Conf. Polybius T. IV. p. 367. Στρατοκλέους πρυταγεύοντος τὴν δευτέραν ἔκμηνον. Schweighaeuserus Lex. Polyb. p. 195. a. „Ἔκμηνος, ἡ, scil. ἀρχὴ vel ὥρα, semestre imperium, semestre tempus.“ (Obiter moneo, eiusdem fabulae v. 1247. scribendum me suspicari: τὴν δὲ τίκτουσαν λίποι Τοῖς οἷσιν αὐτοῦ δυστέκνῳ παιδουργίᾳ, 'γοᾶτο δ' εὐνὰς, κ. τ. λ. Sic Pindarus Isthm. VII. v. 9. ὁπότ' Ἀμφιτρύωνος ἐν θυρέτροις Σταθεὶς ἄλοχον μετῆλθεν Ἡρακλείοις γοναῖς.) SCHAEF.

(aa) Sic δείλης, itemque ἑσπέρας, et Latinis vesperi, scil. χρόνῳ, Germanis *des Abends*, pro *zur Abendszeit*. MICH. Fallitur. Genitivi illi ipsi per se tempus significant. SCHAEF.

(bb) Abest ad tempora Grammat. Iustinus Martyr παραιν. πρὸς Ἕλλ. p. 38. de partic. ὤν in eo, quod ad Mosen Deus dixit: אהיה אשר אהיה, haec dicit: Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν, τῆς ὢν συλλαβῆς οὐχ ἕνα μόνον δηλούσης, ἀλλὰ τοὺς τρεῖς, τόν τε παρεληλυθότα, καὶ τὸν ἐνεστῶτα, καὶ τὸν μέλλοντα. Ubique pleno sermone dicendum foret: οὐχ ἕνα μόνον χρόνον δηλούσης etc. BERNH. R. Stephan. οὐχ ἕνα χρόνον δηλ. bene. v. Sylburg. p. 97. Hutch. SCHAEF.

Χρόνου.

In multis deest, ut: Ἐξ οὗ, apud Homerum
313 Iliad. A. [Diodor. Sic. Eclog. T. II. p. 518, 41. Aeschylus Eumen. v. 25. ἐξ οὗτε Βάκχαις ἐστρατήγησεν θεός. Epigr. adesp. CLXXXIII. ἐξ οὗ δὴ τιμὰς Φυτάλου γένος ἔσχεν ἀγήρως. SCHAEF.] Ἀφ' οὗ, a quo, supp. χρόνου, tempore. Xenophon Κύρ. Παιδ. I, 7. [Vid. Aristophan. Amphiar. Fragm. V. SCHAEF.] (cc)

Ἐκ τούτου, ab hoc, scil. tempore. Aelianus Var. Histor. L. II, c. 18. [Euripides Electr. v. 1271. Musgr. ἵν' εὐσεβεστάτη Ψῆφος βεβαία τ' ἐστὶν ἐκ τούτου θεοῖς. ex emendatione Piersoni, quem vide Verisim. p. 248. Homer. Hymn. in Cerer. v. 440.

Digitized by Google

ἰκ τοῦ οἱ πρόπολος καὶ ὀπάων ἔπλετ' ἄνασσα. SCHAEF.] (dd) Ἐξ ἑωθινοῦ, a (tempore) matutino. Aristophanes Thesmophor. v. 2. p. 764. [Malim hoc pro neutro habere, quod derivandum sit a τὸ ἑωθινόν. Idemque, opinor, valet in alia, quae vulgo, ut ἐλλιπῆ, huc referunt. SCHAEF.] Ἐξ ἱκανοῦ, scil. χρόνου, a multo (tempore), sive iam dudum. Lucas in evangel. c. XXIII, 8. (ee)

Ἀπ' ἐκείνου, (ff) vel ἐξ ἐκείνου, ab illo (tempore), ubique reperies. [Dionysius Halic. Ant. Rom. T. II. p. 787. ἐξ ἐκείνου καλεῖται Καπιτωλῖνος ὁ τόπος. ubi Cod. Vat. plene: ἐξ ἐκείνου καλεῖται τοῦ χρόνου Καπιτωλῖνος ὁ λόφος. Praefixo articulo neutrius generis, Lucianus T. I. p. 744. καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου εὐδαιμονοῦσι. p. 750. τὸ ἀπ' ἐκείνου καθεύδει. Similiter p. 752. τὸ ἀπὸ τοῦδε ἀρξάμενος. Sic enim scribendum. Add. Dorvill. ad Charit. p. 360. Philemon Iustini Mart. de Monarch. p. 161. Hutch. ἀπὸ τοῦ, ab hoc inde tempore. quod vel solum versus illos νοθείας convincat. Conf. Luzac. Exercit. Academ. p. 138. Antipater Sidon. VII. extr. ἐμοὶ δ' ἀπὸ τῆς οὐκ ἔτι τερπνὸν ὕδωρ. Iacobsius: „ἀπὸ τῆς, τότε νυκτὸς subaudi.“ Malim sic intelligere, ut ἐξ αὐτῆς intelligendum mihi videri, supra ad v. Στιγμὴ monui. SCHAEF.] Ἐκ πλείονος, et πρὸ πλείονος. Thucydides Histor. L. V. p. 338: ἦλθον ἐκ πλείονος. ubi Scholiastes: πρὸ πλείονος χρόνου.

Sic in διὰ μακροῦ, διὰ πολλοῦ, post magnum vel multum, sc. temporis spatium. [Conf. Leisner. praefat. SCHAEF.] Διὰ παντὸς, per omne (tempus), semper; quae voces in unam conflatae aliquando leguntur, διαπαντός. Διὰ παντὸς τοῦ χρόνου plene dixit Plato epist. 4. Διὰ βραχέος, ut Latini brevi, Dio Cassius Histor. Rom. L. XXXVI. p. 10. Δι' ἐλαχίστου dixit idem L. XLII. p. 208.

Digitized by Google

Μέχρι τινὸς, usque ad (tempus) aliquod. Cebes in Tabula. [Dionysius Halic. Ant. Rom. T. II. p. 831. μέχρι τίνος χρόνου ταῦτα πάσχοντες ὑπομενοῦμεν; SCHAEF.] (gg) [Ἔν τινι Hesychius T. I. c. 1643. SCHAEF.]

Πρὸ πολλοῦ, multo ante. [Diodorus Sic. XIV. c. 43. τούτους γὰρ ἔκρινε συμφέρειν μὴ πρὸ πολλοῦ μισθοῦσθαι. Longus p. 93. Vill. κριθία μετροῦντας οὐ πρὸ πολλοῦ λελικμημένα. Addito τινὸς idem p. 87. ἐγεγόνει δὲ αὐτοῖς ἄῤῥεν παιδίον οὐ πρὸ πολλοῦ τινος. Sequente genitivo Lucianus T. III. p. 396. Πρὸ πολλοῦ τῆς ἑορτῆς. Xenophon Ephes. p. 57. Loc. οὐ πρὸ πολλοῦ τοῦ σε ἰδεῖν. Sic p. 58. πρὸ ὀλίγου τοῦ τὸ λῃστήριον ἁλῶναι. Artemidorus IV. c. 42. οὐ πρὸ πολλοῦ τοῦ ἐν Ῥώμῃ ἀγῶνος. SCHAEF.] Πρὸ τοῦ, antehac. quod Attici uno verbo προτοῦ dicunt, ut saepius Aristophanes. [Vid. Reiz. de Accent. Inclin. p. 15. Add. Heyn. ad Apollodor. p. 864. ed. prior. SCHAEF.] (hh)

Ὀλίγου, δι' ὀλίγου, ἐξ ὀλίγου, paululum. Comicus in Lysistr. p. 839. Ἐπαναμείνωμεν ὀλίγου. Exspectemus paulisper. ubi Bisetus:
314 Ὀλίγου, τὸ πλῆρες, χρόνου. Immo τὸ πλῆρες est, δι' ὀλίγου χρόνου. [Aristophanes Ran. v. 1046. ἀλλ' ἐπὶ σοί τοι καὶ τοῖς σοῖσιν πολλὴ πολλοῦ 'πικαθοῖτο. diu. Lucianus T. I. p. 476. διὰ πολλοῦ ἀναθεωροῦντες. per multum tempus. Sed T. II. p. 220. διὰ πολλοῦ est post longum tempus. Vid. ad h. l. Reitz. Add. Villoison. ad Long. p. 240. SCHAEF.]

Προϊόντος apud Theocritum pro προϊόντος χρόνου, Idyll. XIV. vers. 18:

Ἤδη δὲ προϊόντος ἔδοξ' ἐπιχεῖσθαι ἄκρατον.
Iam vero procedente (tempore) visum est infundere merum. (ii)

Addidit v. χρόνου Xenophon Κύρ. Παιδ. I, 27: Προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, ὁ μὲν Ἀσυάγης ἐν τοῖς

Digitized by Google

Μήδοις ἀποθνήσκει: Procedente vero tempore, Astyages in Medis moritur.

Similiter in participio χειμαίνοντος. [Imo hoc verbum illis annumerandum, quae recensuimus supra ad v. Ζεὺς et Θεός. SCHAEF.] Theocritus Idyll. IX. v. 19:

— — — — — ἐν πυρὶ δ' αὖαι
Φαγοὶ, χειμαίνοντος.
— — — — — in igne et aridae Fagi (tempore) hiemis.

* Ἐπὶ τοῦ παρόντος. Aristo Theophili ad Autolyc. III. 5. p. 298. Wolf. de quo fragmento v. Luzac. Exercit. Academ. p. 144. SCHAEF.

(cc) Ἕως οὗ, si in interrogationibus adhibeatur, pro quo usque; extra hunc usum, pro usque dum. Palaephatus ἀπίστων κεφ. δ. BERNH.

(dd) Sic etiam Ioannes evangel. c. VI, 66. et XIX, 12. SCHOETTG.

* Ἕως τούτου, scil. χρόνου, interim, sive quoad hoc tempus, hoc tempore. Lucas in evang. c. XXII, 51. BERNH.

(ee) Ἐκ πολλοῦ. Quod plene dicitur in Γαλεομυο- 315
μαχία: Ἐκ πολλοῦ χρόνου ἐνόμιλον. BERNH.

* Ἐξ ἀϊδίου, scil. χρόνου, ab aeterno. Leo Imp. Serm. de resurrectione Christi p. 303: ἦν μὲν ἐξ ἀϊδίου συνὼν τῷ τεκόντι: Christus ab aeterno erat apud patrem suum. Supplet Paulus in epist. ad Roman. c. XVI, 26: ἐν χρόνοις αἰωνίοις. SCHOETTG.

* Adde ἐξ ὑπογυίου, scil. χρόνου, subito, ex tempore. Aristoteles Ethic. L. I. LEISN.

* Ἔκπαλαι, pro ἐκ τοῦ πάλαι ὄντος χρόνου, ab antiquo tempore. Petrus in posteriore epistola c. III, 5. SCHOETTG. Non probanda haec ratio. Sic praepositiones saepius adverbiis iunguntur. SCHAEF.

(ff) Sic et Theophrastus princip. Characterum: ἀπὸ νέου, haud longo abhinc tempore.

Idem observandum in ἀπὸ διετοῦς, a biennii (tempore). Matth. evangel. c. II, 16. Supplet autem Longus Pastoral. I, p. 5: ἤδη δὲ διετοῦς χρόνου διϊκνουμένου, quum biennii tempus iam praeteriisset. SCHOETTG.

Digitized by Google

* Ἀπὸ τοῦ (χρόνου) νῦν (ὄντος), ab hoc (tempore). Lucas evang. c. XXII, 60. Ἀπ' ἄρτι, sc. χρόνου ὄντος. Ioannes in evangel. c. I, 52. BERNH.

* Lucas in evang. c. XXIII, 8. ἀπὸ πολλοῦ. Paulus ad
316 Galat. c. VI, 17: τοῦ λοιποῦ, pro ἀπὸ τοῦ λοιποῦ χρόνου. Raphelius in Annot. ex Xenophonte. MICH.

(gg) Sic et in his: Καθόλου, vel καθ' ὅλου, omni, scil. tempore. Artemidorus Oneirocritic. L. III, 53. Paulus in epist. ad Roman. c. I, 13: ἄχρι τοῦ δεῦρο. Herodianus Histor. L. I, c. 12, n. 7: κατ' αὐτὸ, scil. χρόνου: quod suppletur ibidem n. 1. SCHOETTG. De κατ' αὐτὸ v. supra ad v. Καιρός. Etymol. M. c. 225, 38. τῶν μὴ κατ' αὐτὸ βεβιωκότων. Bene Sylburgius corrigit κατὰ ταὐτὸ, uno eodemque tempore. SCHAEF.

(hh) Item in πρό του, pro πρό τινος, indefinite ante aliquod (tempus). Aelianus Var. Hist. VIII, 11. SCHOETTG.

* Ἕως τίνος, pro Ἕως τίνος χρόνου, quousque, Exod. X, 3. alibique frequentissime. BERNH.

(ii) Sed illud προϊόντος apud Theocritum cum Scholiasta expleverim potius per πότου, quam χρόνου. vid. supra voc. πότος. LEISN.

Χρόνον.

In διατρίβειν, morari, terere tempus. Comicus Pluto v. 413. p. 44. Μὴ νῦν διάτριβε, scil. τὸν χρόνον: ne nunc (tempus) teras. Et in ἐπέχειν, quod saepe etiam absolute, pro subsistere vel morari, occurrit. Aristophanes Nub. III, 2. Ἐπίσχες, subsiste. Xenophon Κύρ. Παιδ. V. Ἐγὼ γὰρ ἐπισχήσω: Ego enim morabor. Additur in Actis Apost. XIX, 22. Ἐπέσχε χρόνον (kk) εἰς τὴν Ἀσίαν.

Item in καθ' ὅσον, εἰς ὅσον et ἐφ' ὅσον, (ll) in quantum. Plena enim loquutio est: εἰς ὅσον
317 χρόνον, vel potius: ἐπὶ vel εἰς τοσοῦτον χρόνον, εἰς ὅσον. Sic fere Sophocles in Philoctet. v. 1072:

Χρόνον τοσοῦτον, εἰς ὅσον.
Tempus tantum, in quantum.

Ἐφ' ὅσον χρόνον dixit etiam Paulus ad Roman. VII, 11: Ὅτι ὁ νόμος κυριεύει τοῦ ἀνθρώπου, ἐφ' ὅσον

Digitized by Google

χρόνον ζῇ: Legem dominari homini, in quantum tempus vivat.

Item in *δηρὸν* (mm), vel *ἐπὶ δηρὸν*, in longum (tempus). Eustathius ad Iliad. 1: *Ἐπὶ δηρὸν ἐλλειπτικῶς εἴρηται, ἀντὶ τοῦ, ἐπὶ πολὺν χρόνον.* (nn) [Sunt haec neutrius generis, ut multa alia id genus. SCHAEF.]

Et in *μικρὸν* et *κατὰ μικρὸν*, ut apud Ioannem evang. XVI, 17: (oo) *Μικρὸν, καὶ οὐ θεωρεῖτέ με*: Paululum, et non videbitis me. Perperam Doctiss. Pasor in Lexico: *Μικρὸν*, sc. *χρόνου*, parum, inquit, sive paulum, sive paululum temporis restat. Est ergo in eo loco adverbium. Primo fatetur ellipticam esse loquutionem, dein adverbium statuit *μικρόν*. Haec quomodo conciliari possint, non video. Certum est, *μικρὸν* non esse adverbium, sed adiectivum nomen, in quo substantivum *χρόνος* subaudiendum, non quidem in casu secundo, ut vult Pasor, sed quarto. Integra enim loquutio est: *κατὰ μικρὸν χρόνον*. Additur *χρόνον* in eodem Evang. VII, 33. *Ἔτι μικρὸν χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμί*: Abhuc paulisper vobiscum ero. (pp) *Κατὰ μικρὸν* est apud Aelianum Var. Histor. XIV, 29. (qq) [Xenophon Cyrop. in. *κἂν ὁποσονοῦν χρόνον ἄρχοντες διαγένωνται*. Hunc locum citans Aristides *χρόνον* omisit: quapropter hoc nomen in Zeuniana uncinis inclusum. Dio Cassius T. II. p. 1142, 34. *εἰ καὶ ἐφ' ὁποσονοῦν ὀσφραίνοιτό τι αὐτοῦ*. SCHAEF.]

Similiter *πλείονα* dicunt, pro *κατὰ πλείονα* 318
χρόνον. Artemidorus in Oneirocritici L. V: *Ἔζησε δὲ οὐ πλείονα*: Non diutius vixit.

Ceterum *χρόνον* cum *πρὸς* videtur subintelligi posse in *ἄχρις ἑσπέρας*, *ἄχρι μεσημβρίας*, *μέχρις ὥρας τρίτης*. ut integra sit loquutio: *ἄχρι πρὸς χρόνον ἑσπέρας*, usque ad tempus ve-

Digitized by Google

sperae etc. Vide praeposit. Πρός. (rr) [Fallitur. Nihil in talibus locutionibus subintelligendum. SCHAEF.]

* Sophocles Electr. v. 1075. *τὸν ἀεὶ — στενάχουσ'*, —. Brunckius: „*τὸν ἀεὶ*, subauditur *χρόνον*. — — — Glossae in codd. *τὸν ἀεί. χρόνον δηλονότι.*“ Plene Herodotus I. c. 54. extr. *ἐς τὸν ἀεὶ χρόνον*. Plato T. X. p. 242. in. *εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον*. Cum illo Sophoclis loco Hermannus ad Orph. p. 331. b. comparavit alterum Oed. Col. v. 1583. *ὡς λελοιπότα Κεῖνον τὸν αἰεὶ βίοτον ἐξεπίσασο.* ad *τὸν αἰεὶ* item subaudiens *χρόνον*. Vereor, ut recte. Mihi quidem haec verba, *τὸν αἰεὶ βίοτον*, per linguae leges non videntur divelli posse. *λελοιπότα τὸν αἰεὶ βίοτον*, opinor, est i. q. λ. τ. β. *εἰς αἰεί*. Sic ibid. v. 1619. *τὸν λοιπὸν βίοτον* est i. q. τ. β. *εἰς τὸ λοιπόν*. — Charito p. 64, 1. *συνῆλθε δὲ εἰς ἐκεῖνον οὐ μόνον τὸ Μιλησίων πλῆθος*, κ. τ. λ. Dorvillius p. 360. „*εἰς ἐκεῖνον. χρόνον.* — — — — si quid mutandum, legerim *ἐκείνην*. nempe *ἐκκομιδήν*.“ Ego vero, si quid mutandum, malim *ἐκεῖνο*. Subaudi, si paullo cupidius sectaris ellipses, *καιροῦ*. [In Cod. Vatic. ap. Iacobs. Prolegom. in Anthol. Gr. p. LI. et in Schol. ad Hermogen. citatis a Matthaeo ad Dionys. Hal. T. V. p. 458. corrigendum *κατ' ἐκεῖνο καιροῦ*.] SCHAEF.

(kk) Sed accusativus ille *χρόνον* non videtur a verbo *ἐπέχειν* pendere, sed ab subaudita praepositione *κατά*, sicut in *χρόνον τινὰ ἐπιμεῖναι πρὸς ὑμᾶς*, 1 Corinth. XVI, 7. etc. Malim subaudire pronomen reciprocum *ἑαυτὸν*, seipsum inhibuit, repressit, i. e. moratus est. MICH. Verissime. SCHAEF.

(ll) 'Εφ' *ὅσον* occurrit in Matthaei evang. c. IX, 15. MICH.

(mm) Quod recte dici patet ex Euripidis Orest. v. 55. Δαρὸν (quod pro *δηρὸν αἰολικῶς* dicitur) *ἐκ Τροίας χρόνου ἄλαισι πλαγχθείς*. Idem in Iphig. Aul. v. 680: Μέλλουσα δαρὸν *πατρὸς ἀποικήσειν χρόνον*. BERNH. Homer. Hymn. XXVIII. in Minerv. v. 14. *δηρὸν χρόνον*. SCHAEF.

Digitized by Google

(nn) In τελευταῖον, tandem. Chrysostomus homil. 2. in Epist. ad Philemonem pr. et in ὕςερον. SCHOETTG.

* Item in ὀλίγον, quod plene dicit Musaeus in Leandro: Ἀλλ' ὀλίγον ζώεσκον ἐπὶ χρόνον: sed breve tempus fuerant superstites. Ubi in latino sermone item ἐλλειπτικῶς dicitur: breve tempus, pro, ad breve 319
tempus. BERNH. Longus p. 67. Vill. πόνων τε ἀπηλλαγμένοι πρὸς ὀλίγον, κ. τ. λ. 1. Timoth. IV. 8. ἡ γὰρ σωματικὴ γυμνασία πρὸς ὀλίγον ἐςὶν ὠφέλιμος. ad q. l. Palairetus p. 466. „Notetur praeterea Ellipsis in Formula Πρὸς ὀλίγον. sc. καιρόν. Ad breve. sc. tempus. quomodo etiam accepit Syrus Interpres merito a Cl. Casaubono laudatus. Diogenes Laërt. Lib. V. c. 2. p. m. 499. Ἀπεδήμησε πρὸς ὀλίγον. Secessit ad breve. sc. tempus. Addit Dionys. Halic. A. R. Lib. V. p. m. 303. Ἐν ξένῃ γῇ πρὸς ὀλίγον καιρόν. In peregrina terra ad breve tempus." Malim ὀλίγον in hac similibusque formulis pro neutro habere. Conf. Porphyr. de vita Pythag. p. 44. Kust. εἰ γάρ τις — — καταθείη πρὸς ὀλίγον. Sequitur continuo, item neutro genere, εἶτ' ἀποζὰς ἐπανέλθοι μετ' οὐ πολύ. Quod si probaveris, non miraberis πολυσημασίαν talium locutionum. Sic ἐπ' ὀλίγον, quod passim de tempore dicitur, (conf. Dorvill. ad Charit. p. 570.) alibi est paullum, nonnihil. Diodorus Sic. I. c. 81. γράμματα δ' ἐπ' ὀλίγον διδάσκουσιν. Interpres: literas strictim docent. Idem Eclog. T. II. p. 524, 13. ἐκεῖθεν δ' ἐλαττοῦσθαι ἤρξατο ἐπ' οὐκ ὀλίγον. non parum. Marcellinus de Thucyd. vita p. 6. med. ἐζήλωσε δὲ ἐπ' ὀλίγον — καὶ τὰς Γοργίου τοῦ Λεοντίνου παρισώσεις, κ. τ. λ. Interpres: nonnihil. Δι' ὀλίγου, quod alibi de tempore dicitur, (mox: e. g. Lucian. T. I. p. 846. Pausan. III. c. 2. IV. c. 16.) locis haud paucis spatium indicat. Thucydides III. c. 21. ἐκ δὲ τῶν πύργων ὄντων δι' ὀλίγου καὶ ἄνωθεν ςεγανῶν τὴν Φυλακὴν ἐποιοῦντο. Scholiastes: Δι' ὀλίγου. ἀντὶ τοῦ ἐγγύθεν. Philostratus Her. p. 32. Boiss. δι' ὀλίγου γὰρ ἦν ἐς τὴν Λῆμνον. Add. Musgrav. ad Euripid. Phoen. v. 1133. (Obiter videamus locum Xenophonteum Histor. Gr. in. Μετ' ὀλίγον δὲ τούτων. Schneiderus: „Post verba μετ' ὀλίγον Koeppen inserit ὕςερον." Male. Fefellit virum optimum constructionis ratio. Hanc aliquot exemplis illustremus. Iosephus Ant. Iud. I. c. 22. θνήσκει δὲ καὶ Ἴσακος οὐ μετὰ πολὺ [al. μετ' οὐ πολὺ, quod praeferam.] τῆς ἀφίξεως τοῦ υἱοῦ. Clemens Alex. p. 388, 18. Pott. μετὰ ἑκατὸν τεσσαράκοντα ἔτη τῶν Τρωϊκῶν. v. 19. μετὰ ἔτη ἑκατὸν τῆς Ἰωνικῆς ἀποικίας. p. 389,

Digitized by Google

8. μετὰ ἔτη ὀγδοήκοντα τῆς Ἰλίου ἁλώσεως. v. 11. μετὰ τὸ ἑκατοστὸν ἔτος τῆς Ἰλίου ἁλώσεως. v. 14. μετὰ ἔτη πεντακόσια τῶν ἐπὶ Ἰλίῳ στρατευσάντων. [Huius loci meminisse debebam supra ad v. Στρατεύσας.] Theodoritus Eccles. Hist. I. c. 26. in. μετὰ μῆνας πέντε τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου. Philostratus Her. p. 194. μετὰ τέτταρα καὶ εἴκοσιν ἔτη τῶν Τρωϊκῶν. p. 196. μετὰ χρόνον τῶν Τρωϊκῶν οὔπω ἱκανὸν ἐξαμαυρῶσαι τὰ ἐν τῇ Τροίᾳ. Lucianus T. III. p. 513. μετ' οὐ πολὺ γοῦν τῆς συκοφαντίας. Ibid. p. 53. ediderunt: μετὰ εἰκοσὴν ἡμέραν, ᾗ ἐτάφη. Al. ἧς. Verissime. Dele igitur comma post ἡμέραν. Add. Kypk. Observ. in N. F. T. I. p. 394.) SCHAEF.

(oo) Sed vide notata nostra ad voc. διάστημα. Immo μικρὸν l. c. est nominativus et neutrum, quia ponitur absolute, faciens integrum membrum periodi, et sequitur καὶ, quod sequi vix posset, si ellipsis ita supplenda veniret: κατὰ vel ἐπὶ μικρὸν χρόνον. Deinde si sic, μικρὸν διάστημα χρόνου ἐστὶ, id utique adverbialiter exponi potest, adhuc parum est. Unde ne sic video, peccavisse Pasorem. Sic Septuaginta in Ieremiae c. LII, (28) 33: ἔτι μικρὸν, καὶ ἥξει ὁ ἀμητὸς αὐτῆς. Esaias cap. XXIX, 17: Οὐκέτι μικρὸν, καὶ μετατεθήσεται ὁ Λίβανος, ὡς τὸ ὄρος τὸ Χαρμελ. Liquet id ex analogo μετὰ βραχὺ (non βραχέα). Lucas evang. c. XXII, 58. MICH.

(pp) Adde: et c. XII, 35. Sed neque hic, neque illic, sequitur καί. MICH.

(qq) Παρὰ μικρόν. Lucianus Somnio pag. 5. παρ' ὀλίγον. Vide I. H. Maium Observat. Sacr. lib. I. p. 65. SCHOETTG.

(rr) Ἕστε et ἕς τε ἄν, pro usque dum. Aelianus Var. Hist. XIII, 31. ἕστ' ἂν ὁ διώκων ἀπῆλθεν, donec persecutor abiisset, pro ἐς χρόνον, ᾧ ὁ διώκων ἀπ. usque ad tempus, quo p. ab. SCHOETTG. In Aeliano corrige ἕστε ὁ δ. ἀ. Conf. Schneider. ad Xenoph. Anab. p. 144. 146. Sic etiam in Philostr. Her. p. 234. confusa ἕστ' ἄν et ἕστε. Vid. Boisson. p. 627. Ceterum mira Schoettgenii ratio, quam noli probare. SCHAEF.

320 * In ἐν ἀκαρεῖ deest vel χρόνῳ, vel patrius casus χρόνου. Vid. Observ. Miscellan. Vol. V. p. 62. Spanhemius ad Aristophanis Plut. v. 244. LEISN.

Χρόνῳ.

In ἐν τῷ νῦν, (ss) hoc (tempore,) et ἐν τῷ τότε, tunc, illo (tempore). Lucianus Charidem.

Digitized by Google

p. 792: Τοὺς ἐν Ἀρκαδίᾳ ζεύξας, ἐν τῷ τότε τοὺς ταχίστους ἵππους: In Arcadia quum iunxisset equos, tunc (temporis) velocissimos. [Pausanias IX. c. 1. συνέβη τε ἐναντία τοῖς Πλαταιεῦσιν ἐν τῷ τότε ἡ τύχη, ἢ ὡς κ. τ. λ. Statim: Θηβαῖοι δὲ ἐν τῷ τότε ἀφελόμενοι μὴ ἐξελθεῖν σφᾶς ἐς τὸ τεῖχος. ad q. l. Facius: „ἀφελόμενοι. scil. τὸ ἄξυ, ὥξε μὴ etc.“ Fallitur. Nihil enim subaudiendum, sed arcte iungenda verba, ἀφελόμενοι μὴ ἐξελθεῖν. Hoc perinde dictum, ac quod modo praecessit: ἀπείργοντες — μὴ ἐξελθεῖν. Sic l. VIII. c. 52. τὸν μὲν τὰ ὕστερον ἀφεῖλεν ἀδικήματα εὐεργέτην μὴ ὀνομασθῆναι τῆς Ἑλλάδος. ubi, partim praeeunte Codice Mosc., scribendum: ἀφείλετο ἀδικήματα. Conf. Wyttenbach. ad Plutarch. de S. N. V. p. 20. Idem l. III. c. 2. ὡς ἐν τῷ τότε λόγῳ μάλιστα ἄξιον τοῦτο ὑπάρξαν σφίσιν. Quod vidit scribendum Facius, sine dubitatione edere debebat λόγου μ. ἄ. Conf. nostra ad Bion. et Mosch. Manson. p. 235. Ceterum in illis, ἐν τῷ νῦν, ἐν τῷ τότε, articulus mihi quidem neutrius esse generis videtur. SCHAEF.]

Ἐν ᾧ, quo (tempore). [Sophocles Trachin. v. 931. κἀν ᾧ τὸ κεῖσε δεῦρό τ' ἐξορμώμεθα, κ. τ. λ. Thucydides VII. c. 29. ἐν ᾧ ἂν θαρσήσῃ. ubi Hudsonus: „Id est, ὅταν, subaudiendo χρόνῳ. Vide Vigeri Idiotism. Cap. 9. Sect. 3.“ SCHAEF.] Xenophon Κύρ. Παιδ. II, 14: Ἐν ᾧ καὶ ὁμότιμοι ὤχνουν: dum etiam homotimi etc. Ioannes in Evang. V, 7: Ἐν ᾧ δὲ ἔρχομαι ἐγὼ, ἄλλος πρὸ ἐμοῦ καταβαίνει: Quo (tempore) ego venio, alius ante me descendit. Ἐν ὅσῳ. Thucydides L. III. pag. 193: ἐν ὅσῳ περιεκομίζοντο: dum illae circumveherentur. ubi Scholiastes: χρόνῳ δηλονότι.

Ἐν ὑστέρῳ. Thucydides L. VIII, 27. habet ἐν ὑστερίῳ, ubi Schol. χρόνῳ δηλονότι. Ὑστέρῳ χρόνῳ dixit Aeschylus Agamemn. p. 189.

Digitized by Google

Ἐν ὀλίγῳ, (tt) exiguo (tempore). Ἐν βραχυτάτῳ, scil. χρόνῳ, brevissimo (tempore). Dio Cassius XXXVI, 16. Ἐν τῷ δευτέρῳ, secunda vice, in Act. Apost. c. VII, 13. Ἐν ἀτόμῳ, in momento, tempore exiguo, quod dividi nequit, 1 Corinth. XV, 52. (uu)

Ἐν τούτῳ, (vv) et τοσούτῳ, pro interea. Lucianus Contempl. p. 351: Ἐν τοσούτῳ δ' ἐπαιρέσθων: Interim autem in sublime evehantur. Quae verba male reddiderat Interpres
321 ex ignoratione Ellipsios vocis χρόνῳ: adeo in sublime attollantur. Sed plane omisit in Timone p. 79: Πλὴν ἱκανὴ ἐν τοσούτῳ καὶ αὕτη τιμωρία ἔσαι αὐτοῖς: Sed sufficiet ipsis interim vel hoc supplicium. ubi ille habet: Quanquam vel id supplicii satis magnum in istos fuerit. Recte vero in Dial. Panopes et Gal. Ὁ γὰρ Ποσειδῶν ἐκέλευσέ με, ὦ Πανόπη, ἀκύμαντον ἐν τοσούτῳ φυλάττειν τὸ πέλαγος: Nam me Neptunus iusserat tranquillum interea, Panope, servare pelagus. [Lucianus T. II. p. 334. Καὶ ἐν ταυτῷ λελουμένοι εἰςεκώμασαν ἡμῖν κ. τ. λ. Interpres: eodem tempore. Scripsit, opinor, ἐν τούτῳ. — Ἐν ἑνί. Vid. supra ad v. Τόπος p. 487. extr. SCHAEF.]

(ss) Ἀπὸ τοῦ νῦν. Lucae evang. c. XXII, 69. MICH.

(tt) Lucas in Actis Apostol. cap. XXVI, 28. MICH.

(uu) Ἐν τῷ μεταξὺ, scil. ὄντι χρόνῳ, interea. Ioannes in evangel. c. IV, 31. BERNH.

(vv) Exemplum huius Ellipsios occurrit in sacris, Actor. XXIV, 16. SCHOETTG.

* Χρόνων.

In διὰ ταχέων, quod et coniunctim scribitur. Plato Apologia Socratis: Εἰ μὴ ἡ ἀρχὴ διὰ ταχέων κατελύθη: Nisi imperium brevi dissolutum fuisset. SCHOETTG. Herodotus de Vita Hom. p. 755, 54. διὰ ταχέων πορεύσομαι. Diony-

sius Halic. Ant. Rom. T. I. p. 206. *ἐξεβοήθει τὰ ὅπλα λαβὼν διαταχέων* (sic editum). ut locus interpungendus: nam iungenda *ἐξεβοήθει διαταχέων*. conf. eximiam lectionem Codicis Vaticani ad p. 345. extr. Sic etiam continuo ductu p. 209. *ἐπείγεσθαι διαταχέων*. et p. 320. *διαταχέων σώζειν ἑαυτούς*. Sed diductis vocibus T. II. p. 904. *συμμαχίας σφίσι πέμψαι διὰ ταχέων*. Add. Lennep. ad Phalar. p. 256. b. (Quod ibi tuetur vir doctissimus adverbium *διαταχέως*, Kusterus recte videtur vindicasse Hesychio T. I. c. 969. Compares non minus *ἄτοπον* illud, *ἐπιμᾶλλον*, de quo nuper Bastius Epist. Crit. ad Boisson. p. 147. cuius notae haec accedant. Herodotus III. c. 104. extr. *καὶ τὸ ἀπὸ τούτου ἐπιὼν* [imo *ἀπιὼν*] *ἔτι μᾶλλον ψύχει*. al. *ἐπὶ μᾶλλον*. Wesselingius: „Quod scriptus offert liber *ἐπὶ μᾶλλον*, damnabile non est. Haud dissimili in negotio L. IV, 181. *ἐπὶ δὲ μᾶλλον ἰὸν ἐς τὸ θερμόν* —: etiam I, 94. Pherecydes ap. Diogenem I, 122. *τῇδε νούσῳ πιεζόμενος ἐπὶ μᾶλλον*. Pulcre propterea Cl. Reimarus caussam infitiatur esse, cur Dionis Cass. L. LXVII. p. 507. Ed. Nov. *ἀλλὰ καὶ ἐπὶ μᾶλλον ἢ πρὶν ἐνεωτέρισεν* abeant in *ἔτι μᾶλλον*.“ Add. idem ad p. 361, 65. Diodorus Sic. Eclog. T. II. p. 535, 54. *ἐπὶ μᾶλλον ὠχύρου*. ubi v. Wesseling. Ibid. p. 540, 75. *ἐπικρατούντων δ' ἐπὶ μᾶλλον καὶ μᾶλλον τῶν Ῥωμαίων, κ. τ. λ.* Vir Summus: „*ἔτι μᾶλλον* Steph. exemplar, et melius.“ Cur melius?) Ceterum *ταχέων* illud neutrius generis mihi videtur. Conf. Sophocl. Trachin. v. 395. *ὡς ἐκ ταχείας — ἄσσεις*. ad q. l. egregie Musgravius: „— Estque pro *ἐκ ταχέος*. Vide annotata ad Antig. 1006. [quae adscripsimus supra ad v. *Ἀρχή*.] quibus adde *ἐξ ἐκουσίας* huius fab. 740.“ SCHAEF.

* Diodorus Sicul. I. c. 14. *τὸ τηρούμενον παρ' αὐτοῖς ἐξ ἀρχαίων νόμιμον*. Wesselingius: „*Ἐξ ἀρχαίων*. Sic mox C. 21. et XIV, 45. *οἷς ἐξ ἀρ-*

Digitized by Google

χαίων ἐπιβουλεύουσι. et XIII, 55. Οἱ δὲ Σελινούντιοι ἐκ πολλῶν ὄντες ἄπειροι πολιορκίας. pro quibus Lucas A. A. XXIV, 10. Ἐκ πολλῶν ἐτῶν ὄντα σε κριτὴν τῷ ἔθνει. et Noster XIX, 22. τῆς πόλεως γεγενημένης εὐδαίμονος ἐκ πολλῶν χρόνων." L. V. c. 77. νόμιμον ἐξ ἀρχαίων εἶναι. Idem: „Ἐξ ἀρχαίων. Nota ellipsis. ἀπ' ἀρχαίων χρόνων L. I, 3. ἐκ παλαιῶν χρόνων V, 8. Φίλος ἀπὸ πολλῶν sive ἐτῶν seu χρόνων Lucian. Revivisc. C 35." Conf. idem ad XIII. c. 55. in. XIV. c. 45. Singulari numero Hermogenis Scholiasta, cuius verbis utitur idem vir eximius ad Exc. ex Diodoro de V. et V. T. II. p. 551, 52. ἀβρότεροι ἐξ ἀρχαίου οἱ Ἴωνες. Diodorus Sic. XIX. c. 67. ἐκ παλαιῶν χρόνων. Singulariter Herodotus VIII. c. 62. ἐκ παλαιοῦ. L. I. c. 60. ἐκ παλαιτέρου. Neque haec, si absolute dicuntur, mihi videntur ἐλλιπῆ, sed neutra esse, ad quae nihil subaudiri oportet. Satis notum est, τὸ ἀρχαῖον, τὸ παλαιὸν saepissime sic dici, ut significent olim, antiquitus. Ad haec, opinor, plane nihil subaudiendum. Cur igitur in illis ad ellipses confugias? SCHAEF.

* Χρόνοις.

In phrasi ἐν τούτοις, sc. χρόνοις, interea (temporis). Sic ἐν οἷς habet Lucas in Actis Apostol. cap. XXIV, 18: Εν οἷς εὗρόν με ἡγνισμένον ἐν τῷ ἱερῷ: In quibus (h. e. interea, dum in oblatio-
322 num praestatione versor) invenerunt me sanctificatum in templo. Artemidorus in Oneirocrit. II, 26: πρὸς ἐσχάτοις ὄντες, sc. χρόνοις: qui in agone sunt constituti. SCHOETTG. Vid. supra ad v. Κίνδυνος. — Noli huc referre Diodori Sic. I. c. 15. πολλοῖς ὕστερον in Wesselingii (it. Bipontinorum) editione. Operarum enim negligentiâ post ὕστερον excidit ἔτεσιν. SCHAEF.

Digitized by Google

ΧΡΩΜΑ, Pigmentum.

In *τὸ μέλαν*, quando substantive capitur pro atramento. ut Paulus posteriore ad Corinth. epist. c. III, 3: — *ἐγγεγραμμένη οὐ μέλανι.* Et Ioannes epist. II, vers. 12: *διὰ χάρτου καὶ μέλανος.* (xx) [Non opus *χρῶμα* subaudire. Neque satis commode procedit haec ratio, quoties *μέλαν* de succo loliginis dicitur. Plutarchus de S. N. V. p. 94. Wytt. — *ὥςπερ αἱ σηπίαι τὸ μέλαν, ἀφίησιν.* Addito *ποτὸν*, sed *ποιητικῶς*, Epigr. adesp. CCCLXXXVII. v. 5. *εὖτε πίοιμι μέλαν ποτόν.* (Ibid. v. 2. scrib. *οὐ μῆλον.* quod ab egregio illo Codice oblatum miror Iacobsium sprevisse. Sic iuncti ambo numeri in Aristophan. Av. v. 159. *τὰ λευκὰ σήσαμα, Καὶ μύρτα, καὶ μήκωνα, καὶ σισύμβρια.* in Epigr. adesp. CCCCLIII. *κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς.*) SCHAEF.]

* Sic etiam Virgilius Ecl. II. v. 41.

Capreoli, sparsis etiam nunc pellibus albo.

sub. colore. SCHWEB. Imo est ablativus substantivi album. Vid. Gesner. et Forcellin. SCHAEF.

(xx) Aristophanes Equit. v. 530. *Βαπτόμενος βατραχσίοις*, sc. *χρώμασι*, tinctus (colore) raneo, i. e. subfusco, medioque inter pallidum et viridem. Scholiast. ad h. l. *Ἔστι δὲ χρώματος εἶδος τὸ βατράχειον. Τὸ χρῶμα* subaudi etiam in *ἀφάρμακον.* Hesychius: *ἀφάρμακον, χρῶμα Οἰδίποδος ἄνευ ἄνθους· ἄνθη γὰρ τὰ φάρμακα.* [Alii, ut Brunckius Lex. Sophocl., rectius sic distinguunt: *Ἀφάρμακον χρῶμα Οἰδίποδος. ἄνευ ἄνθους.* quomodo nihil subaudiendum. Neque *χρῶμα* hîc de pigmento, sed de colore dici videtur. (Obiter moneo, Lexica augeri posse deminutivo *χρωμάτιον*, quod habet Helladii Distichon in Anthol. Gr.) SCHAEF.] Adde locum Aristophanis *Ἐκκλησ.* v. 727: *χώρει σὺ δεῦρο, Κιναχύρα, — ὅπως ἂν ἐντετριμμένη κανηφορῇς*: Heus tu, o Cinachyra, — ut bene trita canephoros sis. Quo loco Kusterus accipit *τὸ ἐντρίβεσθαι* pro fucari vel colorem aliquem faciei infricare, sive frictionem allinere. Quae potestas si illi vocabulo subiiciatur, subaudiendum est *τὸ χρῶμα.* [Haudquaquam opus. Moeris p. 166. *Ἐντρίβε-*

Digitized by Google

σθαι, τὸ ὑπογράφεσθαι καὶ ψιμυθοῦσθαι, Ἀττικῶς. ubi v. Pierson. SCHAEF.] Addit Lucianus in Iudic. Dear. p. 223. edit. Amstel. Τοσαῦτα ἐντετριμμένην χρώματα, ὡςπερ ἑταίραν τινα. LEISN.

323 * ΧΥΣΙΣ, Effusio.

Vide, quae notata sunt sub Λιβάς. LEISN. Carent Lexica ea significatione huius nominis, qua de violatione pactorum dicitur. Vid. Epigraphe metrica l. IV. Iliad. SCHAEF.

ΧΩΡΑ, Regio.

Eleganter omittitur χώρα in adiectivis feminini generis, (yy) ut, ἡ ὀρεινὴ, montosa; ἡ ἔρημος, deserta, (zz) scil. χώρα, vel γῆ. Xenophon Κύρ. Παιδ. II, 27: Ἴθι τὴν ὀρεινὴν, scil. χώραν: Montanam ingreditor (regionem). Lucas Evang. c. I, 39. de Maria: Ἐπορεύθη εἰς τὴν ὀρεινὴν μετὰ σπουδῆς: Abiit in montanam festinanter. Et v. 65: Καὶ ἐν ὅλῃ τῇ ὀρεινῇ Ἰουδαίας διελαλεῖτο πάντα: Et in omni montana (regione) Iudaeae divulgabantur cuncta etc. Additur χώρα apud Diodorum Sicul. I. p. 38: — ἐν τοῖς ἐσχάτοις τῆς ἐρήμου χώρας.

Sic in ἡ ἠρημωμένη, Ezech. XXXIII, 27. et ἡ ὑπ' οὐρανὸν, Luc. evang. c. XVII, 24. Ὥςπερ γὰρ ἡ ἀςραπὴ, ἡ ἀςράπτουσα ἐκ τῆς ὑπ' οὐρανὸν, εἰς τὴν ὑπ' οὐρανὸν λάμπει: Nam sicut fulgur, quod coruscat ex una (regione), quae sub coelo est, in alteram, quae sub coelo est, fulget. ubi in τῆς ὑπ' οὐρανὸν deest χώρας, ut in τὴν ὑπ' οὐρανὸν, χώραν. (ccc) Occurrit haec Ellipsis etiam apud Septuaginta Interpretes in lib. Iob. XVIII, 4. Ἀοίκητος ἡ ὑπ' οὐρανόν. et Prov. VIII, 28. Πηγαὶ τῆς ὑπ' οὐρανόν. (ddd)

Eadem Ellipsi Φιλία et πολεμία dicuntur, pro χώρα Φιλία, et χώρα πολεμία. Vel, quod perinde est, in hisce Γῆ subaudire possis, uti ad eam vocem diximus. (eee)

Digitized by Google

Porro in *κατ' ἰδίαν*, privatim, non incom- 324
mode intelliges *χώραν*, ut sit: in (regione) privata, in loco privato. Occurrit Lucae cap. IX, 10. *Ὑπεχώρησε κατ' ἰδίαν*: Secessit seorsum. (fff) Sic *καταμόνας*, (ggg) quod idem notat, dici videtur quasi *κατὰ μόνας χώρας*. Et *ἰδίᾳ*, (hhh) q. d. *ἐν ἰδίᾳ χώρᾳ*. Verbi gr. *Ἰδίᾳ τῶν ἄλλων*: Seorsum ab aliis. Plene: *Ἐν ἰδίᾳ χώρᾳ ἀπὸ τῶν ἄλλων*: In loco ab aliis separato. Similiter *δημοσίᾳ*, publice, (iii) quod pro adverbio habetur a Grammaticis, proprie est ablativus femin. nominis *δημόσιος*, publicus. Est autem *δημοσίᾳ* absolute dictum, pro, *ἐν δημοσίᾳ χώρᾳ*, in loco publico.

Denique in *ταύτῃ* et *ᾗ* nonnunquam *χώρᾳ* cum praeposit. *ἐν* subauditur, ut apud Artemidorum Oneirocrit. II, 3. *Ὑπὸ τῶν ταύτῃ κατοικούντων*, i. e. *ἐν ταύτῃ χώρᾳ*: Ab iis, qui in hac (regione) habitant. (kkk) [Pausanias III. c. 13. *κατὰ μὲν δὴ τοῦ λόγου τὸ εἰκὸς ἐτάφησαν ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ, καὶ οὐ ταύτῃ.* SCHAEF.]

Xenophon Κύρ. Παιδ. II, 11: *Καὶ (τάξας) τοὺς ἄλλους, ᾗ ᾤμην δεῖν.* pro, *ἐν ᾗ χώρᾳ*. Et collocatis aliis, quo (loco) collocandos existimabam. (lll)

* Plena oratione Xenophon L. I. K. Π. p. 19. *Ἐν ὀρεινῇ οὔσῃ τῇ χώρᾳ*. Idem L. III. *Ἔρημος χώρα καὶ ἀργός*. Onosand. c. VI. *Πεδιὰς καὶ ψιλή*. In *μεσογαία*. Polybius T. I. p. 336. In *παραλία*. Idem T. I. p. 336. et 491. In *ἄκρη*, promontorium, q. d. extrema regio. Dionys. Περιηγ. v. 87. *Κρήσσης ἄκρης*. In *Φιλία* ellipsin supplet Thucydid. L. VI. c. 34. *ἐκ Φιλίας χώρας*. In *διέρχεσθαι*. Actor. XI. 19. *διῆλθον*. s. *τὰς χώρας*. Item in *ἡ σεαυτοῦ*. Theocrit. Id. V. 61. *Τὰν σαυτοῦ πατέων*. v. schol. Gr. Xenophon L. I. K. Π. p.

Digitized by Google

14. ἔξω τῆς ἑαυτῶν. In τῇ vel τᾷ. Theocrit. Id. V. v. 32. et 67. SCHWEB.

(yy) Immo et in propriis quibusdam nominibus regionum deest, ut in ἡ Γαλιλαία, ἡ Ἰουδαία, etc. coll. Marc. c. I, 15: πᾶσα ἡ Ἰουδαία χώρα. et Lucae evang. c. III, 1. Τραχωνίτιδος χώρας. MICH.

(zz) Ἡ ἄνυδρος, (terra) sicca. Ps. CVI, 14. Esaiae c. XLIII, 19. πεδινὴ, pedestris, (aaa) 1 Reg. X, 27. ἡ
325 μέση τῶν ποταμῶν: (regio,) quae media inter fluvios sita est, h. e. Mesopotamia. Ita vocatur Zosimo I, 4, 6. et alibi, Paeanio, Eutropii metaphrastae, IX, 6, 13. Psello περὶ ἐνεργείας δαιμόνων pag. 37. edit. Paris. Vocem γῆν addit Herodianus III, 9, 6. ἡ ἄβυσσος, fundo carens. Luc. VIII, 31. (bbb) SCHOETTG.

(aaa) Pedestris. corrige: campestris. MICH.

(bbb) Sic εὐθεῖα, Lucae evangel. cap. III, 5. παράλιος, maritima, cap. VI, 17. MICH.

(ccc) Τὴν βασιλέως κακῶς ἐποίουν: (fines) regis depopulabantur. Xenophon rer. Graec. II, 1, 11. SCHOETTG. Vid. Dorvill. ad Chariton. p. 610. Exc. Legat. ex Diod. Sic. T. II. p. 623, 35. τοὺς παραβάλλοντας Ῥωμαίων εἰς τὴν βασιλίδα. Interpres: Romanos, quotquot in regnum eorum fuerant delati. Wesselingius in Addend. „εἰς τὴν βασιλίδα. Id quidem rarius; quod si venerit ab ipso Diodoro, haud dubie χώραν lectori intelligendam reliquit. πόλιν βασιλίδα, ναῦν βασιλίδα posse simili modo poni, nemo ignorat. Vide tamen Ezech. Spanhem. in Iuliani Or. I. p. 30.“ Conf. Thomas Mag. p. 144. Sophocles Troili fragm. II. Σκάλμη γὰρ ὄρχεις βασιλὶς ἐκτέμνουσ' ἐμούς. ex emendatione Bentleii in Epist. ad Hemsterhusium p. 108. (p. 70. Opusc. Ruhnk.) Euripides Iphig. Aul. v. 1316. Musgr. εὐναῖσι βασιλίσι. Rhes. v. 719. τὴν βασιλίδ' ἑξίαν Ἀτρειδῶν. His defectus Lexicorum sarciendus. SCHAEF.

(ddd) Secundus casus quoque in participio verbi substantivi supplendus est in ἐξ ἐναντίας. Tit. II, 8. Ἵνα ὁ ἐξ ἐναντίας ἐντραπῇ: ubi ad integram Φράσιν ea, quae diximus, sunt addenda, ut haec fiat Φράσις: ὁ ἐξ ἐναντίας χώρας ὤν: qui e contraria parte est, adversarius. BERNH. Imo est i. q. ἐξ ἐναντίου. V. supra ad v. Ἀρχή. Lucianus T. II. p. 447. μηδένα τῶν ἁπαντώντων ἐξ ἐναντίου προσβλέπων. Eadem ratione alia huiusmodi intelligenda, ad quae vulgo v. χώρα subaudiunt. SCHAEF.

(eee) In πιτυόεσσα, πιτυοῦσσα, πλατανιόεσσα vel

πλατανιζοῦσσα, etc. vid. Sylb. ad Pausan. Lac. c. XIV. In Σπαρτιᾶτις, Πανορμῖτις, ἡ Μεγαρικὴ, i. e. (ager) Spartanus; (ager) Panormitanus; (ager) Megarensis. In ἡ περίχωρος, ὑπερόριος, item in ἑῴα, i. e. orientis (regio). LEISN.

* Χώρα deest secundo casu in phrasi: ἐξ ἑτέρας, qua utitur Aratus Phaen. v. 571:

Τοὶ μὲν δύνοντες, τοὶ δ' ἐξ ἑτέρης ἀνίοντες cet. 326

Ubi utroque loco deesse censendum vocab. χώρας. [Leontius Epigr. XI. Ἐν μὲν τῇ Ζεύξιππον ἔχω πέλας, ἡδὺ λοετρόν· Ἐκ δ' ἑτέρης ἵππων χῶρον ἀεθλοφόρων. SCHAEF.] Idem fit de phrasi, εἰς ἑτέραν. Idem Aratus v. 659:

Ἡ μὲν ἄρ' εἰς ἑτέρην Φέρεται.

Εἰς ἑτέρην, pro εἰς ἑτέρην χώραν. BERNH.

(fff) Sic et in εἰς μακρὰν, ita tamen, ut εἰς ponatur pro ἐν. Actor. II, 39. Ὑμῖν γάρ ἐστιν ἡ ἐπαγγελία, καὶ τοῖς τέκνοις ὑμῶν, καὶ πᾶσι τοῖς εἰς μακράν. scil. χώραν οὖσι. Idem occurrit Ephes. II, 17. et apud Septuaginta Interpretes in Esaiae cap. LVII, 19. unde locus ille citatur. Additur nomen Luc. XVIII, 12.

Εἰς μακρὰν adhibetur etiam de tempore. Lucianus in Somnio p. 2. οὐκ εἰς μακράν: non ita multo post. Nisi malis subintelligere μερίδα τοῦ χρόνου. SCHOETTG.

(ggg) Marcus evangel. c. IV, 10. MICH.

(hhh) 1 Corinth. XII, 11. MICH.

(iii) Actor. XVI, 37. MICH.

(kkk) Sumitur etiam elliptica haec phrasis τῇ adverbialiter, pro hic. Diogenes Laërtius prooem. Θρήϊκα χρυσολύρην τῇ δ' Ὀρφέα Μοῦσαι ἔθαψαν, pro ἐν ταύτῃ χώρᾳ. BERNH. Scribe τῇδ'. Alibi est huc. Epigr. adesp. CLXXXV. v. 5. ἔπλων δ' ὅτ' ἔπλωεν ἐκεῖνος Τῇδε. SCHAEF.

(lll) Ad ᾗ addendum esse nom. χώρᾳ certum fit ex voc. ᾗχι, quod idem significat. Aratus Phaen. v. 134. 135: 327

Ταύτην δ' ἄρα νάσσατο χώρην,

Ἠιχί περ ἐννυχίη ἔτι Φαίνεται ἀνθρώποισι

Indubium est, referri τὸ ᾗχι ad χώραν, proximum retro vocabulum. [Latine dicitur: hunc locum, ubi. Quis inde colliget, ubi κατ' ἔλλειψιν dici? SCHAEF.]

Deest in αὐταῖς. Apollon. Argon. I, 588:

— — — — διπλόα δ' αὐταῖς

Ἤματ' ἐλινύεσκον.

ubi ad plenum sermonem addendum ἐπὶ et χώραις, ut fiat ἐπ' αὐταῖς χώραις. Schol. περὶ τὸ αὐτὸ διέτριβον. BERNH.

Digitized by Google

Sic sola H. Stephani editio: ceterae recte *ἀκταῖς*. Bruncknius in Append. ad h. v. „Typothetae errore in Stephani editione *διπλόα ὀ' αὐταῖς*." Scholium, quod Bernholdum magis etiam videtur errore implicuisse, referendum est ad verbum *ἐλινύεσκον*. Hoc simili modo Etymol. M. c. 330, 55. explicat *ἐν τῷ αὐτῷ εἱλεῖσθαι*. Ceterum ut hic typotheta, perinde alibi librarii turbarunt. Conf. Heyn. ad Homer. Il. T. VII. p. 101. SCHAEF.

ΧΩΡΙΟΝ, Locus.

In multis etiam hoc nomen omittitur, ut in *τὸ ἔρημον*, cui voci additur *χωρίον* Lucianus in Asino p. 104: — *εἰς ἔρημον χωρίον*: — in locum desertum. [Conf. *ἐπ' οἰονόμοιο* Leonidae Tarentini, de quo supra ad v. *Ὕδωρ*. SCHAEF.] Sic *ἰσόπεδον*, planum. ut Xenophon *Κύρ. Παιδ.* I, 43: *ἐν τῷ ἰσοπέδῳ*, sc. *χωρίῳ*: in (loco) plano. *Τὸ πρανὲς*, declive. Idem *Κύρ. Παιδ.* II, 14: *ἐπὶ τὸ πρανὲς*, ad declivem (locum). *Εἰς τόδε*, huc, in hunc locum. Homerus: *Τόδ' ἰκάνω*, huc venio. ubi Eustathius: *Τόδ', ἀντὶ τοῦ ἐνταῦθα*, huc. Plene igitur diceretur, *εἰς τόδε χωρίον*. [Homerus Odyss. X. v. 75. *τόδ' ἰκάνεις*. XIX. v. 407. *τόδ' ἰκάνω*. Praemisso *δεῦρο*, ibid. XVII. v. 524. *δεῦρο τόδ' ἵκετο*. Add. Ilgen. ad Hymn. in Mercur. v. 32. Similiter *κατ' ἐκεῖνο*. Lucianus T. II. p. 136. SCHAEF.] *Εἰς ἕν*, in unum, pro *εἰς ἓν χωρίον*, in unum locum, ut *συνάγειν εἰς ἕν*, in unum congregare. Integre Dionysius Halicarnasseus L. VI. p. 343: *Εἰς ἓν συνάγουσι τὰς δυνάμεις χωρίον*: In unum exercitus contrahunt locum. *Ἐπ' αὐτὸ*, et *ἐπὶ τὸ αὐτὸ*, supp. *χωρίον*. Occurrit in Actis Apostol. XI, 1. et
328 alibi. Hesychius exponit: *ἐπὶ τὸν αὐτὸν τόπον*. *Χωρίῳ* in *ἐν καλῷ*, *ἐν ἐπικαιρίῳ*, in opportuno. (mmm) Vel subintell. *τόπῳ*, quam vocem vide. (nnn)

Χωρία, (ooo) in *τὰ ἐργάσιμα*, culta; *τὰ λάσια*, hispida; *τὰ δυσχερῆ*, difficilia; *τὰ*

εὐήλατα, plana. quae omnia exstant apud Xenophontem Κύρ. Παιδ. I, 21. Τὰ πρανῆ, declivia, apud eundem. τὰ λεῖα, laevia, apud Aelianum Var. Hist. III, 1. τὰ δασέα. Aristophanes Nub. v. 324: Διὰ τῶν κοίλων καὶ τῶν δασέων. (ppp)

* Item in κάταντες apud Bionem Id. IV. In γεώλοφον apud Theocritum Id. I. 13. Plene Dioscorides L. III. c. 17. Ἐν ἑλώδεσι καὶ γεωλόφοις χωρίοις. In illis Homeri Iliad. Ψ. v. 116.

Πολλὰ δ' ἄναντα, κάταντα, πάραντά τε, δόχμιά τ' ἦλθον.

in quibus omnibus coniunctis sub. χωρία. Vid. Eustath. p. 1401. l. 13. In ἐκ πλείονος, ἐκ πλείζου, quibus absolute saepius utitur Aeneas Tacticus. Sic c. XXVI. ἐκ πλείονος, elliptice: et ibidem post aliquot versus interiectos oratione plena: ἐκ πλείονος χωρίου. [Subaudias, si tamen, quoties solum ponitur, aliquid necessario subaudiendum, etiam διαστήματος. Xenophon Anab. I, 10, 11. ἐκ πλείονος ἢ τὸ πρόσθεν ἔφευγον. Schneiderus: „ex longiore intervallo vel spatio, quam cap. 8, 9. Sic est ἐκ πολλοῦ Cyrop. 7, 1, 27. quod Zonaras πόρρωθεν interpretatus est. Addit Weiske locum Arriani Anab. 1, 10. 11." SCHAEF.] Denique ellipsis huius vocis locum habere videtur in βραχέα, vel, accentu mutato, βράχεα, vada, uti Graeci, teste Varrone apud Servium ad Aeneid. L. I. v. 115. vocant loca, in quibus ab aqua summa non alte est terra: quae imitatione Graecorum etiam Latini vel absolute brevia, vel sermone pleno brevia vada appellarunt. Sic Virgilius Aen. L. I. v. 115.

— — — tres Eurus ab alto
In brevia et Syrtis urget.

Plene idem L. V. v. 221.

Sergestum, brevibusque vadis, frustraque vocantem.

Plene est apud Philonem de Legat. ad Caium p. 773.

E. *Βραχέσιν εἰσερπύσας χωρίοις.* quamquam ibi in alio sensu. SCHWEB. Ad *βράχεα τὸ προπαροξυτονούμενον* nihil potest subaudiri: est enim *παρὰ τὸ βράχος*, non *παρὰ τὸ βραχύς.* Herodotus IV. c. 179. *ἐν τοῖσι βράχεσι.* Vid. Abresch. Animadv. ad Aeschyl. L. III. p. 84. et conf. Voss. ad Pompon. Mel. p. 659. ed. Gron. poster. SCHAEF.

* „Herodo. 5, 50. *ἦλθον ἐς τὸ συγκείμενον.* Thuc. 5, 65. *ἐν τῷ ὁμαλῷ — ἐν τὸ ὁμαλόν.* qui idem ibi dixit, *χωρίον ἐρυμνὸν, καὶ δυσπρόσοδον — πρὸς χωρίον καρτερόν.* Xen. Cyrop. 6, 3. 1. *ὅπου μὲν πεδινὸν εἴη.* Thuc. 3, 92. *κατ' αὐτὸ τὸ ξενον.* Ctes. excc. Persicc. 24. *διὰ δυσβάτου.* Herodo. 2, 93. Plato Phaedon. 59. *τὰ καῖλα τῆς γῆς.* Thuc. 2, 100. *ἐς τὰ καρτερά.* Isocr. Paneg. p. 164. To. 1. *ἐν τοῖς ξενοῖς.* Palaeph. fab. 21, 2. *τὰ περίχωρα τῆς Σικελίας.* Zosim. 5, 19. 10. *διὰ τῶν τοῦ Ἑλλησπόντου ξενῶν.* Xen. Cyrop. 1, 4. 16. *ἐκ τῶν λασίων — εἰς τὰ ἐργάσιμα καὶ εὐήλατα·* sed ib. 14. *εἰς τὰ ἱππάσιμα χωρία·* ut Palaephat. fab. 29, 4. *τὰ παραθαλάσσια χωρία*, quum Herodo. 5, 89. dixerit *τῆς Ἀττικῆς τὰ παραθαλάσσια.* Matth. 13, 5. *ἐπὶ τὰ πετρώδη.* Marc. 4, 5. *ἐπὶ τὸ πετρῶδες.* Xen. Cyrop. 3, 3. 14. s. — *ἐν περιτεταφρευμένῳ — καταφανεῖ — ἐν ἀφανεστάτῳ,* et s. 17. *ἐν ἀσφαλεῖ.*" Fischer. ad Weller. III. 1. p. 265. Sunt in his ceterisque huc congestis plura, ad quae si nihil subaudiendum censeas, me non dissentientem habes. SCHAEF.

(mmm) Ἐν *τῷ κρυπτῷ*, Matth. cap. VI, 4. MICH.

(nnn) Διὰ *μέσου*, adde *χωρίου* vel *μέρους*. Luc. XVII, 11: Διὰ *μέσου Σαμαρείας*: per mediam Samariae, scil. partem sive regionem. BERNH.

(ooo) Τὰ *ὀπίσω*, scil. *χωρία*. Ioannes evangel. VI, 6. *τὰ πετρώδη*, Matth. c. XIII, 5. MICH.

(ppp) Ἐν *τοῖς ὑψίοις*, scil. *χωρίοις*, Lucae c. II, 14. Ἐν *ὑψηλοῖς*, Hebr. I, 3. *ἐκ τῶν κάτω, ἐκ τῶν ἄνω*, Ioan. evang. cap. VIII, vers. 23. MICH.

Digitized by Google

* ΧΩΡΟΣ.

„Herodo. 7, 178. ἐν Θυίης.“ Fischer. ad Weller. III. 1. p. 265. Vide supra ad v. Τέμενος. SCHAEF.

Ψ. 329

* ΨΕΥΔΟΣ, Mendacium.

Hanc vocem subaudire possumus in illis Ioh. VIII. 44. ψεύστης ἐστὶ, καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ. sub. ψεύδους. Substantivum enim cognatae significationis est assumendum. SCHWEB. Talia, ut saepius monuimus, non sunt vere ἐλλιπῆ, sed peculiaria graecae syntaxis: quae qui inter Ellipses, quas proprie dicimus, numeret, eodem iure huc referat quidquid vocabulorum Lexica complectuntur. SCHAEF.

* ΨΗΦΙΣΜΑ, Decretum.

Omittitur hoc nomen frequentissime apud scriptores graecos in verbo γράφειν. [Non opus hîc ad ellipsin confugere. Verbum enim γράφειν, ut λέγειν s. εἰπεῖν, saepissime κατ' ἐξοχήν de demagogis dicitur, idque aut solum, aut addito, nunc abundanter nunc necessario, nomine γνώμη, vel νόμος, vel ψήφισμα. Vid. Valckenar. Diatr. in Euripid. Fragm. p. 254. SCHAEF.] Libanius in Olynth. I. Νόμον, θάνατον ἀπειλοῦντα τῷ γράψαντι, μετατεθῆναι ταῦτα εἰς ἀρχαίαν τάξιν. Addit autem Demosthenes pro Cor. ubi ψήφισμα γράφειν dicit, quod est, rogationem legis ferre.

Sed potest etiam subaudiri νόμος. Ita enim dixit Euripides in Ione v. 442:

Πῶς οὖν δίκαιον, τοὺς νόμους ὑμᾶς βροτοῖς
Γράψαντας, αὐτοὺς ἀνομίαν ὀφλισκάνειν;

BERNH.

ΨΗΦΟΣ, Calculus.

Ψῆφος, in ἡ ἀναιροῦσα, tollens, occidens, et ἡ σώζουσα, servans; ἡ ἀπολύουσα,

Digitized by Google

absolvens. (a) Dio Cassius elliptice alibi dixit, *τὴν ἀπολύουσαν ἔθετο*. ut Latin. absolutoria et condemnatoria, supp. tabula. Item in *ἡ λευκὴ*, alba, et *ἡ μέλαινα*, nigra: *ἡ πλήρης* et *ἡ τετρυπημένη*, integra et perforata. Lucianus Bis Accus. p. 238: — *καὶ πᾶσι τὴν τετρυπημένην οὗτος φέρει*, scil. *ψῆφον*: — et omnibus pertusum hic fert (calculum). Calculi illi albi et integri erant absolutorii; nigri vero et perforati, condemnatorii. Vid. Scholiastes Luciani.

Ψήφου, in *ἀπὸ μιᾶς*. (b) Plene, *ὑπὸ ψήφου μιᾶς*, i. e. uno calculo, uno omnium suffragio, dixit Comicus in Lysistr. v. 270. p. 853. [Suidas T. III. p. 564. *Ὑπὸ ψήφου μιᾶς. ἀπὸ γνώμης, ἀπὸ κρίσεως μιᾶς.* Vid. Toup. Emendat. T. II. p. 319. Add. Musgrav. ad Euripid. Ion. v. 1242. SCHAEF.]

330 *Ψῆφον*, in *τίθεσθαι*, cum tertio casu constructo, ut Lucianus in Bis Accus. p. 226: *Τινὰ τῇ μέθῃ τιθέμενον*, scil. *τὴν ψῆφον*: Quendam ebrietati (calculum) addentem. Sophocles in Philoct. vers. 1443:

Κἀγὼ γνώμῃ ταύτῃ τίθεμαι.

Atque ego huic sententiae subscribo. (c) Vide, quae ad Thomam Magistrum notavimus in *Τίθεμαι*. [Plato Theaet. 141. *Τίθεσαι ταύτῃ*. ubi v. Heindorf. Add. Toup. Emendat. T. I. p. 200. et ad h. l. Porson. Append. p. 447. SCHAEF.] Sic *τίθεσθαι τὴν ἐναντίαν*, contrarium ponere (calculum:) contrariam ferre sententiam. quae phrasis est apud Lucianum in Bis Accus. p. 235. *Ὁ τὴν ἐναντίαν θέμενος*: Qui contrarium posuit (calculum:) id est, contrariam tulit sententiam. Similiter in composito *συντίθεσθαι*, in Evangel. Lucae c. XXIII. 51: *Οὗτος οὐκ ἦν συγκατατεθειμένος τῇ βουλῇ καὶ τῇ πράξει αὐτῶν*,

Digitized by Google

scil. *ψῆφον*: Hic non consenserat consilio et actui illorum.

* Plenam locutionem habet Athenagoras in Legat. pro Christian. c. II. p. 13. *Ἐν ἴσῃ τάξει τὴν καταδικάζουσαν τῆς ἀπολυούσης δέχονται ψῆφον.* Chariton L. I. c. V. p. 9. *Τὴν καταδικάζουσαν ψῆφον ἤνεγκεν.* et post aliquot versus: *οἱ δικασταὶ τὴν ἀπολύουσαν ψῆφον ἀνέθεσαν.* SCHWEB.

(a) Item in *ἀναιροῦσα*, in *καταδικάζουσα*, in *ἡ ἐπὶ θανάτῳ.* Locos huc pertinentes collegit Budaeus p. 1228. LEISN.

(b) Vide supra dicta sub voce *Φωνή.* MICH.

(c) Addidit nomen Iulianus in Caes. *τίθεσθαι δὲ τοὺς θεοὺς τὴν ψῆφον.* BERNH.

Ψῆφοι.

Plural. *ψῆφοι* in *ἴσαι*, ut apud Platonem alicubi: *Ἐὰν δέ τισιν ἴσαι γίγνωνται*: Si quibus pares fuerint (calculi.)

Ψήφοις in *πάσαις*, *ἁπάσαις*, vel *πλείοσιν* etc. 331 ut apud Synesium: *Ἁπάσαις αἱρεῖν*: Omnibus sive communibus (calculis) vincere. [Libanius T. I. p. 401. *νικῶν ἁπάσαις, οὐ μόνον ἡμῶν ψηφιζομένων, ἀλλὰ καὶ θεῶν δικαζόντων.* Reiskius: „*ἁπάσαις.* scil. *ψήφοις.*“ Add. Marklandi Explicat. veter. aliqu. auctor. p. 249. coll. Porson. ad Euripid. Med. v. 1011. SCHAEF.] Sic *πάσαις κρατεῖν* apud Lucianum in Bis Accus. pag. 226: *Πάσαις ἡ Ἀκαδημία κρατεῖ, πλὴν μιᾶς*: Omnibus (calculis) vincit Academia, excepto uno. p. 229. *Τίς ὑπερέσχεν*; Quis vicit? *Πάσαις ἡ ἡδονή*: Voluptas omnibus (calculis). p. 235: *Τίς κρατεῖ*; Uter vincit? *Πάσαις ὁ Σύρος, πλὴν μιᾶς*: Omnibus (calculis) Syrus, excepto uno. Ibidem pag. 237: *Βαβαί, δέκα ὅλαις κρατεῖς*: Papae, totis decem vincis. Apud eundem in Charidemo p. 392. additur *ψήφοις*, *Οὐχ ἁπάσαις*, inquit, *ψήφοις προτιμῶσιν*

Digitized by Google

ἁπάντων τὸ κάλλος; Nonne omnibus calculis praeferunt pulcritudinem cunctis ceteris rebus? [Locus est T. III. p. 629. Add. ibid. p. 662. *ψήφοις δὲ πάσαις πᾶν ἔθνος νικᾷς βροτῶν.* SCHAEF.] Mirari igitur satis nequeo oscitantiam Interpretis in vertenda hac phrasi, apud eundem Auctorem in Reviviscentib. p. 403. ubi Philosophia rogat Lucianum, an non metueret, ne condemnaretur: respondet Lucianus: *Οὐδαμῶς· πλείοσι γὰρ κρατῆσαι βούλομαι.* i. e. Nequaquam; pluribus enim (calculis) caussam tenere vel vincere volo. Pessime ille reddidit: Nequaquam, imo, plures volo vincere. Rursus in eodem Dial. p. 413. *Ἀφίεμέν σε τῆς αἰτίας, καὶ ἁπάσαις κρατεῖς.* Absolvimus te crimine, et omnibus (calculis) vincis. Quod iterum non intellexisse videtur, reddens: In omnibus vincis. Quae documento esse possunt, quanti momenti res sit, Ellipsios doctrinam pulcre nosse, et quam facile vitium admittatur ab iis interpretibus, qui de illa non cogitant. [Conf. Bosii praefat. SCHAEF.]

332 **ΨΥΧΗ, Animus.**

In *ἐκ μιᾶς, ἀπὸ μιᾶς*, suppl. *ψυχῆς*, uno (animo.) Addidit Dionysius Halicarnasseus L. VI. p. 348: *Ὥςπερ ἐκ μιᾶς ψυχῆς ἅπαντες ἀνεβόησαν*: Tanquam uno animo omnes exclamarunt. Sic in *ἀπ' εὐθείας*. Plutarchus in Fab. Max. *Τὴν ἧττταν ὁ πεμφθεὶς ἄγγελος ἀπ' εὐθείας οὐκ ἔφρασεν*: Acceptam cladem nuncius ingenuo (animo) non retulit. ubi *ἀπ' εὐθείας* pro *ἀπ' εὐθείας ψυχῆς*, q. d. ab recto animo, i. e. ingenue, candide. vel *γνώμης* subaudire possis, quod idem est. *Ἀπὸ ὀρθῆς γνώμης* dixit Dio Cassius p. 78. [Dionysius Halic. Ant. Rom. T. IV. p. 2129. *ἀπ' ὀρθῆς γνώμης.* SCHAEF.] et *ἀπὸ ὀρθῆς καὶ*

Digitized by Google

ἀδόλου γνώμης idem pag. 97. vel etiam *διανοίας*, quod idem est. Dio p. 284. lib. XLIV. *ἀπ' ὀρθῆς διανοίας*. et lib. XLVI. p. 353. *ἵνα μὴ καὶ ἐκεῖνα διαβάλλῃς, ὡς οὐκ ἀπ' ὀρθῆς διανοίας*. Similis est Ellipsis, quam supra ad vocem *θυμὸς* notavimus, nimirum *ἀπὸ τοῦ βελτίζου, ἀπὸ τοῦ διακειμένου*, sc. *θυμοῦ*. (d) [Monui ad illam vocem, talia mihi quidem non videri *ἐλλιπῆ*. Idem, opinor, dicendum de femininis istis, si absolute ponuntur. Conf. Musgravii notam ad v. *Ἀρχὴ*, cuius vis dici vix potest quam late pateat. SCHAEF.]

(d) *Ἀναλαμβάνειν*, sc. *ψυχὴν*, vel *ἑαυτὸν*, (spiritum) recipere, ad se redire. (e) SCHOETTG. Non *ψυχὴν*, sed pronomen reciprocum subaudiendum. SCHAEF.

(e) *Τὸ ψυχὴν* omittit Alciphron in verbo *πάσχειν* L. III. ep. 50. p. 390. *πάσχω μὲν οὖν τι καὶ ἐπὶ τῷ μειρακίῳ*. Afficior nonnihil etiam ob adolescentem. [Nihil hîc subaudiendum. Vid. de hac locutione Boissonad. ad Philostr. Her. p. 432. 461. 567. 605. SCHAEF.] Quod vocabulum hic omissum additur ab Achille Tatio, Eustathio, Longo, Xenophonte Ephesio. vid. Observat. Miscell. Vol. VI. p. 351. Omittitur etiam in *δάκνεσθαι*. 333 vid. Wolf. ad Liban. epist. 53. p. 149. LEISN. Neque ad v. *δάκνεσθαι* quidquam subaudiendum: nisi placet ad Ellipses toties confugere, quoties vox *τροπικῶς* dicitur. SCHAEF.

Ω.

ΩΙΔΗ, Cantus.

Deest hoc vocabulum in *ἡ ἐμβατήριος* et *ἡ ἐμβατηρία*, quo significatur cantus, ad quem apud Lacedaemonios praelium committebatur. Polybius L. IV. p. 403: *Καὶ μὴν ἐμβατηρίας μετ' αὐλοῦ ἀσκοῦντες*: Quin etiam ad praeliares (modulos) tibia se exercentes. Plenius *ἡ ἐμβατήριος ᾠδὴ* occurrit apud Maximum Tyrium Dissert. XXXIII. p. 334: *Ἢ αὐλὸς τριηρικὸς, ἢ ᾠδὴ ἐμβατήριος*: Aut tibia triremica, aut cantus praeliaris.

Digitized by Google

Ὠιδήν intellige ante genitivum appositum verbo ᾄδειν et similibus. [Probarem hanc rationem, si genitivo praepositus esset articulus τήν. Itaque malim dicere, verba illa nunc accusativum regere, (vid. Iacobs. ad Anthol. Gr. I. 2. p. 372.) nunc genitivum. Ἄιδειν similiter genitivo iunctum legas in Aristoph. Nub. v. 721: Φρουρᾶς ᾄδων Ὀλίγου Φροῦδος γεγένημαι. Vulgo ad huiusmodi genitivos subaudiunt aliam alibi praepositionem. SCHAEF.] Comicus Lysistr. p. 910. vers. 1239:

Ὥστ', εἰ μέν γέ τις
Ἄιδοι Τελαμῶνος, Κλειταγόρας ᾄδειν δέον.
Itaque, si quis
Canat Telamonis (cantum), quum Clitagorae
canere oporteat.

334 Recte ibi Risetus: Ἐν τούτοις δέ ἐσιν ἔλλειψις. τὸ πλῆρες, ᾄδοι Τελαμῶνος ᾠδήν, ἢ μέλος. οὕτω καὶ δέον ᾄδειν Κλειταγόρας ᾠδήν, ἢ μέλος.

* In ἡ ἐπιτάφιος, in inscriptione Idyllii I. Bionis in Adonidem. Sic Glossarium vetus nenia reddit ἐπιτάφιος ᾠδή, expressa ellipsi. In ἐπιθαλάμιος, in inscriptione Idyll. VIII. et Theocriti Idyll. XVIII. Plene apud Dionys. Hal. L. I. p. 37. ἐπιθαλάμιος ᾠδή. Item in χρουσίθυρος, παρακλαυσίθυρος, ἐπιλήνιος aliisque ellipsis haec obtinet. SCHWEB.

ΩΝ, Existens.

Participium ὤν per Ellipsin etiam omittitur, et quidem frequentissime post articulum praepositivum, ut: Matth. cap. VI, v. 9. Πάτερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, scil. ὤν. Xenophon Κύρ. Παιδ. I, 3: Τὰ ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἔθνη, scil. ὄντα. Et paullo post: Ἑλλήνων, τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ, sc. ὄντων. Aelianus Var. Histor. II, 1: Ὁ μὲν ἐδεδίει τὸ μειράκιον, scil. ὢν τὸ μειράκιον, (a) [Imo τὸ μειράκιον per appositionem additum est. Omnino quae viri doctissimi de participio verbi substantivi h. l. tradunt, ingenti

laborant abusu Ellipsium. SCHAEF.] Sic *οἱ ἐν τῷ τέλει*, et *οἱ ἐν ἀξιώμασι*, scil. *ὄντες*, qui in dignitate (sunt constituti); magistratus. *Οἱ περὶ τὸν Παῦλον*, *οἱ περὶ τὸν βασιλέα*, supple *ὄντες*: Qui circa Paulum, qui circa regem (erant): quae passim occurrunt. Praeterea in phrasi, *ἐν τοῖς μάλιϛα*, Latinis ut qui maxime, subaudiri aliquid, certum est. [Arcte, opinor, iungenda illa verba, nec, quod nonnullis placet, *μάλιϛα* seorsum sumendum. Compara Herodotum III. c. 8. in. *Σέβονται δὲ Ἀράβιοι πίϛις ἀνθρώπων ὁμοῖα τοῖσι μάλιϛα*. et conf. quae p. 380. de simili locutione, *ἐν τοῖς πάνυ*, monuimus. Ceterum hîc quoque articulum *τοῖς* neutrius esse generis arbitror. Docent id locutiones, *τὰ μάλιϛα*, *ἐς τὰ μάλιϛα*, quarum eadem significatio, idem usus. SCHAEF.] Videtur autem Henricus Stephanus commode subintellexisse participium *οὖσι*, una cum dativo plur. sumto ex praecedentibus. Ex. gr. *Φίλος εἰμὶ ἐν τοῖς μάλιϛα*: amicus sum, ut qui maxime. Plenus sermo esset: *ἐν τοῖς μάλιϛα οὖσι Φίλοις*, vel plenior: *ἐν τοῖς κατὰ μάλιϛα ἔργα οὖσι Φίλοις*. Sic: *ἐχθρός ἐϛιν ἐν τοῖς μάλιϛα*: supple, *ἐχθρός ἐϛιν ἐν τοῖς κατὰ μάλιϛα ἔργα οὖσιν ἐχθροῖς*. (b) [Quis fando cognovit adiectivum *μάλιϛος*? SCHAEF.]

* Innumera sunt vocis huius per omnia genera, casus et numeros exempla. Elegans in primis est eius usus in periphrastica illa locutione, *Οἱ περὶ Ἀρκαδίαν*, i. e. *Ἀρκάδες*. *Οἱ περὶ Λακεδαίμονα*, pro *Λακεδαιμόνιοι*. *Οἱ περὶ τὴν Ἴδην*, *ἐκ τῆς Ἴδης*, *ἐν τῇ Ἴδῃ*, pro *Ἰδαῖοι*. Item *οἱ ἀπὸ Φιλοσοφίας*, i. e. *Φιλόσοφοι*. Athenagor. c. VI. *Οἱ ἀπὸ τῆς ϛοᾶς*. Id. c. XIII. *Οἱ ἀπὸ τοῦ περιπάτου*. sub. *Φιλόσοφοι ὄντες*. Eadem ellipsis Latinis quoque in usu est, e. g. Florus L. I. c. XVIII. §. 18. Aut mihi Romanis militibus (existentibus), aut me rege Romanis (existente). SCHWEB.

Digitized by Google

* Euripides Iphig. Taur. v. 15. δεινῆς ἁπλοίας. Marklandus: „Scil. οὔσης.“ mox addens: „Ἁπλοίας, absolute.“ Posterius, nihil ut subaudiatur, magis placet. Conf. Homericum νηνεμίης Il. V. v. 523. SCHAEF.

(a) Item in his: ὁ πάλαι, scil. ὤν, antiquus, ὁ πάνυ, sc. ὤν, excellens. SCHOETTG. Vide supra ad v. Περιβόητος. Add. locus Athenaei T. IV. p. 496. Ἀλεξάνδρου τοῦ πάνυ. SCHAEF.

335 (b) Subintelligitur et hoc participium in adiectivis, quibus nullum substantivum commode addi potest. Sic Lucae cap. I, 35. τὸ ἅγιον, (c) sc. ὄν, illud, quod sanctum est. τὰ ἐπουράνια, scil. ὄντα, ea, quae coelestia (sunt). τὰ ἔσχατα, scil. ὄντα, ultima. τὸ φθαρτὸν, ἄφθαρτον, illud, quod corruptibile, vel incorruptibile (est). (d) SCHOETTG. Haec omnia vellem Schoettgenius omisisset. SCHAEF.

(c) Matth. cap. VII, 7. MICH.

(d) In οἱ πρότερον, priores, subaudi ὄντες, apud Aristophanem Avib. v. 600. Nec non in his Thucydidis I, 137. Θεμιστοκλῆς ἥκω παρὰ σέ. Plene: ἐγὼ Θεμιστοκλῆς ὤν etc. [Est appositio, ad quam nihil subaudiendum. SCHAEF.] vid. Sanctii Minervam in ellipsi voc. Ens. Varie nobis tradita est inscriptio tragoediae cuiusdam Aeschyli: alii ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, alii ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις vocant. Si prius assumas, subintelligendum est στρατεύσαντες, quod supra monuimus; sin posterius probes, supplendum est participium ὄντες, vel γενόμενοι. Vid. Observatt. Miscell. Vol. III. p. 91. LEISN.

* Τὰ ΩΝΙΑ, Merces.

Xenophontis Ἀπομνημ. III, 7, 6: οἱ ἐν τῇ ἀγορᾷ μεταβαλλόμενοι, subaudi τὰ ὤνια, i. e. qui in foro merces permutant. LEISN. Diodorus Sic. V. c. 13. Ταῦτα συναγοράζοντες ἔμποροι καὶ μεταβαλλόμενοι κομίζουσιν κ. τ. λ. Interpres: Eos permutatione mercium vel pecuniae negotiatores coëmunt. Iunxit igitur συναγοράζοντες et μεταβαλλόμενοι. Mihi videntur iungenda, ut diversa genera mercatorum, ἔμποροι et μεταβαλλόμενοι. Sic Xenophon l. c.

Digitized by Google

ἢ τοὺς ἐμπόρους ἢ τοὺς ἐν τῇ ἀγορᾷ μεταβαλλομένους. Ceterum Graeci *μεταβάλλεσθαι, μεταβολεὺς, μετάβολος* speciali sensu de mercatura dicentes non magis de ellipsi cogitarunt, quam qui nunc vernaculis linguis similia verba de eadem re usurpant. SCHAEF.

* ΩΟΝ, Ovum. 336

Videtur subintelligendum in *Ἀνεμιαῖον*, ovum irritum seu subventaneum, apud Menandrum in Fragmentis, 37. In *Ζεφύρια* autem itidem subaudi *ᾠά*. LEISN. Unde didicit vir doctus, Menandrum (p. 36. Cler.) *ἀνεμιαῖον* de ovo dixisse, aut, si forte de ovo dixit, vocem *ᾠὸν* esse *κατ' ἔλλειψιν* subaudiendam? Ceterum miro errore, quae Suidas continuo addidit, quaeque Grammatici sunt, non poetae, verba, *τὰ δίχα σπέρματος ἀῤῥένος*, ut initium trimetri proxime sequentis, metro illigarunt: qui error ipsi Clerico suboluit. Conf. Schol. ad Lucian. T. I. p. 531. *Ὑπηνέμια λέγονται τὰ δίχα συνουσίας καὶ μίξεως.* — Hesychius T. I. c. 1583. *Ζεφύρια. ὑπηνέμια ᾠά.* e qua glossa nolim ego quidem colligere, *ζεφύριον*, ut Leisnero placet, a quoquam scriptorum Graecorum *ἐλλιπῶς* de ovo dictum esse. Aristoteles quidem Hist. An. VI. 2. p. 326. Cam. *Ζεφύρια δὲ καλεῖται τὰ ὑπηνέμια ὑπό τινων.* sed cum toto illo loco de ovis agatur, non veri nominis ellipsis, sed syntactica est. Alter Aristotelis locus, quo H. Stephanus utitur, quemque Leisneri rationem tueri suspiceris, a Viro Summo minus accurate exscriptus, sic habet: *Συνίζαται μὲν οὖν κυήματα τοῖς ὄρνισι καὶ αὐτόματα, ἃ καλοῦσιν ὑπηνέμια καὶ ζεφύριά τινες.* T. II. p. 641. E. Duvall. (1654.) SCHAEF.

ΩΡΑ, Hora, Tempus.

Deficit hoc substantivum in adiectivis feminini generis, ut: *ἡ πρωΐα*, et *ἡ ἑωθινὴ*, matutina.

Polybius: *ὑπὸ τὴν ἑωθινὴν*, sub (tempus) matutinum. Sic in *μακρὰν*, quum significat diu, vel longum tempus, subintellige *ὥραν*: ut, quum procul designat, subintelligitur *ὁδὸν*, uti supra dictum.

In *ἐξ αὐτῆς*, (e) illico, (legitur etiam una voce *ἐξαυτῆς*) subintell. *ὥρας*, ut sit, ex illa (hora): ab illo momento. [V. supra ad v. **Στιγμή**. SCHAEF.]

Sic *ἀφ' ἧς*, sc. *ὥρας*. Petri epist. II, c. III, 4. *ἀφ' ἧς γὰρ οἱ πατέρες ἐκοιμήθησαν*. Lucas Evang. c. VII, 45: *ἀφ' ἧς εἰσῆλθον* etc. Et *ἀπ' ἐκείνης*, plene *ἀπ' ἐκείνης ὥρας*. Apud Matthaeum evang. c. XV, 28. *Καὶ ἰάθη ἡ θυγάτηρ αὐτῆς ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης*: Et sanata est filia eius ab illa hora. (f)

* *Ἐπὶ ἑωθινὴν* habet Polybius T. I. p. 325. In *ἀπ' ἄρτι*, *ἕως ἄρτι*, s. *οὔσης ὥρας*, uti est 1. Corinth. IV. 11. *Ἄχρι τῆς ἄρτι ὥρας*. Possit in hisce etiam *Χρόνου* subaudiri. V. *Χρόνος*. In illis Homeri Odyss. Δ. v. 447. *Πᾶσαν δ' ἠοίην μένομεν*, s. *ὥραν*. uti apud Martial. L. V. v. 36. Sed mane totum dormies. et Hirtium de Bello African. c. XLII. a mane diei, i. e. a mane vel mano tempore diei. Est enim mane pro mano, s. tempore. V. Festus in v. Mane. SCHWEB.

* „Alciphr. 3. ep. 4. p. 282. Bergl. *ὁ γνώμων οὔπω σκιάζει τὴν ἕκτην*. Sed quia nomen *ὥρα* a veteribus quidem Graecitatis auctoribus, ut omnino de quadripartitis varietatibus anni, ita singulatim de vere, vel de auctumno, usurpatur: v. index Graecit. Aeschin. v. *ὧραι*· apud Pind. Isthmm. 2, 61. *θερείαις* grammatici praecipiunt dictum esse pro *θερείαις ὥραις*, ita, ut plurativus numerus haberet vim numeri alterius, ut Aesop. fab. 134. *θέρους ὥραις* legitur, et apud Herodo. 8, 12. *ὥρης θέρος*: [Miscet hîc diversa Fischerus. Nam aliud

est ὥρα θέρους: aliud Herodoti illud, ἦν μὲν τῆς ὥρης μέσον θέρος, quod, ut tot alia in Herodoto, πλεοναζόντως dictum est: nam si scripsisset ἦν μὲν μέσον θέρος, nihil admodum ad sensum explendum requireremus.] et ver apud Polyb. 3, 16., et aestatem apud Demosth. p. 123., ubi v. Reisk. p. 258. To. 1., τὴν ὡραίαν ita nominari, ut nomen ὥρα intellegi debeat. [Sic vulgo hanc vocem intelligunt. Mihi, cui ὥρα ὡραία parum placeat, ὡραία videtur παραγώγως dictum pro ὥρα: quae ratio etiam Aem. Porto Lex. Ion. v. Ὡραίη extr. in mentem venit. Pro substantivo Thomas quoque Mag., opinor, habuit p. 932. haec scribens: Οὐ μόνον ὥρα τὸ ἔαρ, ἀλλὰ καὶ ὡραία. De messis tempore Apollonius Rhod. III. v. 1389. οὐδὲ βολῇσι Μίμνει ἐς ὡραίην τερσήμεναι ἠελίοιο. Bene Scholiastes: Ὡραίην. παραγώγως εἶπεν ἀντὶ τοῦ εἰς ὥραν καὶ τὸν δέοντα καιρόν. Ὅμηρος, — ἀναγκαίη γὰρ ἐπείγει. Pausanias IV. c. 10. extr. λῃξείαις τε κατ' ὀλίγους ἀεὶ καὶ περὶ τὴν ὡραίαν καταδρομαῖς ἐς τὴν ἀλλήλων (*) χρώμενοι. Quid ibi Facius? „περὶ τὴν ὡραίαν. Amas. sub ipsa messis tempora. Sed inusitata est vox ἡ ὡραία, et de mendo hic suspicari haud temerarium esse videtur. Forte scriptum fuerit περὶ τὴν ὀρείαν, circa regionem montanam.“ Talia a Pausaniae editore, cui praeluxerant Sylburgii Kuhniique, non exspectasses. Conf. Herodot. I. c. 17. ὅκως μὲν εἴη ἐν τῇ γῇ καρπὸς ἀδρὸς, τηνικαῦτα ἐξέβαλλε τὴν ζρατιήν. ubi male Interpres: dum fruges — erant copiosae. Imo adultae: cum messis instaret, περὶ τὴν ὡραίαν.] Herodo. 1, 202. τὴν χειμερινήν. Anacr. odar. 50, 14. ἐς ἔτους Φανέντος ἄλλου. Caeterum idem nomen intellegi potest, quum dicitur ἡ πανσέληνος· v. Herodo. 2, 47. 6, 106. 120.“ Fischer. ad Weller. III. 1. p. 265. s. Epigr. adesp. CCCXLI. Ἀθάνατοι λούονται ἀνοιγομένου βαλα-

Digitized by Google

νείου, Πέμπτῃ δ' ἡμίθεοι, μετέπειτα δὲ πήματα πάντα. Aliter Lucianus T. II. p. 1. ἀπὸ τῆς πρώτης — —· περὶ δὲ τὴν ἑβδόμην. ubi ἡμέρα subaudiendum. SCHAEF.

(e) Lucas in Actis Apostol. c. X, 33. MICH.

(f) Observentur et haec sequentia. In εἰς μακρὰν s.
337 ὥραν, in longum (tempus). Samuelis L. II, cap. VII, 19: Καὶ ἐλάλησας ὑπὲρ τοῦ οἴκου τοῦ δούλου σου εἰς μακράν. Et locutus es, quae contingent domui servi tui post longa (tempora). Maximus Tyrius Dissert. I. p. 14. edit. Davisii: Καλέσει δὲ οὐκ εἰς μακράν. Vocabit autem te non ita multa post. (g) Adde Heliodorum L. II. pag. 99. (h)

Occurrit et in μίαν. Auctor vitae S. Theodori Grapti p. 209: Μίαν, εἶπε, μίαν μόνον κοινωνήσατε, scil. ὥραν: Unam, ait, unam saltem (horam) communicate.

Subauditur aliquando, quando tum pro tempestate, tum pro anni tempore ponitur. Hippocrates aphor. III, 16: ἐν τῇσιν ἐπομβρίῃσιν, sc. ὥραις, tempore pluvioso. SCHOETTG.

(g) In δορπισὸς, epuli vespertini tempus, subintell. ὥρα. Aristophanes Vesp. v. 103. Grammatici dictum ἀπὸ τοῦ τὸ δόρυ παύειν putant. Ita βουλυτὸς, sc. ὥρα, vespertinum tempus, pariter dicitur, quia tum cessant et solvuntur boves. [Falli Leisnerum, ipsum nominum illorum genus, quod masculinum est, satis indicat. SCHAEF.] Apud Aristophanem in Thesmoph. v. 669. in τὴν πρώτην supple ὥραν, i. e. primo quoque (tempore). LEISN. Lucianus T. III. p. 512. Οὐ γὰρ ἐκέλευες τήν τε [l. γε] πρώτην μὴ βιάζεσθαι. Antyllus apud Oribasium (v. Mercurial. de Arte Gymn. II. 4. c. 544. Pol.) τὴν μὲν πρώτην ἡσύχως, ἔπειτα σφοδρότερον. Add. Bengel. ad Gregor. Thaumat. Panegyric. p. 171. s. Simile ἐξ ὑσέρης, quo utitur Herodotus I. c. 108. Ceterum haec quoque cum aliis eiusdem generis ex Musgravii ratione interpretanda. V. supra ad v. Ἀρχή. SCHAEF.

338 (h) Etiam Artemidorum in Oneirocritici L. I, c. 28. p. 29. et Raphelium ad Act. II, 39. BERNH.

(*) Sic recte corrigunt vulgatum Ἑλλήνων. Frequens confusio harum vocum. Vid. Sylburg. ad Pausan. p. 384. et Facius T. III. p. 176. Similiter confusa ἄλλων et Ἑλλήνων in Diod. Sic. XX. c. 111. In Dionys. Hal. Ant. Rom. T. II. p. 859. s. διττογραφία textum obsedit, eiectâque voce ἄλ-

Digitized by Google

λοις, quam non agnoscit Cod. Vat., scribendum est τοῖς Ἕλλησι. Eiusdem διττογραφίας aliud, opinor, exemplum exstat in Luciani Phalar. alt. T. II. p. 204. s. ubi eadem illa vox videtur eiicienda. SCHAEF.

* ΩΤΑ, Aures.

Vide supra in οὖς, auris. LEISN.

* ΩΦΕΛΕΙΑ, Utilitas, commodum.

Ὠφέλεια deficit post verbum συμφέρω. MICH.

Haec de Ellipsi Nominum.

DE

ELLIPSI VERBORVM. 339

A.

[ΑΓΑΝΑΚΤΕΙΝ, Indignari, cum particula μή.

Non solum Ellipsis Nominis apud Graecos est usitata, sed etiam Verbi, licet illius multo, quam huius, frequentior sit usus. Quum igitur Nominis Ellipsios exemplorum, quod satis est, nostra quidem opinione, dederimus; transeundum nunc erit ad Verba, quae, ad orationis integritatem necessaria, nonnunquam deesse, observavimus. Eorum alia sola, alia cum particulis omitti solent.

Posterioris generis est verbum ἀγανακτεῖν, indignari, vel ὀργίζεσθαι, irasci, vel simile quid, quod, praecedente vocula μὴ, subinde omittitur post verbum πείθειν, persuadere. Ex

gr. Matth. evang. cap. XXVIII, 14: Καὶ, ἐὰν τοῦτο ἀκουσθῇ ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος, ἡμεῖς πείσομεν αὐτὸν, καὶ ὑμᾶς ἀμερίμνους ποιήσομεν: Et, si hoc auditum fuerit apud praesidem, nos persuadebimus ei, et securos vos praestabimus. ubi ἡμεῖς πείσομεν αὐτὸν elliptica loquutio est, sic supplenda: μὴ ἀγαναχτεῖν ὑμῖν, ne vobis succenseat. Cave igitur, cum Grotio et aliis vertas: Nos placabimus eum. Nunquam enim πείθειν significat placare, sed constanter persuadere. Exempla plura huius Ellipsios adnotavit Vir Cl. Ioannes Clericus ad Galat. I, 10.] (a)

(a) Hanc observationem ex prima editione huc transtulimus, sed uncis inclusam. In secunda enim editione omissa est, quia Cl. Auctor fortasse mentem mutavit. [Et iure mutavit. Verissime enim Elsnerus ad l. c. Epist. ad Galat. T. II. p. 172. illam ellipsin mirificam et insolentem dicit. Vid. Schleusneri Lexic. in N. T. v. Πείθω extr. SCHAEF.] Quum vero videremus, Cel. Wolfium, in Curis Philologicis ad locum Matthaei, ad eam provocasse, dignam censuimus, quae et in praesenti editione revocaretur. SCHOETTG.

* ΑΓΕΙΝ, Ducere.

Apud Tacticos et Historicos interdum ἐλλιπῶς occurrit εἰς τὰ ὅπλα. Plene Arrianus in Tact. p. 73. Ἄγε εἰς τὰ ὅπλα. coll. Aelian. c. LIII. In Accusativo absolute posito ad affectum exprimendum, apud Lucianum T. III. p. 304. Τοὺς Θρᾷκας, ὦ Παρμένων. sub. ἄγε. Audacior paullo est ellipsis huius vocis apud Sophoclem Antigon. v. 111. Ὃν ἐφ' ἁμετέρᾳ γῇ Πολυνείκης. sub. ἤγαγεν. v. Schol. Gr. SCHWEB. Sic vulgo in Sophocle legi sine ulla legitimae structurae forma Brunckius monet. Ad legitimam igitur verba revocavit mutatione satis leni, quam si probas, nihil est quod subaudias. SCHAEF.

* ΑΚΟΥΩ, Audio.

Aristophanes in Acharn. v. 361: πόθος γὰρ πάνυ με, ὅ, τι φωνεῖς, ἔχει, subintellige ἀκοῦσαι.

Digitized by Google

Desiderium me tenet (audiendi), quid dicturus sis. Idem verbum potest subaudiri in loco Nub. v. 1393:

Οἶμαί γε τῶν νεωτέρων τὰς καρδίας
Πηδᾶν, ὅ, τι λέξει.
Credo ego, adolescentum exilire pectora (desiderio scil. audiendi) quidnam puer isthic dicturus sit.

Post *νεωτέρων* supple: *ἀκοῦσαι βουλομένων.* LEISN. Kusterus ad v. c. Nub. „Notet hîc Lector Ellipsin verbi alicuius; nimirum *τοῦ προσδοκώντων*, vel *βουλομένων εἰδέναι*, vel similis alicuius. Sensus enim est: Credo adolescentum exilire pectora, (expectantium) quid dicturus sit. Similis Ellipsis occurrit in loco illo Acharn. v. 361. *Πόθος γὰρ πάνυ με, δ, τι Φωνεῖς, ἔχει.* Subintelligendum enim ibi est, *τοῦ ἀκοῦσαι*, vel *εἰδέναι*, vel simile quid.“ Sed Ernestius: „Non necesse est cum Kustero intelligere *προσδοκώντων.*“ Vere, opinor. Vide supra ad v. *Λογιζόμενος*, ubi quae larga manu congessi, his Aristophaneis recte comparas. SCHAEF.

* ΑΛΓΕΙΝ, Dolere.

Subauditur in isto loco 2 Reg. IV, 19: *Τὴν κεφαλήν μου, τὴν κεφαλήν μου*, scil. *ἀλγέω.* Doleo caput. SCHOETTG.

* ΑΝΑΚΕΙΜΑΙ, Positus, Dicatus sum. 341

Hoc verbum supprimi solet in illis epigrammatibus, quae tabellis votivis olim inscribebantur, ut in illo:

Κλειοῦς αἱ δύο παῖδες Ἀρισοδίκη καὶ Ἀμεινὼ
Κρῆσσαι, πότνια σῆς, Ἄρτεμι, νειοκόρου.

Supple: *ἀνάκεινται*, consecratae sunt. [Est Pancratis Epigr. I. Post *νειοκόρου* continuo sequitur, quod magis etiam arguit orationem esse *ἐλλιπῆ*, *τετραετεῖς ἀπὸ μητρός.* Brunckius: „In *ἀπὸ*

Digitized by Google

μητρὸς subaudiendum ἀνάκεινται s. ἀνατεθειμέναι ἑξήκασι.“ Ceterum ne quis, passivo illo ἀνατεθειμέναι motus, putet ἀπὸ positum esse pro ὑπὸ, sciat, hanc praepositionem eandem h. l. habere vim, quam παρὰ in locutionibus solutionem pecuniae impensamve significantibus. In Luciano T. II. p. 207. scribendum et interpungendum: καὶ καταδαπανῶντα παρ' αὐτοῦ, κρίνεσθαι. quomodo omnia sana sunt Sic Herodotus II. c. 129. παρ' ἑωϋτοῦ διδόντα ἄλλα, L. VIII. c. 5. ὡς παρ' ἑωϋτοῦ δῆθεν διδούς. (Quod in Pancratis poematio sequitur substantivum Lexicis inferendum εὔτεκνον, compares cum substantivo εὔπαις, de quo v. Scholiast. et Kuster. ad Aristophan. Plut. v. 639.) SCHAEF.] Talis ellipsios exemplum vide in Anthologiae L. VII. p. 436: Ἀ Φόρμιγξ etc. Conf. Vannus Crit. p. 199. Apud Pausaniam in Phocic. c. IX. dubium videtur esse, idemne verbum per ellipsin de industria omissum fuerit, an culpa aliqua exciderit: Καὶ ἔξιν ἀνδριὰς ἐν Δελφοῖς, sc. αὐτῷ ἀνακείμενος. [Sylburgius ad h. l. „Post ἀνδριὰς desideratur αὐτῷ ἀνακείμενος.“ Facius: „Deesse videtur αὐτοῦ, ita ut genuina lectio fuerit: καὶ — ἐν Δελφοῖς αὐτοῦ.“ Scribe mecum: καὶ ἔξιν οἱ ἀνδριὰς ἐν Δελφοῖς. Contrarium vitium Herodoteis, opinor, inhaeret II. c. 175. in. ubi scribendum suspicor: προπύλαια θωϋμάσια ἐξεποίησε. Conf. Meletem. Crit. in Dionys. Hal. I. p. 66. SCHAEF.] Ceterum hoc verbum de statuis et simulacris adhiberi; docet Iensius Lection. Lucian. III, 1. p. 307. LEISN.

* ΑΝΑΤΙΘΗΜΙ, vel ΑΝΑΤΙΘΕΜΑΙ, Dedico, Pono.

Haec vocabula crebro reticentur in illis formulis, quibus nos alteri dedicare aliquid aut sacrare velle dicimus. E. gr. in Epigrammate Iuliani, Anthologiae libro VI:

Ταῖς Νύμφαις Κινύρης τόδε δίκτυον· οὐ γὰρ ἀείρει
Γῆρας ἀκοντισὴν μόχθον ἐκηβολίης.
Hoc Cinyras Nymphis (sacravit) rete; labores
Non etenim tantos ferre senecta potest.

Et ibidem in Platonis Epigrammate, ubi Lais ita ait: 342

Τῇ Παφίῃ τὸ κάτοπτρον· ἐπεὶ τοίη μὲν ὁρᾶσθαι
Οὐκ ἐθέλω· οἵη δ' ἦν πάρος, οὐ δύναμαι.
Hoc Paphiae speculum (sacro) Lais. Nolo videri
Qualis sum; siquidem non queo, qualis eram.

In primo post *τὸ δίκτυον* subaudi *ἀνέθετο*: in secundo post *τὸ κάτοπτρον* subintellige *ἀνατίθεμαι*, vel *ἱερόομαι*, vel simile. Saepe in Epigrammatibus diserte adduntur *τίθεμαι*, *δωροῦμαι*, *ἀνατίθημι*, *ἱερωσάμην*, *δῶρον ἔθηκα*, *ἀνθέμην*, *θῆκα*, *δῶρα ἐθέμην*, *ἀνέθηκα*, *δῶρον ἐκρέμασα* etc. Scaliger ad Catalecta p. 507. edit. Lugd. notat, etiam verbum dedicare, ubi res ita fert, apud Latinos omitti. Huc pertinet illud Virgilii:

Aeneas haec de Danais victoribus arma.

LEISN.

* In dedicationibus statuarum et monimentorum saepe omitti putatur, etiam ad quartum casum. Plenae dictionis exempla duo adfert Zeibich. Athl. *παραδ.* p. 63. *τὸν ἀρχιερέα κ. λ. ἡ Ἀντιοχὶς Φυλὴ ἀνέθηκεν.* Et *Εὔμηλον κ. λ. Φροντιςὴς ἀνέθηκεν.* Ut tamen dicam, quod sentio, videtur accusativus ille ab omisso *τιμάω* (vid. infra) pendere, nominativus vero sequens novum punctum incipere. Posteriorem ergo integram ita lege. *Εὔμηλον θεὸν πατρῷον φράτορσιν Εὐμηλίδων.* scil. *ἐτίμησε.* *Τ. Φλαούϊος Πῖος Φροντιςὴς ἀνέθηκεν σὺν Τ. Φλαουΐῳ τέκνῳ.* subaudi *τὴν τειμήν.* F. ST.

* ΑΝΙΣΤΗΜΙ.

Aeque ac *ἀνατίθημι* in inscriptionibus lapidaribus subaudiri potest, v. c. ap. Smith. Not. 7. eccl. Asiae p. 38. *τοῦτο τὸ ἡρῷον Στεφάνῳ*, scil. *ἀνέ-*

Digitized by Google

ϛησεν, ἡ ἐργασία τῶν βαΦέων. Suppletur in alia ap. Spon. Tom. I. p. 311. *ἡ βουλὴ ἐκ τῶν ἰδίων μαρτυροῦσα ἀνέϛησεν.* Hinc *ἐπιμεληθέντων* ΤΗΣ ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ *τῶν ϛρατιωτῶν* Smith. p. 10. F. ST.

ΑΠΑΓΕΙΝ, Abire.

Subauditur plerumque imperativus, vel futurum indicativi, verbi *ἀπάγειν*, vel *ἀπέρχεσθαι*, in locutionibus: *ἐς κόρακας*, ad corvos; *ἐς Μακαρίαν*, in Macariam; *εἰς ὄλεθρον*, in perniciem, quarum magna seges est apud Comicum. Plenus enim sermo est: *Ἄπαγε* (*σεαυτὸν*) vel *ἀπέρχου ἐς κόρακας*, abi ad corvos etc. Et-
343 iam *ἐρεῖ*, vel *ἐρήσεις*, subaudiri potest, quod addidit Comicus in Pace v. 499. p. 658:

Ἄνδρες Μεγαρῆς, οὐκ ἐς κόρακας ἐρήσετε;
Vos Megarenses, nonne ad corvos abibitis? (b)

Ἀπάγεσθαι, vel *κατάγεσθαι*, nonnunquam reticetur ante *εἰς* praepositionem. Ex. gr. a Luca in Actis Apostol. c. VII, 9: *Τὸν Ἰωσὴφ ἀπέδοντο, εἰς Αἴγυπτον.* Integre, *ἀπάγεσθαι εἰς Αἴγυπτον.* Iosephum vendiderunt abducendum, vel, ut abduceretur in Aegyptum. Expressum est utrumque hoc verbum Genes. XXXVII, 28: *Ἀπέδοντο τὸν Ἰωσὴφ — — — καὶ κατήγαγον τὸν Ἰωσὴφ εἰς Αἴγυπτον.* Sic Act. XXVIII, 17: *Δέσμιος ἐξ Ἱεροσολύμων παρεδόθην εἰς τὰς χεῖρας τῶν Ῥωμαίων.* pro *δέσμιος ἀπαχθεὶς ἐξ Ἱεροσολύμων παρεδόθην.* Homerus Iliad. Ω. v. 752:

Πέρνασχ', ὅντιν' ἕλεσκε, πέρην ἁλὸς ἀτρυγέτοιο.

sc. *ἀπαχθησόμενον.*

Vendidit, quemcunque cepit, (abducendum) trans mare indomitum.

Herodotus L. II. p. 111. *Καὶ τὴν μὲν αὐτέων πυθέσθαι ἐς Λιβύην πρηθεῖσαν, τὴν δὲ εἰς τοὺς Ἕλληνας:* Et harum alteram, se audivisse,

venditam in Libyam, alteram ad Graecos. ubi praecessit *ἐξαχθῆναι*. Et paullo post: *καὶ τὴν μὲν αὐτέων ἐς Λιβύην, τὴν δὲ εἰς τὴν Ἑλλάδα ἀπέδοντο*. Et pag. seq. *πρηθῆναι ἐς Θεσπρωτούς*. Pausanias Lacon. p. 254. *πραθέντα εἰς Κρήτην*. [Homerus Odyss. XV. v. 386. *ἠδ' ἐπέρασσαν Τοῦδ' ἀνδρὸς πρὸς δώμαθ', —*. Sed addito verbo ducendi ibid. v. 427. *πέρασαν δέ με δεῦρ' ἀγαγόντες Τοῦδ' ἀνδρὸς πρὸς δώμαθ'· —*. et Il. XXI. v. 40. *καὶ τότε μέν μιν Λῆμνον ἐϋκτιμένην ἐπέρασσεν Νηυσὶν ἄγων*. Herodotus VIII. c. 105. *ἀγινέων ἐπώλεε ἐς Σάρδις τε καὶ Ἔφεσον*. Quamquam, ubi tale verbum deest, noli cum Bosio locutionem pro elliptica habere. Verba enim vendendi cum praepositione *εἰς* proprie iunguntur, sic ut non magis quidquam subaudiri oporteat, quam quum nos similiter dicimus *wohin verkaufen*. Conf. Valckenar. Adnot. Crit. in N. F. p. 409. Eademque est ratio multarum id genus locutionum, cuiusmodi sunt *ἀνατιθέναι εἰς —, γαμεῖσθαι εἰς —, θύειν εἰς —, σώζειν* s. *διασώζειν εἰς —*, etc. SCHAEF.]

* Plena locutio occurrit apud Aristophan. Ran. v. 877. *Ἄπαγε σεαυτὸν ἐκποδών*. Theophrast. Charact. c. XXV. *Ἄπαγ' ἐς κόρακας*. SCHWEB. Meleager CXVIII. v. 5. *οὐκ ἀπ' ἐμεῦ*; Add. Dorvill. ad Chariton. p. 707. SCHAEF.

(b) Vel *πορεύου*, vel *πέμπου*, vel *οἴχου*. vid. Aristophanem in Vespis, 51. BERNH.

* ΑΠΑΛΛΑΣΣΕΣΘΑΙ, Liberari, Recedere. 344

Aristophanes Equit. vers. 101:

Ὡς εὐτυχῶς, ὅτ' οὐκ ἐλήφθην ἔνδοθεν
Κλέπτων τὸν οἶνον.

i. e.

Quam bene (mecum actum est), quod non sum deprehensus,
Quum vinum furarer.

Digitized by Google

ὡς εὐτυχῶς, scil. *ἀπηλλάχθην*. Latini: Quam bene! o bene! Bonum factum! LEISN. Ad tales exclamationes nihil subaudiendum. SCHAEF.

ΑΠΙΕΝΑΙ, Abire.

Omittitur et hoc verbum ante praepositionem, motum ad locum significantem, ut apud Lucianum in Bis Accus. p. 219. *Ἐγὼ δὲ ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν*, sc. *ἄπειμι*: Ego vero ad arcem (abeo). Et apud Homerum Iliad. B. 154:

— — — *ἀϋτὴ δ' οὐρανὸν ἶκεν*
Οἰκαδε ἰεμένων.
— — — ivitque clamor coelo
Eorum, qui domum desiderabant.

sc. ire. [*ἰεμένων* non iungendum cum *ἀϋτὴ*, quod vulgo fit, sed est absolute positum: de qua constructione v. supra p. 50. 51. Igitur post *ἶκεν* haud male interpungas commate. Ceterum ad *ἰεμένων* etiam Heynius subaudit *ἰέναι* s. *πορεύεσθαι*, T. VI. p. 320. Non opus, opinor. Hesychius: *Ἴεμαι*. — *ὁρμῶ*. SCHAEF.] Sic in illo loco Luciani de Gymnas. p. 278. videtur eius participium subintelligi: *τὸν γὰρ πῖλόν μοι ἀφελεῖν οἴκοθεν ἔδοξεν*. Plene, *οἴκοθεν ἀπιόντι*. [Vertitur locus: pileum enim relinquere domi visum est. T. II. p. 895. Accuratius vertas: pileum enim deponere, simulac domo exieram, visum est. Nolim tamen Bosio ellipsin comminiscenti accedere. Notio enim *τοῦ ἀπιέναι*, etiamsi nihil extrinsecus assumas, latet involuta adverbio *οἴκοθεν*, quod est pro *ἀπ' οἴκου*. Compara, quod non multum differt, Homericum Il. VIII. v. 53. *Οἱ δ' ἄρα δεῖπνον ἕλοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοὶ Ῥίμφα κατὰ κλισίας, ἀπὸ δ' αὐτοῦ θωρήσσοντο*. ubi *ἀπ' αὐτοῦ* (*αὐτόθεν*) est, simulac cibum sumserant. Alia, eodem modo intelligenda, v. supra ad v. *Ἐρχόμενος*. Add. Fischer. Ind. Graec. ad Theophr. Charact. v. *Ἀπό*. SCHAEF.] Theophrastus Char. Ethic. in

Digitized by Google

Charact. μικρολόγου: Ὁ δὲ μικρολόγος τοιοῦτός τις, οἷος ἐν τῷ μηνὶ ἡμιωβόλιον ἀπαιτεῖν, εἰς τὴν οἰκίαν. pro ἀπαιτεῖν, ἀπιὼν εἰς τὴν οἰκίαν. [Scribe, ut habent Theophrasti editiones, ἐπὶ τὴν οἰκίαν. Ceterum hunc locum Interpretes Criticique multimodis tentarunt et explicarunt, mallemque Bosius eo abstinuisset. SCHAEF.] Theocritus Idyll. B. v. 80:

Ὡς ἀπὸ γυμνασίοιο, καλὸν πόνον ἄρτι λιπῦσι. 345
Ut e gymnasio (redeuntibus), relicto pulcro labore.

Scholiastes: Καθὰ ἀπὸ τῆς παλαίστρας ἐξελθοῦσιν, αὐτίκα τότε καλὸν πόνον λιποῦσι. Marc. c. VII, v. 4: καὶ ἀπὸ ἀγορᾶς, ἐὰν μὴ βαπτίσωνται, οὐκ ἐσθίουσι. i. e. ἀπὸ ἀγορᾶς ἐλθόντες.

* In illis Aristophan. Ran. v. 1312.

Ἐγὼ μὲν οὖν ἐς τὸ βαλανεῖον βούλομαι.

s. ἀπιέναι. Hanc ellipsin imitantur quoque Latini. Sic Cicero de Offic. L. III. c. 20. Et ceteri quidem alius alio, Marius a subselliis in rostra. sub. abiit. Idem L. XVI. ad Divers. epist. XVII. Nam ego hinc perinde mane cogito. s. abire. SCHWEB. Add. Dorvill. ad Chariton. p. 706. s. SCHAEF.

* ΑΠΟΔΙΔΟΝΑΙ, Reddere, Retribuere.

Subaudiri potest haec vox apud Matth. c. V. v. 38. Ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος. sub. ἀποδώσεις. Plene cum aliis in locis, tum Roman. c. XII. 17. coll. Exod. c. XXI. 23. 24. SCHWEB.

* ΑΡΚΕΙΝ, Sufficere.

Ὅσον ἐς τὸ ὑγιᾶναι (sc. ἤρκεσε) ἐχρῆτο αὐτοῖς: Quantum ad sanitatem recuperandam (sufficiebat). Aelianus in Var. Hist. L. IV. c. 15. BERNH.

B.

* ΒΑΛΛΩ.

In lapide ap. Smith Not. 7 eccl. Asiae p. 33.

Digitized by Google

legis *Φλαούϊος Ζεῦξις — κατεσκεύασεν τὸ μνημεῖον ἑαυτῷ καὶ τοῖς τέκνοις, καὶ ᾧ ἂν ἐκεῖνοι συγχωρήσωσιν.* adde *βαλεῖν ἕτερον*, vel *θεῖναί τινα.* Prius habes p. 59. *μηδενὸς ἔχοντος ἐξουσίαν ἕτερον βαλεῖν.* Posterius p. 19. F. ST.

* BIAΩ, Urgeo.

Homerus Ἰλιάδ. κ. v. 43. *χρεὼ βουλῆς ἐμὲ καὶ σέ.* Opus est consilio et mihi et tibi. Ita idem Homerus Ἰλιάδ. ί. vers. 75. et 603. Ἰλιάδ. λ'. vers. 605. Ἰλιάδ. σ'. vers. 406. Odyss. ά. vers. 225. In quibus locis omnibus est ellipsis verbi *βιάω*, vel similis, quasi dicas *χρεὼ βουλῆς ἐμὲ καὶ σὲ βιάει.* Necessitas consilii et me et te opprimit vel urget. Istam saepe apud Homerum obviam ellipsin ipse Homerus alicubi per *τὸ βιάειν* supplet, nempe Ἰλιάδ. κ'. vers. 172:

Ἀλλὰ μάλα μεγάλη χρειὼ βεβίηκεν Ἀχαιούς.
346 Verum valde magna necessitas oppressit Achivos.

Conf. de hac ellipsi, quae infra in voce *Ἰκάνω* dicentur. Item, quae Bosius habet in *ἐπείγειν.* LEISN.

* BINEIN.

Hoc aut simile verbum subaudias ad accusativum in reticentia obscoena. Aristophanes Vesp. v. 1178. *ἔπειτα δ', ὡς ὁ Καρδοπίων τὴν μητέρα.* Brunckius: „Additurus erat pater, *ἐσπόδει, ἐκίνει*, vel simile quid, ni eius sermonem abrupisset filius.“ Unde hoc rescivit? Talia enim sic *ἐλλιπῶς* dici solent. Theocritus I. v. 105. *οὗ λέγεται τὰν Κύπριν ὁ βωκόλος.* ad quem locum v. Toupium in Addend. T. II. p. 389. b. ed. Wart. et Valckenarium in edit. x Eidyll. p. 28. s. Antipater Sidon. II. v. 5. *Εὐαγόρας δ' ὧν χαλκὸς ἄτερ δόλου αὐτὸς ἐναργὴς Πάντας καὶ πάσας.* ut egregie Codex Vaticanus. Parmenio III. *Ὁ Ζεὺς τὴν Δανάην χρυσοῦ· κἀγὼ*

Digitized by Google

δὲ σὲ χρυσοῦ. ubi pronomen male ἐγκλίνουσιν. SCHAEF.

ΒΛΕΠΕΙΝ, Videre.

Verbi huius Imperativus eleganter reticetur (a) ante ὅπως vel ἵνα. Ex. gr. Ὅπως μὴ ποιήσῃς, pro, βλέπε, ὅπως μὴ ποιήσῃς: Vide, ne facias. (b) Possis etiam ὅρα, vel σκόπει, subaudire. (c) Vide sis, quae ad verbum Σκοπεῖν dicturi sumus. (d)

(a) Item ante μὴ cum sequente Subiunctivo, ut Apoc. VII, 3: μὴ ἀδικήσητε. Arias: cavete ne perdatis. MICH.

(b) Huc pertinet locus Matth. c. XXV, 9. SCHOETTG.

(c) Haec observatio inservit explicationi locorum Marc. Antonini L. IV. §. 24. et 2. Tim. II, 25. Act. V, 39. Aristophanis in Nub. 256. et 1179. Aeschyli in Prometh. 68. Vid. Kusterus ad Aristophanis Plutum 326. Confer, quae infra in φροντίζειν monebuntur. LEISN.

(d) Et Raphelii annotationes in Novum Testamentum ex Xenophonte, pag. 260. MICH.

* ΒΛΗΘΗΝΑΙ, Proiici.

Matthaeus in evangel. c. V, 22: Ἔνοχος ἔσται 347
εἰς τὴν γέενναν. quae verba Hombergius ita supplet: Ἔνοχος ἔσται, βληθῆναι εἰς τὴν γέενναν: reus est, ut proiiciatur in gehennam. SCHOETTG.

ΒΟΥΛΕΣΘΑΙ, Velle.

Et huius verbi secunda tertiave persona desideratur post εἰ δὲ, inprimis apud Poëtas. Homerus Iliad. I. v. 46:

Εἰ δὲ, καὶ αὐτοὶ
Φευγόντων σὺν νηυσὶ φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν.
Si vero (velint,) et ipsi
Fugiant cum navibus in patriam terram.

Ad quem locum Eustathius: Ἀντὶ τοῦ, εἰ δὲ βούλονται, φυγέτωσαν καὶ αὐτοί. [V. 42. praecessit plenâ oratione: εἰ δέ τοι αὐτῷ θυμὸς ἐπέσσυται,

Digitized by Google

ὥστε νέεσθαι, Ἔρχεο. SCHAEF.] Eodem libro deinceps:

Εἰ δ', ἄγε etc.

Ubi Eustathius iterum: Τοῦτ' ἔξιν, εἰ δὲ βούλεσθε. Theocritus Idyll. B. v. 95:

Εἰ δ', ἄγε, Θέσυλι, μοὶ χαλεπᾶς νόσω εὑρέ τι μᾶχος.
Si vero vis, Thestyli, mihi gravis morbi aliquod remedium inveni.

[Haec locutio fere non ἐνδοιαζικῶς, sed κελευσματικῶς dicta reperitur. Sic orationem orditur in Apollonio Rhod. II. v. 686. Itaque εἰ illud multis, nullam hîc ellipsin agnoscentibus, placuit a particula hortandi εἶα derivare. Vid. H. Stephan. Animadvers. in Lib. de Dialect. p. 24. et Valckenar. ad Theocr. l. c. in edit. Dec. Eidyll. p. 58. s. Heynius ut solet pugnantia inter se conciliare, quod ubi commode licet, nemo facile reprehendat, „Potuit, inquit ad Il. VI. v. 376., principio esse elliptica loquendi forma — — mox tamen latiorem vim accepit." SCHAEF.] Similiter post εἴπερ. Aristophanes in Nub. vers. 226:

Ἔπειτ' ἀπὸ ταρροῦ τοὺς θεοὺς ὑπερφρονεῖς,
Ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τῆς γῆς, εἴπερ. (sc. βούλει.) (e)
Itane ex alto calatho Deos despectas,
Et non de terra, si modo (vis.)

* Alia huius Ellipseos exempla affert d'Arnaud in Lectionib. Graec. p. 229. SCHWEB.

348 (e) Hic locus difficultate non caret. Kusterus ita capit: ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τῆς γῆς (scil. ὑπερφρονεῖς τοὺς Θεοὺς), εἴπερ ὑπερφρονεῖν δεῖ τοὺς Θεούς. LEISN.

Γ.

ΓΙΝΕΣΘΑΙ, Esse, Fieri.

Non tantum apud Poëtas, verum etiam apud prosae scriptores, obvia est ἔλλειψις verbi γίνεσθαι. Sophocles in Philoct. v. 1076:

Ὑμεῖς δ', ὅταν καλῶμεν, ὁρμᾶσθαι (a) ταχεῖς.
Vos ergo, cum vocabimus, festinate.

Digitized by Google

ubi Scholia: Γίγνεσθε δηλονότι. nimirum γίγνεσθε ταχεῖς. [Imo, quod etiam Wakefieldius monuit, infinitivus ὁρμᾶσθαι pro imperativo positus est. Sic malim intelligere Antipatri Sidon. XLIX. v. 5. καὶ Διὸς εἶναι δεύτερος, quam cum Iacobsio ad εἶναι subaudire λεγέσθω. In Luciano T. III. p. 465. leg. ἐγεῖραι et προξενέειν: illud quidem ex libris. conf. p. 468. it. p. 559. ubi nollem Graevius scripsisset: „Poëtis hoc et legum latoribus familiare, haud scio an barbarum in prosa.“ Oraculum Delphicum in Aeliani Fragm. p. 1017. ed. Gron. Ὀργὴν οὖν πρήϋνον ἀμειδέα, μηδ' ἐπιτείνειν Κωλύων. Male Perizonius: „Leg. ἐπίτεινον.“ (In eodem Fragmento paullo ante scrib. δεινὴ ἡ ἐπίτασις.) SCHAEF.] Demosthenes pro Corona: Τότε τοίνυν, τὰ μὲν ἔμελλεν, ὡς ἐδόκει, τῶν δεινῶν, τὰ δ' ἤδη παρῆν: Tunc vero ex calamitatibus aliae, ut videbatur, eventurae erant, aliae iam praesentes erant. ubi post ἔμελλεν supple γενήσεσθαι. [Praestat supplere παρέσεσθαι. Vid. Interpretes ad Lucian. T. I. p. 448. s. Hemsterhus. ad Aristophan. Plut. v. 1103. SCHAEF.] (b)

Γέγονεν intellige in locutione τί ὅτι, (d) quae occurrit in Evang. Lucae c. II, 49: Τί ὅτι ἐζητεῖτέ με; i. e. τί γέγονεν, ὅτι ἐζητεῖτε; Quid (est,) quod quaereretis me? In Act. Apost. V, 4: Τί ὅτι ἔθου ἐν τῇ καρδίᾳ σου τὸ πρᾶγμα τοῦτο; i. e. τί γέγονεν, ὅτι ἔθου; Quid (est,) quod in animum hoc induxeras? Et v. 9: Τί ὅτι συνεφωνήθη ὑμῖν; Quid (est,) quod convenerit inter vos? Integra occurrit in Evang. Ioannis c. XIV, 22: Τί γέγονεν, ὅτι ἡμῖν μέλλεις ἐμφανίζειν σεαυτόν; Quid est, quod nobis patefacturus sis te ipsum? Vide etiam Marci evang. c. XIV, 49. et Ioan. c. XV, 25. (e) [Aristophanes Vesp. v. 21.: 349

Πῶς δὴ, προσερεῖ τις τοῖσι συμπόταις λέγων,
ὅτι ταὐτὸν ἐν γῇ θηρίον, κἀν οὐρανῷ,
κἀν τῇ θαλάττῃ γ' ἀπέβαλεν τὴν ἀσπίδα;

Brunckius: „Quaestio est elliptica: *πῶς δὴ γίνεται, ὅτι ταὐτὸν θηρίον ἐν γῇ καὶ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ θαλάττῃ ἀπέβαλε τὴν ἀσπίδα;*" SCHAEF.]

Γένοιτο, in loquendi modis optativis, infinitiva oratione prolatis, ut apud Comicum in Acharn. v. 816:

Ἑρμ' ἐμπολαῖε, τὰν γυναῖκα, τὰν ἐμὰν,
Οὕτω μ' ἀποδόσθαι, τάν τ' ἐμαυτοῦ ματέρα. (f)
Utinam, o Mercuri negotiator, uxorem meam
Meamque matrem sic vendere liceat mihi!

Ad quem locum Scholia: *Λείπει δὲ τὸ γένοιτο.* [Scrib. *Ἑρμᾶ 'μπολαῖε.* Conf. Porson. praefat. ad Euripid. Hecub. p. IX. De usu hoc infinitivorum in precando v. infra ad v. *Εὔχεσθαι.* SCHAEF.] Item in *ἵνα τί*, ut quid? quem in finem? subaudiendum relinquitur *γένοιτο.* [Si hoc verbum subaudire placet, utere coniunctivo *γένηται.* SCHAEF.] Comicus in Concionatr. v. 713. p. 745. Πρ. Τὰς *πόρνας καταπαῦσαι βούλομαι*: Meretrices compescere volo. Βλ. *Ἵνα τί*; (scil. *γένοιτο.*) Ut quid (fiat?) Quem in finem? Πρ. *Δῆλον τοῦτό τι, ἵνα* etc. Hoc nimirum, ut etc. Simile quid deesse in *ἵνα τί*, colligi potest ex Terent. Phorm. III, 3: Quamobrem? ut quidnam facturus? ubi in voc. ut quidnam, imitatus est Graecorum *ἵνα τί.* [Livius IV, 49, 15. quid ut a vobis sperent? SCHAEF.] (g)

* Sic etiam in illis Homeri Iliad. Π. v. 99. *Νῶϊν ἐκδῦμεν ὄλεθρον*, sub. *γένοιτο.* [Heynius ad h. l. T. VII. p. 157. „*εἴη ἄν, γένοιτο ἡμῖν, ἐκδῦναι τὸν ὄλεθρον.*" Optativus, qui proprie dicitur, particulam *ἄν* detrectat. SCHAEF.] Item in *μηδαμῶς* absolute posito. Actor. X. 14. In *οὔ.* Matth. XIII. 29. [Subaudiendum ibi ex praegressis *θέλω.*

Digitized by Google

οὐ γένοιτο soloecismus est, non magis in N. F. quam alibi ferendus. SCHAEF.] Pro eo plene est Roman. III. 6. Μὴ γένοιτο. In τί γάρ. Rom. III. 4. Porro τὸ, γένηται subaudiri possit 1. Cor. I. 31. Ἵνα (γένηται), καθὼς γέγραπται. Denique in illis Graecorum καὶ τοῦτο, καὶ ταῦτα cet. quando ἐν αὐξήσει ponuntur, uti apud Latinos idque, τὸ, γίνεται, vel γένοιτο, pro contextus ratione supprimitur. 1. Corinth. VI. v. 6. 8. Vid. Wolf. ad h. l. Eodem modo etiam Latini saepe ellipsi hac utuntur. Cicero ad divers. L. XIII. ep. XLVII. Quid si melius hoc. sub. fiat. Idem pro Balbo c. III. Est aliquid, quod non oporteat, etiamsi licet; quidquid vero non licet, certe non oportet. sub. fieri. SCHWEB.

* Longus p. 106. Villois. Σκέψεις οὖν ὑπὲρ τῶν συμβεβηκότων. s. ἐγίνοντο. Add. Brunck. ad Euripid. Androm. v. 770. SCHAEF.

(a) Ubi tamen forte ὁρμᾶσθε per Imperativum erat scribendum. MICH. Id ratio trimetri non patitur. SCHAEF.

(b) Sic et in aliis, ut: ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, sc. γίνεται, ut plurimum accidit. Item Hippocrates aphor. I, 2. εἰ δὲ μὴ, τοὐναντίον, scil. γίνεται. Sin vero minus, 350 contrarium (accidit.) (c) SCHOETTG.

(c) Hebr. X, 3: Ἀλλ' ἐν αὐταῖς (γίνεται) ἀνάμνησις ἁμαρτιῶν κατ' ἐνιαυτόν. MICH.

(d) Sic Marci c. IX, 11: ὅτι λέγουσιν κ. τ. λ. MICH.

(e) Γεγονώς. Paulus ad Tit. c. III, 5: Οὐκ ἐξ ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ, scil. γεγονότων. Hebr. VII, 28: ὁ λόγος δὲ τῆς ὁρκωμοσίας τῆς μετὰ τὸν νόμον. Cap. X, 10: Διὰ τῆς προσφορᾶς — ἐφάπαξ etc. MICH.

(f) Item in Subiunctivo, 1 Corinth. I, 31: ἵνα (γένηται) καθὼς γέγραπται. MICH.

(g) Mallem in ἵνα τί subaudire γέγονε, quam γένοιτο. Optime enim phrasis ita suppletur: Τί γέγονεν, ἵνα: e. g. Actor. VII, 26. Ἵνα τί ἀδικεῖτε ἀλλήλους; pro: Τί γέγονεν, ἵνα ἀδικεῖτε ἀλλήλους; Quid est, quod vos invicem iniuria adficiatis? Exempla plura suppeditabit Pfochenius in Diatr. §. 61. Lamb. Bos Exerc. ad Lucae XIII, 7. Ἵνα (h) vero ponitur pro ὅτι, unde Ioannis cap. XIV, 21: Κύριε, τί γέγονεν, ὅτι ἡμῖν μέλλεις ἐμφανί-

Digitized by Google

ζειν σεαυτόν; Sic Lucianus Dial. mort. p. 346: ὅτι τί. SCHOETTG.

(h) Immo ἵνα videtur esse Praepositio, ita ut ἵνα τί eodem se modo habeat, ac Hebraicum לָמָּה יַעַן propter quid? MICH.

* ΓΙΝΩΣΚΕΙΝ, Cognoscere.

In illis ἐξ ὀνύχων λέοντα, ἐκ τραγημάτων τὴν εὐωχίαν, et Philostrat. de vit. Sophist. L. II. p. 684. Ἀλλὰ μὴ ἐκ τούτων τὸν Ἀριζείδην. Apud eumdem Icon. L. II. p. 821. Τὸν Ἀχιλλέα μὴ ἀπὸ τῆς κόμης. sub. δεῖ γινώσκειν, vel aliquid eiusmodi. [Vetans μὴ satis docet, non posse δεῖ γινώσκειν subaudiri. Non rectius ad priorem locum Philostrati Olearius: „Subintelligitur θεωρητέον vel aliquid simile.“ Rectius ad posteriorem: „Ellipsis verbi γίνωσκε vel similis.“ SCHAEF.] Sic Latini quoque v. cognoscere interdum brevitatis caussa suppressam habent. Cicero ad Div. L. XII. ep. XXIV. Sed haec quoque te ex aliis malo. s. cognoscere. SCHWEB.

ΓΡΑΦΕΙΝ, Scribere.

In fronte Epistolarum Pauli plerumque deest
351 γράφει, ut Rom. I, 1: Παῦλος δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ — — πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν Ῥώμῃ, scil. γράφει, vel simile quid.

* In illis ad Philipp. IV. v. 3. Ἐν βίβλῳ ζωῆς. s. γέγραπται. Philostrat. Icon. L. II. p. 824. Καὶ ὁ Κροῖσος, ἐφ' ὃν ἡ πυρὰ, οὐχὶ αὐτῷ Ξενοφῶντι. ubi itidem ex contextu subaudiri debet γέγραπται. Quae ellipsis non infrequens etiam apud Latinos. Cicero ad Div. L. IV. ep. III. Sed rursus γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας, qui ad te haec. s. scribo. Idem L. XII. ep. XXIV. Sed hac de re alias ad te pluribus. sub. scribam. SCHWEB.

* Reticetur 1) in phrasi ὡς δὲ Φρύνιχος ap. Steph. Byz. v. Θημακοὶ, similibusque aliis sexcen-

Digitized by Google

tis. 2) in dicto Pauli 2 Thess. II, 2. *μήτε δι' ἐπιστολῆς, ὡς δι' ἡμῶν*, scil. *γραφομένης* vel *πεμπομένης*, quod merito Beza supplet. F. ST.

Δ.

* ΔΕΔΕΤΑΙ.

Δέδεται vel *δέδεται νόμῳ*, obligatus est, Matthaeus c. XV, 5. MICH.

* ΔΕΙΔΕΙΝ, Timere.

Multa sunt loca cum in Sacra Scriptura', tum apud profanos auctores, in quibus vox haec suppressa latet. Xenophon L. IV. K. Π. p. 223. *ὅπως μὴ αἰσχροὶ μὲν φανούμεθα.* sub. *δέδοικα* vel *δείδω*. Homerus Odyss. Π. v. 255.

Μὴ πολύπικρα καὶ αἰνὰ βίας ἀποτίσεαι ἐλθών.

ubi schol. Gr. *λείπει δὲ δείδω, ἢ τοιοῦτό τι.* Conf. Odyss. T. v. 81. Manifesta plane est ellipsis Iliad. P. v. 93.

Μήτις μοι Δαναῶν νεμεσήσεται, ὅς κεν ἴδηται.

et ibidem v. 95.

— — μή πως με περισείωσ' ἕνα πολλοί.

Plene habet ipse Homerus Iliad. X. v. 455.

Δείδω, μὴ δή μοι θρασὺν Ἕκτορα δῖος Ἀχιλλεὺς
Μοῦνον ἀποτμήξας πόλιος, πεδίονδε δίηται.

Adde Iliad. Φ. v. 563. et Odyss. E. v. 467. coll. v. 473. Π. v. 381. coll. Eustathio fol. 610. l. 13. SCHWEB. Sophocles Electr. v. 1502. ΑΙΓ. *ἦ μὴ Φύγωσε;* ΟΡ. *μὴ μὲν οὖν καθ' ἡδονὴν Θάνῃς.* Ad haec idem verbum aliquis fortasse subaudiat: sed praestat ex antecedentibus repetere *βαδιςέον πάρος.* Epigr. adesp. VI. extr. *μή που κνίσματ' ὄνυξιν ἔχῃ.* Brunckius: „*μή που.* Subaudi *ὅρα* vel *δείδω.*“ Sed iam Meletem. Crit. in Dionys. Hal. I. p. 116. obiter monui, adscitâ lectione Codicis Vaticani *πευσικῶς* scribendum esse: *μή που κνίσματ' ὄνυξιν ἔχει;*

Amantis τὸ πάθος tres continuae quaestiones ἐναργέσερον repraesentant. SCHAEF.

ΔΕΙΝ, Oportere, Abesse.

Δεῖν, oportere, videtur requiri subinde in infinitivis, qui adduntur verbis λέγειν, κρίνειν, δοκεῖν et similibus, (a) ut: λέγω, ποιεῖν τοῦτο (scil. δεῖν:) faciendum hoc, dico. (b) [Diodorus Sic. XIV. c. 96. in. λεγόντων δὲ τῶν Συρακουσίων διὰ μάχης κρίνειν ὡς τάχιστα τὰ πράγματα, κ. τ. λ. Sic Herodotus I. c. 13. ἦν μὲν τὸ χρηστήριον ἀνέλῃ μιν βασιλέα εἶναι Λυδῶν, κ. τ. λ. SCHAEF.] Ἔκρινεν, ἀποθανεῖν τὸν ἄνδρα: Iudicavit, mori (oportere) virum. Xenophon Κύρ. Παιδ. L. II, c. 13: Πότερά δοκεῖ — ποιεῖν (scil. δεῖν:) Utrum videtur faciendum. Et cap. 27: Ὧδέ μοι οὖν δοκεῖ ποιεῖν: Sic igitur faciendum mihi videtur. [In talibus δοκεῖ verte placet: quomodo non opus ad ellipsin confugere. Schol. ad Philostr. Her. p. 597. Boiss. δοκεῖ· δόκιμον Φαίνεται, ἀρέσκει. In Luciano T. III. p. 641. leg. ἐδόκει Νέρωνι τραγῳδοὺς νικᾷν. SCHAEF.] Lucas in Act. Apost. c. III, 13: Κρίναντος ἐκείνου ἀπολύειν. (c) Eod. libro c. XV, 24: Λέγοντες, περιτέμνεσθαι καὶ τηρεῖν τὸν νόμον, scil. δεῖν. Plenius Aelianus Var. Hist. III, 12: Ἡ Φωνὴ, ἐρᾶν δεῖν, λέγουσα: Vox, quae amandum esse dicit. (d)

Δεῖν, abesse, cum ὥςε, eleganter reticetur in ὀλίγου, et μικροῦ, ut apud Aelianum Var. Hist. IV, 8: Καὶ ὀλίγου καὶ τὴν πόλιν κατέλαβον: Et parum (abfuit,) quin urbem etiam cepissent. Xenophon Κύρ. Παιδ. I. c. 4. §. 8: Μικροῦ,
352 ἐξετραχήλισεν αὐτὸν, pro ὥςε μικροῦ δεῖν, ἐξετραχήλισεν αὐτόν: Parum abfuit, quin deiecisset eum. Et ne sic quidem integra est loquutio, sed, ὥςε ἀπὸ μικροῦ πράγματος δεῖν, ut a

Digitized by Google

parvo negotio abesset. Δεῖν enim dicitur id quod abest.

* Eadem haec ellipsis locum habet etiam in aliis Infinitivis absolute positis, quod σχῆμα ἐλλειπτικὸν Ἰωνικὸν ἢ καὶ Ἀττικὸν appellat Eustathius ad Iliad. A. v. 582. fol. 117. lin. 33. estque frequentissima cum apud alios scriptores, tum in primis Aeneam Tacticum et Onosandrum, e. g. c. IX. Ὅθεν οὐ μακρὰν ἀπάγειν τοὺς ἄνδρας τῶν πόνων. c. X. s. 10. Μένειν ἐπὶ τῶν αὐτῶν. c. XXXV. Ταῦτα δὲ πιπράσκειν τὸν στρατηγόν. c. XXXVIII. Ἐξ ὧν — πεῖραν λαμβάνειν sqq. Possis in eiusmodi interdum etiam subaudire θέλησον, μέμνησο. vide sis not. ad Onosandri c. VI. p. 29. Sic Roman. XII. 15. Χαίρειν μετὰ χαιρόντων, καὶ κλαίειν μετὰ κλαιόντων. Actor. c. XV. 38. Παῦλος δὲ ἠξίου — μὴ συμπαραλαβεῖν τοῦτον. Plene Actor. c. XXV. 24. Ἐπιβοῶντες, μὴ δεῖν ζῆν αὐτόν. SCHWEB. Aristophanes Concion. v. 21. καταλαβεῖν δ' ἡμᾶς ἔδρας. Brunckius: „Subauditur δεῖ." SCHAEF.

(a) Etiam ubi oratio directa est, ut Actorum I, 4: χωρίζεσθαι, scil. δεῖ ὑμᾶς. it. Matth. cap. V, 34. 39. Rom. XII, 14. 15. MICH.

(b) Marc. c. VIII, 7. Εἶπε (δεῖν) παραθεῖναι. Lucae evang. c. II, 26: μὴ ἰδεῖν, sc. δεῖν. MICH.

(c) Paulus ad Roman. cap. II, 21. 22: μὴ κλέπτειν, et μὴ μοιχεύειν, sc. δεῖν. cap. XII, 15: χαίρειν — κλαίειν, scil. δεῖ. Lucas in evangel. c. IX, 3: μήτε ἔχειν, scil. δεῖ ὑμᾶς. Matthaeus in evang. c. XVI, 11. 12: προσέχειν. Paulus in posteriore ad Corinthios epistola, c. III, 7: ὥστε τοὐναντίον μᾶλλον ὑμᾶς (δεῖν) χαρίσασθαι cet. collata versione Syriaca. MICH.

(d) Sic et in modo finito. Eusebius monachus in vita Philippi Presbyt. Agyriensis num. 15. in Actis sanctorum tom. 3. Maii p. 3. Καὶ τί ποιῆσαι ἢ διαπράξασθαι (sc. δεῖ) οὐκ ἐπίσαμαι: Et quid agendum sit, plane nescio. SCHOETTG.

* ΔΕΟΜΑΙ, Rogo.

Aristophanes Avib. v. 131: Πρὸς τοῦ Διὸς

τοὐλυμπίου, ὅπως παρέσει μοι etc. Per Iovem Olympium (rogo,) ut una mecum sis, supple *δέομαι*. LEISN. Et *ἀναλογώτερον*, et vero etiam *κωμικώτερον*, ante *ὅπως* supplere, non *δέομαι*, sed *σκόπει* s. *ὅρα*. [Ibid. v. 133. revocanda priorum lectio editionum: *καὶ μηδαμῶς ἄλλως ποιήσῃς*.] SCHAEF.

353 * **ΔΙΑΔΕΕΣΘΑΙ, Cingi, Circumligari.**

Lucianus in Dial. Mort. Mercurius, quum quendam splendide ornatum videret accedere, rogat: *ὁ δὲ τὴν πορφυρίδα οὑτοσὶ καὶ τὸ διάδημα, ὁ βλοσυρὸς, τίς ὢν τυγχάνεις*; subintell. *διαδεδεμένος*. Ita in Concil. Deor. *Ἀλλ' ὁ Ἄττις γε, ὦ Ζεῦ, καὶ ὁ Κορύβας, καὶ ὁ Σαβάζιος, πόθεν ἡμῖν ἐπεισεκυκλήθησαν οὗτοι; ἢ ὁ Μίθρης ἐκεῖνος ὁ Μῆδος, ὁ τὸν κάνδυν καὶ τὴν τιάραν;* sc. *διαδεδεμένος*. [Subaudiendum tale participium, quod etiam de altero nomine (*πορφυρὶς, κάνδυς*) dici possit. Conf. Lucian. T. III. p. 483. *πορφυρέην δὲ μοῦνος οὗτος φορέει, καὶ τιάρῃ χρυσέῃ ἀναδέεται*. Rectius igitur subaudias *ἔχων*. V. supra p. 166. SCHAEF.] Alibi in Mortuor. Dial. addit: *καὶ τὸ ἐπίσημον εἶναι, ἐλαύνοντα, διαδεδεμένον ταινίᾳ λευκῇ τὴν κεφαλήν* etc. LEISN.

* De hac ellipsi vide sis doctorum virorum notas ad Luciani Dialog. Mort. T. I. p. 365. SCHWEB.

ΔΙΑΦΕΡΕΙ, Refert.

In *Τί ἐμοὶ τοῦτο*; ut [Meleager XIV. v. 3. *τί δ' ἐμοὶ τὸν ἐπουρανίων βασιλῆα Ἀνταθλον νίκης τῆς ἐν ἔρωτι λαβεῖν*; Idem XCV. v. 2. *Τί δ' ἐμοὶ τὸ θρασὺ τοῦτο τρέφειν*; Ad talia subaudias etiam *κέρδος* s. *ὄφελός ἐστι*. V. supra v. *Ὄφελος*. Nisi placet, quod omnium simplicissimum est, nudo defungi substantivo verbo. Theocritus Adoniaz. v. 89. *τί δὲ τὶν, εἰ κωτίλαι εἰμές*; Valckenarius

ad h. l. p. 383. „In sermone quotidiano sic loquebantur etiam Attici: *τί τοῦτ' ἐμοί; τί σοὶ τοῦτ' ἐξίν;* quid mea id refert? quid tua? Aristoph. Eccles. v. 517,

Αὕτη πόθεν ἥκεις; Πραξαγόρα; Π. *τί δ', ὦ μέλε,*
Σοὶ τοῦτ'; B. *Ὅ, τι μοι τοῦτ' ἐξίν;*

Thesm. v. 505,

εἰ δὲ Φαίδραν λοιδορεῖ,
Ἡμῖν τί τοῦτ' ἔξ';

et Lysistr. v. 514." Idem ad Euripid. Hippol. p. 183. b. „Saepius obvia, *Τί σοὶ*, et *τί μοι τοῦτ' ἐξίν;* plerumque significant, quid tua, quid mea refert?" SCHAEF.] 1 Corinth. V, 12: *Τὶ γάρ μοι, καὶ τοὺς ἔξω κρίνειν;* q. d. Mea nihil (refert,) etiam eos, qui foris sunt, (extra Ecclesiam) iudicare. Plato 1, Rep. *Τί ἐμοὶ τοῦτο διαφέρει;* Vel, si quis malit, *προσήκει.* Demosthenes: *προσήκει μοι, ταῦτα ποιεῖν.* Elliptice Euripides Ion. v. 286. ubi Creusa: *Τί μοι; ὡς μήποτ' ὄφελόν σφ' ἰδεῖν:* Quid hoc mihi? Utinam nunquam illum locum aspexissem. Vel etiam per *μέλει* suppleri potest. Euripides Ion. 433:

— — *Τί μοι*
Μέλει; *προσήκει μ' οὐδέν.*

Elliptice etiam, ut Paulus, Tatianus Orat. ad Graecos Sect. 40. *Τί μοι καὶ τεθηπέναι τὸν μυθικὸν αὐλητήν; τί δέ μοι καὶ, κατὰ Ἀριστόξενον, τὸν Θη-* 354
βαῖον Ἀντιγενίδην πολυπραγμονεῖν; et Sect. 55. *Τί μοι, διὰ τὸν Περικλύμενον, γύναιον.* [Idem XVI. p. 40. ed. Worth. *τί μοι σέβειν θεοὺς δωρολήπτας —;* Interpres: Egone colam deos, qui muneribus afficiuntur —? SCHAEF.]

* ΔΙΔΑΣΚΕΙΝ, Docere.

In trito illo Proverbio *Ὑς τὴν Ἀθηνᾶν*, inter Proverbia metrica v. 1175. s. *διδάσκει.* de quo confer schol. Gr. ad Theocriti Idyll. V. v. 23. Sic etiam

Digitized by Google

Latini ἐλλιπῶς: Sus Minervam. v. Cicero Academ. L. I. c. 4. Nam etsi non sus Minervam, ut aiunt, tamen inepte, quisquis Minervam docet. In illis apud Athenagoram in Legat. pro Christian. c. XXIX. *ἡ πόρνη τὴν σώφρονα.* sub. *διδάσκει*, vel *ἐλέγχει.* SCHWEB.

ΔΙΔΟΝΑΙ, Dare. (e)

Δὸς intellige ante infinitivum in precandi optandive formulis, in quibus etiam *γένοιτο* subaudiri posse, superius notavimus, ut apud Comicum in Thesmoph. v. 294. pag. 782:

Δήμητερ φίλη,
Καὶ Περσέφαττα, πολλὰ πολλάκις μέ σοι
Θύειν ἔχουσαν.

Cara Ceres,
Et Proserpina, (fac,) ut multa
Habens saepe tibi sacrificem.

Ubi Bisetus: Τὸ *πλῆρες· δὸς ἐμὲ ἔχουσαν πολλὰ, πολλάκις σοι θύειν.*

Homerus Iliad. B. vers. 412:

Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε, κελαινεφὲς, αἰθέρι ναίων,
Μὴ πρὶν ἐπ' ἠέλιον δῦναι, καὶ ἐπὶ κνέφας ἐλθεῖν.

Ubi Eustathius: *Λείπει τὸ δὸς, ἢ ποίησον. καὶ παρ' Ἡροδότῳ σχῆμα ὅμοιον εὐχῆς Δαρεῖος ηὔξατο, ὦ Ζεῦ, γενέσθαι μοι Ἀθηναίους τίσασθαι.* [Il. VII. v. 179.

Ζεῦ πάτερ, ἢ Αἴαντα λαχεῖν, ἢ Τυδέος υἱὸν,
Ἢ αὐτὸν βασιλῆα πολυχρύσοιο Μυκήνης.

Herodoti locus ab Eustathio citatus legitur l. V. c. 105. ubi v. Valckenarium. SCHAEF.]

Additur illud δὸς saepe apud Homerum. *Iliad.* Z. v. 307;

— — — — καὶ αὐτὸν
Πρηνέα δὸς πεσέειν Σκαιῶν προπάροιθε πυλάων.
— — — — Et ipsum (Diomedem)
Pronum da cadere Scaeas ante portas.

Iterum in fine eiusdem libri, v. 476. ubi Hector

Digitized by Google

egressurus ad praelium, filium suum parvulum ulnis tenens, sic precatur:

Ζεῦ, ἄλλοι τε Θεοὶ, δότε δὴ καὶ τόνδε γενέσθαι
Παῖδ' ἐμὸν, ὡς καὶ ἐγώ περ, ἀριπρεπέα Τρώεσσιν.
Iupiter, caeterique Dii, date, et hunc fieri
Filium meum, sicut ego sum, valde insignem inter Troianos.

Euripides in Electra vers. 805:

Νύμφαι πετραῖαι, πολλάκις με βουθυτεῖν, etc.

i. e. δότε πολλ.

O nymphae saxicolae, (date,) ut ego saepe vobis boves sacrificem. (f)

[Idem Hec. v. 543. Pors.

λῦσαί τε πρύμνας καὶ χαλινωτήρια
νεῶν δὸς ἡμῖν, πρευμενοῦς τ' ἀπ' Ἰλίου
νόστου τυχόντας πάντας εἰς πάτραν μολεῖν.

SCHAEF.]

(e) Sic Matth. c. V, 38: Ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, scil. δώσεις vel δώσει. coll. Exod. c. XXI, 23. 24. MICH.

(f) Imperativus δὸς subintelligitur apud Athenaeum Deipnosophistarum L. XV. p. 699: ὁ μέν τις ἔλεγε, Παῖ, λύχνειον· ὁ δὲ, λυχνέα· ὁ δὲ, λοφνίαν· ὁ δὲ, φανόν· etc. SCHOETTG. Charito p. 47. s. ταύτην πρώτην ἀφῆκε φωνήν· Ποτόν. Dorvillius p. 279. „Ποτόν. δὸς nimirum. quae ellipsis in plerisque linguis obtinet." SCHAEF.

* ΔΙΗΓΕΙΣΘΑΙ, Exponere.

In illis Theocriti Idyll. XV. 25.

Ὧν εἶδες, χὠν εἶπας ἰδοῖσα τὺ τῷ μὴ ἰδόντι.

ubi schol. Gr. διηγήσαιο ἂν τῷ μὴ θεασαμένῳ. SCHWEB. Crux Criticorum et Interpretum iste Theocriti versus, quo quod Schwebelius, nimis ille credulus Scholiastis, ad novam Ellipsin confingendam abusus est, hominis ἀκρισίαν apertissime prodit. Conf. Wyttenbachii Iulianea in Bibl. Crit. III. 2. p. 25. SCHAEF.

* ΔΟΚΕΙ, Videtur.

In Phrasi, ὥς γε ἐμοὶ κριτῇ, sicut mihi

Digitized by Google

tanquam iudici videtur. Aelianus Var. Hist. II, vers. 41. fin. SCHOETTG. Vid. Toup. Emendat. in Suid. T. I. p. 454. s. T. II. p. 116. Valckenar. ad Euripid. Hipp[illegible] v. 324. Koppiers. Observ. Philol. p. 86. Brunck. Lex. Sophocl. v. *Ὡς ἐμοί.* et P. Abresch. Paraphr. Ep. ad Hebr. p. 404. SCHAEF.

* Item apud Sophoclem Trachin. v. 313.

Πάντων ἄπειρος τῶνδε, γενναία δέ τις.

sub. *εἶναι δοκεῖς.* SCHWEB. Simplicius cum Scholiasta subaudias *εἶ.* SCHAEF.

356 *** ΔΥΝΑΣΘΑΙ, Posse.**

In *ὡς ἕκαστος*, et *ὡς πλεῖστα.* Arrianus L. I. p. 9: *Ταῦτα (πλοῖα) ὡς πλεῖστα* (sc. *ἐδύνατο*) *ξυναγαγών.* Naves, quot (poterat,) colligens. Idem L. III. pag. 195: *Δῶρά τε ὡς ἕκαστοι* (scil. *ἐδύναντο*) *φέροντες*: Dona adferentes, quanta quisque (poterat). [Rectius: dona pro se quisque. Vid. Interpretes ad Lucian. T. II. p. 81. et Wyttenbach. Annot. ad Herodot. in Select. Principic. Historic. p. 346. 351. 362. SCHAEF.]

Sic in *ὁποθενοῦν* et *ὁκοθενοῦν* commode subaudias *δύναται.* Hippocratis Aphor. IV, 27: *Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν αἱμορῥαγέει πλῆθος, ὁκοθενοῦν*: Quibuscunque in febribus sanguis, undecunque (potest), effluit.

Denique in *οὐκ ἔχειν ποῦ*, quando cum infinitivo construitur. Simeon Metaphrastes in planctu St. Mariae p. 247: *Ὦ κοσμία καὶ ἁγία κεφαλή, ἥτις πάλαι μὲν οὐκ εἶχες, ποῦ κλιθῆναι καὶ ἀναπαύσασθαι*, sc. *ἐδύνω.* O pulchrum et sanctum caput, quod olim quidem non habebas, ubi reclinare te et quiescere (potuisses). SCHOETTG.

E.

*** ΕΙΔΕΝΑΙ, Scire.**

Aristophanes in Acharn. v. 361: *πόθος γὰρ*

Digitized by Google

πάνυ με, ὅ, τι φωνεῖς, ἔχει. Nimis scire equidem tua placita expeto. Subintelligendum hic est *τοῦ εἰδέναι*, vel simile quid.

Sic idem Aristophanes in Nubib. v. 1393: *οἶμαί γε τῶν νεωτέρων τὰς καρδίας πηδᾶν, ὅ, τι λέξει*, sc. *βουλομένων εἰδέναι.* Sensus: credo adolescentum exilire pectora, (scire cupientium,) quid sit dicturus. LEISN. V. supra ad v. *Ἀκούω.* SCHAEF. 357

* ΕΙΚΑΖΕΙΝ, Coniicere.

Subaudias hoc verbum ad tales locutiones. Sophocles Oed. Col. v. 15. *ὡς ἀπ' ὀμμάτων.* scil. *εἰκάσαι.* Lucianus T. II. p. 318. *ὅσον ἀπὸ τοῦ συμποσίου.* Aut *στοχάζεσθαι.* Sic Scholiastes ad Sophocl. Trachin. v. 308. *ὅσον μὲν γὰρ ἐκ τῆς ἡλικίας καὶ καταζάσεως τοῦ σώματος ϛοχάζεσθαι.* SCHAEF.

ΕΙΝΑΙ, Esse.

Inter verba Graeca nullum invenies, quod frequentius per Ellipsin (a) omittatur, quam hoc. (b) Aelianus Variae Historiae L. II, 25: *Καὶ ὁμολογοῦσι, τοῦ αὐτοῦ μηνὸς πάντα* (sc. *εἶναι:*) Et tradunt pariter, omnia haec huius (esse) mensis. Gregorius: *Ὡς δὲ ὁ τῶν ἀληθευόντων λόγος*, scil. *ἐξίν*: Ut vero sermo (est) eorum, qui vera loquuntur. Dionysius Halicarnasseus lib. VIII. 554: *Καὶ οὐδὲ ἀπαυλισθῆναι τῆς πόλεως αὐτοῖς θέμις*, supple *ἐξίν*: Et ne pernoctare quidem extra urbem eis fas (est.) Aristophanes in Pluto v. 23. pag. 4: *Λῆρος* (*ἐξί:*) Nugae (sunt). (c)

In Epist. ad Hebr. V, 13: *Πᾶς γὰρ ὁ μετέχων γάλακτος, ἄπειρος λόγου δικαιοσύνης*, scil. *ἐξί*: Quicunque lactis particeps est, expers (est) verbi iustitiae. In fronte Epistolarum Pauli: *Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη*, scil. *ἔϛω*. Sic

Digitized by Google

ὁ Κύριος μετά σου, in Evang. Lucae c. I, 28. et: Εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ, idem c. X, 5.

Item in participiis, (d) ut Hebr. XII, 15. Ἐπισκοποῦντες, μή τις ὑσερῶν ἀπὸ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ, supple ᾖ: Observantes, ne quis destituatur gratia Dei. (e)

[Euripides Cycl. v. 503. πλέως μὲν οἴνου. Musgravius: „πλέως. Subaudiendum εἰμὶ, sum. Vide Helen. v. 1539.“ (Idem Orest. v. 93. ὡς ἄσχολός γε συγγόνου προεδρίᾳ. Vertunt: Atqui sum occupata assidendo fratri. Musgravius: „ἄσχολος. Ellipsis est. Desideratur enim εἰμί. Similem vide Phoeniss. v. 997. Confer etiam Dorvill. ad Chariton. p. 49.“ Displicet haec ratio. Aut nihil subaudiendum, aut participium οὖσα. Sic intellige: obtemperabo tibi, quantum potero, ut quae sim occupata assidendo fratri. Gratificari velle Electram Helenae, satis arguit quod Helena continuo loquitur.) — Homerus Odyss. XVIII. v. 125. τοίου γὰρ καὶ πατρός. s. εἶς. — Euripides Med. v. 335. Pors. ex Musgravii emendatione: πόνος μέν· ἡμεῖς δ' οὐ πόνῳ κεχρήμεθα; Musgravius: „πόνος subaudito ἐξὶ, ut κίνδυνος Androm. v. 86.“ Androm. in. Ἀσιάτιδος γῆς σχῆμα, Θηβαία πόλις. Brunckius: „Subauditur ἐξί.“ V. idem ad Sophocl. Philoct. v. 863. ad Aristophan. Equit. v. 545. Euripides Herc. f. v. 1266. Musgr. Ζεὺς δ', ὅστις ὁ Ζεὺς, πολέμιόν μ' ἐγείνατο Ἥρᾳ. s. ἐξί. Plene Orest. v. 412. ὅ, τι ποτ' εἰσὶν οἱ θεοί. ubi v. Porsonum: itemque ad v. 1645. Hymn. Homer. in Mercur. v. 208. scribendum videtur: παῖδα δ' ἔδοξα, φέριζε, σαφὲς δ' οὐκ οἶδα, νοῆσαι, Ὅστις ὁ παῖς, ἅμα βουσὶν ἐϋκραίρῃσιν ὀπηδεῖν· Νήπιος, κ. τ. λ. (Conf. Odyss. I. v. 51.) Plene ibid. v. 277. αἴτινες αἱ βόες εἰσί. (v. 311. αἴτινές εἰσι βόες. Non puto articulum abesse posse: ut etiam hîc legendum videatur αἴτινες αἱ βόες εἰσί· τὸ δὲ κλέος οἷον

Digitized by Google

ἀκούω.) Longus p. 77. Vill. ἔκλαυσεν, εἰ καὶ κριῶν ἀμαθέξερος εἰς τὰ ἔρωτος ἔργα. Villoisonus p. 184. „Κριῶν ἀμαθέξερος. Hîc subaudiendum, vel etiam inserendum, ἦν, vel ἔσεται.“ (Non ἔσεται, sed ἔξαι novit Longus.) Subaudi ἐξί. P. 95. ἐφρόντιζε βαδίζων καθ' αὑτὸν, ὅσις ὁ Δάφνις. Vir doctissimus p. 227. „Ὅστις ὁ Δάφνις. Forte quis coniiciat, ὅστις ἂν εἴη, quod non est necesse. Iam observavimus nonnunquam verbum εἶναι subaudiri.“ Recte: sed subaudiendum hîc quoque ἐξί. — Homerus Odyss. XX. v. 298. οἳ κατὰ δώματ' Ὀδυσσῆος θείοιο. s. εἰσί. — De ellipsi optativi v. Meletem. Crit. I. p. 44. — Homerus Il. I. v. 547 ἀλλ' ὅν μέν κ' ἐπιεικὲς ἀκουέμεν. s. ᾖ. (v. 549. l. ἐθέλωμι.) Alia vide Meletem. Crit. I. p. 43. — Homerus Il. VIII. v. 230. ὁπότ' ἐν Λήμνῳ. s. ἦτε. (Attendenda ibi lectio Schol. Leid. coll. Wyttenbach. Annotat. ad Thucydid. in Select. Princip. Historic. p. 358. Mox in Schol. Ven. ad v. 233. corrig. προενεκτέον.) Vid. Meletem. Crit. I. p. 44. et add. Wesseling. ad Diodor. Sic. T. II. p. 469, 26. — Herodotus I. c. 4. δῆλα γὰρ δὴ, ὅτι κ. τ. λ. s. εἶναι. Conf. Musgrav. ad Euripid. Helen. v. 1408. — Praeterea varia sunt adiectiva, ad quae non raro subaudiendum est verbum substantivum. Notavi haec. Ἄξιος. Euripides Hec. v. 313. ἡμῖν δ' Ἀχιλλεὺς ἄξιος τιμῆς. ubi v. Porson. Aristophanes Acharn. v. 8. ἄξιον γὰρ Ἑλλάδι. expedit enim Graeciae. v. 205. τῇ πόλει γὰρ ἄξιον Ξυλλαβεῖν τὸν ἄνδρα τοῦτον. Euripides Alcest. v. 639. ἢ γαμεῖν οὐκ ἄξιον. ubi v. Musgrav. (Xenophon Memor. II, 10, 2. οὐκ οἴει σοι ἄξιον εἶναι ἐπιμεληθῆναι, κ. τ. λ.) Diodorus Sicul. XIII. c. 31. extr. ἄξιοι τιμωρίας. Wesselingius: „Deest εἰσὶ, quod haud raro omittitur. Vid. Eustath. in Homer. p. 714., Schol. in Aeschyli Choëphor. v. 643. et Hier. Wolfium ad Argum. Olynth. 1. Demosth.“ Δυνατός. Herodotus I.

c. 32. ὁ μὲν ἐπιθυμίην ἐκτελέσαι καὶ ἄτην μεγάλην προσπεσοῦσαν ἐνεῖκαι δυνατώτερος· ὁ δὲ τοῖσι δὴ (l. τοισίδε) προέχει ἐκείνου, ἄτην μὲν καὶ ἐπιθυμίην οὐκ ὁμοίως δυνατὸς ἐκείνῳ ἐνεῖκαι, κ. τ. λ. Ἐπιδευής. Homerus Il. V. v. 481. ὅς κ' ἐπιδευής. Heynius: „suppl. ὅς εἴη κεν." Imo suppl. ᾖ. IX. v. 225. δαιτὸς μὲν ἐΐσης οὐκ ἐπιδευεῖς. Ἕτοιμος. Vid. Valckenar. et Porson. ad Euripid. Phoen. v. 976. (983.) Ἱκανός. Dionysius Halic. Ant. Rom. T. I. p. 439. ἱκαναὶ δὲ τεκμηριῶσαι τὸ κράτος αὐτῆς πολλαὶ πόλεις. Οἷός τε. Vid. Porson. ad Euripid. Hec. p. 101. s. ed. Lips. alter. Πρόθυμος. Euripides Helen. v. 1543. εἰδέναι πρόθυμος. Musgravius: „Subaudiendum εἰμί. Sic ἕτοιμα Heraclid. v. 503. ἕτοιμος Soph. Oed. Tyr. v. 92. vid. et Dorvill. ad Chariton. p. 49." — Idem verbum passim subaudias ad πῶς. Homerus Il. X. v. 408. πῶς δ' αἱ τῶν ἄλλων Τρώων φυλακαί τε καὶ εὐναί; Heynius T. VI. p. 84. „Omissio verbi dura in his inest: πῶς ἔχουσι. Apollon. de Synt. p. 83. supplet φυλάσσονται." Simplicissimum πῶς εἰσι. Vid. Porson. ad Euripid. Orest. v. 73. — Denique subaudiendum est ad praepositiones, quae retracto accentu vicem gerunt verbi substantivi cum ipsis compositi, cuiusmodi sunt ἔπι, μέτα, ὕπο. Vid. Reiz. de Accent. Inclin. p. 126. SCHAEF.]

Sed haec sunt pervulgata; facili negotio quisque animadvertet, in hisce et similibus deesse hoc
358 verbum substantivum. Quae vero rariora sunt, et vulgo minus nota, subdam.

Scilicet deest etiam, quando nomen temporis in primo casu ponitur (g), ut Lucae c. IX, 28: Ἐγένετο δὲ μετὰ τοὺς λόγους τούτους, ὡσεὶ ἡμέραι ὀκτὼ, καὶ παραλαβὼν etc. i. e. ὡσεὶ ἡμέραι ὀκτὼ ἦσαν. Nulla ibi opus emendatione, quam volunt nonnulli, qui expertes sunt doctrinae Ellipsios. Septuaginta interpretes in Ecclesiastae cap. XI, 16:

Digitized by Google

Αἱ ἡμέραι ἐρχόμεναι, τὰ πάντα ἐπεῖ.ήσθη: i. e. *αἱ ἡμέραι ἐρχόμεναι ἦσαν.* [Conf. Leisneri praefat. SCHAEF.]

Lucianus in Dial. Meretr. p. 559: *Οὐ γὰρ ἑώρακα, πολὺς ἤδη χρόνος, αὐτὸν παρ' ὑμῖν*, h. e. *πολὺς ἤδη χρόνος ἦν.* Maximus Tyrius Dissert. XXXI: *Ἀλλ' οὐ πολὺς χρόνος, ὅτε* etc. (h) Simile est illud Virgilii: Crastina lux, etc. Vide Annam Fabri ad Terentii Hecyram pag. 403. Sic *ὅσαι νύκτες*, singulis noctibus, pro *ὅσαι νύκτες εἰσί*, quotquot noctes sunt. (i)

Sic etiam *ὥρα* eleganter ponitur sine *ἐξὶν*, ut: *Ὥρα νῦν ἀπιέναι*: Tempus nunc (est) abeundi. *Ὥρα ποιῆσαι*: Tempus faciendi (est:) Decet facere. (k)

Praeterea post (l) *τὸ ὅσον*, quantum, cum infinitivo constructum, ut apud Aelianum Var. Hist. L. I, 4: *Πίνουσιν, ὅσον ἁρπάσαι*: Bibunt, quantum rapere. Plenus esset sermo: *Πίνουσι τοσοῦτον* (*ὕδωρ*), *ὅσον ἐξὶν ἁρπάσαι*: Bibunt tantum aquae, quantum rapere (est, sive licet). Idem libro XIII, 1: *Ὅσον ἁψαμένῳ τεκμήρασθαι*: Quantum ex attactu colligere 359 (licet). Sic apud Synesium: *Ὅσον εἰκάσαι*, quantum coniicere (licet). [Lucianus T. III. p. 91. *Ἡ μυῖα ἔξι μὲν οὐ τὸ σμικρότατον τῶν ὀρνέων, ὅσον ἐμπίσι καὶ κώνωψι καὶ τοῖς ἔτι λεπτοτέροις παραβάλλειν.* Dionysius Halic. Ant. Rom. T. I. p. 419. *ἦν δὲ οὐ πολλὴ* (add. *ἡ*) *ἐπὶ τοὺς χάρακας ἀπὸ Φιδήνης Φέρουσα ὁδὸς, ἀλλ' ὅσον ἢ δυσὶν ὥραις ἢ τρισὶν ἀνυσθῆναι.* SCHAEF.]

Et, ut in illis post *ὅσον* subaudiendum relinquitur verbum *ἐξὶ*, sic ante idem *ὅσον* in sequentibus. Nimirum *τὸ ὅσον* crebrius postpositum reperitur neutris quibusdam adiect. in quibus deficit *ἐξὶν*, ut *θαυμαξὸν, ὅσον*, mirum, quantum: *ὑπερφυὲς, ὅσον· ἀμήχανον, ὅσον*, immensum,

Digitized by Google

quantum. Verbi gr. *Θαυμαζὸν, ὅσον ἐπιδέδωκεν*: Mirum, quantum profecit. supple, *θαυμαζόν ἐστιν, ὅσον ἐπιδέδωκεν*: mirum est, quantum profecerit. Aristoteles: *ΔιαΦέρουσι θαυμαζὸν ὅσον.* Plene: *Θαυμαζόν ἐστιν, ὅσον διαΦέρουσι*: Mirum est, quantum praestent. (m) [Lucianus T. I. p. 844. *καὶ τοῦτο θαυμαζὸν, οἷον ἔδοξέ μοι.* Interpres: id ipsum quoque mirabile, ut mihi videbatur. Imo, commate deleto, vertendum: id ipsum quoque mirabile mihi videbatur. Conf. Dionys. Halic. Ant. Rom. T. I. p. 93. *χωρία θαυμαζῶς ὡς Φιλάμπελα.* SCHAEF.]

* Haec ellipsis locum quoque habet in quibusdam locutionibus, quae per se sensum nondum plane absolvunt, e. g. *Διδάσκειν* vel *παιδεύειν ῥήτορας, ΦιλοσόΦους, ἱππέας, κυνηγούς* cet. in quibus sub. *εἶναι.* Plene Lucianus in Somnio c. II. *Δίδασκε παραλαβὼν λίθων ἐργάτην ἀγαθὸν εἶναι.* v. cl. Abresch. Lection. Aristaenet. v. 102. et 114. Item in Participiis, quae absolute interdum pro verbo finito posita reperiuntur, saepe *ἦν* et *ἦσαν* reticetur. Sic Chariton L. III. c. X. p. 60. *Εἶτα συγκαλέσας*, s. *ἦν*: pro *συνεκάλεσε.* v. D' Orville ad h. l. p. 347. [Add. idem ibid. p. 617. 624. 670. 726. 746. Wesseling. ad Diodor. Sic. T. II. p. 11. Markland. ad Euripid. Iphig. Aul. v. 262. ad Iphig. Taur. v. 208. 820. Heyn. ad Hom. Il. T. V. p. 470. Sturz. ad Empedocl. Carm. p. 614. Sophocles Antig. v. 321. *οὔκουν ὅδ' ἔργον τοῦτο ποιήσας ποτέ.* si recte conieci. v. Melet. Crit. I. p. 114. Conf. Oedip. Col. v. 1502. *μή τις Διὸς κεραυνὸς, ἤ τις ὀμβρία Χάλαζ' ἐπιῤῥάξασα*; ubi Scholiastes: *ἐπιῤῥάξασα. ἀντὶ τοῦ, ἐπέῤῥαξεν.* Musgravius: „*ἐπιῤῥάξασα.* Supplendum *τυγχάνει.*" SCHAEF.] In illis Imperativis Atticis, *ποιούντων, λεγόντων*, pro *ποιείτωσαν, λεγέτωσαν*, sub. *ἔξωσαν.* Plene

Digitized by Google

enim foret *ἔξωσαν τῶν ποιούντων, λεγόντων.* Sic apud Homerum Iliad. I. v. 46. *Φευγόντων* explicant scholia Graeca pleno sermone: *ἔξωσαν τῶν Φευγόντων.* Add. Thomas Mag. in v. *χρήσθων* p. 922. coll. not. ad Onosandri c. X. p. 50. [Ridiculus error tales imperativos habentium pro genitivis participiorum *ἐλλιπῶς* positis. Vid. Fischer. ad Weller. II. p. 343. SCHAEF.] Porro non in neutris solum adiectivis, sed masculinis quoque ellipsis haec locum habet, e. g. *μύριοι ὅσοι* et *ἄλλοι ὅσοι.* v. Vigerus p. 106. Frequentissima quoque apud Latinos est verbi substantivi ellipsis. Sic Cicero ad Div. L. VIII. ep. III. Me certiorem, quam se, candidatum, sub. esse. Plinius in Paneg. c. LXXX. Quid? in omnibus cognitionibus quam mitis severitas, quam non dissoluta clementia! Non locupletando fisco sedes, cet. sub. est. Quod cum quidam non animadvertissent, multis scriptorum locis hoc verbum, contra codicum auctoritatem, temere intruserunt. SCHWEB. Add. eiusd. praefat. SCHAEF.

* Notandum, 1) omitti istud verbum ad genitivum possessionis. Smith Not. 7 eccl. Asiae p. 38. *ὁ βωμὸς καὶ αἱ σοροὶ Αἰλ. Παίτου Αὐρηλιανοῦ,* nempe *εἰσί.* Huc fortassis non male referres Act. I, 4. *ἣν ἠκούσατέ μου.* Et sane spiritus sanctus, spiritus Christi, Rom. VIII, 9. quem a patre sibi datum se missurum discipuli ex eo audiverant. Luc. XXIV, 49. Ioh. XV, 26. XVI, 7. quemve, accepta a patre promissione, in eos effudit, Act. II, 33. Supple ergo *εἶναι,* h. e. quam promissionem patris de spiritu sancto audivistis meam esse. 2) Cum aliis verbis, ut in phrasi *διδάσκειν κυνηγὸν, ἱππέα, κ. τ. λ.* Lucian. Somn. c. 2. *δίδασκε ἐργάτην ἀγαθὸν εἶναι,* observante cl. Abresch. Lect. Arist. p. 102. qui et in Addend. p. 132. huc refert 1. Tim. V, 13. *ἀργαὶ μανθάνουσι* (*εἶναι*). 3) In

Digitized by Google

phrasi δύναται καί. Steph. Byz. v. Ἀχίλλειος δρόμος plene ait: καὶ Ἀχιλλείτης δύναται εἶναι. Sed v. Ἄσπις elliptice: δύναται καὶ Ἀσπίδιος. 4) Participium huius verbi supplendum Act. II. 5. ἔθνους τῶν (ὄντων) ὑπὸ τὸν οὐρανόν. F. ST.

(a) Conf. Georgium in Vindiciis Novi Testamenti p. 180. sq. MICH.

(b) Speciatim Imperativus ἴσθι et ἔξε deest ante Participia paraenetica. Petrus in priore epistola, cap. II, 12: ἔχοντες, scil. ἔξε, pro ἔχετε, habete. Et ibid. vers. 18: ὑποτασσόμενοι, pro ὑποτάσσεσθε. Sic cap. III, v. 1. 7. 8. MICH.

(c) Sic in enunciativa oratione, Apocal. XV, 4: ὅτι μόνος ὅσιος, scil. εἶ. MICH.

(d) Sic Paulus in epist. ad Roman. cap. V, 11: καυχώμενοι, scil. ἐσμέν. Ad Hebr. c. VIII, 10: διδοὺς, scil. ἔσομαι. MICH.

(e) Plura de participiis exempla congessit Knatchbull ad Ephes. IV, 1. (f) SCHOETTG.

360 (f) Adde: ex 2 Corinth. V, 12: διδόντες, scil. ἐσμέν. cap. VII, 5: θλιβόμενοι, scil. ἦμεν. c. VIII, 3: αὐθαίρετοι, scil. ἦσαν. MICH.

(g) Lucas in evangel. c. VI, 13: Καὶ (ἦν) ἐκλεξάμενος ἀπ' αὐτῶν δώδεκα, cet. Petrus in posteriore epistola, cap. I, 17: λαβὼν γὰρ (ἦν). Item in Actis Apostol. cap. XV, 23: γράψαντες (ἦσαν). MICH.

(h) Plenior loquutio habetur apud Ioannem in evangel. c. IV, 6: ἐκαθίζετο οὕτως ἐπὶ τῇ πηγῇ, ὥρα ἦν ὡσεὶ ἕκτη. MICH.

(i) Sic participium ὤν deest apud Matthaeum in evangelii cap. XXVII, 57: vir dives ἀπὸ Ἀριμαθαίας. Apud Ioannem evangel. c. IV, 7: γυνὴ ἐκ τῆς Σαμαρείας. In Lucae evangelio, c. IV, 20: πάντων ἐν τῇ συναγωγῇ ὀφθαλμοί, ubi vide adnotationem Ioan. Christoph. Wolfii. Item Petri epistola posteriore, c. III, 6: ὁ τότε κόσμος. et vers. 7: οἱ νῦν οὐρανοί. MICH.

(k) In praeoccupationibus aeque ac in Latino sermone deprehenditur ellipsis. Eiusmodi loquendi formula Paulus utitur Rom. III, 3. Τί γὰρ, sc. ἐςὶ, εἰ ἠπίςησάν τινες; Respondet Apostolus obiectioni: si quis diceret, quaenam praerogativae possint esse Iudaeorum, quum multi eorum fuerint increduli? significat, nullius esse ponderis, hac

Digitized by

phrasi: *τί γὰρ*, sc. *ἐστί*. Fundamentum huius suppletionis habemus in 1 Cor. XIV, 15. *τί οὖν ἐστι*; BERNH. 361

(l) Deest item post Verba discendi, incipiendi ac desinendi, cum Participiis constructa, ut: in priore epist. ad Timoth. c. V, 13: *μανθάνουσιν* (*εἶναι*) *περιερχόμεναι*. Matth. c. XI, 1: *ἐτέλεσεν* (*εἶναι*) *διατάσσων*. Lucae evang. c. V, 4: *ἐπαύσατο λαλῶν*. MICH. Solennis haec constructio istorum verborum, nec quidquam subaudiendum. SCHAEF.

(m) Sic et in *οὐχ οὕτως*. Lucas in evang. c. XXII, 26: *Τμεῖς δὲ οὐχ οὕτως*, scil. *ἔσεσθε*: Vos autem non sic (eritis). Psellus in laudatione Metaphrastae p. 225: *Ἀλλ' ἐκεῖνος οὐχ οὕτως*, scil. *ἦν*: Sed ille non sic (erat). SCHOETTG.

* EINAI vel IENAI, Ire.

Apud Tacticos absolute saepe est *ἐπὶ τὰ ὅπλα*: quibus verbis duces exhortantur milites ad arma capienda. V. Aelianus Tact. c. LIII. Plene occurrit apud Xenophont. L. III. K. II. p. 163. *Ἴτε οὖν ἐπὶ τὰ ὅπλα*. V. vocem *Ἄγειν*. SCHWEB.

* Xenophon Hist. Gr. II, 3, 20. *κελεύσαντες ἐπὶ τὰ ὅπλα*. ubi tamen conf. Wyttenbach. in Select. p. 401. Ibid. 54. *Ἐκ δὲ τούτου ἐκέλευσε μὲν ὁ τῶν τριάκοντα κήρυξ τοὺς ἕνδεκα ἐπὶ τὸν Θηραμένην*. Schneiderus: „Nisi *ἰέναι* excidit, cum Leoncl. et Stephan. legendum *ἐκάλεσε*." Rectius Hemsterhusius in Miscell. Observat. IV. p. 282. „nimirum *ἰέναι*· quod mihi non unam ob rationem anteferendum videtur H. Stephani coniecturae *ἐκέλευσε* mutantis in *ἐκάλεσε*." Fr. Aug. Wolfius ad h. l. p. 119. „Nihil mutandum, ut recte vidit Vir doctus in Obss. Misc. T. IV. p. 282. Subaudiri in hac locutione solet *ἰέναι*. Conf. Intpp. ad Thucyd. VI, 54. *Er beorderte sie gegen den Theramenes.*" Add. Zeun. ad Cyropaed. p. 799. et Wyttenbach. l. c. — Theocritus Adoniaz. v. 147. *ὥρα ὅμως κεἰς οἶκον*. Valckenarius p. 415. B. „Qualis hic obtinet, in sermone quotidiano, ut hodiedum apud nos, apud

Graecos frequens erat ellipsis: in Aristoph. Ran. v. 1312,

Ἐγὼ μὲν οὖν ἐς τὸ βαλανεῖον βούλομαι.

Sed et hunc versum, et plurima D'Orvillius iam dedit ad Charit. p. 706. quorum miror Kusteri hoc in loco iudicium." Add. Brunck. ad Aristophan. Ran. v. 1276. Leisner. et Schwebel. in praefat. SCHAEF.

* ΕΙΠΕΙΝ, Dicere.

Aristophanes Vesp. v. 1270. ἀργαλέον, ὡς σοφὸς, i. e. ἀργαλέον εἰπεῖν, difficile dictu est, quam sit sapiens. Saepe etiam συνελόντι sine addito verbo dicitur. Tum subintelligendum Φάναι, vel εἰπεῖν, vel plenius: ὡς συνελόντι λόγῳ εἰπεῖν. LEISN. Vid. infra ad v. Λέγειν. SCHAEF.

* ΕΙΣΕΡΧΕΣΘΑΙ, Ingredi.

Hoc verbum commode subaudiri posse videtur in illis Luc. c. XVI. 16. Καὶ πᾶς εἰς αὐτὴν βιάζεται. s. εἰσελθεῖν. Sic Exodi c. XIX. 24. Μὴ βιαζέσθωσαν ἀναβῆναι. v. Fabricius ad Sexti Empirici L. VIII. p. 529. SCHWEB. Non opus. Βιάζεσθαι enim nunc praepositioni iungitur, nunc regit infinitivum. Diodorus Sicul. XIV. c. 68. extr. πρὸς τὰ κύματα βιαζόμενοι. Arrianus de Venat. XVII. 2. ἐς τὰ πεδία βιάζονται. Pausanias IV. c. 22. in. ἐκλείπειν τὴν Εἶραν βεβιασμένους. i. e. βιασαμένους, active. Aliter Interpres. (Sequitur mox: κατανέμειν τε ἐς τὰς πόλεις ἤθελον καὶ ἀναδάσασθαι δι' ἐκείνους τὴν γῆν. Facius: „ἀναδάσασθαι δι' ἐκείνους. Vocula δι' constructionem reddit duriorem. Forte illa delenda sit." Hîc quoque ruit Criticen factitans: dum enim, quam fingit coustructionis duritiem, emollire studet, verba sensu cassa facit. Conf. ibid. c. 3. ἀναδάσασθαι πρὸς τοὺς Δωριέας τὴν γῆν. Vid. Pierson. ad Moer. p. 87. et Ruhnken. ad Tim. p. 33.) Lucianea T. I. p. 89. interpunge: τοῦτο οὖν ἐτόλμησεν ἀδικεῖν με πλείω τῶν πώποτε, βιασά-

Digitized by Google

μενον ὀνομάτων με καὶ ῥημάτων ἀπελάσαι πατρῴων, ἐκδιῶξαι δὲ ὁμοῦ συνδέσμων ἅμα καὶ προθέσεων. Sic omnia sana, contra quam Hemsterhusio visum est. Ceterum Schwebelius illam ellipsin commentus est auctore Fabricio l. c. qui quo utitur Clementis Alex. loco, in eo interpretando mire errat: non erraturus, opinor, si Interpretem, qui recte vertit, consuluisset. SCHAEF.

* ΕΚΠΙΠΤΕΙΝ, Excidere.

Ellipsis huius vocis occurrit Actor. XXVII. 40. *Καὶ τὰς ἀγκύρας περιελόντες εἴων εἰς τὴν θάλασσαν.* Plena locutio est *εἴων τὴν ναῦν εἰς τὴν θάλασσαν ἐκπεσεῖν.* uti est ibidem v. 32. *καὶ εἴασαν αὐτὴν ἐκπεσεῖν.* V. Ναῦς. SCHWEB. Rectius, nihil tale subaudiens, Abreschius Lection. Aristaen. p. 268. „*ἐᾶσαι* relinquere. Daniel. cap. IV. com. 12. *τὴν Φυὴν τῶν ῥιζῶν αὐτοῦ ἐν τῇ γῇ ἐάσατε.* [Conf. Diodor. Sicul. V. c. 33. *ἐλάσματα γὰρ σιδήρου καταχρύπτουσιν εἰς τὴν γῆν, καὶ ταῦτα ἐῶσι, μέχρις ἂν ὅτου κ. τ. λ.*] Neque tantum *ἐᾶν ἐν* usitatum, sed et *ἐᾶν εἰς.* Geopon. Lib. VIII. Cap. III. *ἀνήθου σπέρμα βλητέον εἰς ὀθόνιον, εἶτα ἐατέον εἰς οἶνον.* et Actor. Cap. XXVII. com. 40. *τὰς ἀγκύρας περιελόντες εἴων εἰς τὴν θάλασσαν*, nempe *τὸ πλεῖον*, quod praecedit. Vid. ibi Grotium. Ut nec Cl. Needham suspicari debuerit, interpretem Geoponicorum l. d. legisse *καθετέον*, quia vertit demittendum. Nam ita iterum Lib. XIII. Cap. III. *Φασὶ δὲ, ὅτι εἴ τις θηράσας μίαν (γαλῆν) ἐξ αὐτῶν, τὴν οὐρὰν ἢ τοὺς ὄρχεις ἀποκόψῃ, καὶ ζῶσαν ἐάσῃ, μὴ εὑρεθήσεσθαι αὐτὰς λοιπὸν ἐν ἐκείνῳ τῷ χωρίῳ.* Pro *ἐᾶσαι* Cap. IV. habes *ἀπολῦσαι.* Et Lib. XV. Cap. II. pag. 407. *χρὴ πάντοθεν ἐξανοίξαντα εἰσεᾶσαι Φῶς τε καὶ ἀέρα καθαρόν.* Quod compositum [Schneidero sine causa visum dubiae fidei] frustra quaeras in H. Steph. Thes.“ SCHAEF.

Digitized by Google

* ΕΞΑΡΚΕΙΝ, Sufficere.

Subauditur haec vox in quibusdam locutionibus, in quibus *ὅσον* cum Infinitivo *ἐλλειπτικῶς* ponitur. Sic Thucydid. L. I. c. 2. *Νεμόμενοί τε τὰ αὑτῶν ἕκαστοι, ὅσον ἀποζῆν.* plene, *ὅσον ἐς τὸ ἀποζῆν ἄν που ἀρκέσειεν.* In illo Epigrammate, quod Eveno tribuitur:

Κἦν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν, ὅμως ἔτι καρποφορήσω,
Ὅσσον ἐπισπεῖσαι σοὶ, τράγε, θυομένῳ.

Expressam habet ellipsin Arrianus de Expedit. Alex. L. VII. c. I. *Τοσοῦτον καθέξεις τῆς γῆς, ὅσον ἐξαρκεῖ ἐντεθάφθαι τῷ σώματι.* SCHWEB. Strabo T. IV. p. 274. *ὥςτ' οὐκ ἔμελλον ἰσχύσειν οἱ ἐχθροὶ τοσοῦτον, ὅσον δέκα ἀφαιρεῖσθαι πόλεις αὐτῶν.* ubi pro *ὅσον* Cod. ex glossemate *ὥςτε.* SCHAEF.

* ΕΞΕΙΝΑΙ, Licere.

Ἐξεῖναι, licere, subintelligitur in loco Paulino, epist. ad Rom. c. XIV, 2; *ὃς μὲν πιστεύει (ἐξεῖναι) φαγεῖν πάντα.* MICH. Sophocles Philoct. v. 853. *μάλα τοι Ἄπορα πυκινοῖς ἐνιδεῖν πάθη.* Brunckius: „Infinitivus *ἐνιδεῖν* pendet a suppresso verbo, quod ipsa sententia suggerit, *γίγνεται, ἐγγίγνεται, ἔξεστι, ἔστιν*, aut simile.“ Ibid. v. 1165. *ἀλλὰ γνῶθ', εὖ γνῶθ', ὅτι σοι Κῆρα τάνδ' ἀποφεύγειν.* Idem: „Subauditur *πάρεστι.*“ SCHAEF.

* ΕΞΕΛΑΥΝΕΙΝ, Expellere.

Subaudias hoc verbum ad Lucianea T. II. p. 245. *ἔξω Χριστιανούς.* — *ἔξω Ἐπικουρείους.* scil. *ἐξελαύνετε.* Praecessit: *εἶτ' εὐθὺς ἐν ἀρχῇ ἐξέλασις ἐγίγνετο.* SCHAEF.

ΕΞΕΤΑΖΕΣΘΑΙ, Comparari.

In *πρός τι* et *ὡς πρός τι*, quae comparationi minorum inserviunt, subaudi *ἐξετάζεσθαι*, vel *εἰ*
362 *ἐξετάζεται.* ut in Epist. ad Rom. VIII, 18: *Λογίζομαι γὰρ, ὅτι οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν*

Digitized by Google

καιροῦ, πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν etc. Existimo enim, non dignas (esse) passiones huius temporis, ad futuram gloriam. ubi ἄξια πρὸς τὴν δόξαν, pro ἄξια ἐξετάζεσθαι πρὸς τὴν δόξαν. Plato L. VI. de Republica: Χρόνος μικρὸς, ὡς πρὸς τὸν ἅπαντα: Tempus exiguum ad universum. i.e. ἐξετάζεσθαι πρὸς τὸν ἅπαντα: si comparetur cum universo. Aristophanes in Lysistr. v. 860. p. 890: Per Venerem, inquit, si de viris sermo inciderit, extemplo ait tua coniux, ὅτι λῆρός ἐσι τἄλλα πρὸς Κινησίαν: nugae sunt omnia ad Cinesiam. i. e. εἰ ἐξετάζεται πρὸς Κινησίαν. Euripides Ion. 1511:

Μηδεὶς δοκείτω, μηδὲν ἀνθρώπων ποτὲ
Ἄελπτον εἶναι πρὸς τὰ τυγχάνοντα νῦν.
Nemo putet, hominibus quidquam unquam
Insperatum esse, (si exigat ad ea,) quae nunc
eveniunt.

Ubi Doct. Ios. Barnesius mavult legere: τυγχάνονθ' ὁρῶν, quia sine ὁρῶν, vel expresso vel intellecto, ut inquit, difficulter πρὸς ad Syntaxin conciliabitur. Sed non opus est, mutare lectionem, nec erit difficultas in structura, si modo ad hanc attendatur Ellipsin. Exempla ex Luciano plurima congessit Doctiss. Jensius in Lectionibus Lucianeis p. 46. et seqq. Additur hoc verbum a Luciano in Saturnalib. p. 809: Οὐ μικρὰ — ὡς πρὸς τὴν δύναμιν ἐξετάζεσθαι τῆς συμπάσης ἀρχῆς: Non parva — si ad vim totius imperii exigantur. 363 Quem locum etiam a viro doct. notatum isthic video p. 48.

Dionysius Halicarnasseus L. IX, 586: ὃ πρὸς μὲν τοὺς νῦν ἐξεταζόμενον βίους, γέλωτος ἂν ἄξιον Φανείη. Possis etiam συγκρίνεσθαι, ἀντικρίνεσθαι, vel παραβάλλεσθαι, vel participium παραβαλλόμενον subintelligere. Apud Aelianum Hist. Animal. XIII, 17: — ῥώμην τε καὶ ἀλκὴν τὰ πρῶ-

Digitized by Google

τα Φέροιτο ἂν πρὸς ἐκείνους ἀντικρινόμενος. Iosephus L. II. contra Apionem p. 1070: πάντες — ὡς πρὸς ἐκεῖνον παραβαλλόμενοι. [Add. Leisner. praefat. SCHAEF.]

* ΕΞΗΓΕΟΜΑΙ, Interpretor.

Quum Scholiastae adverbium ἄλλως adhibent, saepissime subaudiendum est aliquid. Perinde enim est, ac si dicerent: ἄλλως ἐξηγοῦνταί τινες, vel ἐξηγήσαντο. LEISN. Vid. H. Stephan. Praparasc. ad Schol. Thucyd. p. 581. a. Duk. SCHAEF.

* ΕΠΑΓΕΣΘΑΙ, Invehere.

Haec vox deest in proverbio: ὁ Καρπάθιος τὸν λαγὼν, scil. ἐπηγάγετο. Quod proverbium in eos dici solitum, qui rem sibi perniciosam persequuntur, et sibi perniciem accersunt. Hesychius: Καρπάθιος δὲ λαγὼν, κατ' ἔλλειψιν τοῦ ἐπηγάγετο. διὰ τὸ μὴ εἶναι λαγωοὺς ἐν τῇ χώρᾳ, (scil. Carpathiorum) ἐπηγάγοντο αὐτοὶ, καὶ τοσοῦτοι ἐγένοντο, ὥςε τόν τε σῖτον αὐτῶν καὶ τὰς ἀμπέλους ὑπ' αὐτῶν βλάπτεσθαι. Vid. Aristoteles Rhet. III. c. XI. LEISN.

364 * ΕΠΑΝΕΡΧΕΣΘΑΙ, Subsequi. [imo Reverti. SCHAEF.]

Hoc verbum interdum ἐλλειπτικῶς ornandae orationis gratia abesse et reticeri, docent Observationes Miscellaneae Vol. IV. Tom. II. pag. 282. LEISN. Leisnerus librum parum accurate inspexit. Monet ibi Hemsterhusius, in quodam Xenophontis Ephesii loco per errorem omissum esse ἐλθόντες, vel potius ἐπανελθόντες, (h. e. reversi, non subsecuti,) aut aliud certe simili potestate vocabulum. Verissime: quamquam non librarii is error fuit. Deest enim in Editione principe verbum ἦκον, quod e Codice Locella nuper restituit. Dudum monuerat Dorvillius ad Chariton. p. 707. SCHAEF.

Digitized by Google

ΕΠΕΙΓΕΙΝ, Urgere.

In *χρεὼ*, necessitas, cum accusativo, deest apud Poëtas *ἐπείγει*, ut Homer. Iliad. K. v. 43:

Χρεὼ βουλῆς ἐμὲ καὶ σὲ (scil. *ἐπείγει*).
Necessitas consilii me et te (urget).

id est, opus est consilio mihi et tibi. Ubi Eustathius: *Ἐλλειπτικὸν κατὰ πρόθεσιν, ἵνα λέγῃ, ὅτι χρεία βουλῆς εἰς ἐμὲ καὶ σέ.*

Sed malim ego verbum aliquod subaudire, ut inferius ipse Homerus v. 172:

Ἀλλὰ μάλα μεγάλη χρειὼ βεβίηκεν Ἀχαιούς.
Sed valde magna necessitas ursit Achivos.

Eodem libro elliptice iterum: *Τίπτε δέ σε χρεώ;* scil. *ἐπείγει*, vel *καταλαμβάνει*, ut optime Hesychius, Grammaticus doctissimus: *Τίπτε δέ σε χρεώ; τίς δέ σε χρεία καταλαμβάνει;* Sic ille p. 908. edit. ult. Emendandus igitur ex hoc loco superior ille, qui est pag. 906. ubi: *Τίπτε δέ σε χρεώ; Τίς δέ σε χρεία καταλαβεῖν;* leg. *κατέλαβεν.* (n)

(n) Vid. supra *βιάσιν*, et infra *ἱκάνειν*. LEISN.

* ΕΠΙΕΝΑΙ, Adire. 365

De huius verbi ellipsi vide Observatt. Miscellan. Vol. IV. Tom. II. p. 282. LEISN. Ibi Hemsterhusius: „Philostr. Icon. II. p. 850. *ὁ γεωργὸς δὲ λίθοις ἐπὶ τὸν Ἡρακλέα.* intelligendum puta, *ἐπῄει, ὥρμα·* nam *ἔβαλλεν* structurae minus est accommodatum.“ SCHAEF.

* ΕΠΙΤΑΣΣΕΙΝ, Praecipere.

Deest per ellipsin haec vox apud Theocritum Idyll. VI. v. 29. *Σῖγα δ' ὑλακτεῖν νιν καὶ τᾷ κυνί.* ubi schol. Gr. *λείπει τὸ ἐπέταξα.* SCHWEB. Hîc Schwebelio res non melius cessit quam supra ad v. *Διηγεῖσθαι*, ubi, perinde credulus Scholiastae Theocriti, ad scopulum persimilem allisus est. Theocritea Ruhnkenius probabiliter sic corrigit: *Σίξα δ' ὑλα-*

Digitized by Google

κτεῖν νιν καὶ τὰν κύνα. Dahlius Vossii *σίξω* praeferens non advertit, sic δ' delendum fuisse. SCHAEF.

ΕΡΓΑΖΕΣΘΑΙ, Efficere, Operari.

Apud Poëtas, Tragicos praesertim, deficit aliquando hoc verbum. Aeschylus Choëph. 252: — *δυςΦιλὲς γαμήλευμ' ἀπεύχετον δόμοις γυναικοβούλους τε μήτιδας Φρενῶν.* ubi Scholiastes: *λείπει, εἰργάσατο.* [Locus intellectu perdifficilis, quodque vix dubites, corruptus: variis ideo nuper coniecturis tentatus. Tali autem loco Bosius uti non debebat; neque, opinor, quae eius erat linguae graecae scientia, usus fuisset, nisi Scholiastas Graecos paene superstitiose coluisset. SCHAEF.]

* ΕΡΕΣΘΑΙ, Dicere.

In Attica illa locutione apud Aristophanem in Plut. v. 8. et Athenaeum L. I. p. 5. *Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα.* Item in illis: *Ταῦτά μέν νυν ἐπὶ τοσοῦτον. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐπὶ τοσοῦτον.* in quibus sub. *εἰρήσθω.* Plene habet Cleomedes in fine Κυκλ. Θεωρ. *Καὶ περὶ μὲν τούτων ἐπὶ τοσοῦτον πρός γε τὸ παρὸν εἰρήσθω.* SCHWEB. De ellipsi verborum dicendi v. Leisner. praefat. SCHAEF.

ΕΡΧΕΣΘΑΙ, (o) Venire.

In *δεῦρο*, huc, quod adverbium est, omittitur eleganter *ἐλθὲ*, veni, in Act. Apost. VII, 3: *Δεῦρο εἰς γῆν, ἣν ἄν σοι δείξω*: Veni in terram, quamcunque ostendero tibi. ubi *δεῦρο* pro *ἐλθὲ δεῦρο.* Plene Homerus Odyss. M.

Δεῦρο Μοῦσ' ἐλθέ.
Huc Musa accede.

et Aristophanes in Thesmoph. vers. 325:

Γλαυκῶπι χρυσόλογχε — ἐλθὲ δεῦρο.
Minerva auream habens lanceam — veni huc.

Possis etiam *ἴθι* subaudire, quod perinde est. Sic

Digitized by Google

Lucianus in Asino p. 93: Δεῦρο ἴθι πρὸς ἡμᾶς. vel χώρει, ut Comicus Thesmoph. p. 779: Χώρει δεῦρο. (p)

(o) Saepe ornandae orationis caussa verba veniendi, eundi etc. reticeri, docent Observationum Miscellanearum Auctores Vol. IV. Tom. II. p. 282. LEISN. Add. Dorvill. ad Chariton. p. 706. s. SCHAEF. 366

(p) It. Marci evang. c. VII, 4: καὶ ἀπὸ ἀγορᾶς, scil. ἐλθόντες. ubi vide Wolfium. MICH.

ΕΥΧΕΣΘΑΙ, Precari.

In salutandi formulis, χαίρειν, εὖ πράττειν, εὖ διάγειν, ὑγιαίνειν, (q) quae in fronte epistolarum abhiberi solent a Graecis, omittitur εὔχομαι, vel potius εὔχεται, ut: Ἀλέξανδρος Ἀριστοτέλει χαίρειν (sc. εὔχεται): Alexander Aristoteli salutem (apprecatur). Plenius id Ioannes in 3. Epist. v. 2. Ἀγαπητὲ, περὶ πάντων εὔχομαί σε εὐοδοῦσθαι καὶ ὑγιαίνειν. Subintelligitur vero in Epist. Iacobi c. I, 1. (r)

Εὔχομαι cum ἵνα deest in μὴ γένοιτο, absit, quae vox est omen aversantium. Plene igitur dicas: Εὔχομαι, ἵνα μὴ γένοιτο: Precor, ut ne fiat. [In talibus optativus, qui proprie dicitur, obtinet, nec quidquam subaudiendum est. SCHAEF.]

* In illis salutandi formulis Priscianus L. XVIII. subaudiri posse censet κελεύω: uti est apud Latinos: salvere, gaudere te iubeo. Sic Terentius Adelph. Act. III. Sc. IV. v. 14. Salvere Hegionem plurimum iubeo. Schol. Gr. ad Theocriti Idyll. XIV. v. 1. Χαίρην πολλὰ τὸν ἄνδρα Θυώνιχον, subaudit γένοιτο, vel λέγω. Malim tamen cum nostro auctore in eiusmodi subaudire τὸ εὔχεσθαι. Graecorum imitatione etiam Latini saepe ἐλλιπῶς loquuntur. Horatius L. I. Od. II. v. 45. Serus in coelum redeas. s. precor. Plene idem L. I. Od. III. v. 7. Reddas incolumem precor. SCHWEB. Euripides Supplic. in. Δήμη-

Digitized by Google

τερ, — — — εὐδαιμονεῖν με, Θησέα τε παῖδ' ἐμὸν, κ. τ. λ. Marklandus ad h. l. „Reticetur Verbum εὔχομαι (ut bene Brodaeus) vel tale aliquid ante Infinitivum εὐδαιμονεῖν, ver. 3. Et hoc usitatum in Votis: vide Aristoph. Ran. 914. 920. Acharn. 250. ubi male intelligitur: Herodot. V, 105. et Iac. Gronovium ibi. Apposite ad Rem et ad Locutionem Noster Electr. 805. ubi Aegisthus in privato et domestico Sacrificio ipse suus Sacerdos, pro se ita precatur,

Νύμφαι πετραῖαι, πολλάκις με βουθυτεῖν,

scil. precor, vel date. nullum enim Sacrificium erat sine Precibus.“ Add. Abresch. Adnotat. ad N. T. p. 579. Brunck. ad Aristoph. Acharn. v. 436. et v. supra ad v. Γίνεσθαι et Διδόναι. SCHAEF.

(q) Scholiastes Theocriti Idyll. 14. subintelligit γένοιτο, vel etiam λέγω. SCHOETTG.

* In tertia huius libri editione, quae est Schoettgeniana prima, Lipsiae anno MDCCXIII excusa, loco iam adiectae brevioris observationis, haec reperitur uberior, hisce verbis:

„In his ego mallem dicere, Infinitivum positum esse „pro Imperativo, quod apud Graecos non est infrequens.
367 „Exempla occurrunt sequentia: Matth. cap. V, 34. 39. coll. „vers. 44. Hippocrates aphorism. sect. IV, locis fere innu„meris. Callimachus hymno in Dianam vers. 262. 264. 266. „Artemidorus IV, 5. Adde, quae notat Wolfius ad Liba„nium epist. 16, pag. 39. 40. epist. 93, p. 281.“

Haec olim Schoettgenius adiecit, sed in posteriore editione sua, quarta scilicet, expunxit: nos vero in praesenti editione, ut de prioribus huius Viri cogitatis etiam constet, huc revocavimus. [Bona est Schoettgenii haec adnotatio, cuiusmodi vellem multis libellum Bosianum ornasset. Omnino probabile mihi fit, infinitivos illos, quos vulgo, ut ἐλλιπῶς dictos, explent subaudiendo εὔχομαι, λίσσομαι, γένοιτο, δὸς, θέλε, δεῖ, alia id genus, prout aut optantis sunt, aut iubentis, reliquias esse priscae in struenda oratione simplicitatis, vicesque gerere nunc optativi nunc imperativi. SCHAEF.]

(r) Singulare exemplum, ubi hoc verbum deest, occurrit Matth. evang. c. XXI, 9: Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ. In-

Digitized by Google

tellexit Petrus Possinus Spicileg. Evang. c. 52. incommodam esse hanc interpretationem: Serva, quaeso, filio David. Post varia tamen in hanc rem adducta eo tandem delabitur, ut dicat, Ὡσαννὰ tunc temporis a Iudaeis dictos fuisse ramos palmarum: quod aeque absurdum est, ac illud, quod quidam in tenebris Papatus ante restauratam litteraturam Osanna nomen muliebre putavit, eoque campanam a se baptizatam vocavit. Certe, qui Ellipsin hic statuit, optime procedet, ita: Serva, quaesumus, Domine, id quod adprecamur, filio Davidis. Vide plura, ne ultra modum prolixi simus, apud Groddeccum de ceremonia palmarum c. 7. Idem autem nobiscum quoque statuit Ferrarius de Acclamationibus Veterum I, 21. et VII, 9. qui pluribus aliis probatum dedit, veteres in acclamationibus decurtatas locutiones adhibuisse. SCHOETTG. 368

* ΕΧΕΙΝ, Habere. (s)

In hac formula ὡς λόγος, ut fama est. [Lucianus T. I. p. 183. Apollinarius Epigr. I. v. 2. Simplicius subaudias verbum substantivum. V. Markland. ad Euripid. Suppl. v. 655. et Valckenar. ad Herodot. p. 598, 54. SCHAEF.] Utuntur ea Artemidorus II, 20. Arrianus I. p. 33. II. p. 115. pr. Constantinus Porphyrogenneta de imagine Christi Edessena p. 79. Supplent vero Artemidorus I, 28. λόγος δέ τις ἔχει. Auctor demonstrationum chronographicarum p. 437: ὡς ὁ λόγος ἔχει, ut sermo est, vel continet. Solet tamen per κατέχει supplere Arrianus I. p. 32: Θῦσαι δὲ αὐτὸν καὶ Πριάμῳ ἐπὶ τοῦ Διὸς τοῦ Ἑρκείου, λόγος κατέχει: Sacrificasse etiam eum Priamo ad Iovis Hercei aram fama tenuit. [De hoc Arriani loco v. Indic. Locut. Ellipt. v. Ἐπὶ τοῦ Διός. SCHAEF.] Adde eundem lib. IV. p. 284; VI. pag. 404; VII. pag. 464, 470, 478, 486, 487. SCHOETTG.

(t) Vid. Bast. Epistol. Critic. ad Boisson. p. 198. s. SCHAEF.

(s) Quae vero sub verbo ἔχειν in editione prima Cl. Auctor posuerat, ea postea sub Ellipsi plurium vocum ponenda esse censuit, ubi Lector requirat. SCHOETTG.

Digitized by Google

(t) Deest verbum ἔχειν apud Lucianum in Cataplo: ποῦ ὁ τὸ ξύλον; ubi est, qui fustem gestat? Ita Lucianus in Gallo: Σίμων ὁ τὰ πιναρά: et in Bis Accusato de Pane dicitur, ὁ τὴν σύριγγα: et de celebri illa Athenis
369 porticu, ἡ τὰ ποικίλα: et in Fugitivis de Orpheo: ὁ τὴν κιθάραν. vid. Iensius Lect. Lucian. LEISN. Vid. supra in Ellipsi Nominum v. Ἔχων. Add. Lucian. T. I. p. 501. Ἐκεῖσε ἀπόβλεψον ἐς τὴν μεγάλην ἀκρόπολιν, τὴν τὸ τριπλοῦν τεῖχος. SCHAEF.

Z.

* ZHIN, Vivere.

In ἀπαλλάττειν et ἀπαλλάττεσθαι, quando significat mori, subauditur ἐκ τοῦ ζῆν, quod ex Theophrasti L. IX. observavit iam Budaeus in Commentar. Gr. L. p. 610. In Axiocho, qui Platoni adscribitur, additur τοῦ ζῆν, loco Genitivi: οὓς ἂν περὶ πλείσου ποιῶνται, θᾶττον ἀπαλλάττουσι τοῦ ζῆν. v. Henr. Steph. Thes. Gr. L. p. 349. Id imitantur Latini in decedere et discedere, quibus absolute interdum utuntur et sub. de vita, ex vita. Iustinus L. XII. c. 12. Dum haec aguntur, unus ex amicis eius Ephaestion decedit. Plene Cicero in Orat. pro Rabirio perduell. reo c. XI. Quare si eos, qui iam de vita decesserunt, ornabimus. Idem de Senect. c. XXIII. Ex vita ita discedo, tamquam ex hospitio, non tamquam ex domo. Pro quo idem pereleganter c. XX. De praesidio et statione vitae discedere. Item in μεθιζάναι vel μεθίζασθαι. Sic Actor. XIII. 22. Καὶ μεταχήσας αὐτόν. Quod plene habet Polybius T. II. p. 1465. Τῶν ἀλιτηρίων αὐτῆς ἐκ τοῦ ζῆν μεθιζαμένων. In μετάζασις apud eumdem T. II. p. 1472. Τῇ μὲν οὖν ἐκείνου μεταζάσει ταῦτ' ἄν τις εὐλόγως ἐπιφθέγξαιτο καὶ δικαίως. Quo fere modo discessus est apud Ciceron. de Senect. c. XXIII. Sed me ipse consolabar, existimans, non

Digitized by Google

longinquum inter nos digressum et discessum fore. Pro quo idem de Divinat. L. I. c. 23. O praeclarum discessum, inquit, e vita. In *ἀπολύειν*. Luc. II. 29. *Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου.* Possis tamen in hisce allatis exemplis etiam subaudire *ἐκ τοῦ βίου*, vel *ἐκ τῆς ζωῆς*. V. *Βίος*. SCHWEB. Aliter Pausanias V. c. 19. *Χείρων ἀπηλλαγμένος ἤδη παρὰ ἀνθρώπων καὶ ἠξιωμένος εἶναι σύνοικος θεοῖς*. SCHAEF.

H.

* HKΩ, Venio.

In interrogandi formula apud Plat. in Phaedro ab initio statim p. 195. edit. Bas. *Ὦ φίλε Φαῖδρε, ποῖ δὴ καὶ πόθεν;* sub. *ἥκεις*. Sic etiam Horatius L. II. Sat. IV. v. 1. Unde et quo Catius? sub. venit. Plene habet Herodotus L. I. c. 35. *Ὦ ἄνθρωπε, τίς τε ἐὼν καὶ κόθεν τῆς Φρυγίης ἦλθων, ἐπίξιος ἐμοὶ ἐγένεο;* Item in illis Polybii T. II. p. 1311. *Μηδὲν εἰπόντα, τίς ἢ παρὰ τίνος.* sub. *ἥκοι*. SCHWEB. Conf. Valckenar. ad Euripid. Phoeniss. v. 175. et Ruhnken. ad Xenophont. Memor. p. 231. Ernest. SCHAEF.

Θ.

ΘΑΥΜΑΖΕΙΝ, Mirari.

Occurrunt apud Graecos loquutiones defectivae, in quibus omissum est *τὸ θαυμάζω*, ut apud Comicum in Ran. p. 247:

Τὸ δὲ μὴ πατάξαι σ' ἐξελέγξαντ' ἄντικρυς,
Ὅτι δοῦλος ὢν ἔφασκες εἶναι δεσπότης.
Non autem illum refellisse palam te et flagris
Multasse (miror), quod, servus cum esses, te diceres herum.

Ubi Scholia: *Λείπει τὸ θαυμάζω.* [V. Ellips. plurium vocum p. 501. s. SCHAEF.]

Digitized by Google

ΘΕΛΕΙΝ, Velle. (a)

Imperativum verbi *θέλειν* omisisse subinde videntur Graeci ante verborum infinitivos, ut: *Μὴ κλέπτειν*: Ne furare. *Μὴ μοιχεύειν*: Ne adulterium committas, in Novo Testamento et alibi. *Μὴ πείθεσθαι*: morem ne gere, apud Lucianum in Rhetor. Praecept. in quibus *θέλε* subaudire queas.

Sic Hesiodus *Ἔργ. Ἄρχεσθ' ἀμητοῦ*, pro *θέλε ἄρχεσθαι ἀμητοῦ*: (Velis) incipere messem. Idem eodem lib. *σπείρειν*, *ἀμᾶσθαι*: serere, metere, pro serito et metito, vel potius *σπείρειν*, *ἀμᾶσθαι θέλε*, serere, metere velis. ubi Ioannes Tzetzes: *Τὸ ἄρχεσθαι καὶ πάντα τὰ ἀπαρέμφατα ἀντὶ προστακτικῶν τίθησιν ὁ ποιητὴς, ἢ νοεῖται ἐπὶ πᾶσι τὸ θέλε, οἷον θέλε ἐργάζεσθαι, θέλε σπείρειν, βοωτεῖν καὶ τὰ ὅμοια.* Hoc est: Illud *ἄρχεσθαι* et omnes infinitivos pro imperativis ponit poëta, vel subintelligitur in omnibus illis, *θέλε*, ut *θέλε ἐργάζεσθαι*. (b)

Plura exempla, in quibus *σὺ* cum infinitivo construitur, vide apud V. Cl. Iacob. Gronovium ad Arrianum Lib. V. c. II. in eisque *μνήσθητι* vel simile quid intelligi docet. Plenius Sophocles Oedipode Col. v. 1533: *μὴ βούλου παθεῖν*. Aeschylus Prometheo Vincto 782. *τήνδ' ἐμοὶ χάριν θέμεναι θέλησον*.

Attamen putamus nos, in omnibus illis non posse subintelligi *θέλε*, quia infinitivo aliquando quartus additur casus, ut apud Hesiodum:

> — *γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δὲ βοωτεῖν,*
> *Γυμνὸν δ' ἀμᾶσθαι.*

In illis si suppleas *θέλε*, erit *θέλε γυμνὸν σπείρειν*, quod non patitur constructionis ratio; quare commodius forsan intelligeretur *δεῖ*, sive *χρὴ*, ut, *δεῖ σε γυμνὸν σπείρειν*. Vel potius, ut semper eodem

Digitized by

modo suppleatur haec elliptica loquutio, possis omnium commodissime intelligere *κελεύω*, quod mox subiungam. [Conf. supra ad v. *Εὔχεσθαι*. SCHAEF.]

Fallitur autem Luciani Scholiastes, ut obiter hoc addam, ad Rhetor. Praecept. p. 33. quando non semper et promiscue pro imperativis adhiberi tradit 371
infinitivos, sed tunc tantum, quum negatio additur, i. e. quum quid interdicitur. Verba eius sunt: *Σύνηθες τοῦτο καὶ ποιηταῖς καὶ λογογράφοις ἀπαρεμφάτοις χρῆσθαι ἀντὶ προστακτικῶν, ὡς νῦν οὗτος· ἀντὶ γὰρ τοῦ μὴ πείθου, εἶπε πείθεσθαι· τοῦτο δὲ οὐχ ὡς ἔτυχε γίνεται, ἀλλὰ ἡνίκα μετὰ ἀπαγορεύσεως ἡ ἔννοια πρόεισιν* etc. At contrarium docere possunt exempla ex Hesiodo iam allata.

* Ellipsis huius vocis in aliis quoque obtinet. Sic Homerus Iliad. I. v. 46.

— — — — — *εἰ δὲ καὶ αὐτοὶ,*
Φευγόντων σὺν νηυσὶ Φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν.

ubi Schol. Gr. *λείπει τὸ θέλουσι. Ἄλλως, προσληπτέον δὲ τὸ βούλονται.* [Supra v. *Βούλεσθαι* Bosius interpungit: *εἰ δὲ, καὶ αὐτοὶ* Φ. quod videtur praestare. SCHAEF.] et ibid. v. 262.

Εἰ δὲ, σὺ μέν μευ ἄκουσον, ἐγὼ δέ κέ τοι καταλέξω.

ubi denuo Schol. Gr. *λείπει τὸ θέλεις.* Alia exempla ex Euripide affert Barnesius in not. ad h. l. quem vide sis. Luc. IX. 3. *Μήτε ἀνὰ δύο χιτῶνας ἔχειν.* sub. *θέλετε.* [Vid. Abresch. ad h. l. p. 578. SCHAEF.]

Nec minus vero apud Latinos quoque haec ellipsis reperitur, ut optimorum scriptorum exempla probare possunt; praesertim iis in locis, in quibus sub praesenti latet vis futuri. Florus L. I. c. XII. §. 8. Adactus miles sua sponte iureiurando, nisi capta urbe non remeare. i. e. non remeaturos, vel, se non velle remeare.

Digitized by Google

Caesar de Bello Gall. L. II. c. XXXII. Re nuncia-ta ad suos, quae imperarentur, facere dixerunt. i. e. se facturos, vel, facere velle. Ad quem locum vid. cl. Oudendorp. et Burmann. ad Phaedri L. IV. 17. v. 31. SCHWEB.

(a) Marcus evangel. c. VI, 37. sic: (*εἰ θέλεις, ἵνα*) *ἀπελθόντες ἀγοράσωμεν* etc. MICH.

(b) Siracides cap. VI, 35: *πᾶσαν διήγησιν θείαν θέλε ἀκούειν.* cap. VII, 13: *μὴ θέλε ψεύδεσθαι πᾶν ψεῦδος.* SCHOETTG.

* ΘΥΩ, Sacrifico.

Lucianus Timone p. 71. Illene est Timon, *ὁ τὰς ὅλας ἑκατόμβας*; scil. *θύσας*. qui totas hecatombas (obtulit)? Ita Lamb. Barlaeus ad h. l. SCHOETTG.

I.

* IKANEIN, Invadere.

Deest apud Homerum Ιλ. *ι.* vers. 75. [ubi v. Heynium. SCHAEF.] et v. 603. ubi sic:

Οὔτι με ταύτης χρεὼ τιμῆς.
Minime mihi opus est hoc honore.

372 Sic Ιλ. *κ.* vers. 43:

Χρεὼ βουλῆς ἐμὲ καὶ σέ.
Opus est consilio et mihi et tibi.

Ita Ιλ. *λ'*. 605. Ιλ. *σ'*. 406. Odyss. *α'*. 225. Quibus in locis omnibus est ellipsis verbi *ἱκάνει* vel similis, quasi dicas *χρεὼ βουλῆς ἐμὲ καὶ σὲ ἱκάνει*, i. e. necessitas consilii et me et te urget. Itaque verbum *ἱκάνειν* ab ipso Homero additur Ιλ. *κ.* vers. 118: — *χρεὼ γὰρ ἱκάνεται οὐκέτ' ἀνεκτός.* Necessitas enim urget non iam tolerabilis. Idem verbum additur v. 142. Potest tamen etiam verbum *βιάω* subintelligi, de quo supra suo loco. LEISN. cuius etiam praefat. v.

* IKETEYEIN, Supplico, Obtestor.

In supplicantium sermonibus deest voc. *ἱκε-*

Digitized by Google

τεύειν. Omisit Euripides in Med. v. 334: Μὴ πρὸς σὲ γονάτων, τῆς τε νεογάμου κόρης. [Vid. ad h. l. Porsonus. SCHAEF.] Difficilior est locus, neque interpretibus satis perspectus. Aemilius Portus, graeci sermonis peritissimus, nulla idonea ratione ista hoc modo interpretatur:

Ne per genua et filiam tuam recens nuptam.

Quid haec sibi velint, equidem non intelligo. Ἔλλειψις itaque subest. Quam ut indagemus, ex proximo sermone sunt arcessenda aliqua. Medeam Creon exulare terra iubet his verbis:

Ἀλλ' ἔξιθ' ὡς τάχιστα, μὴ λόγους λέγε.
Ὡς ταῦτ' ἄρηρε, κοὐκ ἔχεις τέχνην, ὅπως
Μενεῖς παρ' ἡμῖν.

Ad quae Medea: 373

Μὴ πρὸς σὲ γονάτων etc.

Precantis et obtestantis esse verba, manifestum est. Iam igitur componamus totum versum: Μὴ οὐκ ἐάσεις μένειν πρὸς γονάτων τῆς τε νεογάμου κόρης σὲ ἱκετεύουσαν; Numquid non remanere me sines per genua te, et filiam recens nuptam obtestantem vel supplicantem? [Imo supple ad μὴ, ἐξελάσῃς με, aut ποιήσῃς. Vid. infra ad v. Ποιεῖν. SCHAEF.] Similis est Ἔλλειψις in Androm. vers. 892:

Ἀγαμέμνονος παῖ, πρὸς σὲ τῶνδε γουνάτων,
Οἰκτειρον ἡμᾶς.

Per genua te supplico, miserere nostri. Item in Hel. v. 1235. deesse τὸ ἱκετεύω, planum est. Sed esse addendum hoc verbum, ipse monet Tragicus in Medea vers. 853:

Πρὸς γονάτων σε πάντες
Πάντως ἱκετεύομεν.

Licet autem τὸ πρὸς in obtestationibus usitatissime sine aliquo verbo, quod addendum foret, dicatur: ubi tamen σε affuerit, verbum addatur, oportet. BERNH.

Digitized by Google

* ΙΣΤΗΜΙ.

Imperativum aoristi alterius huius verbi subaudi ad *ἄνα* in phrasi Homerica et tragica *ἀλλ' ἄνα*. Vid. Reiz. de Accent. Inclin. p. 123. 126. s. et Porson. ad Euripid. Med. v. 325. Item simplex *ἄνα* sic reperias. Euripides Troad. v. 98. *Ἄνα, δυσδαίμων, πεδόθεν κεφαλὴν Ἐπάειρε.* Musgravius: „*ἄνα* pro *ἀνάσχηθι*, ut Soph. Aiac. v. 194. et apud Homerum pluribus locis, quod et Barnesius monet.“ Sic nos dicimus *Auf*, intelligentes *Steh' auf.* SCHAEF.

374 K.

* ΚΑΛΕΙΝ, Vocare.

Sophocles Antig. v. 441. *σὲ δή, σὲ, τὴν νεύουσαν ἐς πέδον κάρα, Φῆς, κ. τ. λ.* Brunckius: „*σὲ δή.* Subauditur *καλῶ, ἀναχρίνω*, vel simile verbum. Vide Musgravium ad Eurip. Helenam 555.“ Euripides Bacch. v. 900. Br. *Σὲ, τὸν πρόθυμον ὄνθ', ἃ μὴ χρεὼν, ὁρᾶν, Σπεύδοντά τ' ἀσπούδαςα, Πενθέα λέγω, Ἔξιθι κ. τ. λ.* (ubi *λέγω* cave referas ad *σέ*: nam *Πενθέα λέγω* sunt *παρενθέτως* interserta. Sic Sophocles Philoct. v. 1261. *σὺ δ', ὦ Ποίαντος παῖ, Φιλοκτήτην λέγω, Ἔξελθ', —.* Vid. Valckenar. ad Euripid. Phoeniss. v. 994.) Eadem structura Helen. v. 554. Musgr. *Σὲ, τὴν ὄργμα δεινὸν* (f. *δειλὸν*) *ἡμιλλημένην Τύμβου 'πὶ κρηπῖδ' ἐμπύρους τ' ὀρθοςάτας, Μεῖνον.* ad q. l. Musgravius in Supplem. p. 533. a. „Aristophanes: *Οὗτος ὦ σέ τοι* cum ellipsi verbi *καλῶ* Aves 275.“ SCHAEF.

* ΚΑΤΑΙΣΧΥΝΕΙΝ, Corrumpere.

In illis Theocriti Idyll. I. v. 105.

Οὗ λέγεται τὰν Κύπριν ὁ βωκόλος.

ubi Schol. Gr. *λείπει τὸ καταισχύναι, ἵν' ᾖ τὸ*

ὅλον, ὅπου ὁ βουκόλος — τὴν Ἀφροδίτην καταισχύναι λέγεται. Eamdem ellipsin habet etiam Virgilius Eclog. III. v. 8. Novimus et qui te. sub. corruperunt: uti Servius ad h. l. supplet. SCHWEB. V. supra Βινεῖν. SCHAEF.

* ΚΑΤΑΣΚΕΥΑΖΕΙΝ.

In epigraphis sepulcralibus ad dativum personae subaudiendum est, v. c. ap. Smith. Not. 7 eccl. Asiae p. 21. τοῖς τέκνοις καὶ Οὐαλερίῳ Οὐαλερίου γραμματικῷ Ῥωμαϊκῷ. et p. 57. ἑαυτῇ καὶ τοῖς ἐν τῇ διαθήκῃ. Plene exstat p. 18. Φάβιος Ζώσιμος κατεσκεύασεν σορὸν — ἑαυτῷ καὶ τῇ γλυκυτάτῃ αὐτοῦ γυναικί. et p. 38. κατεσκεύασεν τὸ μνημεῖον ἑαυτῷ κ. λ. F. ST.

* ΚΑΤΕΧΕΙΝ, Continere.

Vide, quae supra notavimus de verbo ἔχειν pag. 368. SCHOETTG.

* ΚΕΙΤΑΙ, Ponitur.

Scholiastae saepe ita loquuntur: τὰ ἄλλα διὰ μέσου, i. e. reliqua per μεταξυλογίαν seu parenthesin (posita sunt). Supple κεῖται vel τίθεται aut simile. LEISN. Schol. ad Euripid. Phoeniss. v. 553. p. 671. Valck. διὰ μέσου ἔθηκεν. Schol. ad Aristophan. Plut. v. 572. διὰ μέσου εἴρηται. Vid. Hemsterhus. p. 40. SCHAEF.

* Hoc verbum Scholiastae etiam saepius expressum habent, e. g. περιττῶς κεῖται, κυρίως, παρελκόντως κεῖται. v. Thucydid. Schol. ad L. I. c. 76. et L. III. c. 82. Praeterea vero in aliis quoque locis ellipsis haec obtinet. Euripid. in Phoeniss. v. 1256.

Πολύνεικες, ἐν σοὶ Ζηνὸς ὀρθῶσαι βρέτας
Τρόπαιον.

suppl. ἐν σοὶ κεῖται. quemadmodum pleno sermone Terentius Adelph. Act. III. Sc. II. v. 33. in quo

Digitized by Google

nostrae spes, omnesque opes sitae erant. Plene est apud Sophoclem in Oed. Col. v. 251. Ἐν ὑμῖν γὰρ ὡς θεῷ Κείμεθα τλάμονες. Possis etiam in eiusmodi subaudire ἐςὶ, vel ἐσμὲν pro contextus ratione. Sic Euripides Iphig. in Taur. v. 1057.

Ὦ φίλταται γυναῖκες, ὡς ὑμᾶς βλέπω
Καὶ τἄμ' ἐν ὑμῖν ἐςιν.

Sophocles Oedip. Tyr. v. 322. Ἐν σοὶ γάρ ἐσμεν. Sicuti etiam apud Latinos, quod in te est. Terentius Heautont. Act. IV. Sc. VIII. v. 4.

Serva, quod in te est, filium, et me, et familiam.

SCHWEB.

ΚΕΛΕΥΕΙΝ, Iubere.

Dixi modo, posse quidem aliquando infinitivos, qui pro imperativis usurpantur, suppleri per θέλε, ut vult Tzetzes; sed, quia in quibusdam parum apte hoc fieret, satius multo, meo quidem iudicio, ubique suppleri verbo κελεύω, verbi gr. Μὴ διδάσκειν τοῦτο: Ne doce hoc. integre, κελεύω μὴ διδάσκειν. Operae pretium erit, afferre ex Hesiodo exemplum integrae loquutionis. Addit enim κέλομαι, quod idem cum τῷ κελεύω, in Ἔργ. vers. 603:

— — — — αὐτὰρ ἐπὴν δὴ
Πάντα βίον κατάθηαι ἐπάρμενον ἔνδοθεν οἴκου,
Θῆτα ἄοικον ποιεῖσθαι, καὶ ἄτεκνον ἔριθον
Δίζεσθαι κέλομαι.

— — — — sed postquam
Omnem victum deposueris bene conditum intra domum,
Servum domo carentem conducere et sine liberis ancillam
Inquirere iubeo.

* Deest κελεύων apud Thucydidem IV, 93. Euripidem Iphig. Aulid. 360. Conf. Gronovium ad Herodoti L. I, cap. 75. Dukeri praef. ad Thucyd. LEISN. Xenophon Agesil. 1, 36. ἐπειδὴ ἦλθεν αὐ-

τῷ ἀπὸ τῶν οἴκοι τελῶν, βοηθεῖν τῇ πατρίδι, κ. τ. λ. Bosius ad Cornel. Nep. Agesil. 4, 1. „Leunclavius supplet, ἀπὸ τῶν οἴκοι τελῶν ὁ ἐπιζέλλων, quoniam in loco parallelo Hist. Gr. 3. mox adducendo τὸ ἐπιζέλλει legitur, vultque omissum illud ὁ ἐπιζέλλων propter similitudinem cum vocabulis praecedentibus. Lambinus ad h. l. laudat: ἐπειδὴ ἦλθεν αὐτῷ σκυτάλη ἀπὸ τ. οἴκ. τελ. Sed vereor, ne invitis libris. Fortasse nihil deest, sed ἐλλειπτικῶς loquitur Xenophon; ut in re simili Hist. Gr. 3. pag. 501. ἔρχεται ἀπὸ τῶν οἴκοι τελῶν, ἄρχειν καὶ τῷ ναυτικῷ. Quem locum pariter Leunclavius, sed aeque frustra, ut arbitror, sollicitat. Utrobique subaudiri potest ex Plutarcho, ἡ σκυτάλη ἡ κελεύουσα, vel aliquid simile.“ SCHAEF.

* ΚΕΡΑΝΝΥΜΙ, Misceo.

Mnesitheus Comicus apud Athenaeum Deipnosophistar. L. II, 1: Ἐὰν δ' ἴσον ἴσῳ προσφέρῃ, scil. οἶνον κεκραμένον, si (vinum) biberis aequali portione aquae (temperatum). Addit Aristophanes Pluto v. 1133: οἴμοι δὲ κύλικος ἴσον ἴσῳ κεκραμένης. Conf. Hippocratis Epidem. II. p. 1040. edit. Foes. LEISN.

* ΚΟΜΙΖΕΙΝ, Referre.

In illa Lacaenarum ad filios adclamatione, cum in bellum proficiscerentur: ἢ τὰν (κόμισον), ἢ ἐπὶ τᾶς (κεκόμισο). Plutarchus in Apophthegm. Lac. pag. 241. V. Ἀσπίς. SCHWEB.

Λ.

* ΛΑΚΤΙΖΩ.

Adagium πρὸς κέντρα λακτίζειν, Act. IX, 5. de quo Erasmus Adag. p. 339. presso hoc verbo exstat e. g. in Libanii Ep. 1190. μὴ πρὸς κέντρα. F. ST. V. Valckenar. Adnotat. Crit. in N. F. p. 381. s.

Digitized

Aliorsum deflexa locutione Euripides Iphig. Taur. v. 1406. Musgr. *οἱ δ' ἐκαρτέρουν Πρὸς κῦμα λακτίζοντες.* Haec enim, deleto commatis signo, quod post *ἐκαρτέρουν* posuerunt, arctissime iungenda. *ἐκαρτέρουν λακτίζοντες*, i. q. *καρτερικῶς ἐλάκτιζον.* Saepissime participium sic additur verbo *καρτερεῖν.* SCHAEF.

* ΛΑΜΒΑΝΩ, Accipio.

Marcus Antoninus *τῶν εἰς ἑαυτὸν* L. I. §. 1. ab init. *παρὰ τοῦ πάππου Οὐήρου τὸ καλόηθες καὶ ἀόργητον* etc. Ab avo meo Vero (accepi,) moris esse candidi et ab iracundia alieni. Subintellige *ἔλαβον* aut simile. LEISN.

* Apud Hippocratem saepius vox haec suppressa latet. p. 75. *Ὅσον κόγχην*, s. *λαβεῖν.* Plene p. 495. *Ὅσον τοῖσι τρισὶ δακτύλοις λαβεῖν*, sub. *ἐξί.* SCHWEB.

ΛΕΓΕΙΝ, Dicere. (a)

Omittitur elegantiae gratia in narrationibus subinde *ἔλεγε*, dicebat, ut apud Aelianum Var. 376 Hist. I, 16: *Ταῦτα πρὸς τὸν Σωκράτην ὁ Ἀπολλόδωρος.* [Perizonius edidit, quod omnes habent libri, *Ταῦτα τὸν Σωκράτην ὁ Ἀπολλόδωρος*, suppletque ex superioribus *ἠξίου.* „Ita, inquit, nihil opus erit mutatione.“ SCHAEF.] ubi in vulgatis Codd. deest *πρὸς*, quod adesse debere, constat ex c. 1. L. II. [extr. *ΜεγαλοΦρόνως ταῦτα ὁ τοῦ ΣωΦρονίσκου καὶ τῆς Φαιναρέτης.* Ibid. in. ex Codice Lugdun. *Καὶ ταῦτα Σωκράτης πρὸς Ἀλκιβιάδην.* Charito p. 98, 3. *Ταῦτα μὲν οὖν οἱ ἄνδρες.* Dorvillius p. 503. „Reticetur hic, ut saepe, *ἔλεγον.* Val. Flacc. V. 254. Vixea.“ SCHAEF.] Sic in Actis Apost. IX, 6: *Καὶ ὁ Κύριος πρὸς αὐτὸν*, sc. *ἔλεγε*: Et Dominus ipsi (dicebat.) (b)

Λέγουσι, dicunt, apud Gregorium notante

Budaeo in Comment. linguae Graecae p. 989: *Ὡς μὲν οἱ τὰ ἐκείνου Φρονοῦντες*, scil. *λέγουσι*: Quemadmodum illi, qui ab eius parte stant, (dicunt). [Argument. Medeae Euripid. *ὡς Δικαίαρχός τε περὶ τοῦ Ἑλλάδος βίου καὶ Ἀριστοτέλης ἐν ὑπομνήμασι.* SCHAEF.] Euripides Phoenissis 1471:

— — — *ἦν δ' ἔρις ϛρατηλάταις,*
Οἱ μὲν, πατάξαι πρόσθε Πολυνείκην δορὶ,
Οἱ δ', ὡς, θανόντων, οὐδαμοῦ νίκη πέλοι.
— — Erat autem contentio inter duces,
Illi enim, Polynicem prius hasta verberasse fratrem (dicebant:)
Hi vero, quod, utroque mortuo, nusquam victoria esset.

Ubi Scholiastes: *λείπει τὸ λέγοντες.* Sed rectius *ἔλεγον.* [V. Valckenar. ad h. l. it. ad Herodot. p. 41, 96. SCHAEF.] (c)

* Hisce alia exempla addere licet, in quibus ellipsis huius vocis regnat. In *οἷον*, verbi caussa: pro quo pleno sermone Plato *οἷον δὴ λέγω.* In *τί γάρ*; cum ita fert sententia: uti est apud Horatium L. II. Sat. III. v. 132. Quid enim? vel Ciceronem ad Div. L. IX. ep. XXV. Quid multa? s. dicam. Roman. c. III. 3. *Τί γάρ*; sub. *λέξω.* Nec minus in *τί οὖν*; ibid. v. 9. pro quo plene est c. VII. 7. *Τί οὖν ἐροῦμεν*; Apud Homerum Iliad. B. v. 681. *Νῦν δ' αὖ τοὺς*, sub. *λέγωμεν*, vel *λέξω.* Sic ante *ὅτι* supprimitur *λέγων* Marc. X. 33. (*λέγων*) *ὅτι ἰδοὺ ἀναβαίνομεν.* Et *λέγοντες.* Actor. c. XV. 1. *Ἐδίδασκον τοὺς ἀδελφοὺς*, s. *λέγοντες*, *ὅτι* cet. Actor. XIV. 22. *Παρακαλοῦντες ἐμμένειν τῇ πίϛει, καὶ*, sub. *λέγοντες*, *ὅτι* cet. uti apud Homerum Iliad. B. v. 200. Eustathius subaudiendum censet *εἰπὼν*, *ἢ Φάμενος*, *ἤ τι τοιοῦτον.* v. Tom. I. p. 152. lin. 9. Plene est Matth. IX. 18. *Ἄρχων ἐλθὼν προσεκύνει αὐτῷ, λέγων, ὅτι ἡ θυγάτηρ* cet. c. XX, 12. *λέγοντες, ὅτι οὗτοι* etc. Praeterea *λέγε-*

Digitized by Google

ται vel λέγουσι subauditur in quibusdam Infinitivis absolute positis. Herodotus cum alibi, tum L. I. c. 86. Τὸν μὲν δὴ ποιέειν ταῦτα. L. II. c. 107. Ταῦτα ποιῆσαι τὸν Σέσωστριν. [L. I. c. 59. post orationem finitam sequuntur abrupte infinitivi: οὔκων ταῦτα παραινέσαντος Χίλωνος πείθεσθαι θέλειν τὸν Ἱπποκράτεα. γενέσθαι οἱ μετὰ ταῦτα τὸν Πεισίστρατον τοῦτον. Tum non minus abrupte recurrunt verba finita. SCHAEF.] Aeneas Tact. c. XI. Ὁμότροπον δέ τι τοῦτο καὶ παλαιὸν ἐν Λακεδαίμονι γενέσθαι. Plene Herodotus L. I. c. 82. Τὸν δὲ ἕνα λέγουσι — Ὀθρυάδην αἰσχυνόμενον ἀπονοσέειν ἐς Σπάρτην. Idem L. I. c. 91. Τὴν Πυθίην λέγεται εἰπεῖν τάδε. Huc referri possunt Infinitivi Φάναι et εἰπεῖν apud Xenophontem L. I. K. Π. aliquoties absolute positi; in quibus itidem λέγεται aut ἔφασαν subaudiri censet Henr. Steph. in Appendice de Dial. Att. p. 67. Frequens valde apud Latinos quoque est ellipsis v. dicere. Caesar de Bell. civ. L. I. c. 69. Contumeliosisque vocibus prosequebantur; nec non (sub. dicebant,) necessarii victus inopia coactos fugere. Auctor de Bello Hispan. c. XX. Ei manus intentare coeperunt; (dicentes) illius opera se perisse. Phaedrus L. I. XXIX. 11. Et (dixit,) facilis vindicta est mihi. Adde Oudendorp. ad Caes. de Bell. Civ. L. I. c. 69. Burmann. ad Vell. Pat. L. II. c. 92. Forsan in Infinitivis, quibus in admirationibus absolute scriptores utuntur, Graecos imitati fuerunt Latini: quamquam negare haud ausim, in eiusmodi ellipsin commodius suppleri per mirandum est, uti notavit Graevius ad Iustini L. II. c. 14. SCHWEB.

** Utilia notatu de huius verbi ellipsi suppeditat cl. Heumannus in Biblioth. Miscell. Hamburg. Tom. I. p. 59. Atque hoc, vel Φημὶ etiam supprimitur in sollemni scriptores citandi formula, ut

Digitized by Google

e. g. ap. Steph. Byz. v. *Ἄργος, ὡς Ἀντίμαχος*, scil. *φησί*. quod addit v. *Ἀραβία*. Conf. *Ἄραξος, Ἀβράκη, Μάννεως, Μάνταλος, Μυκάλη, κ. λ.* F. ST.

* Add. Villoison. ad Long. p. 224. s. — Sophocles Antig. v. 857. *Ἔψαυσας ἀλγεινοτάτας Ἐμοὶ μερίμνας, Πατρὸς τριπόλιζον οἶτον.* Brunckius: „*πατρὸς τριπόλιζον οἶτον.* gl. *λέγω πολυθρύλλητον καὶ πάνδημον δυστυχίαν, ἣν πᾶς ἐλεεῖ.* Nempe accusativus *τριπόλιζον οἶτον* non a verbo *ἔψαυσας*, quod cum patrio casu construitur, sed a suppresso verbo pendet, *λέγω*." Mihi, priorum editionum *οἶκτον* praeferenti, cum Musgravio videtur interpungendum: *μερίμνας Πατρὸς, τριπόλιζον οἶκτον.* quomodo nihil subaudiendum: nam *τρ. ο.* accusativus est absolutus, cuiusmodi saepissime apponuntur. — Lucianus T. II. p. 279. *Βιθυνὸς δὲ μῦθος καὶ οὗτος, οὐ πάνυ τῶν Ἰταλιωτικῶν ἀλλότριος, οἳ τὸν Πρίαπον κ. τ. λ.* Subaudiunt *φασὶ, λέγουσι*, aut simile quid. Lenius oratio decurret, si deleveris *οἳ*, quod natum suspicor ex syllaba ultima vocis praecedentis. Adde quod accusativus cum infinitivo, qui sequitur, *τὸν Πρίαπον κ. τ. λ.*, non referendus est ad *τῶν Ἰταλιωτικῶν*, quo Interpres retulit, sed ad *Βιθυνὸς μῦθος καὶ οὗτος.* SCHAEF.

(a) Aristophanes Vesp. v. 1270: *ἀργαλέον, ὡς σοφὸς*, i. e. *ἀργαλέον λέγειν*: difficile (dictu est,) quam sit sapiens. Si futurum *λέξω* subintelligamus apud Homerum *Ἰλιάδ.* B. vers. 681. iam locus ille a crimine *ἀνακολουθίας* liber est. vid. Clarkius. Tertia pluralis *λέγουσι* saepe deest in illo Scholiastarum: *ὥς τινες*, vel *ὡς ἔνιοι.* LEISN.

* Insolentior est huius vocabuli *ἔλλειψις* in Euripidis Phoen. v. 193:

Ὅδ' ἐξὶν αἰχμαλωτίδας 377
Ὃς δορὶ Θηβαίας Μυκήναισι
Λερναίᾳ τε δώσειν τριαίνᾳ.

Hic est ille, qui Thebanas bello captas My-

Digitized by Google

cenas Lernaeumque lacum (dixit) se ducturum. Quod ita dici debuit: ὃς — Λερναίᾳ δώσειν ἔλεγε τριαίνᾳ. BERNH. Alii haec aliter explent; probante ellipticam rationem, quod vehementer miror, ipso Valckenario. Verissime Canterus δώσει. Brunckius: „δώσει. Male vulgo δώσειν, quod nulla ratione cum ceteris connecti potest." Idem dederunt Beckius et Porsonus. SCHAEF.

(b) Item 2 Corinth. IX, 6: τοῦτο δὲ, scil. λέγω. collatis vulgato interprete et Aria Montano. Quomodo plene dicitur in epist. ad Galat. c. III, 17. 1 Thessal. IV, 15. 2 Thessal. II, 11. Potest et φημὶ deesse, coll. 1 Cor. VII, 29. cap. XV, 50. Referri etiam huc potest Phil. III, 14: ἓν δέ. item Hebr. X, 15. 16. MICH.

(c) Imperativus subauditur apud Lucianum Philopatr. c. 8. pr. Μή μοι τὸν κακόδουλον τοῦ ἀσελγεςάτου Διός: Noli mihi de pessimo isto libidinosissimi Iovis administro (dicere.) SCHOETTG. Idem T. I. p. 782. Μή μοι τὰ πάλαι, ὦ Ἑρμότιμε· ἃ δὲ εἶδες ἐγγύθεν, ἐκεῖνα λέγε. Reusmann. ad Devar. de Partic. p. 221. „Formula μή μοι utuntur graeci elliptice, subaudito verbo εἴπῃς. ap. Aristoph. Nub. v. 84. iurat filius patri per Neptunum equestrem. Tum pater: μή μοί γε τοῦτον μηδαμῶς τὸν Ἵππιον. noli mihi hunc equestrem. Schol. μὴ εἴπῃς μοι." Hîc quidem malim subaudire ὀμόσῃς. Epigr. adesp. XCII. Κήλην κηλήτου μὴ φαινομένου προτέθεικας. Μή μοι τὴν κήλην· αὐτὸν ἰδεῖν ἐθέλω. ut scribendum. Subaudi προθῇς. SCHAEF.

* Ita Xenophon Memorab. III, 4. §. 11. LEISN. Sic Ernestius Xenophonteum locum interpretatur: quae ratio iure Schneidero dura visa est. Unice probanda altera lectio παρίῃς. [In Athenaeo T. IV. p. 168. leg. ἴῃς.] SCHAEF.

* ΛΙΣΣΟΜΑΙ.

Aristophanes Concion. v. 1107. θάψαι μ'—· καὶ — καταπιττώσαντας, εἶτα — μολυβδοχοήσαντας — ἄνω 'πιθεῖναι κ. τ. λ. Brunckius: „Oratio elliptica est; supplendum λίσσομαι ὑμᾶς, θάψαι με — καὶ καταπιττώσαντας —." Nisi dicas, quod simplicius videtur, infinitivum positum esse pro imperativo. Certe Brunckii ratio non procedit in his Comici Vesp. v. 386. ἀνελόντες καὶ καταχλαύσαντες θεῖναί μ' ὑπὸ τοῖσι δρυφάκτοις. SCHAEF.

Digitized by Google

M.

* ΜΑΝΘΑΝΕΙΝ, Discere.

Marcus Antoninus *τῶν εἰς ἑαυτὸν* L. I. 1. ab initio: *παρὰ τοῦ πάππου Οὐήρου τὸ καλόηθες* 378 *καὶ ἀόργητον* etc. supple *ἔμαθον*, vel *ἔλαβον*, vel *εἶχον*. LEISN.

* ΜΑΡΤΥΡΕΙΝ, Testari.

Verbum hoc deesse videtur in illis Matth. XXVI. 54. *Πῶς οὖν πληρωθῶσιν αἱ γραφαὶ, (μαρτυροῦσαι) ὅτι οὕτω δεῖ γενέσθαι;* uti legitur Ioh. V. 39. — *καὶ ἐκεῖναί εἰσιν αἱ μαρτυροῦσαι περὶ ἐμοῦ.* Possis tamen etiam subaudire *λέγουσαι*, uti paullo ante ostendimus v. *λέγειν*. Ita sane est Marc. XV. 28. *Καὶ ἐπληρώθη ἡ γραφὴ λέγουσα.* SCHWEB. H. Stephanus Cap. III. Dicaearchi Geographic. p. (13) C. Gronov. „— Illis porro verbis elegantissimos et lepidissimos Lysippi versus subiungit [Dicaearchus]: non alia praefatione utens, quam hac, *οἱ ῥίχοι Λυσίππου.* Sic autem solet hic scriptor testes comicos citare, dicendo tantummodo *οἱ ῥίχοι*, vel *ὁ ῥίχος*: minimeque addendo illic *μαρτυροῦσι*, hic *μαρτυρεῖ*, vel aliud huiusmodi verbum.“ SCHAEF.

* ΜΑΧΕΣΘΑΙ, Pugnare.

Deficit hoc verbum in iliis Herodiani L. IV. c. XXVIII. §. 6. *Ἄγων καταφράκτους ἀπὸ καμήλων ἔξωθεν μακροῖς δόρασιν.* sub. *μαχομένους.* Sic et apud Homerum Iliad. O. v. 282. *Ἐπιζάμενος ἄκοντι.* ubi Eustathius p. 1019. lin. 4. *λείπει τὸ πολεμίζειν, ἤ τι τοιοῦτον.* SCHWEB.

* ΜΕΘΕΡΜΗΝΕΥΕΣΘΑΙ.

Μεθερμηνεύεσθαι subauditur in Participio: ut Marc. c. III, 17. c. VII, 34. Hebr. VII, 2. coll. Matth. c. I, 23. Marc. c. V, 41. MICH.

Digitized by Google

* ΜΕΛΕΙ, Curae est.

Suppressa latet haec vox apud Bion. Idyll. V. 3. *Τί μοι πολὺ πλήονα μοχθεῖν;* sub. *μέλει.* Item apud Theocritum Idyll. XV. 89. *Τί δέ τιν, εἰ κωτίλαι εἰμές;* Aliquoties expressa haec ellipsis occurrit apud Anacreontem. Od. XV. 1.

Οὔ μοι μέλει Γύγαο
Τοῦ Σάρδεων ἄνακτος.

et ibid. v. 5.

Ἐμοὶ μέλει μύροισιν
Καταβρέχειν ὑπήνην.

SCHWEB.

* ΜΗΔΟΜΑΙ, Molior, Machinor.

Occurrit vocis huius ellipsis apud Euripid. Phoeniss. v. 353. *Ὄλοιτο τάδε.* sub. *μησάμενος.* [Conf. Ellips. Nomin. ad *Ποιήσας.* SCHAEF.] Plene ibid. v. 805. *Ἦ δεινά τις Ἔρις Θεὸς, ἃ τάδε Μήσατο πήματα.* SCHWEB.

ΜΙΓΝΥΣΘΑΙ, Misceri.

In obscoenis ut plurimum, verecundiae gratia, omittitur *τὸ μίγνυσθαι*, misceri, vel *μοιχεύειν*, moechari, adulterium committere, ut apud Euripidem in Iphigen. in Aulide: *Ὡς ἔτυχε Λήδ' ὄρνιθι —.* scil. *μιγεῖσα.* Ut fuit Leda avi (mixta.) [Locus diversis modis tentatus. Porsonus ad Med. in. „Lege, *ὡς ἔτυχεν Λήδα μιχθεῖσ' ὄρνιθι πταμένῳ.*“ Mihi quidem exempla huius ellipsis, quod meminerim, nondum occurrerunt: Stratonis enim illud LXXVI. *οἶδα τὸ ποῦ, καὶ πῶς, καὶ τίνι, καὶ τὸ πόσου,* non vere ellipticum est, cum verbum *διδόναι* praecesserit. SCHAEF.] Quale verbum Latini omittunt in solere, consuescere etc. Plautus in Cistell. „Quae cum viris suis nos praedicant solere,“ scil. moechari. Vide Vechnerum Hellenolex. Lib. I. c. 4.

Digitized by Google

*** ΜΙΜΝΗΣΚΕΙΝ, Recordari, Meminisse.**

Saepius a probatissimis scriptoribus Infinitivus pro Imperativo positus reperitur; ubi quidem non Enallage, sed Ellipsis potius admitti debet, variis vocibus contextui sermonis convenienter explicanda; cuiusmodi sunt, *δεῖ*, vel *χρὴ*, nec non *θέλησον*, et *μέμνησο*, quod *σχῆμα ἐλλειπτικὸν Ἰωνικὸν ἢ καὶ Ἀττικὸν* appellat Eustathius ad Iliad. A. v. 582. p. 117. lin. 32. Onosander c. IX. *Ὅθεν οὐ μακρὰν ἀπάγειν τοὺς ἄνδρας τῶν πόνων.* c. X. s. 10. *Μένειν ἐπὶ τῶν αὐτῶν*, et post aliquot versus: *θύεσθαι δὲ τῆς αὐτῆς ἡμέρας πολλάκις.* c. XIII. *Ὁ στρατηγὸς τότε δὴ μάλιστα τοῖς στρατιώταις ἱλαρὸς καὶ ἀκατάπληκτος φαίνεσθαι.* In hisce aliisque maximam partem *τὸ μεμνήσθω* non incommode potest subaudiri. Sic Latini expressa ellipsi hac saepius loqui amant. Horatius L. I. Od. VII. 17. Sic tu sapiens finire memento, pro fini. Virgilius Aen. L. VII. 126.

Tum sperare domos defessus, ibique memento
Prima locare manu molirique aggere tecta.

Ex hoc infinitivi autem usu factum est, ut Imperativum et Infinitivum in una eademque orationis serie usurparint Graeci, cuiusmodi luculentum exemplum exstat apud Hesiodum *Ἔργ.* v. 335.

Ἀλλὰ σὺ τῶν μὲν πάμπαν ἔεργ' ἀεσίφρονα θυμόν·
Καδδύναμιν δ' ἔρδειν ἱέρ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν
Ἁγνῶς καὶ καθαρῶς, ἐπὶ δ' ἀγλαὰ μηρία καίειν.

Huic addi potest Roman. c. XII. 14. 15. *Εὐλογεῖτε καὶ μὴ καταρᾶσθε. Χαίρειν μετὰ χαιρόντων, καὶ κλαίειν μετὰ κλαιόντων.* SCHWEB.

N.

*** ΝΟΕΩ, Sentio.**

Quum Scholiastae illud adverbium *ἄλλως* adhibent, subaudiendum est aliquid. Perinde enim

Digitized by Google

est, ac si dicerent: *ἄλλως νοοῦσι τινὲς*, vel *ἐνόησαν*. LEISN. V. supra ad v. *Ἐξηγέομαι*. SCHAEF.

379 O.

* OIKEΩ, Habito.

Οἰκέω omittitur apud Marcum in evangel. cap. III, 8: *καὶ οἱ περὶ Τύρον*, scil. *οἰκοῦντες*. MICH.

* OIOMAI, Arbitror.

In Infinitivis absolute positis etiam praeter allatas paullo ante voces aliae possunt subaudiri, e. g. *ᾤετο*, *ἡγεῖτο*, *ἐνενόει*, *ἐνόμιζεν*, *ὑπελάμβανε*, *πιθανὸν*, *εἰκός ἐστι*: cuius ellipseos varia exempla affert doctissimus Dorvillius ad Chariton. L. I. c. 14. p. 143. Sic L. I. c. XIV. p. 20. *Πολλοὺς γὰρ ἐν τῇ πόλει γενέσθαι τοὺς ἐθέλοντας ὠνεῖσθαι.* Idem L. II. III. p. 26. *Πενθοῦντί τε γὰρ μὴ πρέπειν πομπήν.* L. III. VII. p. 55. *Μὴ γὰρ ἀπολείψειν αὐτὴν Διονύσιον οὐκ ὄντος ἔτι Χαιρέου.* L. IV. VI. p. 74. *Ἀρχὴν γὰρ ἔχειν τὸν Μιθριδάτην καταφρονήσεως.* Adde Lucianum T. II. p. 901. et Diodor. Sic. L. XII. c. 95. p. 546. SCHWEB.

OMNYEIN, Iurare.

In iurandi formulis, *νὴ τὸν Δία*, *νὴ τὸν Θεὸν* etc. deesse putem *ὀμνύω*, iuro, vel *μαρτύρομαι*, testor: nam accusativi illi a particula *νὴ* pendere nequeunt. Plenus igitur sermo esset: *Ταῦθ' οὕτως ἔχειν*, *νὴ ὀμνύω* vel *μαρτύρομαι τὸν θεόν*: Haec ita se habere, profecto iuro vel testem appello Deum.

Sic 1 Corinth. XV, 31. *Νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν.* Plene: *Νὴ μαρτύρομαι τὴν ὑμετέραν καύχησιν*: Haec ita se habere, profecto testem appello gloriationem nostram, i. e. id, quod gloriari possum.

Et pro *νὴ τὸν Δία*, et *νὴ τοὺς θεούς*, Ari-

Digitized by Google

stophanes dixit: Ὄμνυμι νὴ τὸν Δία, et ὄμνυμι τοίνυν τοὺς θεούς. in Thesmoph. v. 279. p. 781:

Ὄμνυμι τοίνυν αἰθέρ' οἴκησιν Διός.
Iuro igitur aethera habitaculum Iovis.

Et paullo post: Ὄμνυμι τοίνυν πάντας ἅρδην θεούς: Iuro igitur omnes simul Deos. (a) Alii forsan in hisce mallent intelligere κατά. 380

* Larga est huius ellipseos apud optimos scriptores seges; cuius spicilegium saltem hic exhibere licebit. Aelian. V. H. L. I. c. XXXIII. Νὴ τὸν Μίτραν. Xenophon L. I. K. II. p. 36. Μὰ τὴν Ἥραν. Moschus Idyll. V. 20. Νὴ τὸν Πᾶνα. Theocritus Id. IV. 17. οὐ δᾶν. i. e. τὴν γῆν. Id. II. v. 160. Ναὶ Μοίρας. Idyll. V. 14. οὐ μ' αὐτὸν τὸν Πᾶνα τὸν ἄκτιον. v. 17. Οὐ μὰν οὔτ' αὐτὰς τὰς λιμνάδας, ὦ 'γαθὲ, Νύμφας. v. 70. Ναὶ ποτὶ τᾶν Νυμφᾶν. Idyll. XV. 14. Ναὶ τὰν πότναν. Hanc ellipsin aperte probat notabile illud iusiurandum, quo Pythagori per Pythagoram iurarunt, quod memorat Iamblichus de vita Pythagorae c. XXVIII.

Ναὶ μὰ τὸν ἁμετέρας σοφίας εὑρόντα τετρακτὺν
Παγὰν ἀενάου φύσεως ῥίζωμά τ' ἔχουσαν.

Paullo ante enim habet: μηδέποτε ὀμνύναι θεῶν ὀνόμασι καταχρωμένους: quod verbum etiam expressit Longus Pastoral. L. II. 64. Ὁ μὲν δὴ Δάφνις τὸν Πᾶνα ὤμοσεν — ἡ δὲ Χλόη Δάφνιδι τὰς Νύμφας. Quod ad locum Anacreontis attinet, dubium non est, lectionem, τοὺς Θεούς σοι, coniecturis Scaligeri, Porti aliorumque longissime esse praeferendam. Sic etiam Antoninus L. VII. §. 17. Ἀπέρχου, τοὺς Θεούς σοι, ὡς ἦλθες. Unde apud Gellium L. I. c. 2. τοὺς Θεούς σοι legendum censet Uptonus ad Arriani dissertationes L. III. c. I. ubi et alia ellipticae huius formulae exempla affert [it. in Ind. v. Θεός. SCHAEF.]; cui iungi possit Gatakerus in annotat. ad Antonini L. VII. §. 17. Demosthenes Philipp. III. Πρὸς Διὸς καὶ Θεῶν. Aelianus V. H.

Digitized by Google

L. IX. 4. *Πρὸς Θεῶν.* Eadem ellipsi in variis obtestandi formulis utuntur etiam Latini. Cicero Offic. L. II. c. 2. Quid est enim, per Deos, optabilius sapientia? Terentius Phorm. Act. V. Sc. I. v. 37. Sed per Deos atque homines! Quinctilian. Declam. VI. c. 8. Per matrimonium te vetus, et per mutuam caritatem — iam mei miserere, ut soles. Cicero ad Div. L. III. ep. X. De me tibi sic, contestans omnes Deos, promitto atque confirmo. Silius Ital. L. XII. 79.

— — — per vos Tyrrhena faventum
Stagna Deum, per ego et Trebiam cineresque Sagunti
Obtestor.

Ovidius Trist. II. 53.

Per mare, per terras, per tertia numina iuro,
Per te praesentem conspicuumque Deum.

Ornatior autem elocutio, et qua propius ad Graecos accedunt Latini, est per ellipsin Praepositionis per. Sic Virgilius Aen. L. XII. 197.

Haec eadem, Aenea, terram, mare, sidera iuro.

SCHWEB. Alciphron II. ep. 3. in. *Ἐγὼ μὰ τὰς Ἐλευσινίας θεὰς — — — ὡς οὐδὲν ἐπαίρω τὰ ἐμά.* SCHAEF.

(a) Sunt, qui apud Anacreontem Od. 31. ab initio legunt:

Ἄφες με, τοὺς θεούς σοι,
Πιεῖν, πιεῖν, ἀμυσί.

His deesse videtur post verba *τοὺς θεούς σοι* verbum *ὄμνυμι*. vid. Faber ad h. l. LEISN.

* ΟΝΕΙΡΩΤΤΩ, Somnio.

Subintelligi potest in *ἐκμιαίνομαι*, i. e. *ἀποσπερματίζω*, apud Aristophanem in Ran. v. 765. Locutio enim integra videtur haec esse: *ἐκμιαίνομαι ὀνειρώττων.* LEISN. Non opus in auxilium

vocare alterum illud verbum, quo Grammatici utuntur, ut ἐκμιαίνομαι explicent. Sic Photius Lex. Ms. Μιαίνεσθαι καὶ ἐκμιαίνεσθαι, τὸ ὀνειρώττειν. Σοφοκλῆς. SCHAEF.

* ONOMAZOMENOS.

Ὀνομαζόμενος subaudiri potest in Ioannis Apocalypsi, c. I, 4: ἀπὸ τοῦ (ὀνομαζομένου) ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος. Item vers. 5: καὶ ἀπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ, (ὀνομαζομένου) ὁ μάρτυς κ. τ. λ. MICH.

* ΟΡΑΩ, Video. (b)

Hoc verbum saepe omittit Aristophanes, v. gr. in Nub. v. 256: ὥσπερ με τὸν Ἀθάμανθ' ὅπως μὴ θύσετε: (videte,) ne sacrificetis me tanquam Athamanta alterum. Ita vers. 490. Equit. 1008. vid. Kuster. ad Plut. 326. Aristophanes Vesp. 1217. Avib. 76. Pace 1017. Nub. 1179. Homerus Ἰλιάδ. θ. 94. sq. Frequens est huius vocis ellipsis ante ὅπως et μήποτε. Conf. etiam Act. V, 39. Marcus Antoninus Lib. IV, 24. τῶν εἰς ἑαυτόν. 2 Tim. II, 25. Matth. c. XXV, 9. LEISN. Sophocles Electr. v. 1296. οὕτως δ', ὅπως μήτηρ σε μὴ 'πιγνώσεται. ubi ad οὕτως δ' Glossa: σκόπει, ποίει. SCHAEF.

(b) Ὅρα, vide, deest. vid. sub βλέπειν et σκοπεῖν. MICH.

* ΟΡΜΑΩ, Ruo. 381

Hoc verbum omittitur a Philostr. Icon. II. p. 850. ὁ γεωργὸς δὲ λίθοις ἐπὶ τὸν Ἡρακλέα, sc. ὥρμα. vid. Observat. Miscellan. Vol. IV. Tom. II. pag. 282. LEISN. Diodorus Sic. XIX. c. 41. Ἐπὶ τοὺς πατέρας, ὦ κακαὶ κεφαλαί, κ. τ. λ. H. Stephanus: „Verbum imperativi modi, quod cum ἐπὶ τοὺς πατέρας iungatur, aut librariorum incuria praetermisit, (credo) aut subaudiendum Auctor re-

Digitized by Google

liquit.“ Wesselingius: „Deest ὁρμαίνετε, aut, modo rectum sit in Plutarcho, ἁμαρτάνετε. Proclamasse enim Argyraspides ait in Eumen. p. 593. D. ἐπὶ τοὺς πατέρας ἁμαρτάνετε, ὦ κακαὶ κεφαλαί. Sed forsan verbum ipsi reticuerunt, ut solent irati aut metu deiecti. Notum est Pompeii, cum profligato exercitu ad castra eius occupanda Caesariani pergerent, οὐκοῦν καὶ ἐπὶ τὴν παρεμβολήν; etiam in castra? apud Plut. Pomp. pag. 657. E.“ Assentior. Itaque etiam Diodorea pro interrogatione habeam subaudiamque indicativum ὁρμᾶτε. SCHAEF.

* ΟΦΕΙΛΕΙΝ, Debere.

Paulus ad Rom. c. XIII, 7: τῷ τὸν Φόρον (ὀΦειλομένῳ) τὸν Φόρον, τῷ τὸ τέλος (ὀφειλομένῳ) τὸ τέλος, etc. Matthaeus evangel. c. XV, 5: ὃς ἂν εἴπῃ τῷ πατρὶ ἢ τῇ μητρὶ, Δῶρον, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς. Nempe ὀφείλει, is tenetur ad servandum hoc. Vide tamen supra voc. Κωλυτόν. MICH.

Π.

* ΠΑΡΑΛΑΜΒΑΝΕΙΝ, Assumere.

Ellipsis huius vocis occurrit in epist. ad Galat. V. 13. Μόνον μὴ τὴν ἐλευθερίαν εἰς ἀφορμὴν τῇ σαρκί. ut nimirum plena oratio ita instituenda esse videatur: μόνον ὁρᾶτε, μὴ παραλάβητε τὴν ἐλευθερίαν ταύτην εἰς ἀφορμὴν τῇ σαρκί. cet. Alii τὸ ἐπιςρέφετε subaudiri censent. V. Wolfius in Cur. Phil. ad h. l. p. 774. SCHWEB.

* ΠΑΡΕΙΝΑΙ, praesto esse.

Παρεῖναι passim omitti solet. Lucas in evang. cap. I, 38: Ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου, scil. πάρεςι. Septuaginta in priore libro Samuelis, cap. XXV, 41: ἰδοὺ, ἡ δούλη σου εἰς παιδίσκην, scil. πάρεςι. Petrus in priore epistola, cap. IV, 17: ὅτι ὁ καιρός. MICH.

Digitized by Google

ΠΑΡΕΚΒΑΙΝΕΙΝ, Digredi.

Est, ubi et hoc verbum deest. Theophrastus in sexto de Caussis: *Ὅθεν δ' ὁ λόγος, ἐκεῖσε ἐπανιτέον*: Unde (digressa est) oratio, illuc redeundum. pro *ὅθεν δ' ὁ λόγος παρεξέβη*. Vid. 382 Budaeum Comment. Linguae Graecae p. 989.

* ΠΑΡΕΧΕΙΝ, Praebere.

Paulus ad Galat. cap. V, 13: *Μόνον μὴ τὴν ἐλευθερίαν* (*παρέχετε*) *εἰς ἀφορμὴν τῇ σαρκί.* uti Latinis dicitur: Manum de tabula. MICH. Euripides Med. v. 127. *τὰ δ' ὑπερβάλλοντ' Οὐδένα καιρὸν δύναται θνητοῖς.* Brunckius: „Subauditur verbum *παρέχειν*, aut simile quid.“ SCHAEF.

* ΠΑΣΧΕΙΝ, Pati.

Iulianus Aegypt. Epigr. XXIII. *ἦ μερόπων ἀχάριτον ἀεὶ γένος, εἴγε Προμηθεὺς Ἀντ' εὐεργεσίης ταῦθ' ὑπὸ χαλκοτύπων.* s. *πάσχει.* SCHAEF.

ΠΑΥΕΣΘΑΙ, Desinere.

Futurum *παύσομαι* in medio orationis subaudiendum relinqui aliquando, docet Aristophanis Scholiastes ad Plutum v. 469. p. 49. (a) ubi, citans versum hunc Homeri:

Ἀλλ' εἰ μὲν δώσουσι γέρας μεγάθυμοι Ἀχαιοί.

notat, *λείπειν τὸ παύσομαι, ἢ ἡσυχάσω.*

(a) Videatur ibi Kusterus vers. 468. SCHOETTG.

ΠΕΜΠΕΙΝ, Mittere.

Et hoc verbum *βραχυλογίας ἕνεκα*, praesertim in adagiis omittitur, ut in illo: *Γλαῦκας εἰς Ἀθήνας*: Noctuas Athenas, sc. *πέμπεις*, mittis. (b)

(b) Paulus ad Philipp. cap. IV, 18: *τὰ παρ' ὑμῶν*, scil. *πεμφθέντα*, quae a vobis, scil. missa sunt. MICH.

Digitized by Google

* ΠΕΡΙΒΑΛΛΕΣΘΑΙ, Circumdari.

Lucianus in Contemplant. *ἐκεῖσε ἀπόβλεψον εἰς τὴν μεγάλην ἀκρόπολιν τὴν τὸ τριπλοῦν τεῖχος.* subintellige *περιβεβλημένην.* Ibidem: *Ἡ Βα-*
383 *βυλὼν δέ σοι ἐκείνη ἐστὶν, ἡ εὔπυργος, ἡ τὸν μέγαν περίβολον,* sc. *περιβεβλημένη.* vid. Iens. Lect. Lucian. p. 110. LEISN.

* ΠΙΠΤΕΙΝ, Cadere.

In loco Pauli Roman. IV, 9: *Ὁ μακαρισμὸς οὖν οὗτος ἐπὶ τὴν περιτομὴν, ἢ ἐπὶ τὴν ἀκροβυστίαν;* sc. *πίπτει.* Ita supplevit Theophylactus, et hunc sequutus Beza. SCHOETTG.

* ΠΝΕΕΙΝ, Flare.

Callimachus epigramm. V, 3:

— — — — *εἰ μὲν ἄῆται.*
— — — — si quidem venti.

Ubi Vulcanius vocem hanc *πνέουσι* deesse statuit. SCHOETTG. Opponitur *εἰ δὲ γαληναίη.* Ad utrumque subaudi verbi substantivi imperfectum. SCHAEF.

ΠΟΙΕΙΝ, Facere.

Crebro deest, ut (c) in *οὐδὲν ἄλλο.* Xenophon *Κύρου Παιδ.* L. I, 24: *Μόνος ἐκεῖνος οὐδὲν ἄλλο* (scil. *ἐποίει*) *ἢ τοὺς πεπτωκότας περιελαύνων ἐθεᾶτο;* Solus ille nihil aliud (agebat) quam eos, qui ceciderant, circumequitans spectabat. [Aeschylus Pers. v. 207. *ὁ δ' οὐδὲν ἄλλο γ', ἢ πτήξας δέμας Παρεῖχε.* ubi v. Brunck. Aristophanes Equit. v. 1106. *μηδὲν ἄλλ', εἰ μὴ "σθιε.* Omisso praeterea *ἄλλο* Lucianus T. III. p. 512. *πάντως οὐδὲν ἂν αὐτὸν, ἢ ἀπέκτεινας.* SCHAEF.] Pari modo Latini facere omittunt. Quintilianus: Nihil aliud quam renuet. Livius: Et illa nocte nihil praeterquam vigilatum est.

Digitized by Google

Item post *μέλλω*, ut *τί γὰρ οὐκ ἔμελλον* (sc. *ποιήσειν*); quid enim (facturi) non erant? Et post *ἐλπίζω*. Aeschylus Choëph. pag. 248. *Ἄκος τομαῖον ἐλπίσασα πημάτων*. ubi Schol. *λείπει τὸ ποιεῖν*. Et in aliis, ut apud Lucam in Evang. XII, 26. *Εἰ οὖν οὔτε ἐλάχιστον δύνασθε* (sc. *ποιεῖν*): 384 Si igitur ne minimum quidem possitis (facere). Aelianus Var. Hist. I, 25. *Ὁ μὲν οὖν Ἀλέξανδρος μεγαλοφρόνως ταῦτα καὶ μεγαλοπρεπῶς* (sc. *ἐποίει*): Atque haec quidem Alexander liberaliter atque magnifice (faciebat). Polybius L. I, c. 12: *Τί δ' οὐκ ἐγὼ σὲ, τί δ' οὐκ ἐμὲ σύ*; pro: *Τί δ' οὐκ ἐγὼ σὲ ἐποίησα, τί δ' οὐκ ἐμὲ σὺ ἐποίησας*; Quid non ego tibi, quid tu non (praestitisti) mihi? Vertit ibi Interpres: Quare non ego te? et quare non tu me? Sic Apocal. XIX, 10: (d) *Ὅρα μή*. sc. *ποιήσῃς*. Et apud Comicos et Tragicos passim, *Μὴ σύ γε*. sc. *ποιήσῃς*. Vid. Euripid. Ion. 1335. [et Valckenar. ad Euripid. Phoen. v. 353. et 534. SCHAEF.]

* Adde Homerum Odyss. P. v. 354.

Ζεῦ ἄνα, Τηλέμαχόν μοι ἐν ἀνδράσιν ὄλβιον εἶναι.

ubi scholia Gr. supplent *ποίησον*. Item in proverbiali locutione: *Ἐν Καρὶ τὸν κίνδυνον*. de qua vide Zenobium Centur. III. 59. Quam ellipsin confirmat Cicero pro Flacco c. 27. Quid de tota Caria? Nonne hoc vestra voce vulgatum est, si quid cum periculo experiri velis, in Care id potissimum esse faciendum. In illo Sophoclis loco Antigon. v. 583. *Μὴ τριβὰς ἔτ'*, sub. *ποιήσατε*, vel, uti Schol. Gr. habent, *ἐμβάλλετε*. In formula *καὶ ταῦτα*, in media periodo sequente participio, subaudiri potest *ποιεῖς*, vel, ubi de pluribus sermo est, *ποιεῖτε*. 1. Corinth. VI. v. 6. *Καὶ τοῦτο* (*ποιεῖτε*) *ἐπὶ ἀπίστων*. et v. 8. *Καὶ ταῦτα* (*ποιεῖτε*) *τοὺς ἀδελφούς*. Plato in Gorgia p. 508.

Digitized by Google

Σὺ δέ μοι δοκεῖς οὐ προσέχειν τὸν νοῦν τούτοις, καὶ ταῦτα (ποιεῖς) σοφὸς ὤν. Ellipsin expressit Demosthenes pro Phorm. p. 605. Καὶ ταῦτα γυναῖκα ἔχων ποιεῖς. v. Hoogeveen ad Viger. p. 151. cui postrema duo exempla grati debemus. In Graecorum dicto: μηδὲν ἄγαν: quod Terentius itidem ἐλλειπτικῶς habet Andr. Act. I. Sc. I. 34. Ne quid nimis. s. facias vel agas. Horatius Epod. I. 5. Quid nos. s. faciamus. Cicero ad Div. L. VIII. 2. Quid alios putas. s. fecisse. SCHWEB.

* Aeschylus Prometh. v. 611. τί με χρή. Brunckius: „Suppressi verbi δρᾷν exemplum occurrit in Euripidis Troad. 734.

— τούτων οὕνεκ' οὐ μάχης ἐρᾷν,
οὐδ' αἰσχρὸν οὐδὲν, οὐδ' ἐπίφθονόν σε χρή.

Supple δρᾷν." Add. Valckenar. ad Euripid. Phoeniss. v. 363. SCHAEF.

(c) Philipp. cap. II, 3: Μηδὲν κατὰ ἐρίθειαν, ἢ κενοδοξίαν (ποιοῦντες). Cap. III, 14: ἓν δὲ, scil. ποιῶ. Coloss. III, 17: πάντα ἐν ὀνόματι Κυρίου Ἰησοῦ, scil. ποιεῖτε. Marcus evang. c. XV, 8: ἤρξατο αἰτεῖσθαι, (ἵνα ποιῇ) καθὼς ἀεὶ ἐποίει αὐτοῖς. MICH.

(d) Adde: et cap. XXII, 9. MICH.

* ΠΡΟΣΑΓΕΙΝ.

Vid. Προσκαλεῖν.

* ΠΡΟΣΔΟΚΑΩ, Exspecto.

Aristophanes Nub. v. 1383. οἶμαί γε τῶν νεωτέρων τὰς καρδίας πηδᾷν, ὅ, τι λέξει. Credo ego adolescentum exsilire pectora, (exspectantium) quid dicturus sit. Quo loco Kusterus lectorem monet, ut notet verbi alicuius ellipsin, nimirum: τοῦ προσδοκώντων vel βουλομένων εἰδέναι. LEISN. V. supra ad Ἀκούω. SCHAEF.

* ΠΡΟΣΕΧΕΙΝ, Attendere.

Hoc verbum deest apud Dionem Chrysost. Orat. XXXII. p. 368. D. ante verba ὅπως οὖν ἔχω λέγειν.

Digitized by Google

Ad quem locum ita habet Scholiastes Gr. *ἐλλιπὴς ἡ περίοδος τοῦ σύνετε, προσέχετε, ἤ τινος τοιούτου. τοῦτο δὲ σύνηθες ῥήτορσι, μάλιστα τοῖς (ἐν ταῖς) ὑποσχέσεσιν αἰτιολογικῶς προϊοῦσι.* SCHWEB. Reiskius ad h. l. T. I. p. 665. „Subaudi *ὁρᾶτε.* videte igitur, h. e. date operam, ut dicere queam.“ Conf. Porson. ad Euripid. Hec. v. 402. in edit. alt. SCHAEF.

* ΠΡΟΣΗΚΕΙ, Convenit, Decet.

Videtur haec vox non incommode subaudiri posse in sequentibus loquendi formis. 1. Corinth. V. 12. *Τί γάρ μοι (προσήκει) καὶ τοὺς ἔξω κρίνειν;* [Vid. supra ad v. *Διαφέρει.* ubi quae exempla congessimus, illis accedat hoc. Epigr. adesp. CCXLIX. *Τί μοι σάκος ἀντίον αἴρειν;* quae Venus dicit non indignabunda, sed *ἁπαλὸν γελάσασα καὶ ὑπομυκτηρίζουσα.* Continuo addit Dea: *εἰ γυμνὴ νικῶ, πῶς ὅταν ὅπλα λάβω;* quae iucunde nobis in memoriam revocant milites *γυμνοὺς* et *ὁπλίτας.* Horum enim ni memineris, non senties leporem et salem poëmatii. SCHAEF.] 1. Corinth. VI. 13. *Τὰ βρώματα τῇ κοιλίᾳ, καὶ ἡ κοιλία τοῖς βρώμασιν — τὸ δὲ σῶμα οὐ τῇ πορνείᾳ.* Ioh. XXI. 22. *Τί πρός με;* Hebr. I. 7. *Καὶ πρὸς μὲν τοὺς ἀγγέλους.* suppl. *ὅσον πρὸς μὲν τοὺς ἀγγέλους προσήκει,* uti dudum monuit Camerarius. Quamquam enim Graeci dicunt: *πρὸς μὲν τοὺς ῥήτορας, πρὸς μὲν τοὺς φιλοσόφους,* ut Wolfius ad h. l. docet: aeque tamen hae locutiones ellipticae videntur, ita supplendae: *ὅσον πρὸς μὲν τοὺς ῥήτορας,* cet. *προσήκει.* Polybius T. II. p. 1394. *Ὡς γονεῦσι πρὸς τέκνα.* Conf. Auctor noster in v. *μέλει.* Imitatione Graecorum ita saepe Romani quoque scriptores loquuntur. Sic Florus L. III. c. X. §. 11. Quid ad illum, quid agat nostra Germania? Cicero ad Div. L. III. ep. XI. Ad rem nihil. Idem ad Div. L.

Digitized by Google

III. ep. XIII. Sed hoc nihil ad te. in quibus sub. pertinet. Plene idem L. XV. ep. II. Parare ea, quae ad exercitum, quaeque ad rem militarem pertinerent. Id. L. VIII. ep. I. Quod ad Caesarem. Plene ibid. ep. II. Quod ad pantheras attinet. SCHWEB.

585 * ΠΡΟΣΚΑΛΕΙΝ, vel ΠΡΟΣΑΓΕΙΝ.

Passim subintelligitur: ut a Septuaginta Interpretibus in priore de regibus libro, c. XXII, 9. et posteriore Paralipomenωn, cap. XVIII, 8: ὁ Τάχυς Μιχαίαν υἱὸν Ἰεμβλαά. MICH.

Σ.

* ΣΗΜΕΙΟΥΝ, Observare, Notare.

Hoc verbum innumeris in locis apud scriptores, qui excerpta ex variis auctoribus collegerunt, ante particulam ὅτι suppressum intelligitur. Exemplo esse possunt Excerpta ex Polybio, Diodoro, Nicolao Damasceno, Dionysio Halicarnassensi, nec non Aeliani varia historia; in quibus ante ὅτι semper subauditur σημείωσαι: quod apud Grammaticos et Scholiastas ubique fere expressum occurrit. V. in Φῆσαι. SCHWEB. Hemsterhusius ad Scholiast. Aristophan. Plut. v. 652. „ὅτι sic saepius a Grammaticis usurpatur, ut ad inplendam sententiam adscisci postulet, σημειοῦ.“ Koenius ad Gregor. Corinth. p. 21. b. „Particulam ὅτι saepe ita Grammatici adhibent, ut implendae sententiae desit σημείωσαι, vel ἰχέου. Vid. Stephan. Proparas. in Scholia Thucyd. et Cl. Valcken. Diss. de Schol. Homeri ined. p. 119.“ Idemque in Addend. ad h. l. „In Isidoro inprimis simili pacto ab omisso verbo sciendum pendere orationem, observavit Vir elegantissimus, I. F. Heusinger ad Apospasmatia Grammatici inediti, Mallio Theod. subiecta p. 91. n. 4.“ SCHAEF.

Digitized by Google

ΣΚΟΠΕΙΝ, Observare.

Imperativum *σκόπει* intellige ante *ὅπως*, (a) ut et *ὅρα* et *βλέπε*. (b)

Frequens admodum Atticis scriptoribus est haec *ἔλλειψις*. Aristophanes in Pace v. 75. p. 629:

Ὦ Πηγάσιόν μοι, φησὶ, γενναῖον πτερὸν,
Ὅπως πετήσει μ' εὐθὺ τοῦ Διὸς λαβών.
O ala fortis, inquit, Pegasia,
(Fac) ut sumto me voles recta ad Iovis aulas.

Ubi *ὅπως πετήσει* pro *σκόπει* vel *ὅρα ὅπως πετήσει*. Idem in Nubib. p. 172: *Ὅπως καὶ τοῦτο μὴ διδάξῃς μηδένα*, i. e. *σκόπει, ὅρα* vel *βλέπε, ὅπως*: (Vide, vel cave,) ne aliquem hoc doceas. Recte igitur Scholiastes eius ad Plutum v. 469. pag. 49. *Ἰσέον*, inquit, *ὅτι ἡ Ἀττικὴ ἔλλειψις ἐν ἀρχῇ γίνεται, ὡς τὸ, ὅπως μὴ ποιήσῃς τόδε, νοουμένου ἔξωθεν τοῦ σκόπει.* h. e. Sciendum est, Atticam Ellipsin in initio fieri, ut: *ὅπως* etc. ne facias hoc; ubi extrinsecus intelligitur *σκόπει*.

Occurrit etiam frequenter admodum apud Lu- 386
cianum haec *ἔλλειψις*, ut in Prometheo pag. 175. ubi Prometheus Mercurio: *Πρότερος οὖν, ὦ Ἑρμῆ, λέγε, καὶ ὅπως μου ὡς δεινότατα κατηγορήσῃς*: Tu igitur, Mercuri, prior dicito, et (vide,) ut mihi quam gravissima crimina obiicias. Non animadvertunt semper interpretes huius imperativi Ellipsin, ex quo fit, ut subinde errent. Sic Luciani Interpres in Timone p. 130: *Ὑπόσχηθι, καὶ — ὅπως οἱ κόλακες ἐκεῖνοι διαῤῥαγῶσιν ὑπὸ φθόνου*: vertit: Sustine, quo palpones illi invidia rumpantur. Debuit: Sustine et (fac,) ut adulatores illi dirumpantur prae invidia. Animadvertit vero eodem Dialogo p. 148: *Χαῖρε, ὦ δέσποτα, καὶ ὅπως τοὺς μιαροὺς τούτους κόλακας φυλάξῃ*, ubi recte:

Digitized by

Salve here, et (fac,) adulatores-istos nefarios observes.

* Porro ante particulas *εἴπως*, *εἴκε*, *αἴκε*, *εἰ ἄρα*, in oratione *ἐλλειπτικῶς* posita, verbum hoc suppressum intelligitur. Actor. XXVII. 12. *Οἱ πλείους ἔθεντο βουλὴν, ἀναχθῆναι κἀκεῖθεν, (σκοποῦντες) εἴ πως δύναιντο* cet. Marc. XI. 13. *Ἦλθεν, (σκοπῶν) εἰ ἄρα εὑρήσει τι ἐν αὐτῇ.* Homerus Iliad. Z. v. 94. — *αἴκ' ἐλεήσῃ.* coll. v. 275. quae lectio frustra in Barnesii var. lection. sollicitatur. Sic enim cum alibi, tum Iliad. Ω. v. 357.

Γούνων ἁψάμενοι λιτανεύσομεν, εἴκ' ἐλεήσῃ.

[V. quae ad Longi Pastor. p. 426. adscripsi. (Obiter moneo, *κατανεῦσαι* illic defendi posse, si *εἰ δή ποτε* solum per se sumatur. Sic Latinorum si quando. Statius Achill. I. v. 509. Laurigerosque ignes, si quando, avidissimus hauri.) Iliad. VII. v. 38. *Ἕκτορος ὄρσωμεν κρατερὸν μένος ἱπποδάμοιο, Ἤν τινά που Δαναῶν προκαλέσσεται —.* quod Heynio dictum videtur pro *ἵνα* (s. *ὡς*) *τινά που —.* SCHAEF.] Plene idem Iliad. P. 652.

Σκέπτεο νῦν, Μενέλαε διοτρεφὲς, αἴκεν ἴδῃαι.

Vel etiam alia voce synonyma apud eumdem Iliad. Ω. v. 601.

Ἐξόμενος κεραμεὺς πειρήσεται, αἴκε ϑέῃσιν.

[Herodotus I. c. 38. *Φυλακὴν ἔχων, εἴ κως δυναίμην ἐπὶ τῆς ἐμῆς σε ζόης διακλέψαι.* SCHAEF.] Latinos itidem, Graecorum imitatione, ita locutos fuisse, exempla optimorum scriptorum nullo negotio poterunt comprobare. Sic Iustinus L. XII. c. 9. Undique concurrunt, (experturi) si possint in uno capite orbis bella finire. Cicero ad Div. L. III. ep. IX. Quod te adeunt fere omnes, (percontaturi) si quid velis. Suetonius L. IV. c. II. Facile id sane Tiberio

Digitized by Google

patiente, (visuro) si per has mansuefieri posset ferum eius ingenium. SCHWEB.

(a) Primus hoc monuit Devarius de particulis Graecae linguae pag. 251. in ὅπως. BERNH.

(b) Intelligitur etiam Imperativus *σκόπει* ante *μήποτε*. Vid. Lucas in Actis Apostol. c. V, 39. Marcus Antoninus *τῶν εἰς ἑαυτὸν* libro IV, c. 24. LEISN.

* ΣΤΟΧΑΖΕΣΘΑΙ.

V. supra *Εἰκάζειν*. SCHAEF.

* ΣΤΡΑΤΕΥΣΑΙ, Militare.

Pausanias in Atticis cap. 39: *τάφοι τῶν ἐς Θήβας*. sc. *στρατευσάντων*. [Vid. ad h. l. Sylburg. SCHAEF.] Quod verbum etiam subintelligendum in Aeschyleae tragoediae inscriptione: *Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας*.

Deest etiam hoc verbum in *ἔξοδος*, quum ponitur pro expeditione bellica, ut apud Aristophanem in Nubib. v. 579. cuius significationis 387
ignarus Frischlinus male reddidit comitiorum eventum. Pari significatione occurrit in Pace vers. 1181. at vers. 1182. *τὸ ἐξιέναι*, scil. *εἰς τὸ στρατεῦσαι*. Lucianus in Parasito addit *ἔξεισι ἐπὶ τὴν παράταξιν*: exit in aciem. [Non opus, talia, ubi peculiari hoc sensu ponuntur, *ἐλλιπῶς* dicta putare. De expeditione bellica dici, verborum docet contextus, aut aliunde apparet. SCHAEF.]

Thucydides Lib. I, 15. addit *στρατείας*, suppressa praepositione *εἰς*. LEISN. Non est, opinor, suppressa praepositio *εἰς*. Poterat Historicus vulgari more, *ἐξόδους ἐξήεσαν*. Hoc variavit substituendo nomen eiusdem significationis, *στρατείας*. SCHAEF.

* ΣΥΓΚΡΙΝΕΣΘΑΙ, Comparari.

Supplet hanc vocem *ἐλλιπῶς* omissam Schol. Gr. apud Thucydid. L. III. c. 37. *Οἵ τε φαυλότεροι*

Digitized by Google

τῶν ἀνθρώπων, πρὸς τοὺς ξυνετωτέρους, (συγκρινόμενοι) ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖζον ἄμεινον οἰκοῦσι τὰς πόλεις. SCHWEB. Imo iunge ἄμεινον πρὸς τοὺς ξυνετωτέρους, h. e. ἄμεινον ἢ οἱ ξυνετώτεροι. SCHAEF.

* ΣΥΛΛΕΓΕΙΝ, Colligere.

Deficit haec vox II. Corinth. VIII. 15. Ὁ τὸ πολὺ, οὐκ ἐπλεόνασε. Καὶ ὁ τὸ ὀλίγον, οὐκ ἠλαττόνησε. sub. συλλέξας. Esse autem huius vocis ellipsin, docet Exod. c. XVI. v. 17. et 18. Ἕκαστος εἰς τοὺς καθήκοντας παρ' αὐτῷ συνέλεξαν. SCHWEB.

* ΣΥΜΒΑΙΝΕΙΝ, Contingere, Evenire.

Infinitivus saepe absolute a scriptoribus ponitur, variisque vocibus, e. g. δεῖ vel χρὴ, θέλησον, μέμνησο, εἴωθεν, τυγχάνει, ἐξὶ cet. contextui sermonis convenienter est supplendus, uti exemplis probavimus ad Onosandri c. VI. In hac vero dicendi forma, maxime si particulae, ἐπεὶ, ἐπειδὴ, ὅτε, ὡς, Infinitivis praemittuntur, praecipuum sibi locum vindicat τὸ συμβαίνει, vel συνέβη: estque haec ellipsis cum aliis optimis scriptoribus, tum in primis Herodoto frequentissima. Sic Herodotus L. II. c. 118. Τοὺς δ', ἐπεί τε ἐσελθεῖν ἐς τὸ τεῖχος, ἀπαιτέειν Ἑλένην τε καὶ τὰ χρήματα: ubi plena locutio foret: ἐπεί τε ἐσελθεῖν συνέβη. L. II. c. 162. Ὡς δὲ ἀπικέσθαι αὐτὸν πρὸς τὸν Ἄπριήν. [Nihil in his similibusque elliptici est, quod explendum sit subaudiendo verbum finitum, sed modorum obtinet ἐνάλλαξις ob orationem obliquam. Vid. H. Stephan. Append. ad Script. de Dial. Att. p. 138. SCHAEF.] Idem L. III. c. 110. Τὰ δὴ ἀπαμυνομένους ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν, οὕτω δρέπειν τὴν κασίην. sub. συμβαίνει. [Malim dicere, Herodotum rectam oratio-

Digitized by Google

nem abrupte deflexisse in obliquam: id quod saepius facere solet. Conf. l. I, c. 59. SCHAEF.] Thucydides L. II. c. 102. *Λέγεται δὲ καὶ Ἀλκμαίωνι τῷ Ἀμφιάρεω, ὅτε δὴ ἁλᾶσθαι αὐτὸν μετὰ τὸν Φόνον τῆς μητρὸς, τὸν Ἀπόλλω ταύτην τὴν γῆν χρῆσαι οἰκεῖν.* ubi Infinitivus *ἁλᾶσθαι* a subintellecta voce *συνέβη* dubio procul pendet. [Non puto. Modorum *ἐνάλλαξις* est ob orationem item obliquam. Vere Bauerus ad h. l. „Hic certe subintelligi nequit, *Φασὶν*, sed plane est pro, *ὅτε δὴ ἡλᾶτο.* datum illud coeptae structurae obliquae." SCHAEF.] Paeanius L. I. c. 9. *Ὥστε, κἂν ἕτερον φαῦλον εἶναι (συμβαίνῃ), καταφεύγειν ἐπὶ τὸν ἕτερον.* Plene habet Onosander c. XVIII. *Εἰ δὲ συμβαίνει γίνεσθαι τὴν μάχην ἐν χωρίοις* cet. Idem c. XXI. *Ταχὺ γάρ που συμβαίνει τοὺς πολεμίους διαῤῥήξαντας αὐτὴν, δίοδον ποιεῖσθαι.* Iosephus Antiqu. Iud. L. I. c. I. *Ὅπερ Φιλεῖ (συμβαίνειν) τοῖς μεγάλων ἅπτεσθαι διανοουμένοις.* Pro quo Dionysius Hal. L. VI. p. 377. *Οἷα ἐν ἀμαθίᾳ γίνεσθαι Φιλεῖ.* SCHWEB.

* ΣΥΝΔΕΙΠΝΕΩ, Cum aliquo coeno.

In ea formula, qua Graeci utebantur, quum invitarent aliquem ad convivium: *ὅπως παρέσει μοι*, supplendum est *συνδειπνησόμενος.* Plena locutio est: *δέομαί σου, ὅπως παρέσει μοι συνδειπνησόμενος.* vid. Aristophanes in Avib. 131. Sic Latini: Hodie apud me sis volo, sc. coenaturus mecum. Una simus, scil. coenaturi. LEISN. Ex Aristophaneo quidem loco nolim colligere, Graecos illa formula, quae a particula *ὅπως* (vi comica, opinor) orditur, cum aliquem ad convivium invitarent, solenniter usos esse. Conf. supra ad *Δέομαι.* Ceterum hîc quoque Leisnerus Mysterium Ellipticum frustra suppetias vocavit. SCHAEF.

Digitized by Google

* ΣΥΝΕΡΧΕΣΘΑΙ, Convenire.

Xenophon Ephes. p. 3, 12. Loc. *πολὺ δὲ πλῆθος ἐπὶ τὴν θέαν.* Hemsterhusius in Miscell. Observ. Vol. IV. p. 282. „scilicet *συνῆλθε, συνέῤῥει.*“ SCHAEF.

* ΣΥΝΙΣΤΑΣΘΑΙ.

Συνίϛασθαι subauditur ante *ἐν*: ut Lucas in Actis Apostol. cap. VII, 14: *τὴν συγγένειαν αὐτοῦ (συνιϛαμένην) ἐν ψυχαῖς ἑβδομήκοντα πεντε.* Sic Septuaginta in Deuteron. cap. X, 22: *ἐν ἑβδομήκοντα ψυχαῖς* (sc. *συνιϛάμενοι*) *κατέβησαν οἱ πατέρες σου εἰς Αἴγυπτον.* MICH.

* ΣΥΝΤΑΣΣΕΙΝ, Construere.

Saepissime Grammatici omittunt. Suidas T. I. p. 426. Βδελύσσω, *αἰτιατικῇ. καὶ* Βδελύττεσθαι, *αἰτιατικῇ.* s. *συντάσσεται* (seu *συνταχτέον*). p. 471. Γεμίζω. *γενικῇ. ἔϛι δὲ καὶ αἰτιατικῇ.* ubi ad *ἔϛι* subaudi *συντάσσειν*: nisi scribendum *ἔτι*. T. I. p. 752. Port. Διοχλῶ. *δοτικῇ. διοχλοῦμαι δὲ, αἰτιατικῇ.* quae in Kusteriana frustra quaeras. T. II. p. 293. Port. Ὀλιγωρῶ. *γενικῇ.* His etiam Kusteriana caret. Thomas Mag. p. 705 *καὶ περιβάλλω, τὸ περιτίθημι. ὅπερ οὐ μόνον δοτικῇ, ἀλλὰ καὶ αἰτιατικῇ εὕρηται.* Oudendorpius: „Scil. *συντασσόμενον.* Vide in Πειρῶ [ubi plene: *αἰτιατικῇ συντασσόμενον.*] et alibi, ac passim apud Suidam.“ p. 715. *τὸ δὲ προπίνω, ἀεὶ αἰτιατικῇ.* SCHAEF.

388 T.

* ΤΕΡΠΕΙΝ, Delectare.

Omissa est haec vox *βραχυλογίᾳ* quadam Peripatetica apud Aristotelem Ethicor. L. VIII. Ἥλιξ *γὰρ ἥλικα.* Quam supplet Suidas in v. *ἥλιξ*

Digitized by Google

Ἥλιξ γὰρ ἥλικα τέρπει. coll. Aristaenet. L. I. ep. 18. SCHWEB.

* TIMAιN, Honorare.

In nummis atque inscriptionibus Accusativi saepe sine verbo, ad quod referri possent, reperiuntur; qui vero pendent a subintellecta voce ἐτίμησεν, vel ἐτίμησαν. Sic in nummo Iuliae Augusti legitur: Ἰουλίαν Ἀφροδίτην et Λιβίην Ἥραν. v. Vaillant. in Numism. Imperat. etc. Graece loquent. p. 7. Adde inscriptiones Graecas apud Sponium in Itinerario Tom. III. p. 95. sqq. Plene occurrit ibidem p. 108. Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος ἐτίμησαν Οὐλπίαν Μαρκέλλαν τὴν ἱέρειαν τῆς Ἀρτέμιδος. cet. et p. 130. Νεωκόρος Σμυρναίων δῆμος ἐτίμησεν Μάρκον Ἀττίλιον. cet. SCHWEB.

* Statuariae inscriptiones omittere solent. Smith. Not. 7 eccles. Asiae p. 9. Γάϊον Ἄντιον — ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος τῶν πρώτων νεωκόρων Περγαμηνῶν τὸν εὐεργέτην. scil. ἐτείμησε. Sic p. 22. Ἀντ. Κλ. Ἀλφ. Ἀρίγνωτον — ἱερέα οἱ βαφεῖς. Suppletur in alia p. 21. ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος ἐτείμησαν Οὐλπίαν Μαρκέλλαν. nec non p. 31. 49. Add. Zeibich. Athl. Παράδ. p. 62. 64. F. ST.

* TINΩ.

Cl. Abresch. p. 430. hoc verbum supplet Matth. V, 38. ὁ ἐκκόψας ὀφθαλμὸν (τινέτω) ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, ex versu Aeschyli 310. in Choëph. ἀντὶ δὲ πληγῆς φονίας φονίαν πληγὴν τινέτω. F. ST.

ΤΡΕΠΕΣΘΑΙ, Verti.

In formula, Ἐς κεφαλήν σοι: Lat. Capiti tuo sit, quae praeter alios apud Comicum in Pace vers. 1063. qua formula putabant mala posse declinari in illius caput, qui imprecatus erat, subintel-

Digitized by Google

lige, *τραπέσθω* vel *ἐλθέτω τὸ δεινόν*: vertatur vel veniat malum. (a)

* Vide de hac imprecationis formula Senecam ad Marciam de Consolat. c. IX. Sic etiam Moschus Idyll. III. 123. *Τὰ δὲ πάντα πρὸς Εὐρυσθῆα τρέποιτο.* SCHWEB. Phalaris Epist. CXXVIII. extr. *εἰς κεφαλὴν σοί τε καὶ τῷ σῷ γένει τρέψαι.* Add. Wesseling. ad Diodor. Sic. I. c. 91. Iacobs. ad Anthol. Gr. II. 2. p. 485. SCHAEF.

(a) Confer. Actor. XVIII, 6. et quae ibidem in Curis philologicis notavit Celeb. Wolfius. (b) SCHOETTG.

(b) Vide Aristophanem in Pluto 526. et in Nubibus 40. LEISN.

Φ.

* ΦΕΡΕΣΘΑΙ.

Φέρεσθαι omittitur in hoc loco Matthaei, cap. III, 17: *φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν*, scil. *ἐφέρετο.* MICH.

ΦΗΣΑΙ, Dicere.

Ὁ δὲ saepe dicitur pro *ὁ δὲ ἔφη.* (a) Aelianus in Var. Hist. IX, 29: *Ἐπεὶ δέ τις ἔφη πρὸς αὐτὸν, ὅτι μέγα ἐξὶν, ὧν ἐπιθυμεῖ τις, τούτων τυχεῖν· ὁ δὲ, Ἀλλὰ μεῖζόν ἐξι* etc. Quum vero quis illi diceret, magnum est, compotem eorum fieri, quae quis cuperet: At ille, maius est, (inquit,) etc.

389 Sic *οἱ δὲ*, pro *οἱ δέ φασιν*, vel *ὡς οἱ δέ φασιν.* [*ὡς οἱ δέ φασιν* graece non dicitur. SCHAEF.] Aelianus Hist. Animal. I, 6: *Γλαύκης ἀκούω ἐρασθῆναι κύνα, οἱ δὲ, οὐ κύνα, ἀλλὰ κριόν.* Plene *οἱ δέ φασι* est apud Eundem Var. Hist. XII, 35. (b)

Φησὶν ὁ δεῖνα, vel simile quid, subintellige ante *ὅτι* in principiis capitum collocatum, et narrationem, orationem seu sententiam ordiens, ubi ad *ὅτι* nihil redditur. E. g. si quis ea, quae ab aliis fuse conscripta sunt, colligat et in pauca conferat, tum capita singula ordiri solet ab *ὅτι*, quod ex Ae-

Digitized by Google

liani Varia Historia manifestum est: itidem, ut notat Devarius, ex antiquis exemplaribus Eustathii in Homerum et in Dionysium, in quibus plene scriptum illud *ὅτι*, in aliis sic notatum *ὅ* apparet, et ab iis, qui per notas scripsere, sic pictum ϛ, ut nota numeri senarii. Id quod immerito in Editione Romana Eustathii in Homerum eiectum est ab illis, qui, quo valeret illud, non intelligerent. Sed quia Eustathius suos in Homerum Commentarios collegit ex iis, quae a veteribus in eundem notata erant, et per capita digessit, ideo in principiis capitum apposuit illud *ὅτι*. Vide Devarium in *Ὅτι*.

* In narrationibus in primis frequens est ellipsis v. *φησὶ*, vel *φασί*. Sic apud Latinos quoque obtinet. Virgilius Aen. L. I. 329. Sic Venus. sub. dixit. coll. v. 339. et alibi. Plinius L. II. ep. XX. §. 8. Iisdemque medicis (dixit), quousque miserum cruciatis? Caesar de bell. Gall. L. I. c. XXX. Intelligere sese (dixerunt). [Vid. Burmann. ad Sueton. August. c. XLII. SCHAEF.] Item cum durius aliquid contra alium dicere nolumus; ut apud Dionys. Hal. L. VII. p. 458. *Πρῶτον μὲν οὖν θαυμάσαι ἔχω Δέκιον τῆς εἰρωνείας· οὐ γὰρ ἠλιθιότητός γε.* sub. *φημί*. Ad *ἀνακολουθίαν* orationis evitandam, e. g. Luc. V. 14. *ἀλλ' ἀπελθὼν (ἔφη) δεῖξον σεαυτὸν τῷ ἱερεῖ.* cet. Actor. I. v. 4. *ἣν (ἔφη) ἠκούσατέ μου.* vid. cl. Hoogev. ad Viger. p. 182. SCHWEB.

* Stoschiana dedi supra ad v. *Λέγειν*. — *Φήσεις, φαίη τις ἄν* aut simile quid subaudias ad *ἀλλὰ* anteoccupantis. Vid. Valckenar. ad Euripid. Hippol. p. 268. 272. SCHAEF.

(a) Conf. *λέγειν* supra. MICH.

(b) Subintelligitur quoque *φησὶ*, quum in mixtura orationis, sermo directus indirectum immediate excipit, ut Actor. c. I, 3: *ἣν ἠκούσατέ μου*, scil. *φησί*. Sic cap. XVII, 3. Lucae c. V, 14. cap. XVI, 8. Marci cap. XI, 32. Plene reperitur in Actis Apostol. c. XXV, 5. MICH.

Digitized by Google

390 * ΦΘΕΓΓΟΜΑΙ, Loquor.

In *τί περισσά*; quid multa? apud Callimachum hymno in Delum v. 132. ubi Scholiastes: *λείπει τὸ, φθέγγομαι.* SCHOETTG.

* ΦΘΙΝΩ, Desino.

Aristophanes in Nubibus v. 1129. *πέμπτη, τετρὰς, τρίτη, μετὰ ταύτην δευτέρα.* i. e. en vigesimus sextus, vigesimus septimus, vigesimus octavus; post hunc vigesimus nonus dies. Omissum enim est *τὸ φθίνοντος.* Loquitur enim poëta de diebus mensis exeuntis, quem *φθίνοντα* vocabant. Plena igitur locutio est: *πέμπτη ἡμέρα πρὸ τοῦ φθίνοντος μηνός.* Eadem supple in *τετρὰς*, in *τρίτη*, etc. Videantur Scholiastes ad h. l. et Perizonius ad Aelian. II, 25. LEISN.

ΦΟΒΕΙΣΘΑΙ, Vereri.

Ante *μὴ* cum subiunctivo, vel cum futuro indicativi saepe deficit *φοβοῦμαι*, (c) vel *δέδοικα.* Homerus Iliad. P. v. 93:

Μή τίς μοι Δαναῶν νεμεσήσεται, ὅς κεν ἴδηται.
(Vereor,) ne quis mihi Danaorum succenseat, qui viderit.

et Iliad. Σ. vers. 8:

Μὴ δή μοι τελέσωσι θεοὶ κακὰ κήδεα θυμῷ.
(Metuo,) ne iam mihi paraverint Dii tristes solicitudines animo.

Vide etiam Odyss. E. vers. 467.

391 Euripides Orest. vers. 774: *Μὴ λάβωσί σ' ἄσμενοι*: (Vereor,) ne te sint placide accepturi. Et Ione vers. 686: *Μή τιν' ἔχῃ δόλον*: (Vereor,) ne quem habeant dolum. [Marcellinus de Thucydid. Vita p. 6. Duk. *μὴ καὶ σφόδρα καταγέλαστον ᾖ.* Interpres: vereor ne hoc perridiculum habeatur. SCHAEF.]

Digitized by

(c) Sic Paulus in epist. ad Romanos cap. XI, 21. ante *μήπως οὐδὲ σοῦ φείσεται*, subintelligitur *φοβοῦ*, coll. vers. 20, ubi id expressum erat. MICH.

* ΦΟΡΕΩ vel ΦΕΡΩ, Gesto.

Hoc verbum deest apud Lucianum in Cataplo: *ποῦ ὁ τὸ ξύλον*; i. e. ubi est, qui fustem (gestat)? Idem Lucianus in Gallo: *Σίμων ὁ τὰ πιναρά*. Et in bis accusato de Pane dicitur: *ὁ τὴν σύριγγα*: et de celebri illa Athenis porticu: *ἡ τὰ ποικίλα*. et in Fugitivis de Orpheo: *ὁ τὴν κιθάραν*. vid. Iens. Lect. Lucian. LEISN. *Ἀναλογώτερον* subaudias *ἔχων*. V. supra p. 166. SCHAEF.

* ΦΡΟΝΤΙΖΩ, Curo.

Haec vox supplenda videtur apud Aristophanem in Pluto v. 326. et Nubibus v. 256. *ὥςπερ με τὸν Ἀθάμανθ' ὅπως μὴ θύσετε*: (Videte,) ne sacrificetis me tanquam Athamanta. Integra constructio, sine tali ellipsi, habetur Equit. v. 685: *Ἀλλ' ὅπως ἀγωνιεῖ φρόντιζε τὰ 'πίλοιπ' ἄριςα*: Sed operam da, ut et in reliquo certamine fortissimum te praebeas. vid. Kusterum ad Aristophanis Plutum v. 326. et supra notata in *ὁράω*. LEISN.

X. 392

ΧΡΗ, Oportet.

In interrog. *τί*; cum infinit. constructa, omittitur saepe *χρὴ* vel *προςήκει*. Aeschylus in Agamemnone 194: *Τί τοὺς ἀναλωθέντας ἐν ψήφῳ λέγειν*; Ubi Schol. *χρὴ κατὰ συνεκδοχὴν, ἤγουν, τί δεῖ ψηφίζεσθαι περὶ τῶν ἀπολωλότων*; (a)

(a) Item in infinitivis sine aliquo adiecto positis. Callimachus hymno in Apollinem vers. 12:

Μήτε σιωπηλὴν κίθαριν, μήτ' ἄψοφον ἴχνος,
Τοῦ Φοίβου, τοὺς παῖδας ἔχειν, ἐπιδημήσαντος.

Digitized by Google

Neque tacitam citharam, neque tacitum
gressum,
Phoebo praesente, pueri hábeant.

Εχειν, scil. χρή. SCHOETTG.

* ΧΡΗΣΘΑΙ, Uti.

Deficit haec vox aliquoties apud Herodotum, ubi τὸ νομίζει vel νομίζουσι absque alio verbo ponitur. Sic L. IV. 63. Ὑσὶ δὲ οὗτοι οὐδὲν νομίζουσι. Idem L. IV. c. 117. Φωνῇ δὲ οἱ Σαυρομάται νομίζουσι Σκυθικῇ: Lingua autem Scythica Sauromatae ubi solent. Nam τὸ νομίζειν significat in allatis locis recepto more solere. [Etiam Aem. Porto hîc ἔλλειψις videtur esse verbi χρῆσθαι, Diction. Ionic. v. Νομίζειν. Mihi non item: νομίζειν enim ipsum per se saepius est usurpare, uti, regitque sic nunc accusativum, (v. Wesseling. ad Herodot. p. 124, 30.) nunc dativum. Ceterum si Schwebelius hanc locutionem propriam habuit Herodoti, multum erravit. Wesselingius in egregia ad Reimarum epistola addita huius Dioni p. 1501. b. „DCXXXIV, 13. οὗτος γὰρ προγονικῷ τινι σφραγίσματι ἐνόμισεν. Visum id tibi paulo insolentius, nec est tamen: nam Dioni hoc genus mire placuit. Sic enim lib. 55. p. 647. B. Ed. H. Steph. καὶ γὰρ τούτοις ἤρξατο νομίζειν. et lib. 57. p. 702. A. ἀπεῖπε δὲ καὶ χρυσῷ σκεύει μηδένα — νομίζειν. tum 60. p. 764. D. ὁποίοις αἱ γυναῖκες ἔτι καὶ νῦν νομίζουσι. Quibus in locis νομίζειν tantundem ac uti est.“ SCHAEF.] Comprobare possunt huius verbi ellipsin illa Thucydidis L. I. c. 77. οὔτε τούτοις χρῆται, οὔθ' οἷς ἡ ἄλλη Ἑλλὰς νομίζει. supple χρῆσθαι. [Imo νομίζει hîc quoque est i. q. χρῆται. SCHAEF.] et L. II. c. 15. Καὶ ἐς ἄλλα τῶν ἱερῶν νομίζεται τῷ ὕδατι χρῆσθαι. Ad eumdem modum etiam Latinorum solet interdum ἐλλιπῶς usurpatum reperitur, subaudito verbo con-

Digitized by Google

textui orationis congruenti. Sic Sallustius Bell. Cat. c. XXX. Quod plerumque in atroci negotio solet. sub. fieri. Plene Petronius c. XLIX. Solet fieri. Eiusdem verbi participium *χρώμενος* subauditur etiam in *νόμῳ*, ubi instar significat apud Platon. in Phaedr. p. 250. v. Hoogeveen ad Viger. p. 96. SCHWEB. Paullo cautius ille: „potest subaudiri." Nam ut subaudiamus, nihil nos cogit. Sic latine dicitur more, ubi quis sibi persuadebit utens supplendum esse? SCHAEF.

* **ΧΩΡΕΙΝ**, Capere.

Sicuti v. *δύνασθαι*, *ἐλλιπῶς* positum, varias pro contextus ratione admittit significationes: ita etiam inter eas, cum de mensuris sermo est, capiendi habet significatum, atque subauditur *τὸ χωρεῖν*. Sic apud Iosephum Antiquitat. Iud. L. XV. p. 536. *ὁ δὲ κόρος δύναται μεδίμνους Ἀττικοὺς ί.* ubi commode subintelligitur *χωρεῖν*: quod vocabulum legitur Ioh. II. v. 6. *Χωροῦσαι ἀνὰ μετρητὰς δύο ἢ τρεῖς.* SCHWEB. Si *δύνασθαι* in talibus vertas, ut sane vertendum est, valere, *gelten*, h. e. aequiparare, apparet nihil subaudiendum esse. Photius Lex. Ms. *Σίκλος. — καὶ ϛαθμὸς βαρβαρικὸς δυνάμενος ὀκτὼ ὀβολοὺς Ἀττικούς.* SCHAEF.

DE

ELLIPSI PRAEPOSITIONUM.

393

---

* De ellipsi praepositionum poëtis familiari generatim quaedam habes apud Broukhusium ad Propert. III, 4. vers. 28. et, quem ille citat, Servium ad Virgil. Georg. IV. vers. 484. Aen. I. v. 194.

Digitized by Google

VIII. v. 216. De ellipsi autem praepositionum poëtis Atticis usitata lege Spanhem. ad Plut. 1016. et de ellipsi denique praepositionis materiam significantis Iensium Lect. Lucian. III, 6. pag. 344. et III, 7. pag. 346.

Ceterum praepositionum ellipsin tantopere amant scriptores Graeci, ut interdum duae praepositiones in una orationis parte omittantur. Aristophanes in Nub. v. 1083: *Ἢν τοῦτο νικηθῇς ἐμοῦ*: Si (in) hoc (a) me victus fueris. Plene: *ἢν εἰς τοῦτο νικηθῇς ὑπ' ἐμοῦ.* LEISN.

A.

ANTI, Pro.

Frequentior apud Graecos est Ellipsis Praepositionis; quam quia non animadverterunt veteres Grammatici, in multos errores prolapsi sunt, docentes, hos vel illos casus a verbis regi et adiectivis, quum tamen, si res recte ponderetur, non
394 aliunde quam a subintellecta Praepositione pendeant illi casus. [In talibus noli spernere veterum Grammaticorum auctoritatem. Maximam partem verissima sunt quae de his constructionibus docuerunt: Bosiusque et qui eum secuti sunt, hîc etiam Ellipses nescio quas confingentes viam ad intelligendam Graecae linguae syntaxin videntur multo magis obstruxisse, quam aperuisse. Quod in universum monere sufficiat: nam singula consectari infinitus taediique plenissimus labor esset. SCHAEF.] Sic emendi vendendive (a) verba genitivum regere, falso docuerunt: certum est enim, nomen pretii casu secundo elatum subauditam habere praepositionem *ἀντί*. Ex. gr. in Act. Apost. VII, 16. — *ἐν τῷ μνήματι, ὃ ὠνήσατο Ἀβραὰμ τιμῆς ἀργυρίου.* Plenus sermo est, *ἀντὶ τιμῆς ἀργυρίου.* (b) Homerus Odyss. Λ.

— *χρυσὸν Φίλου ἀνδρὸς ἐδέξατο* —
— aurum (pro) caro viro accepit —

Digitized by Google

Ubi *Φίλου ἀνδρὸς* pro *ἀντὶ Φίλου ἀνδρός*. Sic *χρύσεα χαλκείων ἀμείβειν*, aurea aeneis permutare, pro, *ἀντὶ χαλκείων*. (c) [Euripides Iphig. Aul. v. 1240. *πόνων τιθηνοὺς ἀποδιδοῦσά σοι τροφάς*. Musgravius: „*ἀποδιδοῦσα πόνων* valet hîc *ἀποδιδοῦσα ἀντὶ πόνων*. Sic *χρυσὸν Φίλου ἀνδρὸς ἐδέξατο* Hom. Odyss. XII. v. 326. in quo eadem Ellipsis est.“ Aristophanes Nub. v. 22. *τοῦ* [*ὀφείλω*] *δώδεκα μνᾶς Πασίᾳ*; Kusterus: „Τοῦ. Subintellige, *ἕνεκα* vel *ἀντί*: ut dicat Strepsiades, *τίνος ἕνεκα*, vel *ἀντὶ τίνος*, etc. Pro qua re debeo duodecim minas Pasiae? Sic infra v. 31. per eandem Ellipsin dicitur, *τρεῖς μναῖ διφρίσκου*, etc.“ Idem Pac. v. 1214. *τί δῆτα τουτοινὶ καταθῶ σοι τοῖν λόφοιν*; v. 1217. *δοίην ἂν αὐτοῖν ἰσχάδων τρεῖς χοίνικας*. v. 1222. *τὼ λόφω Οὐκ ἂν πριαίμην οὐδ' ἂν ἰσχάδος μιᾶς*. Philodemus VIII. v. 1. *Πέντε δίδωσιν ἑνὸς τῇ δεῖνα ὁ δεῖνα τάλαντα*. v. 3. *πέντε δ' ἐγὼ δραχμὰς τῶν δώδεκα Λυσιανάσσῃ*. vid. Iacobs. ad III. v. 4. et Brunck. ad Aristophan. Fragm. p. 163. s. Diodorus Sic. V. c. 29. extr. *σεμνυνόμενοι, διότι τῆσδε τῆς κεφαλῆς τῶν προγόνων τις, ἢ πατὴρ, ἢ καὶ αὐτὸς, πολλὰ χρήματα διδόμενα* (Interpres: magnam pecuniae vim oblatam. Poterat adstrictius: datam. Cicero Parad. VI. 2. pecuniam Pyrrhi, quam Fabricio dabat.) *οὐκ ἔλαβε. Φασὶ δέ τινας αὐτῶν καυχήσασθαι, διότι χρυσὸν ἀντίζαθμον τῆς κεφαλῆς οὐκ ἐδέξαντο*. c. 35. *ἀγοράζειν τὸν ἄργυρον μικρᾶς τινὸς ἀντιδόσεως ἄλλων φορτίων*. Philostratus Her. p. 6. Boiss. *βοῦν σίτου, καὶ οἴνου τράγον, καὶ τοιαῦτα τοιούτων, ἢ ὠνοῦμαι ἢ αὐτὸς ἀποδίδομαι*. ubi Schol. *ἔθος τοῖς Ἀττικοῖς, τὸ διδόμενον τίμημα γενικῇ προφέρειν, τὸ δὲ ἀγοραζόμενον πρᾶγμα αἰτιατικῇ, οἷον· ἀγοράζω σῖτον χρυσίου, καὶ ὠνοῦμαι βιβλίον δραχμαῖν δυοῖν*. Philemo ab Editore ad h. l. citatus: *Βοῦν σίτου ὠνοῦμαι. ἔν τισιν*

ὀνόμασι κατὰ τὴν σύνταξιν προεπινοεῖται (l. *προς-επιν.*) *πρόθεσις, οἷον· ἀποδίδομαι βοῦν σίτου, λείπει ἡ διά.* (In Epigr. adesp. DCXXVII. v. 3. distinguo: *μαρνάμενοι δ', ἀρετῆς καὶ λήματος οὐκ ἐσάωσαν Ψυχάς.*) SCHAEF.]

Intelligi autem in hisce praepositionem *ἀντὶ*, planum faciunt exempla, in quibus expressa ea occurrit, ut apud Epictetum in Enchirid. c. 32: *εἰ μὴ προϊέμενος ταῦτα, ἀνθ' ὧν ἐκεῖνα πιπράσκεται*: si non numerato pretio, quo illa venduntur. In Epist. ad Hebr. XII, 16: *Ἀντὶ βρώσεως μιᾶς ἀπέδοτο τὰ πρωτοτόκια αὐτοῦ*: Uno edulio vendidit primitiva sua. Et apud Septuaginta Interpretes in Ioel. III, 3: *Καὶ τὰ κοράσια ἐπώλουν ἀντὶ τοῦ οἴνου, καὶ ἔπινον*: Et puellas vendebant vino, et bibebant. [Alciphron, quod rarum est, utitur praepositione *ἐπί*. L. I. ep. 9. in. *ἐπὶ λεπτῶν κερμάτων ἀποδίδοσθαι. καὶ ὠνεῖσθαι τὰ ἐπιτήδεια.* SCHAEF.]

* Sic Matth. c. X. 29. *οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται*; pl. *ἀντὶ ἀσσαρίου*. Et Homerus Iliad. A. v. 111.

Οὕνεκ' ἐγὼ κούρης Χρυσηΐδος ἀγλαὰ ἄποινα
Οὐκ ἔθελον δέξασθαι.

pl. *ἀντὶ κούρης* cet. Haec praepositio subauditur quoque in adiectivis, quae excellentiam denotant, e. g. *ἄξιος πολλοῦ*, quod plene diceretur *ἀντὶ πολλοῦ τιμήματος*, ut ostendit compositum *ἀντάξιος*. [*Ἄξιος* vi propria genitivum regit, neque opus ad id habet adminiculo praepositionis *ἀντί*. SCHAEF.] Sic Homerus Iliad. A. v. 514.

Ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.

Hoc Graecorum more Latini quoque dignus et indignus Genitivis iunxerunt, ut in vulgus notum est. Sic Suetonius Othon. c. IV. Qui non et sentiret et praedicaret solum successionis imperii dignum. Ovidius Trist. L. IV. 57.

Digitized by Google

Utque probae dignum est, omni tibi dote placebam.

ubi Heinsius plura loca congessit. Theocritus Idyll. I. 57.

Τοῦ μὲν ἐγὼ ποριμεῖ Καλυδωνίῳ αἶγά τ' ἔδωκα.

pl. *ἀντὶ τοῦ*. Idem Idyll. XI. 49.

Τίς κεν τῶνδε θάλασσαν ἔχειν ἢ κύμαθ' ἕλοιτο;

SCHWEB.

Per eiusdem praepositionis Ellipsin eleganter etiam dicitur *δοῦναί τι τινὸς* pro *ἀντί τινος*, dare aliquid (pro) aliquo; alicuius pretii quid aestimare. Lucianus in Cynico pag. 725: *Τί ἂν δῴη τις ἀνδρὸς τὴν αὐτὴν τοῖς κιναίδοις ὀδμὴν ἔχοντος;* Quem locum pessime convertit Interpres: Et quidem quid facias, cum vir eundem cum cinaedis odorem habeat? Tu verte: Quid autem daret quis (pro) viro, qui eundem (cum) cinaedis oleat odorem? [Locus est T. III. p. 549. ubi item monuit Bosius. SCHAEF.] Comicus in Pace p. 686:

Οὐκ ἂν ἔτι δοίην τῶν θεῶν τριώβολον.
Non darem triobolum (pro) Diis.

i. e. non trioboli pretio aestimarem Deos. Plautus imitatus phrasin, in Rudente sub finem dixit:

Imo hercule, ut scias gaudere me,
Mihi triobolum ob eam ne duis.

sed alio sensu. Vide de hac loquutione Casaubonum in Lection. Theocrit. ad Idyll. I. ubi mendo quoque liberat elegantem Aeliani locum, qui est in Var. Hist. L. II. c. 12: *Τί δ' ἂν ἐμοὶ δοίητε; ὃς οὔπω φθονοῦμαι.* legens, *τί δ' ἂν ἐμοῦ δοίητε;* sensu sane commodissimo. Sic deest *ἀντὶ* apud Apollonium Rhodium L. I. v. 955:

Κεῖσε καὶ εὐναίης ὀλίγον λίθον ἐλκύσαντες.

Ubi Scholiastes: *Λείπει ἡ ἀντὶ πρόθεσις, ἵν' ᾖ τὸν ἀντὶ εὐναίας καὶ ἀγκύρας λίθον.* [Legendum, quod nuper ediderunt, *ἑκλύσαντες*. Ab hoc autem parti-

cipio, non a subaudita praepositione ἀντὶ, regitur εὐναίης. SCHAEF.]

(a) Et mutandi. Aelianus Var. Hist. III, 26. τοῦ τυραννικοῦ βίου φυγὴν αὐθαίρετον ἀλλαξάμενος, pro, ἀντὶ βίου, (cum) vita regia fugam spontaneam permutans. SCHOETTG.

(b) Matth. evangel. c. X, 29: οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται; MICH.

396 (c) Elliptice dixit Chrysostomus hom. in XII. Apost. pag. 189. de Iuda: Τριάκοντα ἀργυρίων πωλήσας τὸν κύριον. BERNH.

ΑΠΟ, Ab.

Crebro subaudienda relinquitur haec praepositio ante casum secundum appositum verbis quibusdam, nominibus adiectivis et adverbiis. [In has constructiones fere valet quod paullo ante ad p. 394. in. generatim monui. Hic praeterea moneo, quae locutiones additam habent praepositionem, eas rectius abundantes quam plenas dici. SCHAEF.] De singulis distincte.

Ad verba quod attinet, quae sunt (d) liberandi, absolvendi, abstinendi, differendi, separandi, arcendi (e) aliaque similia, ea genitivum non regunt, quod perperam docuere veteres Grammatici, sed genitivus, qui sequitur illa verba, pendet a praepositione ἀπὸ subintellecta. Ex. gr. Ἀπέχεσθαι κακῶν, plene est: ἀπέχεσθαι χεῖρας, [Expressam hanc vocem habet Homerus Iliad. A. v. 97. Οὐδ ὅγε πρὶν λοιμοῖο βαρείας χεῖρας ἀφέξει. SCHWEB. V. ad h. l. Heyn. Wolfiana recensio habet: βαρείας Κῆρας. SCHAEF.] vel ἑαυτὸν ἀπὸ κακῶν: abstinere manus, vel se a malis. Sic 1. Thessal. IV, 3: Ἀπέχεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ τῆς πορνείας: Ut abstineatis a scortatione. Ubi additur ἀπὸ, ut et in Act. Apost. XV, 20. [Conf. Leisner. in praefat. SCHAEF.]

* Hanc constructionem imitatus est Horatius L. III. Od. XXVII. 69. Mox ubi satis lusit,

Digitized by Google

abstineto Irarum, dixit, calidaeque rixae. SCHWEB.

Ἀπέχειν τινὸς pro ἀπό τινος: abesse ab aliquo. Additur in Evang. Lucae c. XV, 20. Εἰς κώμην ἀπέχουσαν ϛαδίους ἑξήκοντα ἀπὸ Ἱερουσαλήμ. Sic etiam ἔχειν τινὸς, pro ἔχειν ἀπό τινος, dixit Dio Cassius L. XXXIX. p. 127. (f)

In φείδεσθαι cum genitivo etiam deest ἀπό. Plene Septuaginta in 1 Reg. XV, 3: καὶ οὐ φείσῃ ἀπ' αὐτοῦ. Ἀφιέναι, ἀπολύειν, ἐλευθεροῦν, ῥύεσθαί τινος: absolvere, liberare (ab) aliquo, integre ἀπό τινος, quomodo Paulus in Epist. ad Rom. VI, 22: Νυνὶ δὲ ἐλευθερωθέντες ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας etc. Nunc autem liberati a pec- 397
cato. et Matth. VI, 13: Ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ: Libera nos a malo. Potest etiam subaudiri praepos. ἐκ, quae aliquando addita reperitur.

Χωρίζειν et χωρίζεσθαί τινος, pro ἀπό τινος. Addit Plato alibi: Ὁ θάνατος χωρίζει ἀπὸ τοῦ σώματος τὴν ψυχήν. Addunt etiam saepe numero Novi Testamenti Scriptores, ut Paulus Rom. VIII, 35: Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριϛοῦ; Quis nos separabit a dilectione Christi? et 1 Corinth. VII, 10; Γυναῖκα ἀπὸ ἀνδρὸς μὴ χωρισθῆναι: Uxorem a viro non separari. (g)

Εἴργειν τινά τινος dicitur Ellipsi praepositionis ἀπό: arcere aliquem ab aliqua re. ut εἴργω σε πυρὸς καὶ ὕδατος, pro ἀπὸ πυρὸς etc. aqua et igni tibi interdico. Addidit ἀπὸ alibi Xenophon: Τοὺς υἱεῖς εἴργουσιν οἱ πατέρες ἀπὸ τῶν πονηρῶν ἀνθρώπων: Filios arcent patres ab improbis hominibus.

* Plenam pariter atque ellipticam constructionem habet Homerus Iliad. Δ. v. 130. 131.

Ἡ δὲ τόσον μὲν ἔεργεν ἀπὸ χροὸς, ὡς ὅτε μήτηρ
Παιδὸς ἐέργει μυῖαν.

Digitized by Google

Sic Latini ἐλλιπῶς arcere aliqua re. Virgilius Aeneid. L. XI. v. 826.

Succedat pugnae, Troianosque arceat urbe.

Pro ἀπὸ interdum habent ἐκ scriptores. Xenophon L. VI. K. A. p. 368: Ἀλλ' εἰρξόμεθα ἐκ τῶν Ἑλληνίδων πόλεων.

Sic etiam κωλύειν τινά τινος eadem ellipsi dicitur. Plene habet Xenophon L. III. K. Π. Ἀπὸ τῶν αἰσχρῶν κωλῦσαι.

Item in ἀκούειν τινὸς sub. ἀπό. Plene Actor. IX. 13. Ἀκήκοα ἀπὸ πολλῶν περὶ τοῦ ἀνδρὸς τούτου. SCHWEB.

Ὑστερεῖν et ὑστερεῖσθαί τινος, (h) egere vel destitui ab aliqua re. sc. ἀπό. Rom. III, 24. Ὑστερεῖσθαι δόξης pro ἀπὸ δόξης, destitui gloria. Additur Hebr. XII, 15: — μή τις ὑστερῶν ἀπὸ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ: — ne quis destituatur gratia Dei.

Ἅπτεσθαί τινος, pro ἀπό τινος, (i) quomodo plene legitur apud Septuaginta Interpretes in Levit. V, 3: Ἢ ἅψηται ἀπὸ ἀκαθαρσίας ἀνθρώπου,
398 ἀπὸ πάσης ἀκαθαρσίας αὐτοῦ. Sic in παύεσθαί τινος. (k) Homerus Iliad. B. Παυσάμενοι κλαγγῆς. (l)

* Euripides Hercul. fur. v. 563. Οὐ ῥίψεθ' ᾅδου τάσδε περιβολὰς κόμης; Musgravius: „κόμης a ῥίψετε regi puto, ut constructio sit ῥίψετε [ἀπὸ] κόμης τάσδε ᾅδου περιβολάς." Wakefieldius: „i. e. ἀπὸ κόμης — quam praepositionis omissionem excuset loquentis festinatio. Similiter in Elect. 1215. Κατεῖδες, οἷον ἡ τάλαιν' ἐῶν πέπλων Ἔβαλεν, ἔδειξε μαζόν." SCHAEF.

Praeter verba etiam nominibus quibusdam adiectivis aliquando additur casus genitivus, qui pendet a subintellecta praepositione ἀπό. (m) Illa sunt praecipue adiectiva indigentiae,

Digitized by Google

differentiae, vacuitatis, aliaque nonnulla, ut *ἐνδεὴς*, indigus: *ἁγνὸς*, purus: (n) *ἐλεύθερος*, liber: *κενὸς*, vacuus: *μόνος* et *οἷος*, solus: *ἄλλος*, alius: *ἕτερος*, alter: *ἀλλότριος*, alienus: *πλησίος*, propinquus etc. Quae omnia Genitivos regere falso docent Grammatici: [Imo recte. SCHAEF.] subauditur enim in illis *ἀπὸ*, (o) ut quum dicitur: *Ἐνδεὴς τῶν καθ' ἡμέραν*, plene est: *ἀπὸ τῶν καθ' ἡμέραν*, indigus quotidiani victus. *Ἐλεύθερος κακίας*, sc. *ἀπό*: liber malitia. Sic Rom. VII, 3. *ἐλευθέρα ἐστὶν ἀπὸ τοῦ νόμου*, libera est a lege. Comicus in Nubib. v. 1415. p. 201. *σῶμα πληγῶν ἀθῶον.* quae praepositio additur Matth. evangel. c. XXVII, 24. *Ἀθῶός εἰμι ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ δικαίου.* Lucianus: *Κενὴ ὀϊστῶν ἡ Φαρέτρα*: Pharetra sagittis vacua. pro *ἀπ' ὀϊστῶν*. (p) *Ἄπειρος τούτου*, expers huius, plene *ἀπὸ τούτου*. *Μόνος πάντων*, pro *μόνος ἀπὸ πάντων.*

Οἷος ἄλλων, pro *οἷος ἀπ' ἄλλων*. Moschopulus ad Hesiodi *Ἔργ.* vers. 11: *Τὸ μόνον ὄνομα — ἐφ' ᾧ λεγόμενον, μέσην ἔχει πάντως τὴν ἀπὸ πρόθεσιν, ἢ παροῦσαν, ἢ συνυπακουομένην, οἷον μόνος πάντων, ἀντὶ τοῦ ἀπὸ πάντων, καὶ οἷος ἀπ' ἄλλων παρὰ τῷ θεολόγῳ Γρηγορίῳ ἐν τοῖς ἔπεσι* etc. Addidit Sophocles in Philoctete vers. 182:

Κεῖται μοῦνος ἀπ' ἄλλων. 399
Iacet solus ab aliis.

Ἀλλότριον ἐκείνου, alienum ab illo, dicitur *ἐλλειπτικῶς* pro *ἀπ' ἐκείνου*, ut et *πλησίον τοῦ χωρίου*, propinquum loco, pro *ἀπὸ τοῦ χωρίου*. Sic *ἄσσόν τινος* pro *ἀπό τινος*, prope ab aliquo. (q) Theocritus Idyll. A.

Αὖθις ὅπως ϛάσῃ Διομήδεος ἄσσον ἰοῦσα.

Ἄλλος ἐκείνου, alius ab illo, similiter dicitur pro *ἄλλος ἀπ' ἐκείνου*. Plato Menone: *Ἄλλο ἐπι-*

Digitized by Google

ϛήμης, plene ἄλλο ἀπ' ἐπιϛήμης, diversum a scientia.

Sic ὕϛερός τινος pro ἀπό τινος. Quam loquendi formam a Graecis sumserunt Latini. Phaedrus Prolog. L. III:

Quod si accusator alius Seiano foret.

i. e. alius a Seiano. Horat. Epist. ad Quinctium L. I:

Neve putes alium sapiente bonoque beatum.

Cicero Ep. Fam. XI, 2. Nec quidquam aliud libertate communi quaesisse. (r)

Denique in adverbiis quibusdam, quae genitivum post se habent, subaudiri debet praepositio ἀπό. (s) E. g. πόῤῥω τῆς τέχνης, πόῤῥω τῆς πόλεως, πόῤῥω τοῦ Διὸς, elliptice dicuntur pro: πόῤῥω ἀπὸ τῆς τέχνης, ἀπὸ τῆς πόλεως etc. Aelianus Var. Hist. II, 8: Πόῤῥω κρίσεως ὀρθῆς, procul a recto iudicio. pro πόῤῥω ἀπὸ κρίσεως ὀρθῆς. Sic etiam ἐγγὺς τῆς πόλεως: pro ἐγγὺς ἀπὸ τῆς πόλεως. Nam adverbium genitivum regere nequit. [Cur regere nequit? Num quia adverbium dicitur? Dic praepositionem in tali structura. SCHAEF.] (t)

Item ἀπὸ subaudias velim in adverbiis illis, quae, separationem significantia, genitivum post se habent, qualia sunt ἄνευ, ἄτερ, χωρὶς, (u) δίχα, quae sine, vel seorsum a notant, cum intellectum habeant ἀπό. (x)

(d) Etiam incipiendi. Sic Apollonius Rhodius Argonauticorum librum orditur: Ἀρχόμενος σέο, Φοῖβε. Ad quae Scholiastes: τὸ μὲν σημαίνει, ἀπὸ σοῦ τὴν ἀρχὴν ποιοῦμαι. BERNH.

(e) Lucae c. XIII, 12: ἀπολέλυσαι τῆς ἀσθενείας σου. Petri epist. poster. cap. I, 4: ἀποφυγόντες τῆς φθορᾶς. it. ἀπαλλοτριόω, Ephes. II, 12. c. IV, 18. MICH.

(f) Sic ἐπέχειν δρόμου, sustinere cursum, dixit Aristophanes Avib. v. 1200. Plene legitur in Ran. v. 875.

Digitized by Google

ἐπέχειν ἀπὸ τῶν χαλαζῶν, abstinere a vocum grandinibus. LEISN.

* Δέω, absum, it. δεῖ, opus est, cum genitivo. MICH.

(g) Ἁρπάζειν θανάτου, pro ἀπὸ θανάτου, rapere (ex) morte. Leo Imp. Serm. de Sepultura Christi p. 289. Ἴσασθαί τινά τινος, in significatione arcendi, abducendi, pro ἀπό τινος. Gregorius Nyssenus Tractat. I. in Psalmos pag. 42: Τοὺς ἐν κακίᾳ ζῶντας ἴσησιν μὲν τῆς ἀτόπου πλάνης: Eos, qui in malitia vivunt, (ab) ab- 401
surdo errore abducit. SCHOETTG.

* Αἴρειν. Marc. c. II, 21: αἴρει τὸ πλήρωμα αὐτοῦ τὸ καινὸν (ἀπὸ) τοῦ παλαιοῦ. MICH.

(h) Item λείπεσθαι, ut in Iacobi epist. cap. I, 5: λείπεται (ἀπὸ) σοφίας. Syriace: ﻣﻦ ﺣﻜﻤﺘﻪ. MICH.

(i) Quid vero? si subaudires ἐπὶ, sicut in θίγειν τινὸς, pro ἐπί τινος. MICH.

(k) Petrus in epist. I, cap. IV, 1: πέπαυται (ἀφ') ἁμαρτίας. MICH.

(l) Graeci etiam materiam, unde quid factum est, ponunt in secundo casu per ellipsin praepositionis vel ἀπὸ vel ἐκ. Aelianus Var. Hist. IX, 14. Μολίβδου πεποιημένα. Addit praepositionem ἀπὸ Lucianus in Asino: κλίνη ἦν μεγάλη, ἀπὸ χελώνης Ἰνδικῆς πεποιημένη. Plura exempla habet Iensius Lect. Lucian. III, 7. p. 344. seqq. LEISN.

* Huc pertinent etiam verba desinendi. Paeanius, Eutropii metaphrastes, L. I, 13, 2. οὐ πρότερον ἔμελλε τῆς ὀργῆς λήξειν: non prius (ab) ira cessare volebat. SCHOETTG.

* Sic Horatius Graecorum imitatione L. II. Od. IX. v. 17. Desine mollium tandem querelarum.

In ἁμαρτάνειν τινὰς sub. ἀπό. Homer. Iliad. O. v. 430. Τοῦ μὲν ἅμαρθ'. unde saepius ἀφάμαρτε apud eumdem, e. g. Iliad. Λ. v. 350. Z. v. 403. SCHWEB.

* Item verba fruendi, ut ἀπολαύειν τινός. Additur praepositio a Luciano in Mort. Dial. pag. 224. ὡς ἂν ἀπὸ τούτων (scil. τὶ) ἀπολαύοιμι. LEISN.

* Deest quoque post verba passiva. Euripides in 402
Med. vers. 29: Ἀκούει νουθετουμένη φίλων, audit monita (ab) amicis. Dici debuit: νουθετουμένη ἀπὸ τῶν φίλων. [Imo iunge ἀκούει φίλων. SCHAEF.] Et vers. 52:

Πῶς σοῦ μόνη Μήδεια λείπεσθαι θέλει;
Quomodo (a) te sola relinqui vult Medea?

Digitized by Google

[Iungo σοῦ μόνη. SCHAEF.] Παλαιὰ καινῶν λείπεται κηδευμάτων: Veteres a novis deseruntur [imo vincuntur. SCHAEF.] affinitatibus, sive, posteriores abolent priores. pro ἀπὸ καινῶν λείπεται. Euripides in Med. vers. 76. It. v. 113:

Παῖδες, ὅλοισθε συγερᾶς ματρὸς
Σὺν πατρί.

Pereatis cum patre (ab) infensa vobis matre. pro ἀπὸ συγερᾶς ματρός. [Iunge παῖδες συγερᾶς ματρός. SCHAEF.] BERNH. Non cogitavit vir doctus, verba passiva poscere, non praepositionem ἀπὸ, sed ὑπό. SCHAEF.

(m) Διαφέρειν τινὸς, pro ἀπό τινος, coll. epist. ad Galat. c. II, 6. MICH.

(n) Γυμνὸς, nudus; ξένος, peregrinus. MICH.

(o) Paeanius L. VII, c. 9: Γυμνὸς παντὸς ἐσθήματος. Ephes. II, 12: ξένοι τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας. MICH.

(p) Ὁδὸς καθαρὰ παντὸς κακοῦ. Cebes in Tabula. pro ἀπὸ κακοῦ. SCHOETTG.

• Plene est Actor. XX. 26. Καθαρὸς ἀπὸ τοῦ αἵματος. SCHWEB.

(q) Supplet Paeanius, Eutropii metaphrastes, I, 13, 2: Καὶ πλησίον αὐτῆς ἐγένετο τῆς πόλεως ἀπὸ πέντε σημείων. SCHOETTG. Non supplet Paeanius. Conf. not. ad Longi Pastor. p. 329. SCHAEF.

403 (r) Item post Substantiva quaedam; ut Septuaginta Interpretes in Numeror. cap. XXV, 6: ἄνθρωπος (ἀπὸ) τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. MICH.

(s) Item post ἔσωθεν et ἔξωθεν, ut Apocal. cap. XI, 2: τὴν ἔξωθεν (ἀπὸ) τοῦ ναοῦ. Post ἐντεῦθεν, ut Apoc. c. XXII, 2: καὶ τοῦ ποταμοῦ ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν. Post κυκλόθεν, ut Apoc. c. IV, 3. 4. et c. V, 11: κυκλόθεν τοῦ θρόνου. It. πλησίον (ἀπὸ) τινὸς, prope aliquem. MICH.

(t) Item ὕστερον, ut Paeanius L. VII, c. 14: δύο τοῦ πατρὸς ὕστερον ἔτεσι, duobus post patrem annis. MICH.

(u) Χωρίς. conf. Ioan. evang. c. XX, 7. MICH.

(x) Item in ὀψὲ, ut notat Lamb. Bos in Exerc. ad Matth. c. XXVIII, 1. SCHOETTG.

• Item in ἐκτὸς, ut Lucas in Actis Apost. cap. XXVI, 22: οὐδὲν ἐκτὸς λέγων ὧν τε οἱ προφῆται ἐλάλησαν cet. Item in πλὴν, ut Marc. evang. c. XII, 32: πλὴν αὐτοῦ, praeter ipsum. MICH.

Digitized by Google

Δ.

ΔΙΑ, Per, Propter.

Nomen temporis quando in genitivo ponitur, elliptice dicitur, subaudita praepos. *διά*. E. g. *τοῦ μηνὸς*, plene, *διὰ τοῦ μηνός*. *Χειμῶνος* (a) 404 *καὶ ἦρος*, plene *διὰ χειμῶνος καὶ ἦρος*. Comicus in Pluto v. 98. p. 11: *Πολλοῦ γὰρ αὐτοὺς οὐχ ἑώρακα χρόνου*. i. e. *διὰ πολλοῦ χρόνου*. Nam multo tempore ipsos non vidi. Alia exempla vide apud Budaeum in Comment. ling. Graecae p. 995. (b) [Lucianus T. II. p. 124. *οὐ πολλῶν ἐτῶν ἀφίξεσθαι*. non multis post annis. SCHAEF.]

Etiam ante alios genitivos (d) haec praepositio omittitur, ut apud Homerum Iliad. B. 801: *Ἔρχονται πεδίοιο*, i. e. *ἔρχονταί διὰ πεδίοιο*, eunt (per) campum. ut Eustathius ibid. *ἀντὶ τοῦ, διὰ τῆς πεδιάδος*. et Iliad. Δ. 244:

Αἶτ' ἐπεὶ οὖν ἔκαμον πολέος πεδίοιο θέουσαι.

sc. *διά*. (e) [Vid. Dorvill. ad Chariton. p. 345. et Heyn. passim ad Iliad., e. g. ad VIII. v. 106. SCHAEF.]

* Sic Sophocles Electr. v. 480. *οὐ μακροῦ χρόνου*. ubi Schol. Gr. *διὰ μακροῦ χρόνου*. uti plene etiam habet Themistius Orat. XVII. p. 213. C. *Ἐπανήγαγεν αὖθις διὰ μακροῦ χρόνου Φιλοσοφίαν*. Id. Orat. XVI. p. 211. D. *ὀλίγου χρόνου*, non multo post. Pleno sermone est apud Xenophontem L. I. K. Π. p. 48. *δι' ὀλίγου γε (χρόνου)*. Addi possunt et alia ex Homeri Iliad. N. v. 191. *Δόρυ (διὰ) χροὸς εἴσατο*. Ibid. Υ. v. 362. *Στιχὸς εἶμι διαμπερές*. Item Theodor. Prodr. L. I. p. 18. *Κτείνειν (διὰ) ξύλων*. et ibid. *κτείνειν λίθων*. SCHWEB. De Prodromi loco v. Dorvill. ad Chariton. p. 779. SCHAEF.

Item ante accusativum aliquando omittitur *διὰ*, propter, ut Apollonius Rhodius L. II: *Ζηνὸς χόλον*, pro *διὰ Ζηνὸς χόλον*, Iovis (ob) iram. Euripides Phoen. vers. 881: *Ἃ 'γὼ τί δρῶν*

Digitized by Google

etc. (Propter) quae ego quid faciens etc. ubi Scholiast. *λείπει διά.* (f) Et saepe elliptice *ταῦτα* ponitur, pro *διὰ ταῦτα.* Mercurius apud Aristophanem in Pace v. 413. p. 649:

Ταῦτ' ἄρα πάλαι τῶν ἡμερῶν παρεκλεπτέτην;

An propterea iam olim dies suffurati sunt? ubi Scholiastes: Ταῦτα, *διὰ ταῦτα.* Et in Nubibus pag. 145: Ταῦτ' ἄρ' ἐποίουν etc. Propterea fingebant. ubi Schol. *λείπει ἡ διά.* Xenophon in *Κύρ. Παιδ.* I, 26: Ταῦτ' ἄρα — *καὶ ἐνεώρας μοι.* Propterea me aspiciebas. Theocritus in Idyll. XIV, vers. 3:

405 Αἰσχ. Πράσσομες οὐχ ὡς λῷςα, Θυώνιχε. Θ. Ταῦτ' ἄρα λεπτόν —

Aesch. Non optime valemus, Thyoniche. Th. Propterea macies —

[Vid. Brunck. ad Aristophan. Nub. v. 319. Av. v. 120. SCHAEF.] Sic Hoc Latinis pro propter hoc. Plautus Amphitr. Act. I. Sc. 1:

Opulento homini hoc servitus dura est. (b)

* Sic Sophocles Aiac. v. 30. *πηδῶντα πεδία.* Idem v. 176. *Ἥπου τινὸς νίκας ἀκάρπωτον χάριν.* Ibid. v. 439. *οὐδ' ἔργα μείω χειρὸς ἀρκέσας ἐμῆς.* quibus in locis recte omnino subauditur *διά.* Item in illis Homeri Iliad. I. v. 77. *Τίς ἂν τάδε γηθήσειεν.* Inprimis vero notabilis est praepositionis *διὰ* ellipsis in illis Homeri Iliad. T. v. 326. *Ἠὲ τόν.* Item in illa formula *ὅρκια τάμνειν.* Plena iocutio ita esse videtur: *τάμνειν θυσίαν διὰ τὰ ὅρκια.* Ad foedera enim sancienda veteres iusiurandum adhibuerunt; idque caesa victima confirmarunt; quod colligitur cum ex aliis locis, tum Homer. Iliad. T. v. 266. De quo loco vid. Eustathius p. 1255. l. 30. Sic Latini quoque Accusativis saepius *ἐλλιπῶς* utuntur, subintellecta praepositione propter. Cicero ad Divers. L. IV. epist. I. Ut si quid tu eum velles ad me mittere. i. e. propter quid.

Digitized by Google

Idem L. VIII. ep. 14. Nunc furit, tam gavisos homines (propter) suum dolorem. Virgilius Ecl. I. v. 37.

Mirabar, quid moesta deos, Amarylli, vocares.

i. e. propter quid. SCHWEB.

* In *ὅρκια τάμνειν*, *λευκὴν ἡμέραν θύειν*, *θύειν τὰ ἐξιτήρια*, *τὰ ἐμβατήρια*, notante Zeibichio Athl. Παραδ. p. 106. 107. F. ST.

(a) Marc. evangel. c. XIII, 18. Sic *τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου*, Ioannes evang. c. XVIII, 13. *ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ*, in epist. ad Hebr. c. IX, 7. MICH.

(b) Adde *ἡμέρας καὶ νυκτός*: plene enim *διὰ τῆς νυκτὸς* habes in Lucae evang. cap. V, 5. et in eiusdem Act. Apost. cap. XVII, 10. (c) Sic apud Lucianum Vit. Auct. *Καὶ πέντε ὅλων ἐτέων λαλέειν μηδέν.* SCHOETTG.

(c) Posset etiam praepositio *ἐκ* addi. Nam *ἐκ νυκτῶν*, noctu, dixit Euripides in Rheso, vers. 13: *Τίνες ἐκ νυκτῶν τὰς ἡμετέρας κοίτας πλάθουσι*; quinam cubile nostrum adire noctu audent? BERNH.

(d) Item ante genitivum pretii, ut *εἰ τοσούτου* (i. e. *διὰ τοσούτου*) *τὸ χωρίον ἀπέδοσθε*, Act. c. V, 8. *Ἐγὼ* (*διὰ*) *πολλοῦ κεφαλαίου τὴν πολιτείαν ταύτην ἐκτησάμην*, cap. XXII, 28. coll. c. VIII, 20: *ὅτι τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ ἐνόμισας διὰ χρημάτων κτᾶσθαι.* MICH.

(e) In actionibus sive factis quibuscunque. 406
Hercules apud Euripidem in Alc. v. 1025:

Πολλῶν δὲ μόχθων ἦλθε χεῖρας εἰς ἐμάς.

pro *διὰ πολλῶν μόχθων*. Multo autem labore in nostras illa venit manus. BERNH. Rectius nunc editur: *πολλῷ δὲ μόχθῳ χεῖρας ἦλθεν εἰς ἐμάς*. Sic in Aristophan. Av. v. 1620. scribendum suspicor *μισητίᾳ*, ubi vulgo legunt *μισητίαν*, item subaudientes *διά*. SCHAEF.

(f) Usurpatur etiam frequentissime *τί* interrogativum pro *διὰ τί*, propter quid, cur? Marc. c. XII, 15: *Τί με πειράζετε*; Cur me tentatis? Et talia innumera in Novo Foedere occurrunt. Libanius epist. 10. pr. *Τί ἄν τις αἰτιῷτο φεύγοντα πῦρ*; Cur aliquis eum redargueret, qui ignem fugit? (g) SCHOETTG.

(g) Plura vide apud Raphelium in adnotationibus Xenophonteis ad Petri epist. II, cap. I, 5. MICH.

(h) Deest etiam haec praepositio in illis locutionibus apud Aristophanem in Equit. vers. 644:

Digitized by Google

Εἶτ' ἐςεφάνουν μ' εὐαγγέλια.
(Ob) laetum me coronant nuncium.

Ad quem locum recte Bisetus: Τινὲς εὐαγγελία γραπτέον νομίζουσιν. ἀλλ' εἰ μὲν γράφῃς εὐαγγέλια, ἔλλειψις ἔσαι τῆς διὰ προθέσεως, διὰ τὰ εὐαγγέλια, διὰ τὴν καλὴν κἀγαθὴν ἀγγελίαν. Apud Aelianum in Var. Hist. VIII, 7. θύειν τοὺς γάμους. LEISN.

407 * Omittitur etiam in ὅ, quod est pro δι' ὅ. Apollonius Rhodius Argonauticorum L. I, 205: Ὅ καὶ μεταρίθμιος ἦεν Πᾶσιν ἀριςήεσσιν: Quapropter etiam inter principes numerabatur. Euripides in Alcest. vers. 764: Ἀποιμώζων ἐμὴν Δέσποιναν, ὅ μοι πᾶσί τ' οἰκέταισιν ἦν Μήτηρ: ad lugendam dominam, quia mihi omnique familiae matris loco fuit. [Recte editur: ᾗ μοι. Bernholdi lectionem ipsum metrum falsitatis convincit. SCHAEF.] Idem statuendum de τὸ, quod pro ὅ dicitur. Aratus Φαινομ. vers. 27: Τὸ δὴ καλέονται ἅμαξαι: Quapropter currus vocantur.

Idem sentiendum de ὅπερ. Hecataeus Milesius [imo Diodorus Siculus, cuius v. Eclog. T. II. p. 543. in. SCHAEF.] de Iudaeis: Καταλελύσθαι συνέβαινε τὰς πατρίους τῶν Θεῶν τιμάς. Ὅπερ οἱ τῆς χώρας ἔγγενεῖς ὑπέλαβον, ἐὰν μὴ τοὺς ἀλλοφύλους μεταςήσωνται, etc. Sine ἐλλείψει obscurior est locus, quam non animadvertit Latinus, quicunque ille fuit, interpres, illa sic reddens: Quod incolae, nisi alienigenas dimitterent, malorum iudicium fore suspicati sunt. Mihi toto coelo haec interpretatio videtur ab historici sententia distare. Rectius omnia et facilius procedent, si tenueris ἔλλειψιν. Igitur si scripseris: Δι' ὅπερ οἱ τῆς χώρας ἐγγενεῖς ὑπέλαβον, recte cohaerebit quod sequitur: κρίσιν οὐκ ἔσεσθαι τῶν κακῶν: quare existimarunt indigenae, nisi fuerint e terra dimissi advenae, non fore rectum de mali origine iudicium. BERNH.

408 E.

ΕΙΣ, In, Ad.

Ellipsis praepositionis εἰς post verba motum ad locum significantia usitata satis est Graecis, magis tamen poëtis, quam prosae scriptoribus. Homerus Odyss. III. vers. 278:

Digitized by Google

Ἀλλ' ὅτε Σούνιον ἱρὸν ἀφικόμεθ', ἄκρον Ἀθηνῶν.
Sed cum Sunium sacrum pervenimus, promontorium Atheniensium.

Eodem libro:

— — — — Μαλειάων ὄρος αἰπὺ
Ἵξε θέων.
— — — Malearum montem excelsum
Pervenit currendo.

In quibus Σούνιον pro εἰς Σούνιον, et ὄρος pro εἰς ὄρος.

* Hanc ellipsin Graecorum imitantur quoque Latini, quando nominibus provinciarum non addunt praepositiones, quas tamen ars exigit; uti Servius habet ad Virgilii Aeneid. L. I. v. 6.

Italiam fato profugus Lavinaque venit
Littora.

pro ad Italiam. vid. Diomedes Grammat. p. 445. Idem Eclog. I. 65. 66.

At nos hinc alii sitientes ibimus Afros,
Pars Scythiam et rapidum Cretae veniemus Oaxen.

Sic ipse Cicero pro L. Manil. c. 12. Qui Siciliam adiit — inde Sardiniam cum classe venit. SCHWEB.

Sic Iliad. A. vers. 322: Ἔρχεσθον κλισίην, pro εἰς κλισίην, (ad) tentorium. et Iliad. Ξ. Τόδ' ἱκάνεις, i. e. εἰς τόδε τὸ χωρίον ἱκάνεις, in hunc locum venis, duplici Ellipsi. Iliad. P. vers. 114: — ἵκετο ἔθνος ἑταίρων, pro εἰς ἔθνος. Euripides in Med. vers. 1143: Στέγας γυναικῶν σὺν τέκνοις ἅμ' ἐσπόμην: Simul tuos filios comitabar in conclave mulierum. ubi Scholiastes: Λείπει δὲ ἡ εἰς, ἵν' ᾖ εἰς στέγας. Pausanias in Arcad. p. 655: ἐλθόντας τὸ ἱερὸν, pro εἰς τὸ ἱερόν. Aristophanes in Avibus v. 953. pag. 587: Νιφοβόλα πεδία πολύσπορά τ' ἤλυθον, i. e. ut recte ibi Bisetus: εἰς πεδία νιφόβλητα καὶ πολύσπορα: veni in cam- 409
pos nive percussos etc. (a)

Digitized by Google

* Sophocles Oedip. R. v. 1178. *ὡς ἄλλην χθόνα Δοκῶν ἀποίσειν.* Ai. v. 516. *ἡ μοῖρα τὸν Φύσαντά με Καθεῖλεν Ἄιδου θανασίμους οἰκήτορας.* Philoct. v. 141. *σὲ δ', ὦ τέκνον, τόδ' ἐλήλυθε Παῖαν κράτος ὠγύγιον.* Euripides Helen. v. 253. *ὡς Ἀθάναν μόλοιμ' —.* v. 603. *οὐδ' ἀφίξομαι Ἕλληνας, οὐδὲ πατρίδα τὴν ἐμὴν ποτε.* Herc. fur. v. 407. *Τὸν ἱππευτάν τ' Ἀμαζόνων ϛρατὸν — — Ἔβα.* Vid. Brunck. ad Aristophan. Nub. v. 30. SCHAEF.

Sic quando *εὐθὺ* vel similis vox cum casu secundo occurrit, subaudienda est praepositio *εἰς*, cum *χωρίον*, *τόπον*, *οἶκον* vel *αὐλάς*. E. gr. *Χώρει εὐθὺ τῆς σωτηρίας*, pro *εὐθὺ εἰς χωρίον τῆς σωτηρίας*: Abi recta ad salutis locum. Lucianus in Bis Accus. *Εὐθὺ τοῦ Ἀρείου πάγου*: Recta ad Areopagum, pro *εὐθὺ εἰς τόπον τοῦ Ἀρείου πάγου.* Aelianus in Var. Hist. IX, 18: — — *ἥδιον ἂν τὴν ἑτέραν ἦλθον τὴν εὐθὺ τοῦ Ἅιδου*: libentius alteram ingrederer, quae recta (ad) inferos duceret. Plenus sermo esset: *ἥδιον ἂν κατὰ τὴν ἑτέραν ὁδὸν ἦλθον τὴν ἄγουσαν εὐθὺ εἰς οἶκον τοῦ Ἅιδου.* [Quam plenam locutionem legimus Matth. c. VII. 13. 14. SCHWEB.] Pari modo *ἔρχεσθαι* vel *ἀφικνεῖσθαι εὐθὺ τοῦ Διὸς*, ut Comicus in Pace, pro *εὐθὺ εἰς τοῦ Διὸς οἶκον* vel *αὐλὰς*, ut paulo post in eadem fabula, p. 634:

Ὀρθῶς χώρει Διὸς εἰς αὐλάς.
Recta incede ad Iovis aulas.

Ex quo loco docemur, supplendam hoc modo semper ellipticam illam loquutionem, qua post verbum motus ponitur *εὐθὺ* cum casu secundo.

Porro (b) quum duo accusativi adduntur verbis activis et mediis, alter horum pendet a praepositione *εἰς*, ut: *Αἰτιῶμαί σε ταῦτα*, accuso te harum rerum, pro *εἰς ταῦτα.* Praepositione enim ibi destituitur accusativus rei. *Λέγω σε κα-*

Digitized by G

κὰ, maledico tibi. [Hanc Graecorum constructionem aliquoties imitatur Petronius, e. g. cap. LIX. Cave maiorem maledicas. c. XCVI. Maledic illam versibus. c. LXXIV. Maledicere Trimalchionem coepit. Est enim revera in hisce ellipsis praepositionis in vel adversus, Gr. *εἰς*, ac plena ita est locutio: male dicere in aliquem. SCHWEB.] Aristophanes in Pluto v. 73. pag. 9: *Κακόν τί μ' ἐργάσεσθε*: aliquod mihi dabitis malum. et paullo post: *Ὁ Ζεύς με ταῦτ' ἔδρασεν*: Iupiter mihi haecce fecit. et alibi: *Οἷα τοὺς ἄλλους δράσῃς*, quaecunque aliis feceris. In quibus praepositione destituitur accusativus personae: nam pro *δρᾷν τινά τι* integre dicitur, *δρᾷν τι εἰς τινὰ*, quemadmodum Sophocles alibi dixit — — *εἰς οὕς τ' ἔδρων*, et quibus facerem. Matth. c. XXVI, 10. *ἔργον γὰρ καλὸν εἰργάσατο εἰς ἐμέ.* (c)

* Pro *εἰς* reperitur etiam in hac locutione *περί*. Sic apud Lucianum T. I. p. 121. *οὐδὲν ἔτι τοιοῦτον ὁ Τίμων ἐργάσεται περί σε.* SCHWEB.

Praeterea *ἡ εἰς* cum articulo *τὸ* saepe ante Infinitivum subintelligitur, ut in Evang. Lucae cap. IX, 2: *Καὶ ἀπέστειλεν αὐτοὺς κηρύσσειν*, i. e. *εἰς τὸ κηρύσσειν*, misitque eos (ad) praedicandum. (d) Pausanias in Atticis: *Ἦν Ἀριστίων Ἀθηναῖος, ᾧ Μιθριδάτης πρεσβεύειν ἐς τὰς πόλεις τὰς Ἑλληνίδας ἐχρῆτο.* h. e. *εἰς τὸ πρεσβεύειν.* Erat Aristion Atheniensis, quo utebatur Mithridates legato, quem mitteret ad urbes Graecas. Comicus in Nubibus p. 189: *Νῦν μὲν γὰρ ἰδεῖν* etc. ubi Scholia: *λείπει εἰς τὸ ἰδεῖν.* (e)

Denique multis in aliis accusativis deficit haec praepositio, ut *τί*; quid? pro *εἰς τί*; ad quid? *τί χρή*; quid opus est? Plene *εἰς τί χρή*; quemadmodum dixit Maximus Tyrius Dissert. XXI. *Ἐς*

Digitized by Google

τί χρὴ λέγειν; Quid attinet dicere? Τέλος, pro εἰς τέλος, tandem, apud Xenophontem et alios. (f) [Ἐς τελευτὴν Hom. Hymn. in Bacch. v. 29. SCHAEF.]

Passim ante χάριν, ut οὗ, ἐκείνου χάριν, cuius, illius gratia, pro εἰς οὗ et εἰς ἐκείνου χάριν. Aeschylus in Persis: Ἔρεσσ', ἔρεσσε, καὶ ξέναζ' ἐμὴν χάριν, i. e. εἰς ἐμὴν χάριν, Re-
411 miga, remiga, et geme meam in gratiam. Comicus in Acharn. pag. 428: Ἀλλ' ἑψόμεθα τὴν σὴν χάριν: Sed sequemur (in) tuam gratiam. ubi Scholia: Λείπει ἡ εἰς πρόθεσις, ἵν' ᾖ, εἰς τὴν σὴν χάριν. Themist. Or. IV. p. 109: ἐπειδὴ ξυνήκετε ἐμὴν χάριν. Sic alibi βουλῆς χάριν, subintell. εἰς, (in) gratiam senatus. [Vid. Iac. Iust. Scholten. Specim. Hermeneut. de divers. significat. vocis χάρις in N. T. (Praes. Ioh. Heringa. Trai. ad Rh. 1805.) p. 157. SCHAEF.] Ἀρχὴν, pro εἰς ἀρχήν. Pausanias Lacon. 246: Τοῦτον δὲ οὐδὲ τὴν ἀρχὴν προσίεμαι, hunc prorsus non admitto. [vid. Sext. Empirici Hypotyp. I, 14. II, 6. Ioann. evang. c. VIII, 25.] Idem addidit p. 274: οὕτως οὐδὲ ἐγχωροῦν ἐστιν ἐς ἀρχήν: omnino non convenit. [Facius ἐς Codicis auctoritate delevit. Bene. SCHAEF.] (g)

Deest etiam in sequentibus, ut apud Thucydidem Lib. II. Ἐκείνῃ τε, ἐγγὺς οὔσῃ, τὰ πλείσου ἄξια ἐχρῶντο, pro εἰς τὰ πλείσου ἄξια: Illo (fonte), quia propinquus erat, (ad) res maximi momenti utebantur. Eodem libro: Ἃ γὰρ πόλιν ὕμνησα: Quae enim (in) urbem cecini. Recte ibi Scholia: ἃ εἰς τὴν πόλιν ὕμνησα. (h)

Homerus Iliad. I: Τίς ἄν τάδε γηθήσειε; Quis hisce laetaretur? ubi Eustathius: Κατὰ ἔλλειψιν ἔφρασε προθέσεως, οἷον τίς ἂν εἰς τάδε ἢ κατὰ τάδε γηθήσειε; [Vid. supra in Ellipsi Nomi-

Digitized by Google

num v. Ἀκούων et Ἰδών. SCHAEF.] Comicus in Nubib. pag. 185: Ἢν τοῦτο νικηθῇς ἐμοῦ: Si (in) hoc victus fueris a me. Ad quem locum Scholia: Λείπει ἡ εἰς. ἵνα ᾖ, εἰς τοῦτο. δύο προθέσεων ἐλλείψεις. ἀντὶ τοῦ, εἰς τοῦτο νικηθῇς ὑπ' ἐμοῦ. Et in Equitibus v. 765. pag. 334:

— — διαπρισθείην, διατμηθείην τε λέπαδνα.
— — dissecer, discindarque (in) lora.

Ubi Scholia iterum: Λείπει δὲ ἡ εἰς, ἵν' ᾖ, εἰς λέ- 412
παδνα. (i) [Omnino verba dividendi saepius sic struuntur. Homer. Hymn. in Mercur. v. 128. ἔσχισε δώδεκα μοίρας. Euripides Hel. v. 417. ναῦς δὲ πρὸς πέτρας Πολλοὺς ἀριθμοὺς ἄγνυται ναυαγίων. In Herodoto II. c. 147. Codicum auctoritate edidi δυώδεκα μοίρας δασάμενοι Αἴγυπτον πᾶσαν. Plutarchus Vit. Parall. T. I. p. 643. εἰς ὀκτὼ μέρη διελὼν τὸ πᾶν πλῆθος. Reiskius: „praepositionem de meo addidi.“ reprehensus ideo, idque iure, a Viro Docto in *Philolog. Bibliothek* III. B. 6. St. p. 495. (Diodorus Sic. XVIII. c. 29. διέγνωσαν τὰς δυνάμεις εἰς δύο μέρη διελεῖν. Non mirer, si suspiceris, praepositionem ex ultimis literis vocis praegressae natam esse.) Add. Valckenar. ad Herodot. p. 558, 60. Morus ad Xenophont. Histor. Gr. I, 7, 10. p. 47. Zeun. ad Cyropaed. I, 2, 5. Fischer. ad Weller. III. 1. p. 444. s. SCHAEF.]

(a) In vocabulo καιρὸν, quod Euripides habet in Hel. vers. 486:

Καιρὸν γὰρ οὐδὲν ἦλθες.
Opportune iam non venisti.

Ubi dicendum fuit εἰς καιρόν. Εἰς καιρὸν autem dici a Graecis, vel tirones norunt. E. g. id. in Hel. v. 1087: Εἰς καιρὸν ἦλθε. Et in Herc. Fur. v. 701: Εἰς καιρὸν οἴκων Ἀμφιτρύων ἔξω περᾷ. BERNH.

(b) Ni fallor, huc quoque pertinent loquutiones, καλῶς vel κακῶς λέγειν vel ἐρεῖν τινα. Item καλῶς vel κακῶν ποιεῖν τινα. vide Lucam in Actis Apostol. c. XXIII, 5. in evangel. c. VI, 26. Matthaeum in evangel. c. V, 44. Item λέγειν τινὰ, simpliciter, Ioan. evang. c. VI, 71.

Digitized by Google

Septuaginta in Proverb. c. XXIV, 24: ὁ εἰπὼν (εἰς) τὸν ἀσεβῆ, δίκαιός ἐσιν. Ioann. epist. III, vers. 10: φλυαρῶν ἡμᾶς. MICH.

(c) Matthaeus in evang. c. XXVII, 22: τί οὖν ποιήσω Ἰησοῦν; Septuaginta in Exod. c. XXII, 30: οὕτω ποιήσεις τὸν μόσχον σου, ex Hebraico כֵּן תַּעֲשֶׂה לְשֹׁרֶךָ. cap. XXIII, 11: οὕτω ποιήσεις τὸν ἀμπελῶνά σου. MICH.

413 (d) Scilicet Graeci, ubi finem vel caussam innuunt, usurpant saepe simpliciter Infinitivum pro Gerundio Latinorum, et omittunt vel εἰς τὸ, vel πρὸς τὸ, vel ἕνεκα τοῦ, vel περὶ τοῦ. Plures eiusmodi locos collegit Iensius in Epistola ad I. G. Graevium, Lectionibus Lucian. subiuncta pag. 406. Ita ex Latinis Ennius I. Annal. Ecquis exstiterit Romae regnare quadratae, i. e. πρὸς τὸ βασιλεύειν. conf. Lucretius L. III, 908. LEISN.

(e) Omittitur etiam a Luciano et aliis in verbo ὁρᾶν, pro affectare, cupere, sectari. Lucianus in Hermot. Οὐ γὰρ οὔτε χρυσίον ἔτι, οὔτε δόξαν ὁρῶσιν etc. Neque enim amplius aurum, neque gloriam sectantur. Ita videre sumitur apud Livium L. II, 22. Saepe εἰς additur. Theophrastus περὶ κολακείας: ἐνθυμῆ, ὡς ἀποβλέπουσιν εἰς σὲ οἱ ἄνθρωποι. Cleanthes apud Clementem Alexandrinum L. V. Stromaton: Ἀνελεύθερος πᾶς, ὅςις εἰς δόξαν βλέπει. Itaque Brodaeus Misc. IX, 13. perperam apud Lucianum in de Mercede conduct. pro τὸν ἃ μὴ θέμις ὁρῶντα, legi vult, τὸν εἰς ἃ μὴ θέμις ὁρῶντα. Vid. Iensii Lect. Lucian. L. I, 10. p. 112. Clericus ad Genes. IV, 4. Graeci etiam dicunt ὑβρίζειν τινὰ, pro εἴς τινα, contumelia afficere aliquem. Demosthenes in Midiana: ἐάν τις ὑβρίζῃ ἢ παῖδα, ἢ γυναῖκα, ἢ ἄνδρα
414 τῶν ἐλευθέρων, ἢ τῶν δούλων etc. Sed saepe additur εἰς. Aristophanes Plut. v. 900. ὑβρίζειν εἰς ἐμέ. Plura suppeditabit Spanhemius ad h. l. LEISN.

(f) Ἔνδειγμα, 2 Thessal. I, 5. μάτην, pro εἰς μάτην, in vanum, frustra. Matth. c. XV, 9. Marc. c. VII, 7. coll. Septuaginta in Ierem. c. IV, 30. c. VIII, 8. MICH. Videtur μάτην pro accusativo habuisse. εἰς μάτην legas in Luciani Tragoedopod. v. 28. 240. et in Schol. ad Aristophan. Plut. v. IIII. SCHAEF.

(g) Quam saepe interpretes, interque eos Tanaqu. Faber et Angelus Politianus in explicatione huius voculae ἀρχὴν offenderint, ostendit Iensius Lect. Lucian. III, 8. p. 352. [Iohann. c. VIII. v. 25. Τὴν ἀρχὴν ὅτι καὶ λαλῶ ὑμῖν. cf. Fabricii not. ad Sext. Empiric. p. 26. SCHWEB.] Supprimit hanc praepositionem etiam Lucianus in Demosth.

Digitized by Google

Encomio: μηδ' ἣν ἐμαυτὸν ἔταξα τάξιν, λιπὼν etc. Supple εἰς, ut sit: εἰς ἣν ἐμαυτὸν etc. Supplet Epictetus cap. 29. τῶν δὲ βελτίζων σοι φαινομένων οὕτως ἔχου, ὡς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεταγμένος εἰς ταύτην τὴν τάξιν. LEISN.

(h) Thucydides I, 15. Καὶ ἐκδήμους στρατείας πολὺ ἀπὸ τῆς ἑαυτῶν ἐπ' ἄλλων καταστροφῇ οὐκ ἐξήεσαν οἱ Ἕλληνες: Nam Graeci in regiones a suis finibus valde remotas, aliorum subigendorum caussa, nullas expeditiones tunc faciebant. ubi Schol. ἐξήεσαν] ἐξιόντες ἐποίουν, ut verbum ἐξήεσαν in duo vocabula resolvat, quod opus non est, si ellipsis praepositionis εἰς admittitur. LEISN.

(i) Vide ibi Kusterum ad vers. 765. Item in formula ἡμέραν ἐξ ἡμέρας, quod integrum est, ἐξ ἡμέρας εἰς ἡμέραν, de die in diem. Petrus epist. II. c. II, 8: Ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ψυχὴν δικαίαν ἀνόμοις ἔργοις ἐβασάνιζον. (k) SCHOETTG. 415

(k) In notissima dictione μένειν τὴν ἡμέραν vel χρόνον, quod est exspectare diem vel tempus, deest εἰς. Euripides in Phoen. v. 1631:

Καὶ παρθενεύου, τὴν εἰσιοῦσαν ἡμέραν
Μένουσα.
Virgineo maneto habitu, exspectans venientem diem.

Quo loco manifestum est, εἰς a Tragico fuisse omissum, quod verbo iam adhaereret eadem praepositio. Male enim sonaret, εἰς τὴν εἰσιοῦσαν ἡμέραν. BERNH.

ΕΚ, Ex.

Praepositio ἐκ in multis subaudienda relinquitur, id quod ignorantes Grammatici, multas inanes finxere regulas, nimirum: Verba et adiectiva copiae etc. partitiva et superlativa, nec non verba, quae partem substantiae alicuius significant, genitivum adsciscere; materiam quoque, e qua aliquid fit, poni in genitivo. Quae regulae omnes falsae sunt: [Non puto. Magnam partem optime habent. SCHAEF.] nam pendent genitivi illi a praepositione ἐκ subintellecta, quae saepius etiam addita reperitur. Videamus singula.

Quod attinet ad verba copiae, (l) in genitivis, qui illis adduntur, subauditur praepositio ἐκ. V. gr.

Digitized by Google

in Evang. Ioann. cap. II. 7. *Γεμίσατε τὰς ὑδρίας*
416 *ὕδατος*: Implete hydrias aqua. integre: *ἐξ ὕδατος*. Matth. c. XXII, 10. *Ἐπλήσθη ὁ γάμος ἀνακειμένων*. plene: *ἐξ ἀνακειμένων*. Completae sunt nuptiae accumbentibus. Hanc autem praepositionem in hisce subaudiri, planum fit ex eo, quod nonnunquam addita occurrat. Sic (m) Matth. c. XXIII, 25. — — — *ἔσωθεν δὲ γέμουσιν ἐξ ἁρπαγῆς καὶ ἀκρασίας*: intus autem plena sunt rapina et intemperantia. (n) Ioannes in Evang. cap. XII, 4: *Ἡ δὲ οἰκία ἐπληρώθη ἐκ τῆς ὀσμῆς τοῦ μύρου*: Domus autem repleta fuit odore unguenti. Et in Apocalypsi VIII, 5: *Καὶ εἴληφεν ὁ ἄγγελος τὸν λιβανωτὸν, καὶ ἐγέμισεν αὐτὸν ἐκ τοῦ πυρὸς τοῦ θυσιαστηρίου*: Deinde sumsit angelus thuribulum, et altaris igne replevit. Et Euripides Ion. 1194: *ἐκ δ' ἐπίμπλαμεν δρόσου Κρατῆρας ἱεροὺς, Βιβλίνου τε πώματος*. [Bosium Wakefieldius sequitur. Ego non sequar: *ἐκ* enim iungendum verbo *ἐπίμπλαμεν*, a quo per tmesin quam dicunt separatum est. Vid. Valckenar. ad Euripid. Hippol. v. 934. SCHAEF.] (o)

* Genitivum cum eiusmodi verbis et adiectivis copiae iunctum, non ab ipso verbo, sed suppressa praepositione *ἐκ* pendere, exinde patet, quod eadem cum Dativis quoque iuncta reperiuntur. Sic apud Diodor. Sicul. L. IV. p. 283. A. *Δένδρεσι παντοίοις πεπληρῶσθαι*. Et L. V. p. 318. D. *Πλατάνων καὶ δάφνης καὶ μυρσίνης ἔρνεσι καταγέμει*. Ellipticam Graecorum constructionem imitatus videtur Virgilius L. I. Aeneid. v. 219.

Implentur veteris Bacchi pinguisque ferinae.

Latino enim more usitatius dicitur: veteri Baccho pinguique ferina. SCHWEB.

In illis, quae partem substantiae designant, etiam subauditur *ἐκ*, vel, si mavis, *μέρος*

Digitized by Google

τι ἐκ. Sic ἐσθίειν κρεῶν, ἄρτου: πίνειν οἴνου, ὕδατος, supple ἐκ κρεῶν etc. (p) [Aristophanes Nub. v. 272. εἴτ' ἄρα Νείλου προχοαῖς ὑδάτων χρυσέης ἀρύτεσθε πρόχουσιν. (Heteroclitam hanc dativi formam legas etiam, libris consentientibus, in Euripid. Ion. v. 447. ubi Musgravius: „Barnesius sine causa προχόοισιν. Sic recte iudicat Piersonus ad Moerid. v. πρόχους." Sic χόας habet Nicarchus XXII. v. 1. Vindicandum πλοὸς Xenophonti Ephesio p. 26, 6. et p. 113, 9. πλοῖ p. 67, 10. Fallitur Locella. In Thoma Mag. p. 786., cuius mentem Interpretes non ceperunt, bene Cod. A. ῥοός.) Rectius, opinor, hunc locum interpretatus est Wakefieldius ad Ion. v. c. iungens ὑδάτων ἀρύτεσθε „pro ἐξ ὑδάτων, vel τι ὑδάτων", quam Brunckius iungens προχοαῖς ὑδάτων Νείλου. Add. Philemonis Grammatici locum in Boisson. Adnotat. in Philostr. p. 298. Munker. ad Anton. Liber. p. 88. Verh. — Euripides Troad. v. 298. εἶτα τὰς εἰλεγμένας Καὶ τοῖσιν ἄλλοις αἰχμαλωτίδων ἄγω. Musgravius: „αἰχμαλωτίδων. Ita recte MS. Flor. Sic Homerus Ἀδρήϛοιο δ' ἔγγμε θυγατρῶν, Iliad. Ξ'. v. 121. vid. et Med. v. 1118. Iph. in Taur. v. 1208. Plutarchus: τῶν ὑπατικῶν Ὀϛίλιον ἀπεκρούσατο. Parallel. p. 472. Ed. H. Steph." SCHAEF.] Λαμβάνεσθαι, κρατεῖν, ἕλκειν, κρεμᾷν, τυγχάνειν τινὸς, (q) supple ἐκ. Aristophanes in Lysistr. p. 882: Τοῦ σκέλους λαβὼν ἡμᾶς τις, pro ἐκ τοῦ σκέλους: Crure quis nos prehendens. Homerus in Iliad. Γ. κόρυθος λάβεν ἱπποδασείης. Marcus evang. c. IX, 27: Ὁ δὲ Ἰησοῦς κρατήσας αὐτὸν τῆς χειρὸς, i. e. ἐκ τῆς χειρός: Iesus vero prehensa eius manu. Ἕλκει σε ῥινὸς, pro ἐκ ῥινὸς, trahit te naso. Λύκον τῶν ὠτῶν κρατῶ, i. e. ἐκ τῶν ὠτῶν, lupum auribus teneo. Aelianus Var. Hist. XI, 5. — — ἐνέβαλον τῶν ἱερῶν χρημάτων, pro τι ἐκ τῶν ἱερῶν χρημάτων: Iniecerunt

417 quaedam (ex) rebus sacris. Xenophon Κύρ. Παιδ. II, 12: Καὶ τοῖςδε τοῖς φίλοις τούτου τοῦ ὀλίγου ἀξίου, γέλωτος ἐπιδαψιλεύσῃ. i. e. τι ἐκ τούτου. Et hisce amicis largieris aliquid e risu, re vili. Longus in Pastoral. IV. p. 147. κρατήσας ἐκ τῶν κεράτων.

Sed exemplorum huius farinae satis est. Unicum tantum addam ex Luciano, in quo integre λαμβάνεσθαι ἐκ τινὸς dicitur, nimirum in Asino p. 93. Λαμβάνεταί μου ἐκ τῆς οὐρᾶς: Cauda me prehendit. (r) Ex quo loco discimus rationem (s) supplendi similes loquutiones defectivas. (t)

* Homerus Odyss. XVIII. v. 100. εἵλκε δι' ἐκ προθύροιο, λαβὼν ποδός. Aristophanes Equit. v. 365. ἐγὼ δέ γ' ἐξέλξω σὲ τῆς πυγῆς θύραζε κύβδα. (conf. Porson. ad Euripid. Orest. v. 1234.) ubi v. Brunck. Aesopus CXXVIII, 2. ἄρας αὐτὸν τῶν σκελῶν. ubi al. ἐκ τοῦ σκέλους ἄρας αὐτόν. Sic Antoninus Liber. XII. ἀναψάμενος ἐκ τοῦ σκέλους. Aliter Diodorus Sicul. XVII. c. 35. extr. ἦγον δ' αὐτὰς, οἱ μὲν ἀπὸ τῆς κόμης ἐπισπώμενοι τὰς ἠτυχηκυίας, κ. τ. λ. Lucianus T. I. p. 871. οἰχήσεταί σε ἀπὸ τῶν ὤτων ἀναδησάμενος. SCHAEF.

Materia, e qua aliquid fit, quum genitivo exprimitur, (u) suppressam habet praepositionem ἐκ, ut πεποίηται λίθου, factum est e lapide. Lucianus Philopseude p. 497. Σιδήρου πεποιημένος, e ferro factus. Anacreon: Σελίνου ςέφανος πένθιμός ἐςι: Corona (ex) apio lugubris est. Thucydides: ἐν ταρσοῖς καλάμου, in fiscellis (ex) arundine. Additur ἐκ apud Lucianum in Hermotimo p. 534: — καὶ ὁ μὲν ἐκ χαλκοῦ, ὁ δὲ ἐκ χρυσοῦ: — et alius ex aere, alius ex argento. Theophrastus: Τὰς τριήρεις ἐκ κέδρου ποιοῦσι: Triremes e cedro fa-

Digitized by Google

ciunt. Vid. Budaeum Comment. ling. Graecae p. 995. (x)

* Sic Latini quoque modo expressa, modo suppressa praepositione loquuntur. Posterioris rationis exempla aliquot proferemus. Sueton. August. c. XXV. Et quidquid auro argentoque constaret. vid. Burmannum ad h. l. qui observat, Plinium, Quinctilianum aliosque eius aevi scriptores omisisse praepositionem ex, quam veteres ad vitandam ambiguitatem addere amarunt. Sic Petronius c. LXX. Attuli illi Roma munus cultros Norico ferro. Nepos II. 11. 2. Ut ea pecunia classis centum navium aedificaretur. Plene foret: ex ea pecunia. SCHWEB.

Sunt praeterea varia alia verba, quibus additur casus genitivus, qui pendet ab eadem praepositione subaudita, ut *ἀκούειν* (y), *παύεσθαι*, *ἀπολαύειν* etc. Sic Lucas in Actis Apost. I, 4: *Τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πατρὸς, ἣν ἠκούσατέ μου*, pro *ἐξ* 418 *ἐμοῦ*: Promissionem patris, quam audivistis (ex) me. Lucianus Hermot. p. 512: *Ταῦτα δὲ Μίδου ἤκουσα τοῦ οἰκέτου*: Hoc (ex) Mida servo audivi. Idem in Abdicato p. 712: *Τὸ πᾶν ἤκουσε τῶν παρόντων*: Omnia (ex) praesentibus audivit. [Philostratus Her. p. 28. Boisson. *καὶ σὺ γὰρ πάππου μέν τοι* (l. *τι*) *ἀκηκοέναι φῂς, καὶ ἴσως μητρὸς ἢ τίτθης, σεαυτοῦ δὲ ἀπαγγέλλεις οὐδέν.* Editor p. 352. „*σεαυτοῦ δὲ ἀπαγγέλλεις οὐδέν.* Potest *ἐκ* subaudiri, expressum Sophocli El. 344. — *κοὐδὲν ἐκ σαυτῆς λέγεις.*“ SCHAEF.] Possis quoque subaudire *παρά*: nam utriusque praepositionis additae exempla passim occurrunt. Sic (z) *ἔχεσθαί τινος*, adhaerere alicui, vel, pendere (ab) aliquo, pro *ἔχεσθαι ἐκ τινός.* Comicus Plut. v. 101. pag. 12: *Πολλῷ μᾶλλον ἐξόμεσθά σου*: Multo magis tibi

adhaerebimus. Hebr. VI, 9: Ἐχόμενα σωτηρίας, saluti adhaerentia, in quibus supp. ἐκ.

* Sic ad Philipp. c. I. v. 23. Συνέχομαι ἐκ τῶν δύο. Pendere autem in v. ἔχεσθαι Genitivum a subintellecta praepositione, probare possunt exempla, in quibus Dativus quoque huic verbo iunctus conspicitur. Sic Lucianus T. I. p. 599 Ὁρῶν δὲ πολλοὺς οὐκ ἔρωτι Φιλοσοφίας ἐχομένους. Cf. etiam de hac voce Barnesium ad Iliad. Z. v. 129. SCHWEB.

Παύεσθαι τῆς ὀργῆς, pro ἐκ τῆς ὀργῆς, cessare (ab) ira. Plenius dixit Ioannes in Apocal. c. XIV, 13: Ἵνα ἀναπαύσωνται ἐκ τῶν κόπων αὐτῶν, ut requiescant a laboribus suis. (aa)

* Sic Homerus Iliad. O. v. 235. Ἀναπνεύσωσι πόνοιο. SCHWEB.

Ἀπολαύειν τινὸς, commodum percipere (ex) aliqua re. Plene ἐκ τινὸς, quo modo locutus est Isocrates in Panegyr. Πολλάκις πλεῖζον ἀγαθὸν ἀπολαύομεν ἐκ τῶν κινδύνων: Saepe plurimum boni percipimus ex periculis. Et Dionysius Halicarnasseus L. VI. pag. 343: Ῥωμαίους οὐδὲν ἀπολαύσειν ἐκ τῆς τριβῆς τοῦ χρόνου: Romanos nihil accepturos commodi e temporis mora. Possis in hoc etiam subaudire ἀπὸ, quae praepositio additur a Luciano in Mortuor. Dialog. Euripide in Elect. 1206:

Κατεῖδες, οἷον ἁ τάλαιν' ἑῶν πέπλων
Ἔβαλεν, ἔδειξε μαζὸν ἐν Φοναῖς; (bb)

In genitivis, qui adduntur adiectivis copiae, itidem reticetur ἐκ, ut Matth. cap. XXIII,
419 21. Ἔσωθεν δὲ μεστοί ἐστε ὑποκρίσεως καὶ ἀνομίας: Intus autem referti estis simulatione et iniquitate, pro ἐξ ὑποκρίσεως.

Partitivis (cc), ut δυοῖν θάτερον, pro ἐκ δυοῖν, e duobus alterum. Οὐδεὶς ἀνθρώπων, pro ἐξ ἀνθρώπων. Τῶν ἀνδρῶν οἱ καλοὶ καὶ ἀγαθοὶ, i. e. ἐκ τῶν ἀνδρῶν. Isocrates: Οἱ εὐφρο-

Digitized by Google

νοῦντες τῶν ἀνθρώπων, plene, ἐκ τῶν ἀνθρώπων. In hisce enim e genere eximitur species. (dd)

* Plena pariter atque elliptica locutio occurrunt Actor. c. XVII. 12. Πολλοὶ μὲν ἐξ αὐτῶν. et sub finem versus ἀνδρῶν οὐκ ὀλίγοι. [Philemo Lexicographus (Boisson. ad Philostrat. p. 298.): Οἱ χαρίεντες τῶν ἀνθρώπων, λείπει ἡ ἀπό. Apollodorus Bibl. II, 7, 2. παραλαβὼν ἐθελοντὰς τῶν ἀστῶν ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἀριζέων. Heynius: „τῶν ἀζῶν vitio natum suspicor ex ἀριζέων, et propterea in pr. ed. uncinis incluseram." Solum ἀζῶν uncinis includendum erat, ortum illud, cum negligentia librariorum αζτων iteraret. SCHAEF.] Hanc Graecorum ellipticam loquendi rationem secuti sunt quoque Romani scriptores. Sic Velleius Paterculus L. II. c. 80. Non ab Scipionibus aliisque veteribus Romanorum ducum cet. Livius L. XXX. c. 9. Cum omni Romano et Numidico equitatu expeditisque militum. Horatius L. III. Od. XIII. v. 13. Fies nobilium tu quoque fontium. Hasce antiquae elegantiae locutiones esse mere Graecas, equidem haud crediderim dubitari posse. Romani scriptores loco genitivi saepius ponunt de vel ex. Sic e. g. Εἷς τῶν πολλῶν Graecis per ellipsin praepositionis ἐκ dicitur homo, qui in nullo est honore ac numero. Hanc locutionem Graeco more si exprimamus, aeque recte dicimus unus multorum; ac Nepos I, 1. §. 1. habet unus omnium. Pro eo vero Cicero de Finib. L. II. c. 20. Tenuis L. Virginius, unusque de multis. Et Plinius L. I. ep. III. §. 2. Unus ex multis. SCHWEB.

* Euripides Orest. v 887. ὃς ἂν δύνηται πόλεος. Porsonus: „Constructio est ὃς ἂν πόλεος, ἐκ subaudito, ut Sophocl. Ai. 1044. Τίς δ' ἔξιν, ὅντιν' ἄνδρα προσλεύσσεις σρατοῦ;" Idem Troad. v. 859. τεκνοποιὸν ἔχουσα τᾶσδε Γᾶς πόσιν. Musgravius: „τᾶσδε γᾶς. Ex hac terra. Sic non-

nunquam Tragici. Sophocles Aiac. v. 427. *οἷον οὐτινα ϛρατοῦ.* Antig. v. 295. *ἄνδρες πόλεως.* Oed. Colon. v. 726. *γᾶς Ἀσίας.* Confer etiam Aiac. v. 1068. et v. 1199.“ Electr. v. 548. *ἀλλ' ἤ τις αὐτοῦ τάφον ἐποικτείρας ξένος Ἐκείρατ', ἤ τῆσδε σκοποὺς λαθὼν χθονός.* Idem vir eximius: „*τῆσδε — χθονός.* Emendat Piersonus *'κ τῆσδε — χθονός.* Verisim. p. 240. Sed non semper adiicitur praepositio in huiusmodi locutionibus.“ SCHAEF.

In Superlativis, ut, *τιμιώτατον πάντων*, scil. *ἐκ πάντων*, ex omnibus pretiosissimum. Addidit Lucianus de Galatea: *Ἐγὼ ἐξ ἁπασῶν ἡ καλλίϛη ἔδοξα*: Ego ex omnibus pulcerrima visa sum. (ee)

Subaudiri denique putamus (ff) *τὴν ἐξ* in genitivis absolutis, consequentiam designantibus, si participium sit temporis praeteriti, ut *πατρὸς θανόντος*, pro *ἐκ πατρὸς θανόντος*, ex vel a patre mortuo, i. e. post patrem mortuum. *Τούτου γενομένου*, plene, *ἐκ τούτου γενομένου*, ex hoc facto, ab hoc facto, i. e. post hoc factum. *Ἐξ* enim Graecis saepe post notat, uti etiam Latinis ex. Dixi, si participium sit praeteriti temporis, quia, quum sit praesentis temporis, praepositionem *ἐπὶ* subintelligendam existimo, quemadmodum in *Ἐπὶ* dicam.

(l) *Γέμω, γεμίζω, πλήθω, ἐμπλήθω, πλήρης, πληρόω, κορέννυμι, ἐμπιπλάω, μεϛός, μεϛόω.* MICH.

420 (m) Lucas in Actis Apostolicis, c. XXVII, 38: *κορεσθέντες τροφῆς.* MICH.

(n) At vers. 27. defective, *γέμουσιν ὀϛέων νεκρῶν.* MICH.

(o) Matthaeus in evang. c. XXIII, 28: *μεϛοί ἐϛε ὑποκρίσεως, καὶ ἀνομίας.* MICH.

* Ad verba incipiendi, velut *ἄρχεσθαι* etc. addendam praepositionem *ἀπὸ* diximus ad *ἀπό*, auctore Apollonii Scholiasta inducti. Sed non minus recte subaudiemus praepositionem *ἐκ*, cuius quidem rationis auctorem habemus Aratum, qui poëma suum, quod *Φαινόμενα* inscripsit, ita orditur:

Digitized by Google

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, τὸν οὐδέποτ' ἄνδρες ἐῶμεν
Ἄῤῥητον.

Ita recte dicetur: ἄρχεσθαι ἔκ τινος, pro usitata dictione ἄρχεσθαί τινος. BERNH.

* Sic etiam expressa praepositione ἐκ utitur Theocritus Id. II. 65. Ἐκ τίνος ἀρξεῦμαι. SCHWEB.

(p) Χορτάζειν ἄρτων, Marc. c. VIII, 4. SCHOETTG.

(q) Ἔχεσθαι. coll. Hebr. VI, 9. ἐχόμενα (ἐκ) σωτηρίας. Vide infra notata sub littera (z). MICH.

(r) Lucas in evang. c. XX, 20: ἵνα ἐπιλάβωνται αὐτοῦ λόγου, pro ἐκ λόγου. Sic vers. 26. MICH.

(s) Eodem fere recidit hoc locutionis genus. Chryso- 421
stomus princ. commentarii in epistolam ad Philemonem: Φιλήμων ἀνήρ τις τῶν θαυμαςῶν, καὶ γενναίων: Philemon vir quidam (erat ex) admirandis et generosis: pro ἐκ τῶν θαυμ. SCHOETTG.

(t) In verbis loci sive ex loco. Euripides in Med. vers. 70. 71:

Ὡς τούσδε παῖδας γῆς ἐλᾶν Κορινθίας
Σὺν μητρὶ μέλλει τῇδε κοίρανος χθονὸς,
Κρέων.

Cum matre liberos Corinthiaca terra eiecturum esse
Creonta, terrae dominum.

Ἐλᾶν γῆς dicitur pro ἐλᾶν ἐκ τῆς γῆς, vel ἐξελᾶν τῆς γῆς. BERNH.

* Eodem modo, suppressa praepositione ex, habet Ovidius Trist. L. III. el. XII. v. 34.

Quid veniat, quaeram, quisve, quibusve locis.

Plene alias: ex quibus locis. SCHWEB.

(u) Sic Septuaginta Interpretes in Genes. c. XLV, 18: δώσω ὑμῖν (ἐκ) πάντων τῶν ἀγαθῶν. MICH.

(x) Conf. Iensii Lect. Lucian. III, 7. p. 344. Addit etiam praepositionem ἐκ Aeschylus in Prometheo 239:

Σιδηρόφρων τε κἀκ πέτρας εἰργασμένος.

Ferreo animo et ex petra effectus.

Pro ἐκ vel ἐξ interdum etiam ἀπὸ suppletur. E. gr. Lucianus in Asino: κλίνη ἦν μεγάλη, ἀπὸ χελώνης Ἰνδικῆς πεποιημένη. LEISN. Vid. Reitz. ad Lucian. T. II. p. 75. 129. Dativo utitur Homerus Odyss. XIX. v. 563. αἱ μὲν γὰρ κεράεσσι τετεύχαται, αἱ δ' ἐλέφαντι. Monui ad Longi Pastor. p. 331. 455. Conf. Bast. Epist. Crit. ad Boisson. p. 48. s. SCHAEF.

Digitized by Google

422 (y) Sic Matthaeus evang. cap. II, 9: *οἱ δὲ ἀκούσαντες τοῦ βασιλέως.* Syrus Interpres integra loquutione expressit: ܗܠܝܢ ܟܕ ܫܡܥܘ ܡܢ ܡܠܟܐ. Illi vero quum audivissent ex rege. MICH.

(z) Κρατέω, *κατέχω.* it. *κρεμᾶν*, suspendere. Septuaginta in Genes. cap. XXII, 13. *Κατεχόμενος* (*ἐκ*) *τῶν κεράτων*, detentus cornibus. Samuelis libro posteriore cap. XX, 9. MICH.

(aa) Potest etiam subintelligi I. Petr. III, 10. *Παυσάτω τὴν γλῶσσαν ἀπὸ κακοῦ.* SCHOETTG.

(bb) In *συμφωνεῖν δηναρίου*, quod Matth. cap. XX, 13. pro *ἐκ δηναρίου* dicitur, ut v. 2. exstat. BERNH.

(cc) Sic Lucas in Actis Apostol. c. XX, 4: (*ἐκ*) *Θεσσαλονικέων δὲ Ἀρίσαρχος.* Conf. et supra sub *τὶς* et *τὶ* a nobis annotata. *Δύο ὑμῶν*, Matth. cap. XVIII, 19. *Εἷς ὑμῶν*, pro *ἐξ ὑμῶν*, coll. Marc. cap. XIV. 18. 20. MICH.

(dd) Eandem praepositionem abesse in comparativis, Euripides monet, qui in Cycl. vers. 249. 250. haec habet:

Τὰ καινά γ' ἐκ τῶν ἡθάδων — —
Ἡδίον' ἐσίν.

Nova et inusitata solitis et quotidianis rebus sunt iucundiora. Quae Graeco more ita proferen-
423 rentur: *τὰ καινὰ τῶν ἡθάδων ἡδιονά ἐσι.* Idem in Hel. vers. 490. BERNH. Mire fallitur. *ἐκ* in loco Euripideo est post, ut Interpretes recte verterunt. SCHAEF.

(ee) In verbo *Φύειν*, quod et progignere est et nasci. Euripides in Oreste vers. 11:

Οὗτος Φυτεύει Πέλοπα, τοῦ δ' Ἀτρεὺς ἔφυ.
Hic Pelopa genuit, (ex) hoc autem Atreus natus.

Et vers. 16:

Ἀτρέως δὲ — — — — —
Ὁ κλεινὸς, εἰ δὴ κλεινὸς, Ἀγαμέμνων ἔφυ.
Ex Atreo autem — — — —
Celebratissimus ille, siquidem ita dicere fas, natus est Agamemnon.

Idem in Phoeniss. vers. 8. 9.

Πολύδωρον ἐξέφυσε. τοῦ δὲ Λάβδακον
Φῦναι λέγουσι.

Addendum autem esse *τὸ ἐξ*, statim declarat Tragicus; pergit enim v. 9.: *ἐκ δὲ τοῦδε Λάϊον.* BERNH. Vid. Dorvill.

Digitized by Google

ad Chariton. p. 15. Euripides Ion. v. 2. *θεῶν Μιᾶς ἔφυσε Μαῖαν.* quod Wakefieldius temere tentavit. SCHAEF.

(ff) In priore de Maccabaeis libro cap. II, 1: *ἱερεὺς τῶν υἱῶν Ἰωαρίβ.* Numeror. XIII, 6. *Ἰησοῦς δὲ — — τῶν κατασκεψαμένων τὴν γῆν.* מִן הַתָּרִים. MICH.

EN, In. 424

Praepositio *Ἐν* saepe supprimitur in ablativis, [Usitata valde haec ellipsis est Graecis in libris, praesertim Comoediis et Tragoediis, citandis; cuiusmodi plurima apud Athenaeum reperiuntur, e. g. *Εὔπολις Αἰξὶν*, *Κρατῖνος Μαλθακοῖς*, *Εὐριπίδης Φαέθοντι.* Antoninus Liberal. c. XI. *Ἰσορεῖ Βοῖος Ὀρνιθογονίᾳ.* sub. *ἐν Ὀρνιθ.* Id. c. XX. *Σιμμίας ὁ Ῥόδιος Ἀπόλλωνι.* sub. *ἐν Ἀπόλλ.* Id. c. XXXV. *Ξάνθιος Λυκιακοῖς.* s. *ἐν Λυκ.* Imitantur eam etiam Latini, e. g. Plautus Menaechmis, Terentius Phormione. Vid. Linacr. de Emend. Struct. L. VI. p. 197. Munckerum ad Antonini Liberal. c. XX. p. 166. et Henr. Steph. de Dial. Attic. p. 95. SCHWEB.] qui sunt:

Vel Loci, ut: *Αἰθέρι ναίων*, pro *ἐν αἰθέρι*, (in) aethere habitans, apud Hesiodum. *Δόμῳ*, pro *ἐν δόμῳ*, (in) aedibus. *Κύκλῳ*, pro *ἐν κύκλῳ*, (in) circuitu. Lucae Evang. c. IX, 12: *Ἀπελθόντες εἰς τὰς κύκλῳ κώμας*: plene, *εἰς τὰς ἐν κύκλῳ οὔσας* vel *κειμένας κώμας*: ad vicos in circuitu iacentes. Plene ita *ἐν κύκλῳ* dixit Comicus in Avibus p. 546. Homerus Iliad. II. 672:

— — — *οἵ ῥά μιν ὦκα*
Θήσουσιν Λυκίης εὐρείης πίονι δήμῳ.
— — — qui ipsum statim
Ponent Lyciae latae (in) divite populo.

pro *ἐν πίονι δήμῳ.* Paulo post addidit:

— — — *οἵ ῥά μιν ὦκα*
Κάτθεσαν ἐν Λυκίης εὐρείης πίονι δήμῳ.

Sic quum dicuut, *Μαραθῶνι*, *Καρχηδόνι*, *Λακε-*

Digitized by Google

δαίμονι, non sunt illa dativi casus, sed ablativi, et subauditam habent praepositionem ἐν. (gg)

Aristophanes Acharn. p. 404:

Εἶτα Μαραθῶνι μὲν ὅτ' ἦμεν.
Dein Marathoni cum essemus.

Ad quem locum optime Scholia: Λείπει ἡ ἐν, οἷον ἐν Μαραθῶνι. Quod imitati sunt Latini. Cornelius Nepos in Praefatione: Nulla Lacedaemoni tam nobilis est vidua, pro, in Lacedaemoni, ablat. antiq.

Pariter quum dicunt Πυθοῖ, Delphis, et Πειραιοῖ, in Piraeeo, non sunt illa adverbia, uti vulgus Grammaticorum statuit, sed ablativi obsoletorum nominum Πυθὼ et Πειραιὼ, quae in tertio et sexto casu habent όϊ, contracte οῖ, ut Λητοῖ, αἰδοῖ, atque in illis intelligitur ἡ ἐν, nam aeque recte dicas ἐν Πυθοῖ, ἐν Πειραιοῖ, ac ἐν Πυθῶνι, ἐν Πειραιεῖ. Illud ἐν Πυθοῖ inveni apud Homerum Iliad. I. vers. 405:

Οὐδ' ὅσα λάϊνος οὐδὸς Ἀφήτορος ἐντὸς ἔέργει,
Φοίβου Ἀπόλλωνος Πυθοῖ ἐνὶ πετρηέσσῃ.
Nec quas divitias Phoebi, qui oracula reddit,
Saxea petrosis Delphis complectitur aedes.

et Homerus Odyss. Θ. Πυθοῖ ἐν ἠγαθέῃ. Cuiusmodi loca si observassent, nunquam de adverbio Πυθοῖ somniassent. Adde, quod Aristophanes pro ἐν Πυθοῖ dixit ἐν Πυθῶνι, in Equitibus v. 1269. pag. 358:

Σᾶς ἁπτόμενος φαρέτρας
Πυθῶνι ἐν.
Tuam tangens pharetram
Delphis.

* Sic etiam Sophocl. Electr. v. 315. Νῦν δ' ἀγροῖσι τυγχάνει. Homerus Odyss. O. v. 516. Ὑπερωΐῳ ἰσὸν ὑφαίνει, sub. ἐν. Id. Φ. v. 49. Βοσκόμενος λειμῶνι. Aelianus V. H. L. II. c. 26. Ἀγῶνι ἐξανιςάμενος. Plene occurrit etiam apud Hesiodum Theogon. v. 499. Πυθοῖ ἐν ἠγαθέῃ. Hanc ellipti-

Digitized by Google

cam Graecorum constructionem frequenter secuti fuerunt Romani scriptores: potissimum vero in nominibus urbium, quae pluralis numeri aut tertiae declinationis sunt. v. Perizonius ad Sanct. Min. p. 669. Sunt vero et alia multa Ellipseos huius exempla, ex quibus aliquot saltem proferemus. Sic Propertius L. II. XIII. 22.

Atque una fieret cana puella domo.

pro in domo una. Virgilius Ecl. II. 40. — nec tuta mihi valle reperti. pl. in tuta valle. Horatius L. III. XXIII. 9. quae nivali pascitur Algido. Idem L. I. II. 9. Piscium et summa genus haesit ulmo. Nec vero haec ellipsis apud poëtas solum, sed prosae quoque orationis scriptores obtinuit. Sic Cicero ad Div. L. VIII. ep. I. Et te urbe ac foro toto cet. pro in urbe ac foro. Hirtius de Bello Alex. c. XIII. Erant omnibus ostiis Nili custodiae etc. et sexcenta alia. Nec vero certi quidquam hic definiri potest; cum alii scriptores, Caesar inprimis et Hirtius, saepius praepositionem omiserint, contra ea Livius usum eius studiose observarit, quod idem ab Augusto ad evitandam obscuritatem factum, prodidit Suetonius in Aug. c. LXXXVI. SCHWEB.

* Homerus Il. III. v. 382. *κὰδ δ' εἶσ' ἐν ϑαλάμῳ.* Heynius: „In Sch. br. *κὰδ' δ' εἶσεν ϑαλάμῳ*, quod ex usu Homeri videtur esse praeferendum, iudice quoque Bentleio." Sophocles Trachin. v. 1193. *οἶσϑ' οὖν τὸν Οἴτης Ζηνὸς ὕψιζον πάγον*; Musgravius: „Οἴτης. Lego Οἴτῃ, ut *Δωδῶνι* supra v. 175. [v. 172. Br.] Vid. et R. Bentleio notata ad Callimach. Lav. Pallad. 18." Idem Philoct. v. 489. *πρὸς τὰ Χαλκώδοντος Εὐβοίας σταϑμά.* *Εὐβοίᾳ* corrigendum mihi quoque dudum visum est. Musgravius: „Malim *Εὐβοίᾳ*." Euripides Androm. v. 438. Br. *καὶ τοῖς γε Τροίᾳ.* v. 462. *ἡμεῖς δὲ Τροίᾳ γ'.* Modo praecessit plene *ἐν Σπάρτῃ.*

Digitized by Google

Idem Cyclop. v. 293. *ἥ τε Σουνίου Δίας Ἀθάνας σῶς ὑπάργυρος πέτρα.* Musgravius: „Legendum *Σουνίῳ.*“ v. 660. *τὸν Αἴτνας μηλονόμον.* Musgravius: „Malim *τὸν Αἴτνᾳ.*“ Electr. v. 645. et Iphig. Taur. v. 190. 567. 990. (ubi v. Markland.) *Ἄργει.* Helen. v. 381. *Ὦ μάκαρ Ἀρκαδίᾳ ποτὲ παρθένε Καλλισοῖ.* Iphig. Taur. v. 524. *Σπάρτῃ ξυνοικεῖ τῇ πάρος ξυνευνέτῃ.* v. 538. perinde est, *λέκτρ' ἔγημεν Αὐλίδι* legas, an *λ. ἔγημ' ἐν* A. Suppl. v. 874. *πλείσας δὲ τιμὰς ἔσχεν Ἀργείᾳ χθονί.* Marklandus: „Legi posset divisim *ἔσχ' ἐν Ἀργείᾳ.* sed non opus.“ Aristophanes Lysistr. v. 1299. *κλεῶα τὸν Ἀμύκλαις σιόν.* ubi miror Brunckium de schemate Colophonio cogitasse. Idem Nub. v. 272. *Νείλου προχοαῖς.* coll. Wakefield. ad Euripid. Ion. v. 446. Equit. v. 781. *σὲ γὰρ, ὃς Μήδοισι διεξιφίσω περὶ τῆς χώρας Μαραθῶνι.* ubi v. Brunck. Eupolis ap. Longin. de Sublim. p. 73. Toup. *μὰ τὴν Μαραθῶνι τὴν ἐμὴν μάχην.* In Apollon. Rhod. I. v. 157. arbitror Beckium iure optimo revocasse, quod Brunckius temere mutaverat, *ὅσσοι Πύλῳ ἐξεγένοντο Νηλῆος θείοιο.* Callimachus Fragm. CIII. *ἢ πρὶν ἀγωνιςὰς ἔξεφε τοὺς Ἐφύρῃ.* ubi v. Bentlei. CXXXIX. *ἧς ὀρόδαμνον Αἰγύπτῳ κατέπηξε.* Epigramma ap. Athenae. T. V. p. 290. *ἦ ῥα θεοῖσι Τοῖς Σικυῶνι καλὸν τοῦτ' ἀπέκειτο γέρας.* coll. Porson. ad Euripid. Med. v. 44. Chaeremo Epigr. I. v. 1. videtur scripsisse: *Τοῖς Ἄργει Σπάρτῃ τ' ἶσαι χέρες.* ubi Iacobsius in Addend. nollem comparasset hospes Zacyntho. Plutarchus Mor. T. IV. p. 500. *ἀπωθεῖ τῶν Σαλαμῖνι πρωτείων τὰς Ἀθήνας.* Wyttenbachius: „Forte, *τῶν ἐν Σαλαμῖνι.*“ Non opus, opinor: quamquam in Herodoteo loco plene *ἐν Σ.* legas. Sed in Philostr. Her. p. 104. Boiss. corrigendum *ἀπώλεσεν ἐν αὐτῇ τῇ Ἰθάκῃ.* quod enim vulgo legitur, *ἀπώλεσεν αὐτῇ Ἰθάκῃ*, non potest aliter intelligi, quam Scholiastes intellexit subaudiens *σύν:*

Digitized by Google

falliturque Editor ἐν posse suppleri censens p. 414. Add. Sylburg. ad Pausan. p. 49. Valckenar. in Eleg. Callim. p. 262. Luzac Exercitat. Academ. p. 115. Brunck. ad Aristophan. Pac. v. 932. Obiter moneo, οἴκοι, quod vulgo adverbium dicunt, dativum esse prisco more scriptum eodemque modo intelligendum. Conf. Koen. ad Gregor. p. 169. a. quaeque nuper ad Moschum monuimus p. 235. ed. Mans. SCHAEF.

Non possum non hac occasione accuratiorem paullo facere versionem Interpretis, qui haec Luciani verba in libro Adversus Indoct. pag. 338. Θέλω δέ σοι διηγήσασθαί τι Πυθοῖ γενόμενον, reddi- 426
dit: Ceterum quiddam tibi narrare velim, quod (in) Pythiis est factum. Malim ego pro in Pythiis reponere Delphis: nam in Pythiis significare etiam potest in ludis Pythiis. Sequitur autem ibi paullo post ἦκεν οὖν εἰς τοὺς Δελφούς.

Sed, ut redeam ad Grammaticos, eundem illi errarunt errorem in vocibus Θήβῃσι, Ἀθήνῃσι, Thebis, Athenis, et similibus, quas itidem pro adverbiis sive urbium nominibus adverbialiter positis habuerunt, quum proprie loquendo sint ablativi casus Ionic. et poët. pro Θήβαις, Ἀθήναις, ut ἀοιδῇσι in primo versu Ἔργων Hesiodi pro ἀοιδαῖς: inque illis itidem supprimitur ἐν, ut integer sit sermo, ἐν Θήβῃσι, ἐν Ἀθήνῃσι, i. e. ἐν Θήβαις, ἐν Ἀθήναις. Quum igitur apud Plutarchum legis: Καὶ τοὺς μὲν Θήβῃσι καὶ τοὺς Ἠλιδι Φευκτέον ἔρωτας, et amores quidem Thebis et Elide fugiendi, supple ἐν Θήβῃσι et ἐν Ἠλιδι. [Haud raro ἐν additur. Herodotus VI. c. 103. extr. ἐν Ἀθήνῃσι. ubi al. praepositionem omittunt. L. V. c. 82. Ἀθήνῃσι. Al. ἐν Ἀθήναις. Genuinum hîc etiam videtur ἐν Ἀθήνῃσι. Vid. Wesseling. ad h. l. et Wyttenbach. ad Plutarch. de S. N. V. p. 16. qui ne-

scio cur plenam formam dixerit Ionicam. Incertus Auctor de Thucydide p. 12. Duk. τελευτήσας δ' ἐν Ἀθήνησιν ἐτάφη κ. τ. λ. Sic etiam ἐν Θήβησι. Hymn. Homer. in Bacch. p. 667. Ilg. ἄλλοι δ' ἐν Θήβησιν. quam formam etiam Vindob. Codices firmant. v. Diodor. Sic. T. X. p. 444. Arg. Herodotus I. c. 52. ἦν κείμενα ἐν Θήβησι. Add. Bast. Epist. Crit. ad Boisson. p. 152. SCHAEF.]

Vel Temporis, (hh) ut, Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, pro ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, eodem die. Τῇ ὥρᾳ τρίτῃ, hora tertia. [Debebat scribere, aut τῇ ὥρᾳ τῇ τρίτῃ, aut τῇ τρίτῃ ὥρᾳ. Ab hac regula dici vix potest quoties viri etiam graece perdocti aberraverint. „Observavi saepius eos, qui hodie Graece scribunt, adiectivum nomini substantivo sine articulo repetito postponere.“ Reiskius in Addend. ad Anon. Introduct. Anatom. p. 56, 13. SCHAEF.] Τῷ μηνὶ τῷ πέμπτῳ, mense quinto. Addidit Lucas Evang. I, 26. Ἐν δὲ τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ: In mense sexto. [Homerus Odyss. III. v. 391. ἐνδεκάτῳ ἐνιαυτῷ. al. ἐν δεκάτῳ ἐνιαυτῷ. Sophocles Trachin. v. 742. κατακτείνασα τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ. Euripides Hec. v. 44. θανεῖν ἀδελφὴν τῷδ' ἐμὴν ἐν ἥματι. Brunckius: „τῷδ' ἐμὴν ἐν ἥματι. Sic membr. recte. Saepius additur praepositio, ut Or. 854. 943. Androm. 797. Phoen. 313. Hippol. 22. Soph. El. 674. 1149. et alibi passim, quod et Marklando magis Atticum videtur ad Lysiam p. 76. Quandoque tamen etiam sine praepositione, ut in Soph. El. 783.

νῦν δ', ἡμέρᾳ γὰρ τῇδ' ἀπήλλαγμαι Φόβου.

et Phoen. 4.“ Herodotus IV. c. 98. ἦν δὲ ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ μὴ παρέω. Al. negligunt ἐν. L. VI. c. 18. ἕκτῳ ἔτεϊ ἀπὸ τῆς ἀποστάσιος τῆς Ἀρισταγόρεω. Al. ἐν τῷ ἕκτῳ ἔτεϊ. quod praefero. L. VIII. c. 115. ἐν πέντε καὶ τεσσεράκοντα ἡμέρῃσι. Wesselingius: „Abest ἐν Arch.“ L. IX. c. 110. ἡμέρῃ τῇ

ἐγένετο βασιλεύς. Malim, quod al. habent, ἐν ἡμ. Thucydides IV. c. 103. ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτί. In multis libris non legitur praepositio, adeoque Wassius in Dukeri praefat. ad h. l. „Delenda est, inquit, praepositio: et recte abest MSS.“ Vix puto. Xenophon Cyrop. III, 3, 29. ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ. Cod. Guelf. ἐν τ. τ. ἡμ. quod Zeunio videtur ex interpretatione esse natum. SCHAEF.] Falsa igitur est illa Grammaticorum regula, qua nomen temporis in dativo poni docent. Est enim ille casus non dativus, sed ablativus, pendens a praepositione ἐν. Similiter πρῲ, i. e. tempore matutino, proprie loquendo non est adverbium, sed ablativus nominis πρωΐς, matutinus, in quo supprimitur ἐν cum voce ὥρᾳ, ut plene sit, ἐν ὥρᾳ πρωΐ, hora matutina. Nam illud πρῲ iota subscriptum ha- 427
bet ex πρωΐ, ut docet Scholiastes Aristophanis ad Aves v. 132. p. 547. (ii)

Vel Instrumenti, (ll) ut πατάσσειν ῥάβδῳ, plene ἐν ῥάβδῳ, percutere baculo. πλήττεσθαι λίθῳ, βέλει, pro ἐν λίθῳ, ἐν βέλει: percuti lapide, telo. [Sic 1 Corinth. IV. 21. Ἐν ῥάβδῳ ἔλθω πρὸς ὑμᾶς. SCHWEB.] Plenius Euripides dixit ἐν βέλει πληγεὶς, telo percussus. et Matthaeus cap. VII, 6. Μήποτε καταπατήσωσιν αὐτοὺς ἐν τοῖς ποσὶν αὐτῶν: Ne forte conculcent eas pedibus suis. (mm)

Vel Causae, Modi, etc. (nn) ut νοσεῖν νόσῳ, Φρενίτιδι, laborare morbo, phrenitide etc. Supple ἐν νόσῳ, ἐν Φρενίτιδι. [Sic εὐδοκεῖν τινι habet Dionysius Hal. L. VIII. p. 542. Τῇ τε αἱρέσει τῶν ἀνδρῶν — πάνυ εὐδοκῶ. Cum expressa praepositione εὐδοκεῖν ἔν τινι in N. Test. e. g. Matth. III. 17. et alibi reperitur. SCHWEB.] Docet hoc Scholiastes Comici ad haec verba in Nubib. v. 326. p. 144.

Digitized by Google

— — — εἰ μὴ λημᾶς κολοκύνθαις.
— — — ni lippis colocynthis.

Λείπει, inquit, ἡ ἐν, ἵν' ᾖ, ἐν κολοκύνθαις, ὡς τὸ, νοσεῖν ἐν Φρενίτιδι.

Sic dicitur ὑπερέχειν, ὑπερβάλλειν τινὶ πράγματι. Aristophanes Pluto v. 109. p. 12:

Ἀτεχνῶς ὑπερβάλλουσι τῇ μοχθηρίᾳ.
Plane excellunt malitia.

Ad quem locum Scholiastes: Ὑπερβάλλω — συντάσσεται πρὸς μὲν τὸ πρόσωπον αἰτιατικῇ, πρὸς δὲ τὸ πρᾶγμα δοτικῇ, οἷον ὑπερβάλλω τὸν δεῖνα λόγῳ. Quibus verbis docet, τὸ ὑπερβάλλειν construi cum accusativo personae et dativo rei. Sed fallitur: nam casus rei, qui adiungitur huic verbo,
428 non est dativus, sed ablativus, pendens a praepositione ἐν subaudita, ut ὑπερβάλλουσι τῇ μοχθηρίᾳ, plene ἐν τῇ μοχθηρίᾳ.

Addidit hanc praepositionem Paulus Epist. ad Roman. VIII, 37: Ἀλλ' ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνικῶμεν, sed in hisce omnibus exsuperamus.

Sic deest (oo) Galat. V, 1. Τῇ ἐλευθερίᾳ στήκετε, i. e. ἐν τῇ ἐλευθερίᾳ: (In) libertate state. Et cap. VI, 16: Ὅσοι τῷ κανόνι τούτῳ στοιχήσουσι, pro ἐν κανόνι τούτῳ: Quotquot (in) hac regula vel secundum hanc regulam incedent. (pp)

* Sunt et alia plurima exempla, ubi Dativi ἐλλιπῶς reperiuntur, e. g. θυμῷ, δόλῳ, κράτει, ἀληθείᾳ, ἔργῳ, δίκῃ, εἰρήνῃ, φυγῇ, in quibus ἐν subintellectum latet, atque in Latina lingua per Adverbia plerumque reddi possunt. Potest etiam haec Praepositio subaudiri in παραβάλλειν, et συμβάλλειν, quae in Infinitivo saepe ponuntur pro ἄν τις συμβάλλῃ. Sic Lucianus Demosth. Encom. T. III. p. 614 Εἰ καὶ μηδὲν μὲν ὁ Πύθων πρὸς αὐτὸν, οἱ δ' Ἀττικοὶ ῥήτορες παιδιὰ, παραβάλλειν τῷ

Digitized by Google

τούτου χρότῳ. sub. ἐν τῷ, vel εἰς, πρὸς τὸ παραβάλλειν. i e. si conferantur. SCHWEB.

Postremo ἐν cum πράγματι vel μέτρῳ intellige in ablativis adiect. πολλῷ, μακρῷ etc. qui adduntur comparativis, ut πολλῷ ἐνδοξότερος, plene, ἐν πολλῷ μέτρῳ ἐνδοξότερος. Sic γινώσκειν τινὶ πράγματι, pro ἐν τινὶ πράγματι. Thucydides lib. VI. cap. 55. γνοίη δ' ἄν τις καὶ αὐτῷ τούτῳ. quod in Novo Testamento ἐν τούτῳ γινώσκειν.

(gg) Vid. Sylburg. ad Pausaniae Attica c. 21. Kuhn. ad Pausan. L. IV, cap. 27. Observationes Miscellan. Vol. III. Tom. III. p. 419. et Vol. II. p. 251. seq. LEISN.

(hh) Matthaeus evangel. c. XII, 1. 5: τοῖς σάββασι, coll. vers. 2: ἐν σαββάτῳ. it. c. XIV, 25: τετάρτῃ δὲ φυλακῇ. Marcus evangel. c. XII, 2: τῷ καιρῷ. MICH.

(ii) Sic Paulus ad Roman. c. XVI, 25. praedicationem Evangelii vocat ἀποκάλυψιν μυστηρίου χρόνοις αἰωνίοις σεσιγημένου: revelationem mysterii, quod tempore longo hactenus fuit tacitum. Pro ἐν χρόνοις 429
αἰωνίοις. (kk) SCHOETTG.

(kk) Sic Ioannes evangel. c. VI, 40. 44. 54: τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ, quod vers. 39. plenius dicebatur ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. Lucas in Actis Apostol. c. II, 41: τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. MICH.

(ll) Marcus in evangel. c. VI, 32. ἀπῆλθον εἰς ἔρημον τόπον τῷ πλοίῳ. MICH.

(mm) Plura talia exempla, ubi ἐν additur, congessit Hombergius ad Matth. cap. III, 11. SCHOETTG.

(nn) Marc. evang. c. VIII, 12: ἀναστενάξας τῷ πνεύματι αὐτοῦ. MICH.

(oo) Lucas in Actis Apostol. c. IX, 31: πορευόμεναι τῷ Φόβῳ τοῦ Κυρίου. cap. XIV, 15: πορεύεσθαι ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν. Iacobus in epist. c. II, 25: καὶ ἑτέρᾳ ὁδῷ ἐκβαλοῦσα. Iudae epist. vers. 11: τῇ ὁδῷ τοῦ Καΐν ἐπορεύθησαν. MICH.

(pp) Plurima talia occurrunt in Novo Testamento, quorum exempla collegit Noldius Concord. Partic. p. 171. Singularia sunt, quae sequuntur.

Deest enim in παῤῥησία. Ioannis evang. cap. VII, 13. Οὐδεὶς μέντοι παῤῥησίᾳ ἐλάλει περὶ αὐτοῦ: pro ἐν παῤῥησίᾳ: Nemo tamen libere de eo loquebatur. Adde-

Digitized by Google

Marc. evang. c. VIII, 32. Ioan. evang. c. VII, 26. X, 24.
430 XI, 14. 54. XVI, 25. 29. XVIII, 20. Κομιδῇ pro ἐν κομιδῇ. Nam substantivum κομιδὴ curam et laborem denotat, qui alicui rei impenditur, unde ἐν κομιδῇ est studiose, cum cura, postea valde, ut κομιδῇ νέος, valde iuvenis, apud Herodianum I, I, 10: I, II, 1. κομιδῇ, omnino, apud Platonem de Rep. II. p. 138. In πυγμῇ. Marcus c. VII, 3 Οἱ γὰρ Φαρισαῖοι, καὶ πάντες οἱ Ἰουδαῖοι, ἐὰν μὴ πυγμῇ νίψωνται τὰς χεῖρας, οὐκ ἐσθίουσι. Adponimus huc verba Noldii in notis ad Concord. Partic. p. 1080. qui in hunc locum ita commentatur: Nam qui accurate lavant se, non modo manum manui affricare solent; sed et *pugnum* inserere palmae, et abstergere. Vide Scaligeri Elench. trihaeres. Quare πυγμῇ, pro ἐν πυγμῇ, *pugno:* quatenus manum in pugnum compositum altera lavabant manu et defricabant. Hoc est, *sedulo* et *accurate:* ceu Casaubonus explicat. Solent enim hi Ablativi adverbiascere: ut κύκλῳ, παῤῥησίᾳ, et similia. Adde et Grotium ad h. l. Paulus 2 Cor. II, 1. Ἔκρινα δὲ ἐμαυτῷ τοῦτο: Statui autem hoc ipsum apud me: pro ἐν ἐμαυτῷ. (qq) SCHOETTG.

(qq) Ad verbum ξενίζεσθαι. Petrus epist. I. c. IV, 12. Ἀγαπητοὶ, μὴ ξενίζεσθε τῇ ἐν ὑμῖν πυρώσει, pro μὴ ξενίζεσθε ἐν τῇ πυρώσει, ut est v. 4. eiusd. cap. Ἐν ᾧ ξενίζονται. BERNH.

431 ENEKA, Propter, Caussa.

Heic collocare visum fuit voculam ἕνεκα vel ἕνεκεν, licet satis sciam, Grammaticos eam adverbiis adnumerare, atque ἐπίῤῥημα appellare solere. Eustathius vero non ἐπίῤῥημα, adverbium, sed σύνδεσμον, coniunctionem, vocitavit. Is ad haec verba in Homeri Iliad. A. ἐκ τῶνδε τάδε γενήσεται, notavit praepositionem ἐκ aequipollere isthic συνδέσμῳ ἕνεκεν, et alibi σύνδεσμον αἰτιολογικὸν, coniunctionem causalem, dixit. At videtur mihi potius πρόθεσις, praepositio, dicenda, quam adverbium aut coniunctio. Habet enim prorsus praepositionis naturam et vim eandem, quam διὰ cum accusativo, vel ἐκ. Deest

Digitized by Google

autem crebro ante genitivum. Ex. gr. Hesiodus Ἔργ. 329.

Κρυπταδίης εὐνῆς ἀλόχου —

sc. ἕνεκα.

Furtivi concubitus uxoris (caussa). Lucianus Philopseud. pag. 327. *Τίνος ἀγαθοῦ τοῦτο ποιοῦσιν* (sc. *ἕνεκα;*) Cuius boni (gratia) hoc faciunt? [Idem T. III. p. 103. *Τίνος οὖν ἀγαθοῦ ὠνῇ ταῦτα;* Schol. *Προσυπακουσέον τὸ χάριν ἢ ἕνεκεν, ἵν' ᾖ, τίνος οὖν ἀγαθοῦ χάριν, ἢ ἕνεκεν.* Euripides Dan. v. 44. *ὧν δέ γ' ἐξάλην.* Charito p. 28, 8. *τούτου τε ἥκες εἰς ἀγρὸν, ἵνα κ. τ. λ.* Dorvillius p. 178. „Τούτου. Supple *ἕνεκα. χάριν.* plene L. III. III. 45. 11. *τοῦ γεγονότος χάριν.* Plutarch. Alex. 29. *τούτου γε χάριν.* sed ut hic, apud Platon. Apol. Socrat. 23. A. *Φαίνεται τούτου λέγειν.* quod non videtur sollicitandum." SCHAEF.] Aelianus Var. Hist. XII, 1. (rr) *Μὴ ἀπᾴδειν Ἑλληνικοῦ γάμου ὁμονοίας τε καὶ σωφροσύνης*, i. e. *ἕνεκα ὁμονοίας*: Non differre a Graecanico coniugio (respectu) concordiae et modestiae. [Imo vertendum cum Interprete: neque abhorreret ille a Graecorum coniugiorum concordia ac castimonia, quomodo nihil subaudiri oportet. SCHAEF.] Sic *κατηγορεῖν τινος κλοπῆς*, accusare aliquem furti, plene *κατηγορεῖν κατά τινος κλοπῆς ἕνεκα.* (ss) Isocrates: *Πολλῶν γὰρ οἱ πατέρες ἡμῶν Μηδισμοῦ θάνατον κατέγνωσαν*, pro *Μηδισμοῦ ἕνεκα*: In multos, (ob id) quod cum Medis sensissent, morte animadverterunt patres. Isaeus: *Ὀργισθεὶς* 432 *τούτων Κλεώνυμος*, pro *ἕνεκα τούτων.* Euripides Orest. 749. — *ἴσως σοι θυγατέρος θυμούμενος*: fortasse tibi (propter) filiam iratus. [Homerus Il. I. v. 429. *χωόμενον — ἐϋζώνοιο γυναικός.* Schol. Ven. *ὅτι ἐλλείπει ἡ περί· ἔξι γὰρ, περὶ γυναικός.* SCHAEF.] Homerus Iliad. Γ. 366:

Digitized by Google

Ἦτ' ἐφάμην τίσασθαι Ἀλέξανδρον κακότητος.
ubi Eustathius: ἤγουν ἕνεκεν τῆς κακίας, Ἀττικὴν ἔχει ἔλλειψιν. Sic θαυμάζω σε τῆς ἀρετῆς: ζηλῶ, εὐδαιμονίζω, (tt) ἐπαινῶ σε τῆς τύχης. Demosthenes pro Ctesiph. Τίς οὐκ ἂν ἀγάσαιτο τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων τῆς ἀρετῆς; sc. ἕνεκα τῆς ἀρετῆς τῶν ἀνδρῶν: Quis non miraretur virorum illorum virtutem? et alibi: Φίλιππον εὐδαιμονίσας τῆς τύχης: Philippum fortunae caussa beatum praedicans. [Plato Criton. in. καὶ πολλάκις μὲν δή σε καὶ πρότερον ἐν παντὶ τῷ βίῳ εὐδαιμόνισα τοῦ τρόπου. ubi v. Fischer. Philostratus Her. p. 36. Boiss. Εὐδαιμονίζω σε τῆς ἱσορίας. Schol. μακαρίζω ἕνεκα. ἥρα addit Callimachus Fragm. XLI. τῖον δέ ἐ πάντες ὀδῖται Ἥρα Φιλοξενίης. ubi fallitur Bentleius. Vid. Valckenar. in Aram Dosiadae Diatr. in Eurip. Fragm. p. 130. Euripides Iphig. Aul. v. 370. Ἑλλάδος μάλις' ἔγωγε τῆς ταλαιπώρου ςένω. Marklandus: „Ante Ἑλλάδος intellige ἕνεκα —. Hunc versum respicit Eubulus Comicus ap. Athenae. XIII. 3. p. 569. A. Ἑλλάδος ἔγωγε τῆς ταλαιπώρου πέρι Στένω." quem conf. etiam ad v. 1246. ubi tamen nollem usus esset v. 1336. nam ibi genitivus regitur a participio τυχοῦσαν. — Euripides Androm. v. 1176. ὦ σχέτλιος παθέων ἐγώ. Brunckius: „παθέων, ut Hippol. 829. ὤ μοι ἐγὼ παθέων, ὧν ἔπαθον τάλας." Alcest. v. 753 ὦ σχετλία τόλμης. Orest. v. 1027. ὦ μέλεος ἥβης σῆς, Ὀρέστα, καὶ πότμου, θανάτου τ' ἀώρου. (Quam ibid. ad v. 1035. Vir Summus tangit ellipsin, adhibitam a Marklando ad Iphig. Taur. v. 258., eius aliud exemplum reperias in Sophocl. Trachin. v. 305. μηδ', εἴ τι δράσεις, τῆσδέ γε ζώσης ἔτι. ubi quod continuo praeeedit, χωρήσαντά ποι, indicat, Deïaniram precari, ut nullus e posteris suis δοῦλον βίον ἴσχῃ.) Iphig. Taur. v. 1490. τῆς σωζομένης Μοίρας εὐ-

Digitized by Google

δαίμονες ὄντες. ubi v. Markland. it. ad Iphig. Aul. v. 1621. Plato Phaedon. c. 2. εὐδαίμων γάρ μοι ὁ ἀνὴρ ἐφαίνετο — καὶ τοῦ τρόπου, καὶ τῶν λόγων. SCHAEF.] Cave igitur cum Grammaticis fingas regulam de verbis laudandi, mirandi etc. genitivum regentibus.

* Perfrequens haec ellipsis est apud optimos quosque scriptores. Sophocl. Aiac. v. 41. Χόλῳ βαρυνθεὶς τῶν Ἀχιλλείων ὅπλων. [Add. Schwebel. praefat. SCHAEF.] Homerus Iliad. Θ. v. 316. — ἄχος πύκασε Φρένας ἡνιόχοιο. [Δ. v. 169. ἀλλά μοι αἰνὸν ἄχος σέθεν ἔσσεται. SCHAEF.] Hesiodus Θεογ. v. 473. τίσαιτο δ' Ἐριννῦς πατρὸς ἑοῖο παίδων. v. 882. τιμάων κρίναντο. Id. Ἀσπ. v. 407. μαχέσθην αἰγὸς ὀρεσσινόμου. Thucydid. L. VI. c. 38. οὐχ ὧν δρᾷ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς διανοίας προαμύνεσθαι χρή: ubi schol. Gr. ἕνεκα δηλονότι. pl. οὐχ ἕνεκα ἐκείνων, ἃ δρᾷ cet. Polybii Fragm. p. 254. edit. Urs. ἄξιος μὲν ὁ ἀνὴρ ἐπαινεῖσθαί τε καὶ θαυμάζεσθαι, μάλιστα δὲ τῆς αὐταρκείας τοῦ βίου. Xenoph. L. I. K. Π. p. 22. τοῦ δὴ — μὴ λυσιτελεῖν αὐτοῖς. Pleno sermone est apud eumdem L. I. K. Π. p. 6. τοῦ ἐπαινεῖσθαι ἕνεκα. et L. III. K. A. p. 174. τοῦ μὴ Φεύγειν ἕνεκα. II Cor. VII. 12. Ἀλλ' ἕνεκεν τοῦ Φανερωθῆναι τὴν σπουδὴν ἡμῶν. et sexcenta alia. Eadem Ellipsis τοῦ gratia vel caussa Latinis quoque scriptoribus valde est usitata. Nos ex larga exemplorum segete aliquot saltem proferemus. Virgilius Aen. L. XI. 126.

Iustitiaene prius mirer, belline laborum.

ubi Servius quoque Graecam figuram agnoscit. Caesar de B. G. L. IV. c. 17. sive naves deiiciendi operis essent a barbaris missae. L. V. c. 8. Quas sui quisque commodi fecerat. Cicero de Nat. Deor. L. I. c. 22. Deliberandi sibi unum diem postulavit. Petronius c. XLIX. Ego crudelissimae severitatis

Digitized by Google

non potui me tenere. Vide sis, quae viri eruditi de hac elliptica locutione congesserunt, e. g. Oudendorp. ad Caes. de B. G. L. IV. c. I. Burmann. ad Petron. c. XLIX. Arntzen. ad Aur. Victor. de Vir. ill. c. VI. SCHWEB.

Subintelligitur etiam ἕνεκα ante articulum genit. τοῦ, praepositum infinitivis, ut τοῦ ποιῆσαι, (uu) plene ἕνεκα τοῦ ποιῆσαι. Possis etiam in hisce praepositionem ὑπὲρ intelligere, ut infra dicam. (xx) [Sophocles Philoct. v. 197. τοῦ μὴ πρότερον τόνδ' ἐπὶ Τροίᾳ Τεῖναι τὰ θεῶν ἀμάχητα βέλη. Plato Gorg. 30. τοῦ καταφανὲς γενέσθαι. ubi v. Heindorf. p. 39. Dionysius Halic. Antiqu. Rom. T. I. p. 41. τοῦ μηδένα τῷ νάματι πελάζειν. p. 66. τοῦ μή τινα θαῦμα ποιεῖσθαι. Heliodorus p. 394. Cor. τοῦ μή τινα καὶ ἀκούσιόν ποτε γενέσθαι μολυσμὸν τοῖς ἱερείοις. Scholiastes ad Lucian. T. II. p. 351. τοῦ ἅμα τε περίοπτοι καὶ ἐπὶ μακρὰν ἀκουόμενοι εἶναι. SCHAEF.]

* Omissum censeri potest, ubi genitivus absolute positus videtur, ut ap. Spon. Tom. I. p. 428. in fronte monimenti ἀγαθῆς μεταβολῆς. Idem forte non male suppleas in lapide ibid. p. 310. ubi, quum omnia in quarto casu praecessissent, sequitur: θεοῦ καὶ τοῦ πατρὸς Λαικιανοῦ, ἀνδρὸς κ. τ. λ. F. ST.

* Aristophanes Nub. v. 22. τοῦ [ὀφείλω] δώδεκα μνᾶς Πασίᾳ; Gl. ἕνεκεν τίνος πράγματος. V. supra ad praepos. Ἀντὶ p. 665. — Philostratus Her. p. 36. Boiss. ὡς μὴ ἀπιζοῖτο τοῦ ἄθλου. Schol. ἄπιζος νομίζοιτο ἕνεκα τοῦ ἀγῶνος. — Thomas Mag. p. 402. de constructione verbi ἔχω adverbio iuncti: ὅταν μέντοι πρὸς γενικὴν συντάσσεται (l. — ῆται), τὸ εἵνεκα ἔξωθεν νοοῦμεν. SCHAEF.

(rr) Petrus in posteriore epistola cap. III, 9: οὐ βραδύνει ὁ Κύριος τῆς ἐπαγγελίας, scil. ἕνεκα. Paulus in epist. ad Roman. c. VI, 6: τοῦ μὴ δουλεύειν. MICH.

Digitized by Google

(ss) Theophrastus charact. c. 6. *ἀπάγεσθαι κλοπῆς*, furti (caussa) ad iudicem vel potius poenam duci. SCHOETTG.

(tt) *Μακαρίζω*, de quo Suidas, *γενικῇ διὰ τοῦ ἕνεκα*: 433 iungitur Genitivo propter deficientem Praepositionem propter; adiecto exemplo: *τοῦ τέλους ἐμακαρίσθησαν*, propter finem beatae sunt praedicatae. MICH.

(uu) Sic *τοῦ σπείρειν*, Matth. cap. XIII, 3. MICH.

(xx) Immo possis etiam *περὶ*, et ubi ante infinitivum *τοῦ* abest, etiam *εἰς τὸ* vel *πρὸς τὸ* intelligere. Vid. supra in *εἰς*. LEISN.

ΕΠΙ, In, Sub, Ad.

Ἐπὶ deest ante genitivum. (yy) Lucas evang. c. XVI, 24. *ἵνα βάψῃ τὸ ἄκρον τοῦ δακτύλου ὕδατος*: ut tingat extremam digiti partem (in) aquam. Pasor in Praefatione Hesiod. dicit, diu se exercuisse hanc syntaxin, *ὕδατος* pro *ἐν ὕδατι*, eiusque rationem evolvere se non potuisse; sed praeluxisse sibi Homerum et Hesiodum, qui simili constructione dixerunt: *λοεσσάμενος Περμησσοῖο*, pro *ἐν Περμησσῷ*, *λελουμένος ὠκεανοῖο*, pro *ἐν ὠκεανῷ*. Sed tamen illis in locis malim ego cum Didymo intelligere *ὕδατι*: hic vero in loco Lucae praepositionem *ἐπὶ*, ut sit: *βάψῃ ἐφ' ὕδατος*.

Sic ante duos genitivos absolutos, quorum participium est praesentis temporis. E. gr. *Ἡρῴδου βασιλεύοντος*, pro *ἐφ' Ἡρῴδου βασιλεύοντος*, ut Latini: Herode regnante, pro sub Herode regnante. Plenam reperi hanc loquutionem apud Polybium L. IV. p. 442. *Ἐγένοντο διαλύσεις ἐπὶ* 434 *Κώθωνος, τοῦ Καλλιγείτονος, ἱερομνημονοῦντος ἐν τῷ Βυζαντίῳ*: Pax facta est sub Cothone, Calligitonis filio, Hieromnemonem agente Byzantii. et Arrianum L. VII: — *ἐπὶ Ἡγησίου ἄρχοντος Ἀθήνῃσι*: — Hegesia imperante Athenis. Pausanias Lacon. pag. 209:

Digitized by

Ἐπὶ μὲν δὴ Εὐρυκράτους, τοῦ Πολυδώρου, βασιλεύοντος. Herodotus L. I. pag. 25: ἐπὶ γὰρ Λεόντος βασιλεύοντος καὶ Ἡγησικλέος ἐν Σπάρτῃ. et L. II. p. 142: ἐπὶ τούτου βασιλεύοντος. (zz)

* Eodem modo apud Latinos quoque in Ablativis consequentiam designantibus subintelligenda est praepositio sub. vid. Voss. de Construct. c. XLIX. SCHWEB.

Sic ante genitivum nominis temporis. (aaa) Lucianus Dial. Mort. Alex. Annib. etc. τοσούτους ἀπέκτεινα μιᾶς ἡμέρας. Dein eod. Dial. ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας. (bbb)

Et ante genitivum collocatum post verbum motum ad locum significans, ut apud Sophoclem Philoctet. vers. 1178. Ἴωμεν ναὸς, i. e. ἐπὶ τῆς ναός: eamus ad navim. [Imo: eamus in navi. Sic ibid. v. 630. δεῖξαι νεὼς ἄγοντ' ἐν Ἀργείοις μέσοις. v. 648. τί τοῦθ', ὃ μὴ νεώς γε τῆς ἐμῆς ἔνι; v. Brunck. ad utrumque hunc locum. (Sed v. 206. aut amplector Triclinii ςίβον, aut lego ςίβῳ.) Marcus Argentar. XXXIII. v. 2. Λιβυκῶν ἐνδρομέοντα πόρων. Vid. Musgrav. in Supplem. Notar. ad Euripid. Supplic. v. 499. p. 345. a. SCHAEF.] Docet ibi Scholiastes, deesse ἐπί. Plene saepe apud Thucydidem: ἰέναι ἐπ' οἴκου, ire domum.

Ante voculas οὗ, ubi, et αὐτοῦ, ibi, quae vulgo pro adverbiis habentur, subintell. ἐπί cum substantivo τόπου vel χωρίου. Vide, quae ad vocem Τόπος diximus. (ddd)

* Sunt et alia, in quibus ἐπί latet. Sic Herodian. L. I. c. 17. §. 5. Οἷς ἀεὶ χαίρουσι. Idem L. IV. II. 3. χαίρειν τοῖς γινομένοις. Id. L. V. I. 6. Κολακείαις δὲ χαίρων. Plene Polybius T. I. p. 331. Ἐφ' οἷς ἀκούσαντες — ἐχάρησαν. Item in ἀκμάζειν τινί, Maximus Tyr. Orat. XIII. 4. Ἀθήνησιν ἐν δημοκρατουμένῃ πόλει καὶ ἀκμαζούσῃ πλήθει ἀνδρῶν. Plene Onosander c. XLII. p. 126. Ἀκμά-

Digitized by Google

ζουσαν ἐπὶ πλήθει τε καὶ δυνάμει πόλιν. Sic Athenagor. Leg. pro Christian. c. I. p. 8. Ἡμῖν δὲ — τῷ ὀνόματι ἀπεχθάνεσθε. et p. 9. cum ἐπί: ἐπὶ μόνῳ ὀνόματι προσπολεμούντων ἡμῖν. Item in χαλεπῶς φέρειν τινὶ, moleste aliquid ferre; pro quo plene est χαλεπῶς φέρειν ἐπί τινι. vid. Viger. de Idiot. Gr. L. C. V. S. XIII. R. IV. Item ante Dativum Articuli praepositivi cum Infinitivo iunctum. E. g. II. Corinth. II. 12. Τῷ μὴ εὑρεῖν με Τίτον. pl. ἐπὶ τῷ μὴ etc. [In Phrynicho p. 128. Pauw. corrig. τῷ ἅπαξ εἰρῆσθαι. SCHAEF.] Sic apud Homerum Odyss. Φ. v. 35. τραπέζῃ pro ἐπὶ τραπέζῃ. SCHWEB.

Ante accusativum. Sophocles Philoctet. vers. 205:

— — ςίβον κατ' ἀνάγκαν ἕρποντος.

i. e. ἐπὶ ςίβον, ut Scholiastes ibi, ἔξωθεν, inquit, προσληπτέον τὴν ἐπί. (fff)

Item ante accusat. rei, qui iungitur verbis monendi, hortandi etc. ut παρακαλῶ, προτρέπω σε ταῦτα: pro ἐπὶ ταῦτα. (ggg) 435

Ante ablativum loci. Comicus in Nubibus vers. 271:

Εἴτ' ἄρα Νείλου προχοαῖς, ὑδάτων χρυσέοις ἀρύεσθε πρόχοισιν.
Sive (ad) Nili ostia lympham nunc hauritis aqualibus aureis.

Ubi Scholiastes: Προχοαῖς, λείπει ἐπὶ, ἤγουν ἐπὶ ταῖς προχοαῖς τοῦ Νείλου. [V. supra p. 698. SCHAEF.] Sic θύραισι, pro ἐπὶ θύραισι, ad fores, prae foribus, ut Comicus in Ecclesiaz. v. 985. pag. 753. Plene dixit eadem pag. paullo post v. 989.

Ὅπως μή σ' ἐπὶ θύραισιν ὄψεται.
Ne te prae foribus videat.

[Vid. Dorvill. ad Chariton. p. 585. Wakefield. Silv. Crit. V. p. 43. Wyttenbach. Annotat. ad Xenophont. in Select. Princip. Historic. p. 374. SCHAEF.]

Digitized by

* Saepe spatium loci vel temporis cum apud Graecos, tum Latinos modo in Accusativo, modo in Ablativo casu ponitur; quod diversum regimen non a verbo, sed suppressa praepositione pendet. Quando in Accusativo ponitur, apud Graecos ἐπὶ, apud Latinos ad, per, aut circa: in Genitivo autem apud illos ἀπὸ, apud hos autem in Ablativo a vel ab subintelliguntur. vid. Vossius de Constr. c. XLIV. Sic Luc. XXIV. 13. Εἰς κώμην ἀπέχουσαν σαδίους ἑξήκοντα ἀπὸ Ἱερουσαλήμ. pro ἐπὶ σαδίους. Diodorus Sic. L. XVII. Τοῦ τείχους καθεῖλεν ἐπὶ δέκα σαδίους. Item de tempore. Ioann. c. XII. 35. Ἔτι μικρὸν χρόνον τὸ Φῶς μεθ' ὑμῶν ἐστι. Plene Hesiodus Ἔργ. v. 133. Παυρίδιον ζώεσκον ἐπὶ χρόνον. Sic etiam ἐπὶ subauditur post ὡς cum Accusativo. E. g. ὡς με, pro ὡς ἐπί με, uti est apud Aelian. V. H. L. III. 24. et Actor. c. XVII. 14. Πορεύεσθαι ὡς ἐπὶ τὴν θάλασσαν. Vid. v. πρός. SCHWEB.

Item ante ablat. pretii, ut apud Lucianum πρίασθαι βουσὶ δώδεκα, pro ἐπὶ βουσὶ δώδεκα, emere bobus duodecim. Quam praepositionem alibi simili in casu addidit idem, dicens: Ἐπὶ μισθῷ μεγάλῳ ἀπαλλάττω σε δεινοῦ: Mercede magna libero te malo. (hhh)

Ut modo diximus de vocula οὗ, ubi, pari modo se res habet cum vocula οἷ, quo, quae proprie loquendo est ablativus articuli ὅς, nam veteres in dativ. et ablat. οἷ dixerunt pro ᾧ, cum ω magnum non haberent, simplici et parvo utentes, et iota non subscribentes, sed ad latus apponentes, adeo ut οἷ dicatur pro ἐφ' οἷ, vel ᾧ, τόπῳ sive
436 χωρίῳ, quemadmodum οὗ pro ἐφ' οὗ τόπου. Subaudiendam autem hic esse vocem τόπος vel χωρίον, liquet exinde, quod saepe genitivum adiunctum habeat. Ex. gr. Lucianus Pseudom. pag. 780: Ὁρῶν, οἷ κινδύνου καθειξήκειν. Plena sententia

Digitized by Google

esset: Ὁρῶν, ἐφ' οἷ (ᾧ) τόπῳ κινδύνου καθειζήκειν: Videns, in quo periculi loco essem constitutus. (iii)

* Addi possunt Onosander c. XL. Οἷ κακοῦ τυγχάνει. Xenophon Ephes. p. 5. οἷ κακῶν ἐγεγόνεισαν. Id. p. 74. συνεὶς, οἷ κακῶν ἐγεγόνει. Chariton L. III. c. 9. οἷ καθέζηκε δεινοῦ. SCHWEB.

(yy) Sic auctor epist. ad Hebraeos c. XII, 20: κἂν θηρίον θίγῃ (ἐπὶ) τοῦ ὄρους. cap. VI, 18: κρατῆσαι τῆς προκειμένης ἐλπίδος. MICH.

(zz) Lucas evang. c. III, 2: ἐπ' ἀρχιερέων etc. Numquid et in ἐπιλαμβάνεσθαί τινος? MICH.

(aaa) Sic in epist. ad Hebr. c. IX, 7: ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ. MICH.

(bbb) Etiam verbum οἰκεῖν cum genitivo construit aliquoties Antoninus Liberalis, et subaudiendam relinquit praepositionem ἐπί. Sic c. 4. ᾤκει γῆς τῆς Δρυοπίδος. cap. 11. ᾤκει τῆς γῆς τῆς Ἐφεσίας. [Illic genitivum regunt παρὰ τὰ λουτρὰ τὰ Ἡρακλέους: hîc, ἵνα. Mireris Schoettgenii rationem etiam Bastio placere potuisse. V. viri doctissimi Epist. Crit. ad Boissonad. p. 74. SCHAEF.] Supplet autem idem cap. 12. ᾤκει δ' ἐπὶ τῶν ἀγρῶν, et Ioannes Apoc. XI, 10. κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς: quae exempla ad primum Antonini locum notavit Th. Munkerus. Cave ergo Berkelio obtrectanti credas, qui crisi satis audace loco secundi casus poni vult quartum, quod tamen contra ipsius linguae observationem est, quippe quae eam vocem alibi hac particula suppleri docet.

Idem observandum de verbo ἄρχειν, imperare. 437
(ccc) ἄρχειν τινὸς est plene ἐπί τινος, regnare super aliquem. Themistocles epist. I, 5. οὔτε ἄρχειν βουλόμενοι Ἀργείων: ne imperare quidem Argivis volentes. SCHOETTG.

* Post verbum μένειν. Euripides in Phoen. v. 73. Ἐτεοκλέα δὲ σκῆπτρ' ἔχειν μένοντα γῆς. pro ἐπὶ τῆς γῆς. BERNH. Imo iunge σκῆπτρα γῆς. SCHAEF.

(ccc) Item post verba dominii, e. g. Roman. VI, 14. ἡ ἁμαρτία ὑμῶν οὐ κυριεύσει etc. Isocrates: βασιλεύω τῆς Ἀσίας. Paeanius L. IV. c. 11: τοῦ βασιλεύσαντος Νουμιδῶν. Actor. XVIII, 12: Γαλλίωνος ἀνθυπατεύοντος τῆς Ἀχαΐας. Luc. c. I, 2: ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας. cap. III, 1: τετραρχοῦντος τῆς Γαλιλαίας, etc. MICH.

(ddd) Ante dativum, quando notat conditionem

sive rationem. Actor. X, 29. πυνθάνομαι οὖν, τίνι λόγῳ μετεπέμψασθέ με. Percontor ergo, quam (ob) caussam me accersiveritis. Sic I Cor. XV, 2. Τίνι λόγῳ εὐηγγελισάμην ὑμῖν: qua ratione vobis Evangelium praedicaverim: pro ἐπὶ τίνι λόγῳ. (eee) SCHOETTG.

* Quum Graeci dicunt ἀνιᾶσθαι τῷ πταίσματι, deest praepositio ἐπί. Addit hanc praepositionem Aelianus Var. Hist. XII, 1. Observat Iensius Lect. Lucian. I, 3. eam a Lu-
438 ciano semper fere addi. Omittitur eadem praepositio post verbum γελᾶν. Aristophanes Equit. v. 693. ἐγέλασα ψολοκομπίαις. et Nubib. v. 560. Sed additur Ran. 2: ἐφ' οἷς ἀεὶ γελῶσιν οἱ θεώμενοι. LEISN.

* Pariter ante tertium casum temporis, in dictione: πολλῷ χρόνῳ. Euripides in Iphigenia Aul. v. 640:

Ὦ πάτερ, ἐσεῖδόν σ' ἀσμένη πολλῷ χρόνῳ.

Iphigenia loquitur, post longiorem absentiam visens Agamemnona. Scribendum fuit, si versus non obstitisset: ἐπὶ πολλῷ χρόνῳ. Ἐπὶ autem esse temporis etiam signum, notum est omnibus. BERNH.

(eee) 2 Corinth. I, 15: καὶ (ἐπὶ) ταύτῃ τῇ πεποιθήσει ἐβουλόμην etc. c. II, 12: τῷ μὴ εὑρεῖν με etc. MICH.

(fff) Paeanius L. VIII. c. 8. ἑβδομηκοστόν τε ἰὼν τῆς ἡλικίας ἔτος, pro ἐφ' ἑβδομηκοστὸν etc. ad septuagesimum aetatis annum progressus. cap. X, n. 3: ἀρχὴν ἴθυνε στρατιωτικήν: ad militarem praefecturam progressus est. MICH.

(ggg) Saepissime ante voc. ad locum apud Poëtas. Euripides in Cycl. v. 92:

Κυκλωπίαν γνάθον
Τήνδ' ἀνδροβρῶτα δυστυχῶς ἀφιγμένοι.

439 Infeliciter (ad) Cyclopis homines devorantis maxillam venientes, i. e. in Cyclopis ἀνδροφάγου manus incidistis. Ubi γνάθον dicitur pro: ἐπὶ γνάθον. It. v. 106:

Πόθεν Σικελίαν τήνδε ναυσολῶν πάρει;
Unde (ad) hanc Siciliam navi advectus advenis?

Deest ἐπὶ, ἐπὶ Σικελίαν. Et alias saepe. BERNH.

(hhh) Item ante ablativum obiecti, ut I. Ioan. III, 23. ἵνα πιστεύσωμεν τῷ ὀνόματι τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. coll. Luc. evang. c. XXIV, 25. MICH.

Digitized by Google

(iii) In iis etiam dictionibus, quae causam indicant, τὸ ἐπὶ abest. Euripides in Hel. v. 77. 78:

Τί δ', ὦ ταλαίπωρ', ὅστις ὢν, μ' ἀπεστράφης,
Καὶ ταῖς ἐκείνης συμφοραῖς ἐμὲ ζυγεῖς;
Quid est, o miser, quisquis es, quod ita me aversaris,
Et (propter) illius (sc. Helenae) calamitates me odisti?

Ubi dicendum fuit: ἐπὶ ταῖς ἐκείνης συμφοραῖς. BERNH.

* ΕΥ, Bene.

Εὖ, bene, subintelligitur in μαρτυρούμενος, coll. not. ad Wolfii Curas Actor. VI, 13. Sed pertinet hoc ad ellipsin adverbiorum, ubi vide. MICH.

K.

ΚΑΤΑ, Ad, In, Per.

440

Familiaris admodum Poëtis aliisque Atticis est Ellipsis praepositionis κατά. Ea subauditur aliquando ante genitivum (a), ut apud Homerum Iliad. Λ.

Αἰνείας δὲ πρῶτος ἀκόντισεν Ἰδομενῆος.
Aeneas primus iaculum misit (in) Idomeneum.

Ubi Ἰδομενῆος pro κατ' Ἰδομενῆος. [Iliad. Ψ. v. 853.

— — — ἓκ δὲ τρήρωνα πέλειαν
λεπτῇ μηρίνθῳ δῆσεν ποδὸς, ἧς ἄρ' ἀνώγει
τοξεύειν.

Euripides Bacch. v. 1085. Br.

πρῶτον μὲν αὐτοῦ χερμάδας κραταιβόλους
ἔρριπτον.

Cycl. v. 51.

ῥίψω πέτρου τάχα σου.

Musgravius: „τάχα. Septimius Florens emendabat κατά. Sed nihil necesse est.“ Iphig. Taur. v. 362.

ὅσας γενείου χεῖρας ἐξηκόντισα
γονάτων τε τοῦ τεκόντος ἐξαρτωμένη.

Marklandus: „Pro γενείου — ἐξηκόντισα aliquis forte coniecerit γένειον — εἰσηκόντισα. Si retineatur γενείου, κατὰ vel ἐπὶ intelligendum erit, quae

satis frequens est Constructio." Mihi videtur γενείου perinde ut γονάτων pendere a participio ἐξαρτωμένη. Quoties manus extenderim, patris nunc mentum tangens, nunc genua. SCHAEF.] Euripides Phoeniss. v. 941: Κάδμου παλαιῶν Ἄρεος ἐκ μηνιμάτων, propter veterem iram Martis (contra) Cadmum. ubi Scholiastes: λείπει ἡ κατά. ὁ δὲ νοῦς, κατὰ Κάδμου. [Nuper ediderunt ex Valckenarii coniectura: Κάδμῳ π. Ἄ. ἐ. μ. SCHAEF.] Homerus Iliad. Δ. v. 100:

Ἀλλ' ἄγ' ὀΐξευσον Μενελάου κυδαλίμοιο.

ubi Eustathius: λείπει πρόθεσις, τὸ γὰρ ἐντελὲς, κατὰ Μενελάου. Sic in τοῦ λοιποῦ et τοῦ λοιποῦ χρόνου, ut apud Aelianum Var. Hist. XIV, 7. deest κατὰ, vel ἐκ, reliquo tempore. (b)

Supprimitur etiam in ἑξῆς, quod pro adverbio habetur, sign. deinceps, ordine. Est autem proprie genitivus nominis ἑξή, series, ordo, ἀπὸ τοῦ ἔχεσθαι, proxime sequi, cohaere, cuius vocis genitivus tantum remansit in usu. Quando igitur occurrit instar adverbii, subintell. κατά. E. g. ἡ ἑξῆς ἡμέρα, integre est: ἡ καθ' ἑξῆς ἡμέρα, dies, quae in serie sequitur, dies sequens. Id subintelligendum esse, patet ex composito καθεξῆς, quod proprie pro uno vocabulo
441 non est habendum, sed pro duobus, καθ' ἑξῆς, quae tractu temporis in unum coaluerunt, ut alia plura, v. gr. διαπαντὸς, παράπαν, παραχρῆμα, ἐπέκεινα, ἐξαρχῆς, καταμόνας, κατενώπιον. Vel ἐπὶ subaudire licet: dicitur enim etiam ἐφεξῆς una voce pro ἐφ' ἑξῆς. (d)

* Antiquissimis temporibus voces inter scribendum una serie fuisse continuatas, vel illa ultimae antiquitatis marmora Oxoniensia facile probare possunt. Unde illam vocum separationem sensim demum invaluisse recte iudicat Dorvillius, memoratque Codicem antiquissimum Euclidis A. Christi

Digitized by Google

889. scriptum, in quo non talia tantum, quae vulgo bifariam exarata inveniuntur, sed omnes praepositiones suis casibus adhaerent, neglecto accentu in praepositione, e. g. *διατὴν*, *ἀποτοῦ*, *προσημᾶς*, cet. vid. eius not. ad Chariton. p. 49. SCHWEB.

Ante accusativum ubique, ut *εἶδος κάλλιςος*, *ψυχὴν φιλανθρωπότατος*. Xenophon Κύρ. Παιδ. I, 4. pro *κατ' εἶδος*, *κατὰ ψυχήν*. *Καλὸς τὸ σῶμα*, *ταχὺς τοὺς πόδας*. Homerus saepe: — *πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς*: pedibus celer Achilles. [Philemo Lexicographus ap. Boissonad. ad Philostrat. p. 298. *Μάχιμος τὸ σχῆμα*, *Πολὺς τὸν λόγον*, *λείπει ἡ κατά*. Philostratus Her. p. 160. *Μέγεθος μὲν τοίνυν αὐτὸν κατὰ τὸν Αἴαντα τὸν μείζω γενέσθαι*, *κάλλος δὲ Ἀχιλλεῖ τε ἁμιλλᾶσθαι*, *καὶ Ἀντιλόχῳ*, *καὶ αὐτῷ*, *φησὶν ὁ Πρωτεσίλεως*, *κ. τ. λ.* Editor p. 546. „*Μέγεθος*. E *κατὰ μέγεθος*. Ubi praepositio scholium est, quod in textum male irrepsit." Passim tamen praepositio additur. Dionysius Hal. Ant. Rom. T. II. p. 955. *κράτιςος τῶν τότε Ῥωμαίων κατὰ πᾶσαν ἀρετὴν νομισθείς*. SCHAEF.] *Πάντα*, pro *κατὰ πάντα*. 1 Corinth. X, 33. *Καθὼς κἀγὼ πάντα πᾶσιν ἀρέσκω*: Quemadmodum et ego (per) omnia omnibus placeo. [Euripides Sthenob. Fragm. I. *Οὐκ ἔςιν ὅςτις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ*. Additâ praepositione *εἰς*, idem Alex. Fragm. XVI. *Ὥςτ' οὔτις ἀνδρῶν εἰς ἅπαντ' εὐδαιμονεῖ*. SCHAEF.]

* Luc. IX. 14. *Κατακλίνατε αὐτοὺς κλισίας*: sub. *κατά*: sicuti Marc. VI. 39. *Συμπόσια*, *συμπόσια* et *πρασιάς*. Aelian. V. H. L. XIII. 2. *Τὸ δὲ γένος Λαρισσαία ἦν*. Homerus Iliad. A. v. 115.

— — — — *ἐπεὶ οὐ ἔθεν ἐςὶ χερείων*
Οὐ δέμας, *οὐδὲ φυὴν*, *οὔτ' ἄρ φρένας*, *οὔτε τι ἔργα*.

Hanc Graecorum constructionem sequuntur etiam persaepe scriptores Romani. Mela L. II. c. I. 90. Totum braccati corpus, et nisi qua vi-

Digitized by Google

dent, etiam ora vestiti. Id. L. III. VI. 55. Vitro corpora infecti. Sueton. Aug. c. XX. Dextrum genu lapide ictus. Horatius L. I. I. 21. Stratus membra. Id. L. I. II. 31. Humeros amictus. Id. I. VI. 19. Sive quid urimur. et sexcenta alia, quae apud Tacitum, Plinium et in primis apud poëtas reperiuntur. SCHWEB.

* Ante *γένος*. Diodor. Sic. praef. p. 3. *ἡμεῖς ἐξ Ἀγυρίου (κατὰ) τὸ γένος τῆς Σικελίας ὄντες*. Iulian. Misop. p. 152. *Σκύθης μὲν (κατὰ) τὸ γένος*. Item ante *ὄνομα*. Utrumque habes in epigrammate Iensii 104. *Αυδὴ καὶ γένος εἰμὶ καὶ οὔνομα*. F. ST.

In *ὁδὸν*, (e) ut Xenophon II. II, 25. *Ἀμάξας σίτου προέπεμπε τὴν ἐπὶ τὰ Φρούρια ὁδόν*: Plaustra frumenti praemisit (per) viam ad castella ducentem: pro *κατὰ τὴν ὁδόν*.

* Euripides Bacch. v. 303.

πηδῶντα σὺν πεύκαισι δικόρυφον πλάκα.

Brunckius: „Cohaerent *πηδῶντα δικόρυφον πλάκα*, in quibus subaudiri potest praepositio *κατά*. In Sophoclis Aiace 30.

πηδῶντα πεδία σὺν νεοῤῥάντῳ ξίφει.

Ubi quidam codices minus bene *πεδίῳ*." V. idem ad Sophocl. Philoct. v. 206. SCHAEF.

* Euripides Suppl. v. 1012.

Ὁρῶ δὴ τελευτὰν,
ἣν ἔςακα· —

Marklandus: „Id est, *καθ'* vel *εἰς ἣν*, Video finem, iuxta quam vel in qua sum: ut supra [v. 988.] *ἔςηκε πέτραν*, et Sophocl. Philoct. 145. *τόπον ὄντινα κεῖται*, i. e. *καθ' ὄντινα*, locum in quo est. plene Herodotus IX, 21. *μοῦνοι ἔχοντες ςάσιν ταύτην ἐς τὴν ἔςημεν*. I Petri V, 12. Noster Orest. 1256. *Στῆθ' αἱ μὲν ὑμῶν τήνδ' ἁμαξήρη τρίβον*. ubi vid. Schol." Iphig. Aul. v. 235.

Digitized by Google

καὶ κέρας μὲν ἦν
δεξιὸν πλάτας ἔχων
Φθιώτας ὁ Μυρμιδόνων Ἄρης.

Musgravius: „κέρας δεξιόν. Subauditur hic κατὰ, non inusitatâ licentiâ. Supplic. v. 659. δεξιὸν τεταγμένους κέρας. Vide etiam Rhes. v. 486. Heraclid. v. 672." SCHAEF.

In τρόπον frequenter, ut ὃν τρόπον, pro καθ' ὃν τρόπον, quo modo. Xenophon Παιδ. II, 1. Ἄλλος ἄλλον τρόπον: alius alio modo. Comicus in Pace 627:

Ὁ δεσπότης μου μαίνεται καινὸν τρόπον.
Herus meus novo insanit modo.

Iudas in Epist. v. 7. Ὡς Σόδομα καὶ Γόμορρα, καὶ αἱ περὶ αὐτὰς πόλεις, τὸν ὅμοιον τούτοις τρόπον, ἐκπορνεύσασαι. Act. 1, 11: Οὕτως ἐλεύσεται, ὃν τρόπον ἐθεάσασθε: Sic veniet, quo modo spectastis. (f) [Synesius p. 176. B. τὸν ἐνόντα τρόπον. Athenaeus T. IV. p. 358. εἰς παλάθης Συριακῆς τρόπον πλάττοντες. SCHAEF.]

In δίκην, pro more, instar, ut Lucianus 442
Asino 93: δίκην κέρκου, instar caudae. plene κατὰ δίκην: ut et in δέμας, quod poëtis pro δίκην vel τρόπον. Homerus Iliad. Σ. v. 1: — δέμας πυρὸς αἰθομένοιο: instar ignis ardentis.

In γνώμην, ut γνώμην ἐμὴν, pro κατὰ γνώμην ἐμὴν, mea sententia. Aristophanes Pace v. 231. p. 637. Καὶ γὰρ ἐξιέναι, γνώμην ἐμὴν, μέλλει: Nam egressum parat, ut opinor. (g)

In τὴν ἡμέραν, τὸν χρόνον, et τὴν ὥραν, ut ἐκείνην ὥραν, ἡμέραν, vel χρόνον, pro κατ' ἐκείνην ὥραν etc. Demosthenes: Ἤδη τῆς εἰρήνης γεγονυίας τέτταρας μῆνας, pro κατὰ τέτταρας μῆνας: Quum iam pax fuisset (per) quatuor menses.

In ψεῦδος: nam ψεῦδος saepe ponitur pro κατὰ ψεῦδος, per mendacium, i. e. falso. Homerus Iliad. I:

Ὦ γέρον, οὔτι ψεῦδος ἐμὰς ἄτας κατέλεξας.
O senex, non falso aerumnas recensuisti meas.

In ὄναρ. Lucianus Pseud. 766. Ὡς ὄναρ παρὰ τοῦ θεοῦ ἀκούων: pro κατ' ὄναρ: Ut (per) quietem a Deo audiens. Aelianus Var. Hist. XII, 63. — ὄναρ αὐτῇ συνεγένετο: — (per) quietem cum illa rem habuit.

* In καιρὸν, opportuno tempore. Sophocl. Aiac. v. 34. Καιρὸν δ' ἐφήκεις. In ἐπίκλησιν, cognomine. Homer. Iliad. X. v. 29.

Ὃν τε κύν' Ὠρίωνος ἐπίκλησιν καλέουσιν.

In ἐνύπνιον, in somnis. Idem Iliad. B. v. 56. In νύκτας τε καὶ ἦμαρ. Idem Iliad. X. v. 432. uti apud Latinos dies noctesque. In τέλος et πέρας, quae saepe ἐλλιπῶς apud Polybium, e. g. T. II. p. 977. Πέρας ἐνέκλιναν οἱ βάρβαροι. Moschus Idyll. III. v. 18. Τὸ δ' οὐδ' ὄναρ ἦλυθεν ἄλλῳ. Plene Matth. c. I. 20. κατ' ὄναρ ἐφάνη αὐτῷ. SCHWEB.

In τὰ λοιπὰ, τἄλλα, quae dicuntur pro κατὰ τὰ λοιπὰ, κατὰ τἄλλα: quod ad cetera, quod ad alia adtinet. (i) Sic τὰ δυνατὰ, τὰ ἐνόντα, pro facultatibus, pro κατὰ τὰ δυνατὰ et ἐνόντα, subintell. χρήματα. Ἅπερ etiam et
443 ἅτε, quippe, quoniam, sunt proprie accusativi neutr. gen. in quibus subaud. κατὰ, adeo ut plenus sermo sit, καθ' ἅτε et καθ' ἅπερ πράγματα. (k)

* Sic in ὅ. Rom. VI. 10. pl. καθ' ὅ. Quatenus mortuus est. ὃ δὲ ζῇ: quatenus autem vivit. SCHWEB. Euripides Cycl. v. 321. οὐδ' οἶδ', ὅ,τι Ζεὺς ἔς' ἐμοῦ κρείσσων θεός. ex emendatione Marklandi ad Supplic. v. 518. „i. e. καθ' ὅ,τι, in qua re. vulgo: ὅτι, quod." SCHAEF.

In δωρεὰν, quod pro adverbio habetur, gratis. Est autem proprie accusativus nominis δωρεὰ,

Digitized by Google

unde δωρεὰν pro κατὰ δωρεὰν dicitur. [Sic δῶρον ionicumque δωτίνην. Herodot. I. c. 70. 69. extr. SCHAEF.] Similiter προῖκα, pro κατὰ προῖκα: nam προίξ nomen est, significatque donum. Hesychius: πᾶν γὰρ δῶρον προίξ. (l)

* Προῖκα occurrit apud Epictetum c. XII. Προῖκα ἔχειν τὰ ἔπη τὰ Κύπρια apud Aelian. V. H. L. IX. 15. Pro Accusativo προῖκα occurrit etiam Genitivus apud Homerum Odyss. N. v. 15.

— ἀργαλέον γὰρ ἕνα προικὸς χαρίσασθαι.

Schol. Gr. ἡ προικὸς γενικὴ ἀντὶ τοῦ προῖκα. ubi plene foret διὰ προικός: uti in altero est κατὰ προῖκα. Haec ellipsis quoque locum habet in Adiectivis Neutris, quae Latinis adverbialiter reddi solent, e. g. ἑτοιμότατα τῷ λόγῳ χρῆσθαι, q. d. κατὰ τὰ ἑτοιμότατα ἔργα. Item in formula illa, αὐτὸ τοῦτο, quae reliquae orationi inseritur. Lucian. T. II. p. 314. Οἱ μὲν συρφετώδεις, καὶ αὐτὸ τοῦτο, ἰδιῶται. SCHWEB.

Par est ratio vocis ἐνώπιον, quae, si proprie loqui velimus, non est adverbium, (tum enim genitivum post se habere non posset;) sed est nomen accusativi casus, qui pendet ab omissa praepositione κατά. Significat autem ἐνώπιον, ut et ἐνωπή, conspectum. Ἐνώπια in plur. dixit Homerus Iliad. θ. Unde ἐνώπιον elliptice pro κατ' ἐνώπιον, in conspectu, dicitur. Ex quibus deinceps una conflata vox κατενώπιον.

Μακρὰν (m) etiam non est adverbium, si rem recte ponderemus, sed accusativus feminini generis nominis μακρός. Quum autem μακρὰν solum dicitur pro longe, subaudi κατὰ cum substantivo ὁδὸν, (n) ut integra sit locutio: Κατὰ μακρὰν ὁδὸν, per longam viam. (o)

* Sic Bion Idyll. II. v. 13 Φεῦγε μακράν. Idem vero Idyll. I. v. 51. Φεύγεις μακρὸν, Ἄδωνι. ubi plena locutio foret, κατὰ μακρὸν διάζημα. SCHWEB.

Digitized by Google

In πολὺ vel πολλὸν ante comparativum, ut πολλὸν ἐλαφρότερος, pro κατὰ πολλὸν ἐλαφρότερος, apud Hesiodum. Et πολλὸν ἀμείνω, pro κατὰ πολλὸν ἀμείνω, apud eundem. In quibus tamen etiam πρᾶγμα vel μέτρον deest, ut plene sit: κατὰ πολλὸν μέτρον ἀμείνω.

444 Item in accusativis, qui adduntur verbis (p) neutris, ut vocant, et passivis, ut: Ἀλγῶ τὴν κεφαλήν, pro κατὰ τὴν κεφαλήν: doleo caput. (q)

* In νικᾶν μάχην, ἀγῶνα, ναυμαχίαν, Ὀλύμπια sub. κατά. vid. Duport. ad Theophrast. Charact. p. 380. Hanc Graecorum constructionem imitatus videtur Iustinus L. XLI. c. 1. Quamquam plus gloriae sit, inter Assyria et Medica Persicaque, memorata olim regna — — emergere potuisse, quam longinqua bella vicisse. Unde hanc lectionem non censeam esse sollicitandam. Sic in Ἴσθμια, Νέμεα, Πύθια, Ὀλύμπια στεφανοῦσθαι itidem subintelligitur κατά. Simonides apud Hephaestionem p. 64.

Ἴσθμια, δὶς Νέμεα, δὶς Ὀλύμπια ἐστεφανώθην.

quem locum Lambinus attulit ad illa Horatii L. I. Epist. I. v. 49. 50. ubi eadem ellipsis occurrit:

Quis circum pagos et circum compita pugnax
Magna coronari contemnat Olympia.

SCHWEB. Epigramma ap. Dion. Chrysost. T. II. p. 107. (Anthol. Gr. Epigr. adesp. CXXXII. b.):

Ἀργὼ τὸ σκάφος εἰμὶ, θεῷ δ' ἀνέθηκεν Ἰάσων,
Ἴσθμια καὶ Νεμέοις στεψάμενον πίτυσιν.

Corrigo: Νέμεα στεψάμενος. Conf. Porson. ad Euripid. Med. v. 44. SCHAEF.

Ὠφελεῖσθαί τι, pro κατά τι, utilitatem capere ex aliqua re. Ζημιοῦσθαί τι, mulctari aliquo, pro κατά τι. ut Matthaeus evangel.

Digitized by Google

c. XVI, 26. *ζημιοῦσθαι τὴν ψυχήν.* Sic *μαστιγοῦσθαι, τύπτεσθαι, ἐπιτρίβεσθαι, δέρεσθαι πολλὰς, ὀλίγας,* subintell. *πληγὰς* cum *κατά.* Sic apud Lucam in evang. c. XII, 47. *δαρήσεται πολλὰς,* et vers. 48 *δαρήσεται ὀλίγας.* (r) [Euripides Iphig. Aul. v. 1516. *σώματος Δέρην σφαγεῖσαν.* Marklandus: „postquam caesa (percussa) fuerit *δέρην* (i. e. *κατὰ δέρην*) *σώματος.*" SCHAEF.]

Denique, quando verba activa duos post se habent accusativos, (s) a praepositione *κατὰ* pendet aliquando accusativus rei, ut *ἀποξερεῖν τινα τὰ χρήματα,* spoliare aliquem bonis. *αἰτεῖν* (t) *τινά τι,* petere aliquem aliquid. Lucianus Demonact. *Οὐδένα* (u) *τι αἰτήσας,* a nemine aliquid poscens, pro *οὐδένα κατά τι χρῆμα αἰτήσας.* (x) [De Homerico illo, *τὸν δὲ σκότος ὄσσ' ἐκάλυψε,* v. Leisner. praefat. SCHAEF.]

* Sic Latini quoque, Graecorum more, verbis docendi, monendi, rogandi cet. geminum Accusativum iungunt; uti iam docuit Vossius de Construct. c. XL. Terentius Adelph. Act. V. Sc. VIII. 18. Si quid te maius oret. Virgilius L. XI. v. 110.

Pacem me exanimis et Martis sorte peremtis
Oratis?

SCHWEB.

(a) Adde: *τίνος χρόνου;* quod habet Euripides in Oreste v. 1213:

Ἦξει δ' ἐς οἴκους Ἑρμιόνη τίνος χρόνου;
Quando, sive quonam autem tempore domum redibit Hermione?

Ubi manifestum est, dicendum pleno sermone fuisse: *κατὰ τίνος χρόνου; Τῆς ὁδοῦ,* pro *κατὰ τῆς ὁδοῦ ὄντας,* Actor. XII, 2. BERNH.

(b) Adde Hombergium ad Matth. cap. X, 1. quamvis huic Ellipsi non admodum sit aequus. (c) SCHOETTG. 445

(c) Vide nostram infra annotationem, ubi de ellipsi praepositionis *περὶ* agetur, ultimo loco subiunctam. MICH.

Digitized by Google

(d) Post κατηγορεῖν cum genitivo, coll. Lucae evangel. c. XXIII, 14. ὧν κατηγορεῖτε κατ' αὐτοῦ. MICH.

(e) Matthaeus evangel. c. IV, 15. ὁδὸν θαλάσσης. MICH.

(f) Ἃ solum ubi deprehenditur positum, addendum relinquit κατὰ, ut fiat καθ' ἅ. Quod etiam in frequenti est apud Graecos usu. Illud autem invenimus in Luciani Dial. Crat. et Diog. Ἃ γὰρ ἐχρῆν, σύ τε Ἀντισθένους ἐκληρονόμησας: Sicut oportuit, et tu Antisthenis factus es heres, et ego tuus. Quo quidem loco τὸ κατὰ requiri, nemo est, qui non videat. [Fallitur. ἅ illud accusativus est, quem regit verbum ἐκληρονόμησας. Praecedit ibid. οὔτε πώποτε εὐξάμην. Corrige: οὔτ' ἐγώ ποτε ε. nam sequitur: οὔτε, οἶμαι, σὺ, κ. τ. λ. SCHAEF.] Quod si quis nomen aliquod, vel πράγματα, vel aliud huiusmodi, existimaverit addendum, non equidem repugnaverim. Idem Lucianus Dial. Alex. Annib. et Min. ταῦτά ἐστιν, ἅ, pro καθ' ἅ, ἐγὼ Ἀλεξάνδρου ἀμείνων φημὶ εἶναι. BERNH.

(g) Ἀκμὴν est κατ' ἀκμὴν, in fervore, h. e. sedulo, studiose. Isocrates ad Demonicum: ἀκμὴν φιλοσοφεῖς. (h) Matthaeus evang. c. XV, 16. ἀκμὴν καὶ ὑμεῖς
446 ἀσύνετοί ἐστε: Etiam vos egregie estis imprudentes. SCHOETTG.

* Σύντονον, pro κατὰ σύντονον, (cum) contentione, vehementer. Aelianus Var. Hist. L. I. c. 13. Κύων ὑλακτεῖ πάνυ σφοδρῶς καὶ σύντονον. BERNH.

(h) Item: etiam nunc, q. d. κατ' ἀκμὴν χρόνου, Matth. c. XV, 16. MICH.

(i) Πάντα, pro κατὰ πάντα, in omnibus rebus. Theognis v. 898: οὐδεὶς δ' ἀνθρώπων αὐτὸς ἅπαντα σοφός: Nemo hominum (in) omnibus rebus est sapiens. SCHOETTG.

(k) In πλῆθος. Exod. VIII, 24: Ἐγένετο ἡ κυνόμυια πλῆθος, pro κατὰ πλῆθος, (cum) multitudine, magno numero. BERNH.

(l) Ante τὸ expletivum, τῷ τί vel πῶς praemissum, coll. not. ad Lucae evang. c. I, 62: τὸ, τί ἂν θέλοι. et c. XXII, 2. τὸ, πῶς ἀνέλωσιν αὐτόν. MICH.

(m) Μέσον, pro κατὰ μέσον. Matth. cap. XIV, 24. MICH.

(n) Fundamentum huius supplementi est in Luciani Dial. Triton. et Nept. Μόνη δὲ παραγίνεται μακρὰν οὕτω τὴν ὁδόν. BERNH.

Digitized by Google

(o) Sed obstat Deuteron. c. XIV, 24: ἐὰν δὲ μακρὰν ἀπέχῃ ἡ ὁδὸς ἀπὸ σοῦ. MICH.

(p) Sic Matthaeus in evangel. c. V, 6: οἱ πεινῶντες 447
καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην. Item post verbum ὀμνύειν, Iacobi epist. c. V, 12. et ὁρκίζω, Marc. evang. c. V, 7. Οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ. Rom. I, 16. MICH.

(q) Κάμνειν τι, pro κάμνειν κατά τι. Aelianus Var. Hist. L. IV. c. 15. κάμνων δὲ τὸν σπλῆνα, pro κατὰ τὸν σπλῆνα, laborans splene. Paullo post: Νοσήσας τοὺς πόδας, pro κατὰ τοὺς πόδας. BERNH.

(r) Sic dicimus πλήττομαι τὸν πόδα, item ταράσσομαι Φρένας, et sexcenta talia. Quod et Latini imitantur. Horatius de Arte Poët. vers. 303:

Qui purgor bilem sub verni temporis horam.,

Ovidius Heroid. epist. XIII. vers. 39:

Ipsa comas pectar, galea caput ille prematur?

Heinsius quoque hunc Graecismum invenire sibi visus est apud Ovidium Heroid. epist. IX. v. 111:

Pro pudor! hirsuti costas exuta leonis
Aspera texerunt vellera molle latus.

Sed infeliciter costas pro costis edidisse ex unico libro Heinsius videtur Bentleio ad Horatii Odar. L. III. 5. vers. 38. quia, quum Horatius dixit purgor bilem, bilem 448
meam subintelligimus; quum Ovidius dixit:

Ipsa comas pectar, galea caput ille prematur?

comas meas et caput suum cogitando adiicimus. Id quod quum in omnibus huius Graecismi exemplis locum habeat, perperam dicere videtur, si quis dicat: vellera exuta costas suas; quia vellera costis carent. LEISN.

(s) Lucas in Actis Apostol. c. XIX, 13: ὁρκίζομεν ὑμᾶς τὸν Ἰησοῦν. Ioannes in Apocal. c. III, 18: κολλούριον ἔγχρισον (κατὰ) τοὺς ὀφθαλμούς σου. Matthaeus in evangel. cap. XVI, 1: ἐπερωτᾶν τί τινα. Marcus evangel. c. XV, 17: ἐνδύουσιν αὐτὸν πορφύραν. vers. 20: ἐξέδυσαν αὐτὸν τὴν πορφύραν, καὶ ἐνέδυσαν αὐτὸν τὰ ἱμάτια τὰ ἴδια. MICH.

(t) Matthaeus evang. cap. VII, 11: Δώσει ἀγαθὰ τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν. MICH.

(u) Paeanius L. VII. c. 14: ὡς μηδένα μὲν ἀπαιτῆσαι τιμωρίαν, ita ut a nullo quidem poenam exigeret. MICH.

Digitized by Google

(x) Huc quoque pertinet formula illa elliptica, quae saepius occurrit, et viris doctis in Novo Testamento multum negotii facessivit, ubi quartus casus ponitur simpliciter, subintelligitur autem κατὰ, quod Latine exprimitur per: quod attinet ad. Exempla Novi Testamenti quaedam adiungimus. Matthaeus evang. c. XII, 36. Λέγω δὲ, ὅτι πᾶν ῥῆμα ἀργὸν, ἀποδώσουσι περὶ αὐτοῦ λόγον etc. Verte: Dico autem, Ad omne verbum otiosum quod adtinet, de ipso reddituri sunt homines rationem. (y) 2. Petr. I, 5. Καὶ αὐτὸ τοῦτο δὲ σπουδὴν πᾶσαν παρεισενέγκαντες ἐπιχορηγήσατε etc. Ad hoc ipsum vero quod adtinet, (reiicit nos ad antecedentia,) omnem industriam adhibete, ut exhibeatis, etc. 1. Corinth. X, 16: Τὸν ἄρτον, ὃν κλῶμεν, οὐχὶ κοινωνία τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ ἐστιν; Ad panem quod adtinet, quem frangimus, nonne ille est communio corporis Christi? [De hac constructione nuper egimus ad Euripid. Orest. v. 1645. p. 565. ed. Pors. alt. Add. Homer. Hymn. in Cerer. v. 66. κούρην, τὴν ἔτεκον, — τῆς ἀδινὴν ὄπ' ἄκουσα. In Sophocl. Oed. R. v. 449. interpunge: λέγω δέ σοι· τὸν ἄνδρα τοῦτον, ὃν πάλαι ζητεῖς — οὗτός ἐστιν ἐνθάδε. SCHAEF.] Adde Ioann. c. VI, 39. Actor. X, 36. Ephes. IV, 15. Matth. XXI, 42. conf. 1. Petr. II, 6. de quibus iam egit Stolbergius de Barbarismis et Soloecismis Novi Testam. c. 9. praecipue vero §. 3. ubi et similia exempla adducit, et eodem modo vertit.

449

Nos ex profanis alia quaedam, ab eo non adducta, observamus. Aeschines Dialog. 1, 2: Εἰ δὲ ταύτην τὴν ἀρετὴν βουληθείη ἀγαθὸς γενέσθαι: Si vero, quod ad hanc virtutem adtinet, bonus fieri vellet. Libanius epist. 29. p. 62. edit. Wolf. Καὶ μὴν, ἣν δυσχεραίνεις παρ' ἐμοὶ τοῦ ἔτους ὥραν, παρελήλυθε: Et certe, quod ad illud anni tempus adtinet, quod tibi apud me non placere ais, illud iam transiit. Plura huiusmodi observant viri celeberrimi, Noldius in Concord. Part. p. 121, 122, 478. Perizonius ad Aelianum Var. Hist. II, 13. p. 85. Kusterus ad Aristophanem in Pluto v. 55. et quos citat Wolfius in dissert. de iuvencis labiorum §. 18.

450

Huc pertinent et sequentia. Πρῶτον et τὰ πρῶτα, pro κατὰ τὰ πρῶτα, quod ad primum adtinet. Hoc nos commode exprimimus: *Was das erste anbetrifft.* Sic τὰ νῦν, pro κατὰ τὰ νῦν ὄντα πράγματα, prout res nunc se habet, Anacreon Oda 9.

Τανῦν ἔδω μὲν ἄρτον.
Iam quidem edo panem.

Digitized by Google

Actor. IV, 29. Καὶ τὰ νῦν, Κύριε, ἔπιδε ἐπὶ τὰς ἀπειλὰς αὐτῶν: Nunc ergo, Domine, respice in minas ipsorum. Vide ibi Raphelium. Paullo plenius est τὸ νῦν ἔχον, pro κατὰ τὸ νῦν ἔχον πρᾶγμα. Tobiae c. VII, 11. Ἀλλὰ τὸ νῦν ἔχον, ἡδέως γίνου. Adde Act. XXIV, 25.

Suppletur etiam aliquando κατὰ, ut Hebr. II, 17. Actor. III, 22. XVII, 22. item apud Arrianum II, pag. 97: ὡς οὐδέν τι οὔτε κατὰ πλῆθος, οὔτε κατὰ τὴν ἄλλην ἀξίωσιν, σφίσιν ἐπεοικότας: quippe qui, nec quod ad multitudinem, nec reliquam excellentiam, adtinet, comparandi sunt.

Nec soli accusativo alliganda est haec ipsa Ellipsios spe- 451
cies, sed alii quoque casus eadem gaudent, quod in aliis quidem auctoribus ἀνακόλουθον dicere possis, in Novo Testamento tamen aliter erit procedendum. Ita primum casum eodem modo adhibitum videmus in sequentibus. Actor. VII, 40: Ὁ γὰρ Μωσῆς οὗτος, ὃς ἐξήγαγεν ἡμᾶς ἐκ γῆς Αἰγύπτου, οὐκ οἴδαμεν τί γέγονεν αὐτῷ. Ad Mosen enim hunc quod adtinet, qui nos e terra Aegypti eduxit, nescimus, quid ipsi factum sit. Roman. IX, 10. ubi ἡ Ῥεβέκκα vertendum: ad Rebeccam quod adtinet; construendum cum verbis vers. 12. Ἐρρήθη αὐτῇ. 1. Ioann. II, 27. Καὶ ὑμεῖς, τὸ χρίσμα, ὃ ἐλάβετε ἀπ' αὐτοῦ, ἐν ὑμῖν μένει, Ad vos vero quod spectat, unguentum, quod a Deo accepistis, in vobis manet. Praecipue vero consuetum id est Ioanni in Apocalypsi c. II, 11. (z) 26. III, 5. 12. 21. in ὁ νικῶν.

Tribuenda vero haec loquendi ratio illis, quibus usitatior erat lingua Hebraea, quam Graeca, quique adeo, quasi Graeca sua ex Hebraeo verterent, idiotismum hunc sunt imitati. Nam, ut iis notum est, qui Hebraea norunt, non flectunt casus suos orientales, ut Graeci ac Latini; sed una saltem terminatione gaudent. Exemplo saltem uno rem declarabimus. Numer. c. XVII, 20. והיה האיש אשר אבחר בו מטהו יפרח: Quod ita vertunt Septuaginta Interpretes 452
vers. 5. ut ipsi numerant: Καὶ ἔσται ὁ ἄνθρωπος, ὃν ἐὰν ἐκλέξομαι αὐτὸν, ἡ ῥάβδος αὐτοῦ ἐκβλαστήσει. Unde certe liquido constare potest, qualis huius loquutionis sit origo. Occurrit tamen simile quid apud Aelianum Var. Hist. II, 13. Ἀλλ' οἵγε ξένοι, τὸν γὰρ κωμῳδούμενον ἠγνόουν, θροῦς παρ' αὐτῶν ἐπανίσταται. Ad peregrinos vero quod adtinet, (ignorabant enim, quis in comoedia traduceretur,) murmur apud ipsos oritur. Plura ad eundem Var. Hist, II, 13. notavit Amplissimus Perizonius.

Digitized by Google

Obliti fere eramus formulae τὴν ἀρχὴν, quod notat prorsus, omnino, prout exempla docent a Possino Spicil. Evang. c. 59. et Hombergio in Parergis sacris ad Ioann. VIII, 25. edit. maior. p. 165. minor. p. 17. sq. adducta. Ratio est haec: Ἀρχὴ notat imperium, principium, fundamentum, ac proinde omne id, quod in aliqua re est praecipuum. Suppleta ergo Ellipsi κατὰ τὴν ἀρχὴν notat, quod ad hoc adtinet, quod in tota re est primarium, h. e. plane, omnino. Ad locum vero Ioannis ut progrediamur: Τὴν ἀρχὴν, ὅ, τι καὶ λαλῶ ὑμῖν, brevibus mentem Hombergii, quae optima est, aperimus. Dixerat in antecedentibus Servator ad Iudaeos, fore, ut, si non in Messiam credant, ipsi in peccatis suis sint morituri. Ad haec respondent
453 Iudaei: Tu quis es, qui talia nobis minari possis? quae interrogatio coniunctum habet contemtum. Respondet Servator: Certe, quod ego dico vobis; subaudi, continget. Similis vero responsio est in nostra lingua, ut quum miranti vel irato dicimus: *Was ich dir sage,* h. e. res vere ita est, ut dico.

Eodem fere modo, quod ad Ellipsin pertinet, circa huius loci explicationem versatur I. H. Maius fil. Observ. Sacr. L. I. p. 69. sq. cuius opera eodem tempore cum prioribus nostris supplementis prodierat. Is tamen hoc observare debebat, κατὰ τὴν ἀρχὴν, non vertendum esse: ab initio; sed: plane, omnino, quod perpetuus Graecae linguae usus ita postulat. Illud καὶ, quod ὡς ἐν παρόδῳ monendum, abundat, nec in Latino commode reddi potest, quale exemplum occurrit apud Aeneam Gazaeum pag. 8. lin. ult. Caeterum ad hunc locum conferri potest peculiaris dissertatio Stolbergii, quae in Exercitationibus exstat p. 250. s. Dilherrus Dispp. t. I. p. 284. 285. Ramiresius Pentecontarcho c. 32. Michaelis Dissert. de usu LXX. Intt. in N. T. §. 11. p. 25. 26. et quos citat Wolfius ad Libanium epist. 95. p. 285. SCHOETTG.

(y) Potest tamen hoc et primi casus esse. Certius huc pertinent dicta Matthaei in evang. cap. XXI, 42. τὸν λίθον
454 κ. τ. λ. et Pauli in priore ad Corinthios epist. c. X, 17: τὸν ἄρτον, etc. Sic Ioannes in Apocalypsi c. I, 20: τὸ μυστήριον — καὶ τὰς ἑπτὰ — χρυσᾶς, quae verba recte Arabs exposuit: Quod autem adtinet ad mysterium, cet. Septuaginta in libro Iudic. c. XIII, 8: τὸν ἄνθρωπον τοῦ Θεοῦ, ὃν ἀπέστειλας, ἐλθέτω δὴ ἔτι πρὸς ἡμᾶς. MICH.

(z) Atqui heic constructio regularis est ὁ νικῶν οὐ μὴ

ἀδικηθῇ. Sed et ellipsin sic forte licebit resolvere: κατὰ τὸν ὅς ἐστιν ὁ νικῶν etc. MICH.

M.

ΜΕΤΑ, Post, Cum.

Μετὰ, post, cum substantivo πρᾶγμα deest in participio accusat. neutr. gen. quod resolvi potest in postquam cum verbo. Ex. gr. Ἀκουσθὲν, audito, postquam auditum est. Plene, μετὰ τὸ ἀκουσθὲν πρᾶγμα. Προστεταγμένον, mandato, μετὰ τὸ προστεταγμένον πρᾶγμα. Δόξαν, quum visum esset, μετὰ τὸ δόξαν πρᾶγμα. Ἐξὸν, ἐνὸν, quum liceat, μετὰ τὸ ἐξὸν πρᾶγμα. Παρὸν, pro μετὰ τὸ παρὸν πρᾶγμα, quum adsit facultas.

Et sic intelligendum illud ἀρξάμενον, Lucae evang. c. XXIV. 47. Καὶ κηρυχθῆναι ἔδει (ἐπὶ) τῷ ὀνόματι αὐτοῦ μετάνοιαν καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν εἰς πάντα τὰ ἔθνη, ἀρξάμενον ἀπὸ Ἱερουσαλήμ. Multum torsit hic locus viros doctos, et insolens visa est illis haec constructio: unde quidam legendum putarunt, ἀρξαμένων, subintell. ὑμῶν: alii, ἀρξαμένην, referentes illud ad ἄφεσιν: alii, servant-s accusativum, regi putarunt ab ἔδει κηρυχθῆναι. Sed haec omnia nos reiicimus, pro certo statuentes, ellipticum esse, et, ut praecedentia, ἀκουσθὲν, προστεταγμένον, ita etiam poni ἀρξάμενον pro μετὰ τὸ ἀρξάμενον πρᾶγμα, post initium factum, i. e. initio facto. Herodotus III, 91. Ἀπὸ δὲ Ποσειδηΐου πόλεως — ἀρξάμενον ἀπὸ ταύτης — πεντήκοντα καὶ τριηκόσια τάλαντα Φόρος ἦν. [ubi monuit Wesselingius p. 244. b. SCHAEF.] 455

* Atticis inprimis receptissima est haec loquendi forma, quibus Accusativi saepe pro Genitivis, maxime cum ὡς vel ὥσπερ usurpantur. Quare etiam utrumque et Accusativi et Genitivi usum

Digitized by Google

iunctim reperimus. Sic apud Thucydidem L. I. c. 124. *Ὥστε παντα χόθεν καλῶς ὑπάρχον ὑμῖν πολεμεῖν, καὶ ὑμῶν κοινῇ τάδε παραινούντων.* Idem L. I. c. 120. *Εὖ δὲ παρασχόν.* ubi schol. Gr. *ἀντὶ τοῦ παρασχόντος, δηλονότι τοῦ δαίμονος.* Idem L. I. c. 125. *Δεδογμένον δὲ αὐτοῖς.* Plura exempla vide sis apud Budaeum Comment. Gr. L. p. 18. et 219. Henr. Stephan. in Append. ad script. de Dial. Att. c. IX. p. 159. sqq. Vigerum et ad eum cl. Hoogeveen p. 274. sqq. SCHWEB. Mirâ structurâ Xenophon Anab. IV, 1, 13. *Δόξαν δὲ ταῦτα, ἐκήρυξαν οὕτω ποιεῖν.* Schneiderus: „Platonis locum in Protagora p. 95. ed. Bip. *δόξαν ἡμῖν ταῦτα, ἐπορευόμεθα* comparavit Hutchinson. Male igitur margo Steph. *δόξαντα* habet.“ Malam hanc alteram lectionem vix ausim dicere. Sic ipse Xenophon Hist. Gr. III, 2, 19. *Δόξαντα δὲ ταῦτα καὶ περανθέντα, τὰ μὲν στρατεύματα ἀπῆλθε, κ. τ. λ.* Artemidorus V. 28. *Ἔδοξέ τις ἐπὶ ξένης διατρίβων ἐξίαν οἰκοδομεῖν, καὶ ἀντὶ λίθων τὰ ἴδια βιβλία τῷ πηλῷ περιπλάσσειν, εἶτα δὲ μετέδοξεν αὐτῷ καταβαλεῖν καὶ παύσασθαι οἰκοδομοῦντα.* Reiffius: „Vulgo *μεταδόξαν*, pro quo ex coniectura scripsi *μετέδοξεν*, ut melius.“ Cur melius? SCHAEF.

Μετὰ, cum, ante ablativum, quocum construuntur verba quaedam, ut *ἀκολουθεῖν*, *ἕπεσθαι*, *ὀπηδεῖν*, sequi, comitari. Errarunt veteres Grammatici, qui statuerunt, verba illa regere dativum; casus enim, qui sequitur illa verba, non est dativus, sed ablativus, cui in plena structura praeponenda est praepositio *μετὰ* vel *σύν*. Sic *ἕπεσθαι*, *ἀκολουθεῖν τινι* dicitur pro *μετά τινι*, eodem modo, quo *ἀκολουθεῖν* et *ἕπεσθαι μετά τινος* dicitur, cuius generis exempla nonnulla ex optimis scriptoribus annotavimus ad Lucae c. IX. Subaudiendum in his esse *μετὰ*, non tantum sua-

Digitized by Google

det natura horum verborum, verum etiam docent exempla, in quibus μετὰ expressum reperitur. Hesiodus Ἔργ. 230:

Οὐδέποτ' ἰθυδίκαισι μετ' ἀνδράσι λιμὸς ὀπηδεῖ.
Nunquam iustos homines comitatur fames.

Quod verbum ὀπηδεῖν paullo post apud eundem cum casu sexto, omissa praepositione, occurrit, v. 313:

— πλούτῳ δ' ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ. 456
— Divitias comitatur virtus et gloria.

[Ut poëtae sensus magis appareat, verte: laus et gloria. Sic Homerus iungit ἐϋκλείη τ' ἀρετή τε Odyss. XIV. v. 402. Vid. Musgrav. ad Sophocl. Philoct. v. 1466. Virgilius Aen. VI. v. 805. virtutem extendere factis. Brunckius: „Sic membr. quoque nostrae: nec suspecta debet esse haec lectio. Virtutem eo sensu posuit, quo Graeci ἀρετὴν, pro nominis celebritate, gloria virtute parta." SCHAEF.] Aristophanes dixit, ἕπεσθαι ἅμα τινὶ, in Pace, p. 676:

— — Δεῦρ', ὦ κόραι,
Ἕπεσθον ἅμ' ἐμοὶ θᾶττον.
— — Huc adeste, puellae,
Sequimini me statim.

Sic in ὁμιλεῖν τινι, ut ὁμιλεῖν σοφοῖς, κακοῖς, pro μετὰ σοφοῖς, etc. versari (cum) sapientibus etc.

Π.

* ΠΑΡΑ, Ab.

Subaudiendum in ἀκούειν τινός. coll. Ioann. c. VII, 51. Vid. sub. ἐκ, et nostras ibi observationes. MICH.

ΠΑΡΑ, Apud.

Poëtae omittunt. Apollonius Lib. I, 587.

— — — — — ἔντομα μήλων
Κεῖαν ὁρινομένης ἁλὸς οἴδματι.

Ubi Schol. Λείπει δὲ ἡ παρὰ πρόθεσις, ἵν' ᾖ, ἔθυον

Digitized by Google

τῷ Δόλοπι παρὰ τῷ οἴδματι τῆς θαλάσσης. (a) [Fallitur Scholiastes. ὀρινομένης ἁλὸς οἴδματι sunt genitivi absoluti: dum mare concitabatur fluctibus tumidis. Conf. Homer. Il. XXI. v. 234. ὁ δ' ἐπέσσυτο, οἴδματι θύων· Πάντα δ' ὄρινε ῥέεθρα κυκώμενος. — Homericus in Cererem Hymnus si Bosii aetate editus fuisset, paulo speciosius uti potuisset illo e v. 99. Παρθενίῳ Φρέατι, de quo diversissimae sunt Criticorum nostrorum opiniones. Si sumas, ipsum locum, in quo ille puteus erat, Φρέαρ dictum fuisse, Παρθενίῳ Φρέατι vulgaris est dativus loci, quem si pro elliptico habes; cum Bosio subaudi ἐν. Non male conferas Ποταμός. Vid. Strabo T. III. p. 377. SCHAEF.]

* Potest haec praepositio subaudiri etiam in Accusativis temporis absolute positis. E. g. Actor. XX. 18. Πῶς μεθ' ὑμῶν τὸν πάντα χρόνον ἐγενόμην. Pro quo plene Chrysostomus in Ioh. παρὰ πάντα χρόνον. uti Lucianus T. I. p. 69. παρ' ὅλον τὸν βίον. SCHWEB.

(a) Lucae c. XXIII, 15. Οὐδὲν ἄξιον θανάτου ἐστὶ πεπραγμένον αὐτῷ. pro παρ' αὐτῷ. (b) In formula: ἐμοί
457 γε κριτῇ, quantum ego iudico, Aelianus Var. Hist. II, 41. Suppletur ab eodem XIV, 28. παρά γε ἐμοὶ κριτῇ. Vide et supra in Δοκεῖ. SCHOETTG.

(b) Sed vid. Wolfii Curas philologicas ad l. c. MICH.

ΠΕΡΙ, De.

Περὶ intellige ante genitivum, qui additur verbis quibusdam, ut sunt verba (c) memoriae et oblivionis, curandi etc. E. g. Μέμνησο τῆς τύχης, memento fortunae: plene, περὶ τῆς τύχης. Ἐπιλανθάνεσθαι βίας, i. e. περὶ βίας, oblivisci violentiam. Additur a Luciano in Asino p. 93: Κἀγὼ περὶ τοῦ ποδὸς καὶ τοῦ τραύματος ἀναμνησθείς, et ego pedis ac vulneris recordatus. Dio Cassius Lib. XLI. p. 180: Ἐμνήσθη περὶ αὐτῶν. Xenophon H. I, 34: Οἱ-

Digitized by Google

κονομίας ἐπεμνήσθη. Paullo post: *περὶ τούτου ἐπεμνήσθη.* In Epist. ad Hebr. XI, 22. Ἰωσὴφ *τελευτῶν περὶ τῆς ἐξόδου τῶν υἱῶν* Ἰσραὴλ *ἐμνημόνευσε.* [Euripides Iphig. Aul. v. 1123. *οἶσθα γὰρ πατρὸς Πάντως ἃ μέλλει γε.* Musgravius: „*πατρός.* Canterus *πάρος*, nulla necessitate. Ellipsis est praepositionis *περί.*" SCHAEF.]

In phrasi (d) *πλείονος ποιεῖσθαι*, pluris facere. Addit *περὶ* Polybius L. II. p. 208. *Οὐδὲν περὶ πλείονος ποιούμενος τοῖς κατὰ λόγον πράγμασιν*: Nihil antiquius habens, quam ut omnium, quae faceret, ratio sibi constaret. Sic Isocrates: *περὶ μηδενὸς ποιεῖσθαι τὰς διαβολὰς*, nihili pendere calumnias. Idem: *Περὶ πλείονος ποιοῦ, δόξαν καλὴν, ἢ πλοῦτον μέγαν, καταλιπεῖν*: Pluris facias bonam existimationem, quam divitias magnas, relinquere. In *πλείονος* tamen, ut obiter hoc addam, subintell. *τιμήματος*, quae vox pretium designat. Potest tamen haec locutio etiam alio mó- 458
do suppleri, nimirum *ποιεῖσθαί τι πλείονος*, plene, *ποιεῖσθαί τι πρᾶγμα πλείονος τιμήματος*, habere, vel, facere aliquid negotium pluris pretii. (e)

In *σπλαγχνίζεσθαί τινος.* Matth. XVIII, 27. *Σπλαγχνισθεὶς ὁ Κύριος τοῦ δούλου.* subintell. *περὶ τοῦ δούλου.* quod addit Matthaeus IX, 36. Ἰδὼν *τοὺς ὄχλους, ἐσπλαγχνίσθη περὶ αὐτῶν.*

In *ἀπορεῖν τινὸς*, haesitare de aliqua re. Plene dixit Maximus Tyrius Dissert. XXVI. p. 261. *Ἀποροῦντες περὶ τοῦ δαιμονίου τοῦ Σωκράτους.*

ΚαταΦρονεῖν τινος, pro *περί τινος*, despicere aliquem, q. d. *κατὰ* (humiliter) *Φρονεῖν* (cogitare) *περί τινος* (de aliquo).

Ἐπιμελεῖσθαι (f) et *Φροντίζειν τινὸς*, pro *περί τινος*, curare aliquid. Quae verba aliquando cum *περὶ* constructa reperiuntur. Sic *μέ-*

Digitized by Google

λει τινί τινος πράγματος. ut 1 Cor. IX. 9. μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ θεῷ; subintell. περί. (g)

In genitivo rei, qui additur verbis ἀκούειν, πυνθάνεσθαι et εἰπεῖν. (h) Comicus in Pluto: Τοῦ πράγματος ἀκήκοέν τι, i. e. περὶ τοῦ πράγματος, de re aliquid audivit. Thucydides: Ὡς ἐπύθοντο τῆς Πύλου κατειλημμένης, pro περὶ τῆς Πύλου: Ut audiverunt de Pylo capta. Homerus Odyss. Δ. v. 115:

Δάκρυ δ' ἀπὸ βλεφάρων χαμάδις βάλε, πατρὸς ἀκούσας.

459 Iliad. A. 257. Εἰ σφῶϊν τάδε πάντα πυθοίατο μαρναμένοιϊν. Homerus Odyss. Λ.

Εἰπὲ δέ μοι πατρός τε καὶ υἱέος, ὃν κατέλειπον.
Dic mihi (de) patre et filio, quem reliqui.

[Sophocles Trachin. v. 1124. τῆς μητρὸς ἥκω τῆς ἐμῆς Φράσων. Musgravius: „An subaudiendum περί? Eadem certe constructio qua Φωτὸς ἐξερήσομαι dixit Philoct. 444.“ Euripides Hel. v. 1089. ξυμμαρτυρήσει ναυτικῶν ἐρειπίων. Idem vir egregius: „Subaudiendum περί. Sic ἀεξομένοιο διδάσκει μηνὸς Arat. Diosem. v. 2. ὡς γνῶ χωομένοιο Hom. Il. δ'. v. 357.“ SCHAEF.] Euripides Phoeniss. vers. 1351:

Ὦ δώματ', εἰσακούσατ' Οἰδίπου τάδε
Παίδων ὁμοίαις συμφοραῖς ὀλωλότων.

Ubi Scholiastes: παίδων. λείπει ἡ περί. [Porsonus ad h. l. „Ante παίδων intellige περί, ut Sophocl. Antig. 1182. ἤτοι κλύουσα παιδὸς, ἢ τύχη περᾷ. Quod frustra sollicitant nonnulli. SCHAEF.]

Homerus Iliad. E.

— — — Ἀμυνέμεν οὐκ ἐθέλουσι
Νηῶν ὠκυπόρων.
— — — Defendere non volunt
Naves veloces.

* Homerus Iliad. M. v. 155.

Βάλλον ἀμυνόμενοι σφῶν τ' αὐτῶν καὶ κλισιάων
Νηῶν τ' ὠκυπόρων.

Digitized by Google

Quod cum *περὶ* habet idem Iliad. M. v. 142. *Ἀμύνεσθαι περὶ νηῶν.* Idem v. 170. *Ἀμύνονται περὶ τέκνων.* Philostrat. p. 213. *Μηδὲν ἐμοῦ δέου*: pro *περὶ ἐμοῦ.* Sophocles Electr. p. 96. edit. Steph. *Τοῦ κασιγνήτου*: ubi schol. Gr. *λείπει ἡ περί.* In Dativo supprimitur *περὶ* apud Homer. Iliad. Π. v. 64.

Τύνη δ' ὥμοιϊν μὲν ἐμὰ κλυτὰ τεύχεα δῦθι.

Quod plene effert idem Π. v. 133.

— — *θώρηκα περὶ ϛήθεσσιν ἔδυνε.*

Subaudiri etiam solet *περὶ* in Accusativo. Actor. X. 3. *Ὡϛεὶ ὥραν ἐννάτην τῆς ἡμέρας.* plene *ὡϛεὶ περί.* v. 9. *περὶ ὥραν ἕκτην.* Non enim ab *ὡϛεὶ*, sed suppressa praepositione *περὶ* Accusativus pendet. Hinc apud Aeschin. Dial. de Morte c. 14. *Καὶ ὅμοιον ὡϛεὶ περὶ τῆς Σκύλλης ἢ τοῦ Κενταύρου τις ὀδύροιτο.* [Mireris virum doctum tam diversa componere potuisse. SCHAEF.] Sic etiam in *δεινός τι* subintelligitur *περί.* Plene effert Cebes p. 5. edit. Gronov. *Δεινὸς περὶ σοφίαν.* SCHWEB.

Postremo in *Φρόνιμος* et similibus (i) adiectivis deest *περὶ*, quod additur apud Xenophontem *Κύρ. Παιδ. I, 35. Φρονίμους περὶ τούτων*, peritos horum. (k)

* Euripides Suppl. v. 1148 *γόων ἅλις τύχας.* Marklandus: „i. e. *περὶ τύχας*: satis luctuum de fortuna: ut *μέλος τύχης* cantilena seu querela de fortuna, Iphig. Aul. 1279.“ — Dionysius Halicarn. Ant. Rom. T. II. p. 983. *πολιτικοῦ Φόνου γνώμας.* Stephanus: „Scribo *περὶ πολιτικοῦ Φόνου.*“ Non opus. — Homerus Il. VIII. v. 192. *τῆς νῦν κλέος οὐρανὸν ἵκει.* Philostratus Her. p. 190. Boiss. *τὸν τοῦ Ἀχιλλέως ἀποτελέσαι λόγον.* — Plutarchus Mor. T. I. p. 684. *τὸ σύνταγμα τῶν ἐπιφανεϛάτων — ἡγεμόνων καὶ νομοθετῶν καὶ αὐτοκρατόρων.* SCHAEF.

(c) Ἀμφισβητέω, dubito, coll. Scapula. MICH.

(d) Apocal. VI, 6: *χοῖνιξ σίτου* (*περὶ*) *δηναρίου*

etc. etc. Marc. c. VI, 37. *ἀγοράσωμεν διακοσίων δηναρίων ἄρτους.* MICH.

(e) Referendus est ad hanc ἔλλειψιν Theognidis locus v. 118. qui mihi videtur non adeo facili esse intellectu. Ita habet:

Κιβδήλου δ' ἀνδρὸς γνῶναι χαλεπώτερον οὐδέν,
Κύρν', οὐδ' εὐλαβίης ἐστὶ περὶ πλέονος.

460 Abest pronomen *τὶ*, ut plena sit haec formula: *οὐδέ τί ἐστι περὶ πλέονος εὐλαβίης.* *Εὐλαβία* est cautio, circumspectio. Sententia autem huc fere redit: Nihil constat maiori cautione vel circumspectione, sive, ad nullum negotium tanta opus est cautione, quam ad explorationem fucati hominis. Interpretes non tangunt, vel obiter delibant hunc locum. Partim ad verbum interpretantur, partim male exponunt. Elias Vinetus ne verbo quidem attingit difficultatem loci. Data autem et observata, quam nos attulimus, supplendae ἐλλείψεως ratione, non erit difficilis dicti sententia. Hunc autem locum dedimus explicationi nostrae, quod dictio *περὶ πλέονος* huc pertineat suo quodam iure. BERNH. Eundem Theognidis locum tangit Hoogeveenus ad Viger. IX, 7, 3. n. 37. sic tamen, ut eius mentem ego quidem non perspiciam. Mihi *πλέονος* videtur neutrius esse generis ac regere vi comparativorum propria genitivum *εὐλαβίης*. Verto: nec quicquam hic pluris refert, quam circumspectum esse. SCHAEF.

(f) Item *ἐπιθυμεῖν, ἱμείρεσθαι*, desiderare: 1 Thessal. II, 8. MICH.

(g) Anacreon Oda 15:

Οὔ μοι μέλει Γύγαο
Τοῦ Σάρδεων ἄνακτος.

Suppler Alciphron epist. I, 33. *ἐμοὶ μὲν οὖν βραχὺ μέλει περὶ τούτων*: Equidem parum haec curo.

Ὀλιγωρεῖν, parum curare. Herodianus L. I, c. 1, 1. *ὠλιγώρησαν τῆς ἀληθείας*, pro, *περὶ τῆς ἀληθ.* neglexerunt veritatem. SCHOETTG.

461 (h) It. *αἰσθάνεσθαι*, sentire. Numquid et *χρήζειν*, indigere? MICH.

* Vid. Stephani Append. ad Script. de dialecto Attica p. 93. LEISN.

(i) Post *ἔνοχος*, ut Matth. cap. XXVI, 66: *ἔνοχος θανάτου ἐστί.* MICH.

(k) Et absolute, Gal. VI, 17: *τοῦ λοιποῦ*, quod superest. Vide tamen Bosium supra, ubi de ellipsi praepositionis *κατὰ* scribit. MICH.

Digitized by Google

* Graeci etiam, ubi finem vel caussam innuunt, saepe adhibent simpliciter infinitivum pro gerundio Latinorum. Aelianus Var. Hist. IV, 25. *παρέδωκεν αὐτὸν ἰατρῷ ἰάσασθαι.* Cuiusmodi plures locos habes apud Iensium in Epistola ad Io. Georg. Graevium, Lectionibus Lucianeis subiecta p. 406. qui simul monet, infinitivum illum supplendum esse per *περὶ τοῦ*, vel *ἕνεκα τοῦ*, etc. LEISN.

ΠΡΟ, Prae.

Requiritur ante genitivum, qui sequitur gradum comparativum. Quemadmodum in Latina lingua ablativus, qui adponitur comparativo, regitur non a comparativo, sed ab intellecta praepositione prae, uti iam dudum docuere Viri Docti; ita apud Graecos casus ille secundus pendeat, necesse est, ab intellecta praepositione *πρὸ*, quae, eum casum regens, eandem cum Latin. prae vim habet. Apud Aristotelem in Polit. I, 4. *Ὄργανον* 462
πρὸ ὀργάνων ὑπηρέτης: Servus est instrumentum prae aliis instrumentis. Cum igitur Graece dicitur: *Σὺ εἶ εὐδαιμονέςερός μου*, tu me es beatior, plene est, *σὺ εἶ εὐδαιμονέςερος πρό μου*, prae me. *Τρυτάνης δικαιότερος*, trutina iustior, plene est, *δικαιότερος πρὸ τρυτάνης*. Addidit Herodotus L. I. c. 62. *οἵσιν ἡ τυραννὶς πρὸ ἐλευθερίης ἦν ἀσπαστότερον*: quibus erat tyrannis iucundior libertate. [Alibi *ἀντὶ* additur. Euripides Suppl. v. 419. *ὁ γὰρ χρόνος μάθησιν ἀντὶ τοῦ τάχους Κρείσσω δίδωσι.* Marklandus: „Abundare videri potest *ἀντὶ*, ut saepe. Sophocles Trachin. 586. *ἀντί σου πλέον*, magis quam te. Antig. 188. Aristoph. Eccles. 920. Plato in Timaeo p. m. 146. Sed, si vere dicendum est, haec ratio est Grammatica omnium huiusmodi Genitivorum Exempli causa, cum dicimus, *ἐγώ εἰμι κρείσσων σοῦ*, plena, opinor, locutio, et ratio Genitivi est Praepositio *ἀντί· ἐγώ εἰμι κρείσσων [ἀντί] σου.* et ita in caeteris: ut

Digitized by Google

prae Latinis, ego melior sum [prae] te.“ Utatur hac ratione, qui volet: mihi, ellipticum esse in talibus usum genitivi, viri egregii non persuaserunt. Conf. Aesop. CCXL. *ὑπὲρ ἥλιον πλέον λάμπει.* i. e. *ἡλίου πλ. λ.* Sed in illis locis *ἀντὶ* et *πρὸ* vi sua plane respondent praepositioni *ὑπέρ.* SCHAEF.]

Eadem praepositio *πρὸ* etiam subaudiri debet ante genitivum, positivis additum, ut *πρῶτός μου* (l), pro *πρῶτος* vel *πρότερος πρό μου.* Verba sic accipiunt Lucae, cap. II, 2: *Αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύοντος.* pro *πρώτη* vel *πρότερα πρὸ ἡγεμονεύοντος.* Additur *πρὸ* ab eodem Luca in evangel. c. XI, 38: — *ἐθαύμασεν, ὅτι οὐ πρῶτον ἐβαπτίσθη πρὸ τοῦ ἀρίστου.*

* Malim haec coniuncta cum antecedentibus; siquidem *τὸ πρῶτος* non est positivi, sed superlativi gradus, contractum ex *πρόατος.* E. g. *πρὸ, πρότερος, πρότατος,* per syncopen *τοῦ τ πρόατος,* et per *κρᾶσιν πρῶτος.* vid. Etymol. M. in *πρῶτος.* Expressam habet praepositionem Onosander c. XVII. *Πρώτους πρὸ τῆς Φάλαγγος ςήσει.* Alias adhibent quoque praepositiones *περὶ* vel *ἐκ.* Sic Latini interdum loco comparativi adhibent positivum cum praepositione prae; cuiusmodi exemplum suppeditat Cicero ad Div. L. IV. ep. 4. Non tu quidem vacuus molestiis, sed prae nobis beatus, i. e. nobis beatior. Nec minus etiam comparativis et superlativis addunt praepositionem ante. Virgilius Aen. L. I. v. 351.

— — Sed regna Tyri germanus habebat
Pygmalion, scelere ante alios immanior omnes.

Nepos in vita Attici c. III. §. 3. Unus ei ante alios fuerit carissimus. Notabilis est locus Herodoti L. VIII. c. 53. ubi adverbio *ἔμπροσθεν,* quod in N. T. ubique absolute Genitivo iungi-

Digitized by Google

tur, additur πρὸ, hunc in modum: Ἔμπροσθεν ὢν πρὸ τῆς ἀκροπόλιος. SCHWEB.

Deest etiam in genitivis, qui adduntur verbis quibusdam, ut ἑλέσθαι, δέχεσθαι, praeferre etc. (m) Aelianus Var Hist. III, 10. Πλούσιον ἐρᾶσὴν εἵλετο τοῦ χρηστοῦ πένητος: Divitem amatorem praetulit panperi bono: plene, πρὸ τοῦ χρηστοῦ. [Locus vitii suspectus. Sunt qui corrigant προείλετο, quod nonnulli adeo in ordinem receperunt. Scribendumne εἵλετο πρὸ χρηστοῦ πένητος? (In Euripid. Erechth. I. v. 35. supicor: μισῶ γυναῖκας, αἵτινες πρὸ τοῦ καλοῦ Ζῆν παῖδας εἵλοντ' ἠδὲ κακὰ παρῆνεσαν.) SCHAEF.]

Andocides Orat. περὶ τῶν μυστηρ. — πάντα τὰ ἀγαθὰ ἔχειν — οὐκ ἂν δεξαίμην τῆς πόλεως οὕτω διακειμένης. [τῆς πόλεως οὕτω διακειμένης sunt genitivi absoluti. Locus est p. 3. ed. Reisk. SCHAEF.]

Xenophon in Sympos. p. 882. τυφλὸς δὲ τῶν ἄλλων ἁπάντων μᾶλλον ἂν δεξαίμην εἶναι. [Hîc nihil plane est, quod ἐλλιπὲς dici possit: genitivus enim ab adiectivo τυφλὸς regitur. Leguntur haec IV, 12. SCHAEF.]

Theocritus Idyll. XI, 49:

Τίς κεν τῶνδε θάλασσαν ἔχειν ἢ κύμαθ' ἕλοιτο; 463
Quis mare et fluctus hisce praeferret?

Addidit πρὸ Dionys. Halicarnasseus L. VIII. p. 515. τὰ συμφέροντα πρὸ τῶν δικαίων ἑλομένοις.

(l) Ioannes evang. c. I, 15. 30. MICH.

(m) Διαφέρειν, praestare, ut διαφέρειν (πρό) τινος, praestantiorem esse aliquo. MICH.

* ΠΡΟΣ, Per.

Subauditur passim ante genitivum in precando et obtestando. Euripides Hec. v. 746.

Ἀγάμεμνον, ἱκετεύω σε τῶνδε γουνάτων,
καὶ σοῦ γενείου, δεξιᾶς τ' εὐδαίμονος.

Orest. v. 663. ταύτης ἱκνοῦμαί σ' —. Porsonus: „Huius ellipseos, a Lamberto Bos, nisi fallor, omis-

Digitized by Google

sae, antiquissimum exemplum praebet Homerus Od. B. 68. *Λίσσομαι, ἠμὲν Ζηνὸς Ὀλυμπίου, ἠδὲ Θέμιζος.* Ubi plena sententia esset, *Λίσσομαι* [*ὑμᾶς*] *ἠμὲν* [*πρὸς*] *Ζηνὸς* —." Vid. Schwebel. infra ad praepos. *Ὑπέρ.* SCHAEF.

ΠΡΟΣ, Ad.

* Vid. omnino Obs. Misc. Crit. Nov. Tom. III. p. 10. F. ST.

Saepe subauditur ante *τί*, ut *τί ποιήσεις τοῦτο*; quid hoc facies? pro *πρὸς τί*; ad quid? quem in finem? *Τί σὺ χρήσῃ βιβλίοις*; Quid tu utere libris? i. e. *πρὸς τί.* Vel etiam *εἰς* possis subaudire, ut in *Εἰς* diximus. (n) [Euripides Androm. v. 404. Br. *ἀτὰρ τί ταῦτα δύρομαι*; pro quo Neophron Stobaei: *καὶ πρὸς τί ταῦτα δύρομαι*; Vid. Porson. ad Euripid. Hec. v. 734. SCHAEF.]

Similiter in accusativis, qui adduntur verbis motum ad locum significantibus; (o) ut apud Aristophanem in Thesmoph. v. 488. p. 792: — *ἐλθὼν τὴν θύραν*, pro *πρὸς τὴν θύραν*: veniens ad ianuam; Sophoclem in Elect. v. 899: *Ἦλθον πατρὸς τάφον*, i. e. *πρὸς πατρὸς τάφον*: Veni ad patris sepulcrum; Homerum in Iliad. A. 139: — *ὅν κεν ἵκωμαι.* Vid. plura exempla apud Illustr. Ezech. Spanhemium in Observat. ad Callimachi Hymn. in Pallad. v. 18. (p)

Sic etiam *πρὸς* reticetur post *ὡς* cum accusativo, ut, quum dicitur: *ὡς οἶκον.* [Iulianus p. 11. extr. *ἄγειν ὡς τὰς μάχας.* Wyttenbachius Bibl. Crit. III. 2. p. 5. s. „*ὡς* mutandum in *εἰς*, si quidem Iulianus Atticam rationem secutus est. Multi quidem in editis Auctorum libris sunt loci, ubi *ὡς* pro *πρὸς* rebus inanimatis adiungatur, corrigendi illi ad Atticae consuetudinis legem, quae *ὡς* inanimatis iungi vetat; iudicibus summis Viris, Hemsterhusio Obs. Misc. Vol. V. T. III. Valckenario ad

Digitized by Google

Eur. Phoen. p. 474. ad Herodot. p. 169: quorum, ut in hac re, auctoritatem praeferam auctoritati I. A. Ernesti, summi ceterum et ipsius, sed alio in genere, viri, ad Xen. M. S. II, 7, 2." Porsonus ad Euripid. Phoen. v. 1415. „Non usurpatur ὡς pro εἰς vel πρὸς, nisi de personis. Primum huius Atticismi exemplum apud Homerum exstat Od. P. 218. ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον." SCHAEF.] Ὡς με, plene, ὡς πρός με. (q)

Aristophanes Pluto v. 89. pag. 10: Ὡς τοὺς 464
δικαίους, καὶ σοφοὺς, καὶ κοσμίους, μόνους βαδιοίμην: Iustos, et sapientes, et modestos, solos adirem.

* Est tamen, ubi particula ὡς vim comparandi retinet. E. g. Xenophon L. I. K. II. p. 58. Ὡς πρὸς φίλους μοι τοὺς θεοὺς ὄντας, οὕτω διάκειμαι. SCHWEB.

In ὅ,τι, quemadmodum etiam in phrasi, χρᾶσθαί τινι, ὅ,τι βούλει. Iulianus Orat. VII, 232: χρῆσθέ μοι πρὸς ὅ,τι βούλεσθε.

Post ἄχρις et μέχρις, quae cum genitivo construuntur, intelligi quoque debet πρὸς cum nomine accusativi casus. E. g. Μέχρις ἑσπέρας, usque ad vesperam, breviter et elliptice dicitur pro: μέχρι πρὸς ὥραν ἑσπέρας. Ἄχρι τῆς ἡμέρας, pro: ἄχρι πρὸς χρόνον τῆς ἡμέρας. Ἄχρι θανάτου, pro: ἄχρι πρὸς τὸ πάθημα τοῦ θανάτου. Ἄχρι τοῦ οὐρανοῦ, pro: ἄχρι πρὸς ὕψος τοῦ οὐρανοῦ. Ἕως ᾅδου, pro: ἕως πρὸς οἶκον vel βάθος ᾅδου. Ἄχρι τοῦ νῦν, pro: ἄχρι πρὸς χρόνον vel ὥραν τοῦ νῦν καιροῦ. Μέχρι τῆς πόλεως, pro: μέχρι πρὸς τόπον τῆς πόλεως. Ἄχρι τῆς Ἀσίας, i. e. ἄχρι πρὸς τὰ κλίματα τῆς Ἀσίας. Et sic in caeteris, quae facili negotio quisque supplere poterit. [Non opus his ambagibus. Adverbia ista nunc praepositionum naturam induunt, hacque vi regunt genitivum. Μέχρι inter praepositiones ideo retulit

Digitized by Google

Fischerus ad Weller. III. 1. p. 229. Recte. Obiter moneo, in Luciano T. I. p. 839. corrigendum esse *ἄχρι τοῦ καὶ ἐρυθριᾶν με.* Sic p. 833. *ἄχρι τοῦ καὶ Μούσας κληθῆναι τὰς βίβλους αὐτοῦ.* SCHAEF.]

(n) Item in dativis. Matth. c. XXVII, 60: *Καὶ, προσκυλίσας λίθον μέγαν τῇ θύρᾳ τοῦ μνημείου, ἀπῆλθε.* Et, advolvens lapidem magnum (ad) ostium monumenti, abiit. Ubi ex verbo *προσκυλίσας* liquido constat, hanc praepositionem h. l. subaudiri debere. SCHOETTG. Non opus *πρὸς*, quod iam in participio adest, *ἔξωθεν* arcessere. SCHAEF.

(o) Aeschylus in Septem contra Thebas 95. *πέσω βρέτη δαιμόνων*; pro *πρὸς βρέτη.*

465 Omittitur etiam vel *πρὸς* vel *εἰς* in verbo *ὁρᾶν*, pro affectare, cupere, sectari. Vide, quae supra in *εἰς* dicta sunt. Potest etiam *πρὸς τὸ* subintelligi, quoties Graeci infinitivum ponunt pro gerundio Latinorum, ita, ut finem vel caussam innuant. Videantur, quae dicta sunt in *εἰς* et *ἕνεκα.* LEISN.

* Idque ante Infinitivos tam Activi quam Passivi generis. Sophocles p. 69. edit. Steph. *Εἴθ' ὑμῖν ἀμφοῖν νοῦς γένοιτο σωφρονεῖν.* Et Homerus Iliad. A. 589. *Ἀργαλέος γὰρ Ὀλύμπιος ἀντιφέρεσθαι.* More Graeco etiam Latini utuntur. Horatius L. I. Od. III. 25. Audax omnia perpeti. SCHWEB.

(p) Sic Petri epist. II. c. III, 12. *προσδοκῶντας καὶ σπεύδοντας τὴν παρουσίαν*, pro *πρὸς τὴν παρουσίαν.* SCHOETTG.

(q) Negat Rev. Wolfius ad Libanii epist. LIII. pag. 149. editionis Lipsiensis, *τὸ πρὸς* subintelligendum esse post *ὡς* cum accusat. dubitatque, an ullus scriptor exemplo suo ad ellipsin hanc statuendam praeiverit. Sed tollere ei omnem dubitationem potuisset locus Herodiani L. III, 11. *δριμύτεροι ὡς πρὸς τὰς ἐννοίας οἱ ὑπὸ τὴν ἀνατολὴν ἄνθρωποι*: ac prae ceteris acumine ingenii valent ad Orientem homines. Cui plura exempla addi possunt ex Iensii Lection. Lucian. I, 5. p. 46. sq. Vid. Cel. Ernesti ad Xenophontis Memorabil. II, 7. p. 89. LEISN.

Σ.

ΣΥΝ, Cum.

Σὺν omittitur in ablativis absolutis, conse-
466 quentiam designantibus. Xenophon: *Παριόντι τῷ*

Digitized by Google

ἐνιαυτῷ, Φαίνουσι πάλιν οἱ ἔφοροι Φρουράν: Circumacto anno, decernunt denuo Ephori custodiam. pro: *σὺν παριόντι τῷ ἐνιαυτῷ*. Isocrates: *Οἷς γενομένοις*, quibus factis, subintell. *σύν*. *Θεῷ θέλοντι*, Deo volente. Plene alibi legitur: *ξὺν θεῷ θέλοντι*.

* Sic etiam Matth. VIII. 1. *Καταβάντι δὲ αὐτῷ, ἠκολούθησαν αὐτῷ*. Marc. V. 2. *Καὶ ἐξελθόντι αὐτῷ*. sub. *σύν*. Eodem modo apud Latinos quoque, antiquiores maxime, in Ablativis, consequentiam designantibus, praepositiones in, sub, vel cum subaudiuntur, quae etiam interdum additae reperiuntur. E. g. pro Diis volentibus est apud Ciceronem de Offic. L. I. c. 12. volentibus cum magnis diis. Caton. de R. R. c. CXLI. cum divis volentibus. Plautus Pers. III. 1. Sequere hac, mea gnata, me cum diis volentibus. quae loca viri eruditi ad Ciceronis locum citatum congesserunt. SCHWEB.

Sic in *σπουδῇ*, *σιωπῇ* et similibus, (r) quae Grammatici pro adverbiis habent, subintell. *σύν*: nam sunt haec ablativi. E. g. *σπουδῇ*, vix, plene, *σὺν σπουδῇ*, cum studio et labore. *σιωπῇ*, tacite, plene, *σὺν σιωπῇ*, cum silentio. Quod Latini simili Ellipsi silentio dicunt. Vid. Livium etc. *Κλαγγῇ*, *ἐνοπῇ*. Homerus Iliad. Γ. vers. 2: *Τρῶες μὲν κλαγγῇ τ' ἐνοπῇ τ' ἴσαν ὄρνιθες ὡς*. [Euripides Orest. v. 1480. *ἰαχᾷ δόμων θύρετρα καὶ σταθμοὺς Μοχλοῖσιν ἐκβαλόντες*. Perperam Scholiastes: *ἰαχῆς καὶ θορύβου γενομένου*. et Interpres: audita vociferatione. Bene Beckius: „Ἰαχᾷ pro *σὺν ἰαχᾷ*, et coniungi debet cum *ἐκβαλόντες*, cum clamore eiicientes etc.“ SCHAEF.]

* Sic occurrit apud Xenophont. L. I. K. II. p. 36. *σιγῇ* et ibid. p. 37. *σιωπῇ*. Item apud Onosandr. c. VI. *σχολῇ*. Homer. Iliad. B. v. 149. *ἀλαλητῷ*.

Digitized by Google

et v. 209. ἠχῇ. Eadem haec ellipsis frequens quoque est apud Latinos. Horatius L. II. Od. VI. 15. viridisque certat Bacca Venafro. et L. III. Od. V. 5.

Milesne Crassi coniuge barbara
Turpis maritus vixit?

pro cum Venafro; cum coniuge barbara. Eodem etiam cum Graecis more Ablativis adverbialiter utuntur, e. g. in recta, sponte, forte, hodie, pridie, postridie, hac, illac. SCHWEB.

Item in ἅμα cum ablat. ut ἅμα τῇ ἡμέρᾳ: plene, ἅμα σὺν τῇ ἡμέρᾳ, cum die: nam ἅμα, per se, ablativum non regit. (s) Sic in ὁμοῦ cum ablativo. Maximus Tyrius Dissert. XIV. pag. 145: Ἀπέβαλον καὶ τὰς ἀρετὰς ὁμοῦ τοῖς ὀργάνοις, pro: ὁμοῦ σὺν τοῖς ὀργάνοις. (t)

* Sic Onosander c. XXIII. Ἅμα τῷ δέξασθαι. Id. c. XXXVII. Ἅμα τῷ τοὺς ἐχθροὺς ἀπόλλυσθαι. Polyb. Legat. LXIV. Ἅμα τῷ Φανερὸν γενέσθαι. Sic apud Latinos quoque persaepe simul ἐλλιπῶς ponitur pro simul cum. Tacitus Annal. L. IV. c. 55. Verum Hypaepeni Tralliani-que Laodicenis et Magnetibus simul transmissi. Idem Annal. L. VI. c. 9. Acervatim ex eo Annius Pollio, Appius Silanus, Scauro Mamerco simul ac Sabino Salvisio maiestatis postulantur. Ovidius Trist. L. V. X. 29.

Quippe simul nobis habitat discrimine nullo
Barbarus.

ubi illud glossema cum, quod editiones quaedam habent, in insulam merito deportandum. SCHWEB.

* Passim additur σύν. Euripides Ion. v. 730. νυκτιπόλοις ἅμα σὺν Βάκχαις. Similiter Herodotus I. c. 59. extr. συνεπαναζάντες δὲ οὗτοι ἅμα Πεισιστράτῳ, ἔσχον τὴν ἀκρόπολιν. Legas item,

Digitized by Google

inverso ordine, *σὺν ἅμα*, quod fere scribunt continuo ductu *σύναμα* s. *συνάμα*. Theocritus XXV. v. 126. *ταῖς δὲ τριηκόσιοι ταῦροι συνάμ' ἐξιχόωντο*. Damagetas Epigr. V. v. 3. *ὅτῳ συνάμ' ἔσπετο πέτρη*. ubi Cod. Vat. *σὺν ἅμ'*, ut etiam in Antipatri Sidon. Epigr. LXX. v. 3. Voculâ intersertâ Meleager I. v. 27. *σὺν δ' ἅμα*. Divise *σὺν ἅμα* in Luciano T. I. p. 652. 855. Add. Valckenar. ad Theocriti Dec. Eidyll. p. 163. s. SCHAEF.

Saepius alibi, praesertim sequente pronomine *αὐτὸς* in ablativo. Lucianus in Dial. Mortuor. p. 275: *Τὸ ἄγκιστρον τῷ δελέατι συγκατασπάσας*, pro *σὺν τῷ δελέατι*: hamum (una cum) esca attrahens. [Dativus hîc regitur a praepositione *σὺν* verbo iuncta. SCHAEF.] Idem p. 278: *Τὰ χείλη, αὐτοῖς φιλήμασι*: labia, cum ipsis osculis. Et in Dial. Nept. et Delph. pag. 250: *Ἐξενήξω εἰς Ταίναρον, αὐτῇ σκευῇ καὶ κιθάρᾳ*: Enatasti in Taenarum, (cum) ipso instrumento et cithara. pro *σὺν αὐτῇ τῇ σκευῇ* etc. Et in Sacrif. p. 368: *Φέρων αὐτῇ δορᾷ τὴν αἶγα*, ferens (cum) ipsa pelle capram, *καὶ αὐτοῖς ἐρίοις τὰ πρόβατα*, et (cum) ipsa lana oves. i. e. *σὺν αὐτῇ δορᾷ καὶ σὺν αὐτοῖς ἐρίοις*. Idem Timone: *Ἁρπασόμενός με αὐτῇ δέλτῳ*. In Icaromen. *αὐταῖς ὠλέναις τὰ πτερά*. ubi Schol. *σὺν αὐταῖς ὠλέναις*. In Dial. Meretr. 549: *Διέτεμον εἰς δύο τὴν κεφαλὴν αὐτῷ κράνει*. [Additâ praepositione, Oraculum ap. Athenaeum T. II. p. 393. *Ἀμφιάραον ἔκρυψ' ὑπὸ γῆν αὐτοῖσι σὺν ἵπποις*. In talibus locutionibus sunt qui articulum addi posse negent. Wesselingius quidem ex Herodoti II. c. 47. in. III. c. 45. extr. articulum paucorum librorum ac Suidae auctoritate eiecit, genio, ut ipsi placet, sermonis poscente. Fallitur. Ipse Herodotus VI. c. 32. *τὰς πόλιας ἐνεπίμπρασαν αὐτοῖσι τοῖσι ἱροῖσι*. ubi nihil ex libris enotatum varietatis, neque a Wesse-

467

lingio, immemori, opinor, illius canonis, quicquam monitum est. Aristophanes Ran. v. 560. *ὃν αὐτὸς αὐτοῖς τοῖς ταλάροις κατήσθιε.* ubi vicissim errat Brunckius, cui articulus ex sermonis norma inserendus videtur. Idem Vesp. v. 169. *ἀποδόσθαι βούλομαι Τὸν ὄνον ἄγων αὐτοῖσι τοῖς κανθηλίοις.* v. 1449. *οἴμ', ὡς ἀπολεῖς αὐτοῖσι τοῖσι κανθάροις.* Xenophon Anab. I, 3, 17. *μὴ ἡμᾶς αὐταῖς ταῖς τριήρεσι καταδύσῃ.* Praemissâ praepositione, Diodorus Sic. XVII. c. 58. *ὥςε πολλῶν μὲν βραχίονας σὺν αὐταῖς ταῖς ἀσπίσιν ἀποκόπτεσθαι.* c. 70. extr. *τὰς δὲ γυναῖκας σὺν αὐτοῖς τοῖς κόσμοις πρὸς βίαν ἀπῆγον.* — His nollem Boissonadius composuisset illud Philostrati Her. p. 168. *καὶ ξὺν αὐτῷ τὸ Ἴλιον εἷλεν.* ubi si deles *ξὺν*, *αὐτῷ* non debet verti cum eo, sed est dativus quem commodi dicunt. SCHAEF.] Aristophanes in Nubib. 271:

Εἶτ' Ὠκεανοῦ πατρὸς ἐν κήποις ἱερὸν χορὸν ἵςατε Νύμφαις.
Sive in Oceani patris hortis sacrum chorum instituitis (cum) Nymphis.

Ubi Scholiastes: *Νύμφαις. λείπει ἡ σὺν, ἤγουν σὺν ταῖς Νύμφαις.* Idem in Lysistr. pag. 810: *αὐτῇ λόγχῃ*, pro *σὺν αὐτῇ λόγχῃ*, ut recte ibi Bisetus. Idem in Eccles. 748: *αὐτοῖσιν εἰςοίσει*, cum ipsis inferet, pro *σὺν αὐτοῖς.* Homerus: *αὐτοῖς ἵπποισι καὶ ἀνδράσιν*: (cum) ipsis equis et viris. Xenophon in *Κύρου Παιδ.* I. c. 4. §. 7. *αὐτοῖς τοῖς ἵπποις κατακρημνισθῆναι.* Thucydides L. IV. *Ἀπεχώρησαν τῷ ςρατῷ*, pro *σὺν τῷ ςρατῷ*, discesserunt (cum) exercitu. et *πορευόμενος ὁπλίταις*, pro *σὺν ὁπλίταις.* [Xenophon Cyrop. I, 4, 28. *τὸν Μῆδον ἥκειν πάλιν ἰδροῦντι τῷ ἵππῳ.* ubi v. Zeun. Diodorus Sic. XIX. c. 64. *παραπλεῖ ταῖς ἀπὸ Ῥόδου ναυσίν.* c. 73. *τῷ μὲν ςόλῳ — παραπέπλευκεν.* L. XX. c. 32. *τῶν Καρχηδονίων τριά-*

Digitized by Google

κοντα ναυσὶν ἐκπλευσάντων. c. 55. extr. ἀνήχθη ταῖς ναυσίν. Xenophon Anab. I, 8, 1. βασιλεὺς σὺν στρατεύματι πολλῷ προσέρχεται. ubi al. praepositionem omittunt. Add. Dorvill. ad Charit. p. 698. SCHAEF.] Sic in Apocal. VIII, 4: Καὶ ἀνέβη ὁ καπνὸς τῶν θυμιαμάτων ταῖς προσευχαῖς τῶν ἁγίων, pro σὺν ταῖς προσευχαῖς: Et ascendit fumus suffituum (cum) precibus sanctorum. (u) Huic similis Ellipsis est apud Apollonium Rhodium in Argonautic. L. I, vers. 425:

Ἦ καὶ ἅμ' εὐχωλῇ προχύτας βάλε —

Ubi Scholiastes: λείπει δὲ ἡ σύν. (x) Si quis plura 468
desideret exempla, adeat Budaeum pag. 989. Comment. Ling. Graecae. (y)

* Notari etiam meretur huius praepositionis ellipsis in illa Graecorum locutione: τὰ αὐτά τινι ποιεῖν, pro τὰ αὐτὰ σύν τινι ποιεῖν. Dionys. Hal. L. IX. p. 867. Τὸ αὐτὸ ποιοῦντες ἐμοί. Sic Onosander c. XLII. Μή ποτε οὐχ αὐτῷ ταὐτὰ Φρονῇ. Diodor. Sic. L. XIII. p. 184. Μὴ ταὐτὰ πάθωσι τοῖς Σελινουντίοις. Plato T. II. p. 468. Πεισόμεθα ἄρα ταὐτά γε Ὁμήρῳ. Quam dicendi rationem imitati quoque sunt Romani. Horatius de A. P. 467.

Invitum qui servat, idem facit occidenti.

Sallustius de B. I. c. LXXXVIII. Faciant idem maioribus suis. SCHWEB.

(r) Ita δίκῃ, iuste, est σὺν δίκῃ, vel ἐν δίκῃ. Vide Moschopulum ad Hesiodi Ἔργ. vers. 6. LEISN.

(s) Theophrastus Charact. cap. 4. ἀριστῶν ἅμα τοῖς ὑποζυγίοις. SCHOETTG.

* Matthaeus evang. cap. XX, 1: ἅμα πρωΐ. Idem c. XIII, 29: ἅμα (σὺν) αὐτοῖς. coll. 1 Thessal. IV, 17. 1 Corinth. XI, 5: ἓν γάρ ἐστι καὶ τὸ αὐτὸ τῇ ἐξυρημένῃ. MICH.

(t) Et in ὁμοίως. Paeanius L. VI, c. XII, n. 1: ὁμοίως ἐκείνῳ τὸ ἦθος διεφθαρμένοι. MICH. Fallitur. SCHAEF.

(u) Forte non omnes hanc explicationem adprobabunt. Mirantur enim quidam, cur, quum integra visio sit allego-

Digitized by Google

rica, non nisi τοῦ θυμιάματος sensus proprius explicetur. Fit autem illud praeterea c. V, 8. et VIII, 3. 4. SCHOETTG.

(x) Κρίνεσθαί τινι, pro σύν τινι, occurrit apud Matth. in evang. c. V, 40. MICH.

(y) Adde Iensii Lection. Lucian. II, 20. pag. 283. sq. qui nec Latinos scriptores ab ellipsi huius praepositionis abhorrere ostendit, allatis locis Livii duobus ex lib.
469 XXXVIII, 16. et XXI, 36. Adde Iensii Lect. Luc. II, 1. pag. 134. et Maasvicium ad Polyaeni Strategem. I, 2. p. 14. LEISN.

Υ.

ΥΠΕΡ, Super.

Ὑπὲρ reticetur in voce ἄνω, constructa cum casu secundo. Callimachus hymno in Iovem:

Πολλὰ δὲ Καρίωνος ἄνω etc.
Multa (supra) Carionem.

i. e. ἄνω ὑπὲρ Καρίωνος. Scholiastes exponit ὑπὲρ τοῦ Καρίωνος. [Dionysius Halic. Ant. Rom. T. I. p. 141. ἄνω θαλάττης ἔθει. Athenaeus T. I. p. 79. ἄνω γόνατος ἀμφέξει. ubi non magis quicquam subaudiendum quam ad κάτω item genitivo iunctum. Vid. Fischer. ad Weller. III. 2. p. 73. 75. SCHAEF.]

Item ante genitivum, ut apud Comicum in Nubibus 125:

— — — χ' ἕτεροι τόκου
Ἐνεχυράσασθαι Φασίν.
— — — et alii minantur, pro usuris
Se pignora capturos.

Ubi Scholiastes: Λείπει ἡ ὑπέρ. (a)

Sed saepius ὑπὲρ omittitur ante articulum genitivi casus τοῦ praepositum infinitivo. Xenophon in Κύρ. Παιδ. I, 42: Τοῦ δὲ μηδ' ἐντεῦθεν διαφεύγειν, σκοποὺς καθίζης: Ne autem illinc effugerent, speculatores statuebas. Aelianus in Var. Hist. III, 26: Καὶ τοῦ μὴ δουλεῦσαι τὴν πατρίδα τοῖς βαρβάροις, πολλὴν πρόνοιαν
470 ἔθετο: Magnamque curam adhibuit, ne

patria serviret barbaris. [Nihil hîc supplendum: genitivus enim pendet a nomine *πρόνοιαν*. SCHAEF.] Id quod in fine eiusdem capitis, addito *ὑπὲρ*, sic expressit: *ὑπὲρ τοῦ μὴ ποιῆσαι τὴν πατρίδα ὑποχείριον Λυδοῖς.*

* Sic etiam Polybius T. I. p. 343. *Ἔλαβον χρήματα, τοῦ μὴ πορθῆσαι.* Thucydid. L. I. c. 96. *Ἀμύνεσθαι ὧν ἔπαθον.* ubi schol. Gr. *λείπει ὑπὲρ, ἵν' ᾖ, ὑπὲρ ὧν.* Homer. Iliad. X. v. 345.

Μή με, κύον, γούνων γουνάζεο, μηδὲ τοκήων.

Quod plene habet v. 338.

Λίσσομ' ὑπὲρ ψυχῆς, καὶ γούνων, σῶν τε τοκήων.

Interdum cum praepositione *ὑπὲρ* etiam Articulus ante Infinitivum deficit, ut in illis Sophoclis Electr. p. 120. *Σὺν τάχει μυλεῖν.* ubi schol. Gr. *λείπει ἡ ὑπὲρ, ὑπὲρ τοῦ τάχα μολεῖν.* cf. Eustathium ad Iliad. A. p. 97. l. 45. et Henr. Steph. de Dialect. p. 43. Possit in hisce etiam subaudiri *πρὸς*, quod est apud Euripidem Phoen. v. 930. *Ὦ πρός σε γονάτων καὶ γερασμίου τριχός.* SCHWEB. Vide supra praepos. Πρός. SCHAEF.

(a) In verbo *κρατεῖν*, vincere. Aelianus Var. Hist. II, 41. circa fin. *καὶ ἐκράτει πάντων*, ad verbum: et robur habuit (super) omnes. SCHOETTG. Fallitur. SCHAEF.

ΤΠΟ, Ab.

Subauditur aliquando haec praepositio ante genitivum, (b) verbo passivo adiunctum. Isocrates: *ἡττᾶσθαι τῶν συμφορῶν*, vinci a malis, pro *ὑπὸ τῶν συμφορῶν.* Comicus in Nubibus 185: *Τί δῆτ' ἐρεῖς, ἢν τοῦτο νικηθῇς ἐμοῦ*; i. e. *ὑπ' ἐμοῦ.* Quid vero dices, si in hoc vincaris a me? Ubi Scholiastes: *Δύο προθέσεων ἔλλειψις, ἀντὶ τοῦ, εἰς τοῦτο νικηθῇς ὑπ' ἐμοῦ.* [Sophocles Ai. v. 1353. *τῶν Φίλων νικώμενος.* Philoct. v. 3. *κρατίσου πατρὸς Ἑλλήνων τραφείς.* Eiusd. Philoct. ad Troi. Fragm. III. *Ὀσμῆς μόνον*

Digitized by Google

γ' ὡς μὴ βαρυνθήσεσθέ μου. ad q. l. Priscianus: ἀντὶ τοῦ, ὑπὸ τῆς ὀσμῆς. Euripides Orest. v. 491. Pors. (499. Br.) πληγεὶς θυγατρὸς τῆς ἐμῆς ὑπὲρ κάρα. Brunckius: „θυγατρὸς τῆς ἐμῆς. Pendent hi genitivi a suppressa praepositione ὑπό. Nulla graece olim loquentium ambiguitas erat in hac phrasi. Alioqui scribere potuisset Poëta: κάρα θυγατρὸς τῆς ἐμῆς πληγεὶς ὕπο." Porsonus: „Cum paullo durior sit ellipsis praepositionis, conieceram, θυγατρὸς ἐξ ἐμῆς, sed retentus sum loco Electrae 123. κεἰσαι σᾶς ἀλόχου σφαγεὶς, Αἰγίσθου τ', Ἀγάμεμνον." Idem Iphig. Aul. v. 1071. περὶ σώματι χρυσέων Ὅπλων Ἡφαιστοπόνων Κεκορυθμένος. si tamen hîc aliquid subaudiendum. v. supra ad v. Στέφανος p. 443. Herodotus I. c. 109. ἔφραζε τῇ ἑωϋτοῦ γυναικὶ τὸν πάντα Ἀστυάγεος ῥηθέντα λόγον. quod imitatur Pausanias VI. c. 8. ὁπόσα ἄλλα ἀνδρῶν ἀλαζόνων ἐξὶν εἰρημένα. Xenophon Memor. III, 5, 7. πῶς ἂν αὐτοὺς προτρεψαίμεθα πάλιν ἀνερεθισθῆναι τῆς ἀρχαίας ἀρετῆς τε καὶ εὐκλείας καὶ εὐδαιμονίας. Ernestius subaudit ὑπό. Valckenarius p. 246. „Nisi scribatur τῇ ἀρχαίᾳ ἀρετῇ etc. Leunclavio, mihi quoque, hic requiri videtur praepositio, ὑπὸ τῆς ἀρχαίας ἀρετῆς: in K. A. VI. p. 228, 21, Cleandrus dicitur ὑπὸ τοῦ Δεξίππου ἀνερεθιζόμενος. Graece quidem dicitur, Θηβαίων ἡσσᾶσθαι· κρεισσόνωνν ικᾶσθαι· καίεσθαι τινός. nec tamen in quibusvis Ellipsis ista locum invenit." Schneiderus ex coniectura edidit ἀνερασθῆναι. Sed id ipsum, si quid video, significat vulgata lectio, quam ego quidem tentare non ausim. Ἐρεθίζεσθαί τινος, ἀνερεθίζεσθαί τινος, ut κνίζεσθαί τινος, propria illa sermonis vulgaris, valent appetere aliquid, genitivoque de more talium verborum sic iunguntur, nihil ut subaudiendum sit. Philostratus Her. p. 126. Boiss. οὐδὲ ἀπερῥιμμένον τοῦ Ἑλληνικοῦ. Schol. οὐδὲ ἀμεληθέντα ὑπὸ τῶν

Digitized by Google

Ἑλλήνων. Phrynichus citatus a Bastio Epist. Crit. ad Boisson. p. 117. *Ἀνδρὸς ἀγαθοῦ πεισθείς· λείπει, ἔθει Ἀττικῷ, ἡ ὑπὸ πρόθεσις.* Add. Abresch. Dilucid. Thucyd. p. 246. Musgrav. ad Euripid. Orest. v. 328. SCHAEF.] Homerus Iliad. B. 415: — *πρῆσαι δὲ πυρὸς δηΐοιο θύρετρα.* Plene *ὑπὸ* —. Hesychius: *πυρὸς δηΐοιο, ὑπὸ τοῦ πυρὸς τοῦ πολεμικοῦ.* [Iliad. Z. v. 331. *ἀλλ' ἄνα, μὴ τάχα ἄξυ πυρὸς δηΐοιο θέρηται.* Schol. Venet. *ἡ διπλῆ, ὅτι ἐλλείπει ἡ ὑπὸ πρόθεσις, ὑπὸ πυρός.* SCHAEF.] Euripides Electr. pag. 123:

> Σὺ δ' ἐν ᾅδᾳ δὴ
> Κεῖσαι, σᾶς ἀλόχου σφαγείς.
> Tu vero nunc in Plutonis domo
> Iaces, a tua coniuge iugulatus.

Sic Lucae c. VIII, 20. supplenda est locutio illa elliptica: *Ἀπηγγέλη αὐτῷ, λεγόντων,* (c) i. e. *ὑπό τινων, λεγόντων:* Nunciatum est ipsi a quibusdam, dicentibus. (d)

* Locum habet haec ellipsis in Genitivis absolute positis. E. g. Hesiod. in *Ἀσπ.* v. 153. *Σειρίου ἀζαλέοιο.* quod Virgilius pleno sermone habet Eclog. II. v. 13. Sole sub ardenti. Homerus Iliad. B. v. 334. *Ἀϋσάντων ὑπ' Ἀχαιῶν.* pro quo *ἐλλιπῶς* foret, *ἀϋσάντων Ἀχαιῶν.* SCHWEB.

(b) Marc. evang. c. VIII, 3: *χορτάσαι* (*ὑπὸ*) *ἄρτων.* coll. Lucae evangel. cap. XVI, 21. MICH. 471

(c) Possit et esse Genitivus consequentiae: dicentibus, scil. quibusdam; seu, quum essent, qui dicerent. MICH. Verissime. SCHAEF.

(d) Item ad verbum *κορεῖσθαί τινος,* satiari aliqua re; quod saepius omissa praepositione dicitur. Addit praepositionem Euripides in Med. vers. 111:

> ⏑ — — — Ὑπὸ
> Βορᾶς κορεσθείς.
> Satiatus cibo.

BERNH. Locus est, non in Medea, sed in Hippolyto, ubi interpunctio Bernholdum fefellit. Sic enim verba habent: *ἅρμασι ζεύξας ὕπο, Βορᾶς κορεσθείς.* SCHAEF.

Digitized

472

DE ELLIPSI CONIVNCTIONVM ET ADVERBIORVM.

Non quidem tam frequentes sunt Ellipses Adverbiorum et Coniunctionum, quam Praepositionum; attamen paucas adhuc, quae in lectione Graecorum observatae nobis sunt, heic subtexemus.

A.

* ΑΛΛΑ, Sed, Tamen.

Deest saepe in posteriori alicuius orationis membro. Sic Marcus in evang. cap. VI, 26: *Καὶ περίλυπος γενόμενος ὁ βασιλεὺς, (ἀλλὰ) διὰ τοὺς ὅρκους, καὶ τοὺς συνανακειμένους, οὐκ ἠθέλησεν αὐτὴν ἀθετῆσαι.* et Lucas in Actis Apostol. c. XXVIII, 19. ubi ita supplendum: *ἀλλ' οὐχ*, non tamen. Adde dicta Pauli ad Coloss. II, 23. ad Philem. v. 9. ad Ebr. IV, 15. SCHOETTG.

* Sic Homerus Iliad. B. v. 522.

Οὐκ οἷος, ἅμα τῷγε δύω Ἀντήνορος υἷε.

sub. *ἀλλ' ἅμα*. Sic etiam Cicero ad Div. L. XII. ep. XV. Hi nunciaverunt, Dolabellam Antiocheam, quae in Syria est, venisse, non receptum. sub. sed non receptum. Horatius L. I. Sat. I. v. 1. 2. 3.

Qui fit, Maecenas, ut nemo, quam sibi sortem
Seu ratio dederit, seu fors obiecerit, illa
Contentus vivat, laudet diversa sequentes?

pro sed laudet. SCHWEB.

* Minus obvia est ellipsis, qua, expresso *οὐ μόνον*, reticetur *ἀλλὰ*, in Aesch. Prom. vinct. 209.

tized by Googl

et Thucyd. L. VIII. c. 83. notante cl. Abresch. Dilucid. Thucyd. L. I. p. 6. F. ST. In Aeschyli loco Abreschius secutus est Scholiastarum rationem, quam Schuetzius vere dicit ridiculam, *οὐχ ἅπαξ μόνον* recte iungens verbo *προὐτεθεσπίκει*, non tantum semel, i. e. saepius: quomodo nihil subaudiendum. Nec magis in Thucydidis loco quicquam supplendum. SCHAEF.

* ΑΛΛΟΤΕ, Alias.

Homerus Il. XI. v. 62.

οἷος δ' ἐκ νεφέων ἀναφαίνεται οὔλιος ἀςὴρ
παμφαίνων, τότε [malim *ὁτὲ*] *δ' αὖτις ἔδυ νέφεα σκιόεντα·*
ὣς Ἕκτωρ ὁτὲ μέν τε μετὰ πρώτοισι Φάνεσκεν,
ἄλλοτε δ' ἐν πυμάτοισι.

ubi ad *ἀναφαίνεται* subaudi *ἄλλοτε μέν*: possis item *ὁτὲ μέν*. Sic Sophocles Electr. v. 752.

Φορούμενος πρὸς οὔδας, ἄλλοτ' οὐρανῷ
σκέλη προφαίνων.

Euripides Hec. v. 28.

κεῖμαι δ' ἐπ' ἀκταῖς, ἄλλοτ' ἐν πόντου σάλῳ.

Porsonus: „*ἄλλοτε* eodem modo supprimit Sophocles Trach. 11. *Φοιτῶν ἐναργὴς ταῦρος, ἄλλοτ' αἰόλος Δράκων ἑλικτός· ἄλλοτ' ἀνδρείῳ κύτει Βούπρωρος.*“ Apollonius Rhod. III. v. 297.

— — *ἀπαλὰς δὲ μετετρωπᾶτο παρειὰς*
ἐς χλόον, ἄλλοτ' ἔρευθος.

Aenigma X. *δασὺς, ἄλλοτε λεῖος.* Theophrastus Charact. IX. *δανείζεσθαι κριθὰς, ποτὲ δὲ ἄχυρον.* i. e. *δανείζεσθαι ἄλλοτε* [s. *ποτὲ*] *μὲν κριθὰς, ποτὲ δὲ ἄχυρον.* Coray: *tantôt de l'orge, tantôt de la paille.* SCHAEF.

* ΑΝ, Particula Potentialis.

Particula *ἄν* nonnunquam in participiis, nonnunquam etiam in modis verbalibus deest. Habes

Digitized by Google

473 apud Devarium pag. 63. edit. Norimb. ex Demosthene et aliis exempla. Ex Demosthene: *Καὶ οὐδείς ποτε εὕροι τὸ κατ' ἐμὲ οὐδὲν ἐλλειφθὲν*, i. e. *εὕροι ἄν*, invenire posset. [Locus est T. I. p. 309, 5. Reisk. ubi legitur: *καὶ οὐδεὶς μήποτε ἀνθρώπων εὕροι, τὸ κατ' ἐμὲ, οὐδὲν ἐλλειφθέν*. Leg. *εὕρῃ*. V. Meletem. Crit. I. p. 110. SCHAEF.] Plutarchus de Cicerone: *γινώσκω ὃν φύγω, οὐ γινώσκω πρὸς ὃν φύγω*. i. e. fugere debeam. [Sic solus ponitur coniunctivus, nunquam, quod meminerim, particulam *ἄν* comitem habens: ut frustra sis, si cum Leisnero eam subaudias. Euripides Phoeniss. v. 740. *ἀλλ' ἀμφὶ δεῖπνον οὖσι προσβάλω δόρυ*; ubi v. Person. Hercul. Fur. v. 1112. *γέροντες, ἔλθω τῶν ἐμῶν κακῶν πέλας*; Aristophanes Pac. v. 851. *εἰπέ μοι, δῶ καταφαγεῖν Ταύτῃ τι*; In eiusd. Plut. v. 1027. scribendum videtur: *τί γὰρ ποιήσῃ, φράζε*. In Herodoto I. c. 46. extr. corrigendum, ni fallor, *ἐπιχειρέῃ*. c. 53. bis legendum, quod al. habent, *προσθέηται*. Conf. c. 75. in. Lucianus T. III. p. 532. *Οὐκοῦν μηδὲ περὶ τοῦ ἀετοῦ εἴπω —*; SCHAEF.] (a) Plura vide l. c. LEISN.

* Particula haec, quae temporibus, maxime vero Aoristis addita, vim Subiunctivi habet, saepe suppressa latet. Sic Actor. c. XXVI. 25. *Ἐβουλόμην*. Rom. IX. 3. *Ηὐχόμην*. Homerus Iliad. Γ. v. 373.

Καί νύ κεν εἴρυσσέν τε, καὶ ἄσπετον ἤρατο κῦδος.

[Quid audio? Ibine etiam, ubi *κεν* additum est, *ἄν* supplebimus? SCHAEF.] Theocritus Id. VII. 89.

Ἀδὺ μελισδόμενος κατακέκλισο, θεῖε Κομάτα.

[Integrum locum videamus:

Αἴθ' ἐπ' ἐμεῦ ζωοῖς ἐναρίθμιος ὤφελες ἦμεν,
Ὡς τοι ἐγὼν ἑνόμευον ἀν' ὥρεα τὰς καλὰς αἶγας,
Φωνᾶς εἰσαΐων, τὺ δ' ὑπὸ δρυσὶν ἢ ὑπὸ πεύκαις
Ἀδὺ μελισδόμενος κατακέκλισο, θεῖε Κομάτα.

Interpres:

Utinam meo tempore inter vivos fuisses
numeratus!
Tibi enim pascerem in montibus pulchras
capellas,
Vocem tuam audiens: tu vero sub quercu
vel pinu arbore
Suaviter canens recubares, divine Comata.

Hunc sequens Schwebelius ad *κατακέκλισο* subaudit *ἄν*: quod, si haec ratio vera esset, item ad *ἐνόμευον* subaudiri oporteret. Sed non adverterunt viri docti, *ὡς* hîc esse *τελικὸν* ac valere ut: quo sensu si indicativum regit, fere solum ponitur; perraro, neque, opinor, nisi in dialecto dorica ionicaque, particulam *ἄν* adsciscit. Recte Scholiastes Theocriti: *ΩΣ. Τὸ πᾶν. ἵνα ἐγὼ τὰς καλάς σου αἶγας κατὰ τὰ ὄρη ἔβοσκον, τῆς σῆς Φωνῆς ἀκούων· σὺ δὲ ὑπὸ δρυσὶν ἢ ὑπὸ πεύκαις ἡδέα μελίζων, ἤγουν ᾄδων, κατέκεισο, θεῖε Κομάτα.* Aeschylus Prom. v. 152.

Εἴ γάρ μ' ὑπὸ γῆν, νέρθεν τ' Ἀΐδου
Τοῦ νεκροδέγμονος εἰς ἀπέραντον
Τάρταρον ἧκεν, δεσμοῖς ἀλύτοις
Ἀγρίως πελάσας, ὡς μήτε θεὸς,
Μήτε τις ἄλλος τοῖσδ' ἐπεγήθει.

Brunckius ad v. 155. „Minime audiendus Heathius reponens *ὡς μήτ' ἂν θεός*. Legitimam particularum *ὡς*, *ὅπως*, *ἵνα*, significantium ut, cum imperfecto vel aoristo indicativi constructionem, licet non rara sint illius exempla, ignoravit vir doctus; metri quam linguae peritior; nunquam sine naufragio ad hunc scopulum navem appulit. Infra 756. ubi ait Io:

ὅπως πέδῳ σκήψασα τῶν πάντων πόνων
ἀπηλλάγην —

ut liberarer, contra librorum fidem emendat *ἀπαλλαγείην*. In Soph. Oed. T. 1391.

ἰὼ Κιθαιρὼν, τί μ' ἐδέχου, τί μ' οὐ λαβὼν
ἔκτεινας εὐθὺς, ὡς ἔδειξα μήποτε
ἐμαυτὸν ἀνθρώποισιν, ἔνθεν ἦν γεγώς;

Quid acceptum me statim non interfecisti, ne ostenderem — El. 1134. *ὅπως θανὼν*

Digitized by Google

ἔκεισο. Quae loca etiam perperam sollicitat. Noster Choeph. 193.

εἶθ' εἶχε φωνὴν εὔφρον', ἀγγέλου δίκην,
ὅπως δίφροντις οὖσα μὴ 'κινυσσόμην.

Vide Musgravium ad Eurip. Phoeniss. 216. Valckenarium ad Hippol. 928. et Diatr. Eurip. p. 149." Additâ particulâ κεν, Cyrus I.

Αἶθε πατήρ μ' ἐδίδαξε δασύτριχα μῆλα νομεύειν,
ὥς κεν ὑπὸ πτελέῃσι καθήμενος, ἢ ὑπὸ πέτρης
συρίσδων καλάμοισιν ἐμὰς τέρπεσκον ἀνίας.

qui versus Moschi videbantur Valckenario, subiuncti ideo a Viro Summo poëtae Syracusani Idylliis p. 380. SCHAEF.] Dio Chrysost. Orat. XL. p. 490. A. Μυρίους μὲν αὐτῷ συνεχώρησε βουλευτὰς, χρυσίου δὲ ἐκέλευσε ποταμὸν εἰς τὴν πόλιν τραπῆναι. [Post μὲν videtur ἂν excidisse. SCHAEF.] Quibus omnibus in locis τὸ ἄν suppressum reticetur. Hanc dicendi formam Latini quoque scriptores hic illic expresserunt. Sic Cicero ad Div. L. VIII. ep. 10. Et nisi Deiotari (litterae) subsecutae essent, in eam opinionem Cassius venerat: pro venisset. Suetonius in Iul. c. LII. Et eadem nave thalamego paene Aethiopia tenus Aegyptum penetravit, nisi exercitus sequi recusasset: pro penetravisset. Idem in Galb. c. X. Servi per angiportum in balnea transeuntem paene interemerunt — nisi expressa cruciatu confessio esset: pro interemissent. Virgilius Aen. L. XI. 111.

Nec veni, nisi fata locum sedemque dedissent.

pro nec venissem. SCHWEB.

(a) Paulus ad Roman. cap. IX, 3: ηὐχόμην, optarem. it. ad Galat. c. IV, 20: ἤθελον, vellem. MICH.

Γ.

* ΓΑΡ, Enim.

Thucydides L. I, 86: οἵδ' οὐκέτι μέλλουσι κακῶς πάσχειν: ipsi (enim) sine ulla cun-

Digitized by Google

ctatione mala patiuntur. Series suadet, ut γὰρ subintelligatur. Scholiastes supplet per ἐπειδή. Sed nihil interest, quod ad sensum adtinet. LEISN. Scribendum, quod H. Stephanus probat nonnullique libri habent, οἱ δ' ο. μ. κ. π. Sic nihil subaudiendum. SCHAEF.

* Post καὶ interdum negligitur. Xenoph. Anab. L. I. p. 72. Καὶ (γὰρ) πλοῖα πλεῖ ἐν αὐτοῖς σιταγωγά. F. S T. Sola copula ad sensum sufficit. SCHAEF.

Δ.

* ΔΕ, Autem.

Particula haec supprimitur interdum, ubi μὲν praecessit. Sic Onosander c. II. Ζηλούσθω μὲν δὴ ἡμῖν στρατηγὸς ἀγαθὸς, — μὴ ἀποδοκιμαζέσθω (δὲ) πένης μετὰ ἀρετῆς. SCHWEB. Inprimis post εἶτα s. ἔπειτα. Aristophanes Plut. v. 771.

καὶ προσκυνῶ γε πρῶτα μὲν τὸν Ἥλιον,
ἔπειτα σεμνῆς Παλλάδος κλεινὸν πέδον.

Plato Phaedon. c. 8. in. εἰ μὲν μὴ ᾤμην ἥξειν πρῶτον μὲν παρὰ θεοὺς ἄλλους, σοφούς τε καὶ ἀγαθοὺς, ἔπειτα καὶ παρ' ἀνθρώπους κ. τ. λ. Xenophon Memor. III, 11, 14. Εἰ νὴ Δί', ἔφη, πρῶτον μὲν τοῖς κεκορεσμένοις μήτε προσφέροις μήτε ὑπομιμνήσκοις, — ἔπειτα τοὺς δεομένους κ. τ. λ. Bene Zeunius: „Post ἔπειτα inserendum putat Hindenburgius et Ernestus δέ. Sed haec ellipsis persaepe apud nostrum occurrit.“ Dionysius Halic. Antiqu. Rom. T. II. p. 800. τέως μὲν ἔκλαιε, φωνὴν οὐδεμίαν προϊεμένη· ἔπειτ' ἀνιξάντος αὐτὴν τοῦ πατρὸς, κ. τ. λ. p. 951. πρῶτος μὲν οὖν ὁ Ποσούμιος — —· ἔπειτα καὶ οἱ κ. τ. λ. p. 954. πρῶτον μέν, ὅτι —· ἔπειθ' ὅτι —. Add. Meletem. Crit. I. p. 61. SCHAEF.

* ΔΗΛΟΝΟΤΙ, Nimirum.

Deest haec vox ad Galat. V. 14. Ὁ γὰρ πᾶς νόμος ἐν ἑνὶ λόγῳ πληροῦται, (δηλαδὴ aut δηλονότι) ἐν τῷ· ἀγαπήσεις cet. SCHWEB.

Digitized by Google

E.

* EAN, Si.

Saepe omittitur, et quidem in disputationibus. 1 Cor. VII, (b) 21. *Δοῦλος ἐκλήθης*, pro *ἐὰν δοῦλος ἐκλήθης*. Si tanquam servus vocatus es. Sic v. 27: *Δέδεσαι γυναικί*. Si alligatus es uxori. Confer Iacobi epist. c. V, 13. SCHOETTG. Si quid huiusmodi subaudiendum est, subaudi, non *ἐὰν*, sed *εἰ*. Sed praestat, opinor, tales enunciationes *ἐρωτηματικῶς* proferre. Sic autem nihil supplendum. SCHAEF.

(b) 1 Corinth. VII, 18: *Περιτετμημένος τις ἐκλήθη*, pro *ἐὰν περιτετμημένος* etc. Philipp. I, 18: *παντὶ τρόπῳ — καταγγέλλεται κ. τ. λ.* MICH.

* ΕΓΓΙΟΝ, Propius.

Subauditur haec vox in illa proverbiali locutione *γόνυ κνήμης*, quae *ἐλλιπῶς* occurrit apud Ciceronem ad Div. L. XVI. ep. 23. Plene apud Zenobium, Diogenianum: *γόνυ κνήμης ἔγγιον*. Significatur hoc proverbio, nostra nobis magis esse curanda, quam aliena. SCHWEB.

474

* EI, Si, Num?

In priore significatu 1 Corinth. XIV, 26: *Ὅταν συνέρχησθε, ἕκαστος ὑμῶν ψαλμὸν ἔχει, διδαχὴν ἔχει* etc. *Πάντα πρὸς οἰκοδομὴν γενέσθω.*

Item in interrogationibus. (c) Matth. c. XI, 3: *Σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος*; Num tu es ille, qui venire debebat? pro *εἰ σὺ εἶ*. 1 Corinth. XI, 13. *Πρέπον ἐστὶ, γυναῖκα ἀκατακάλυπτον προσεύχεσθαι*; Num decet, mulierem non velatam ad Deum orare? Adde Ioann. evang. c. XIII, 38. cap. XVIII, 33. 2 Cor. XI, 11. SCHOETTG. Frustra hîc ad ellipsin talis particulae confugias. Interrogationem esse, satis docet audientem vox surgens, legentem signum *τῆς ἐρωτήσεως*. SCHAEF.

* Sic Marc. III. 4. *Ἔξεστι τοῖς σάββασι ἀγα-*

Digitized by Google

ϑοποιῆσαι, ἢ κακοποιῆσαι; Adde Galat. III. 2. 1. Cor. I. 13. Theocritus Id. XV. 1. *Ἐνδοῖ Πραξινόα;* sub. *εἰ.* Latinis quoque scriptoribus frequens est haec ellipsis, qui in dubitatione vel interrogatione prius ne vel an supprimere solent. Horatius L. II. Sat. VIII. 16. Albanum, Maecenas, sive Falernum Te magis adpositis delectat? Caesar L. II. B. Civ. c. 32. Vos vero L. Domitium, an vos Domitius deseruit? Vid. plura apud cl. Oudendorp. ad Caes. B. G. L. VII. c. 5. et Drakenb. ad Liv. II. c. VIII. §. 18. SCHWEB.

(c) Matthaeus evangel. c. IX, 28: *πιϛεύετε, ὅτι δύναμαι τοῦτο ποιῆσαι;* it. c. XIII, 51: *συνήκατε ταῦτα πάντα;* it. c. XVII, 24. c. XXIV, 2. Iacobi epist. c. II, 20: *ϑέλεις δὲ γνῶναι.* MICH.

EIΘE, Utinam.

Ante verbum Optativi modi aliquoties omittitur *εἴϑε,* praesertim apud Doras. [Ne credas. Optativus, qui proprie dicitur, ipse per se optat, neque ullius indiget particulae optandi accessione. SCHAEF.] Grammatici: *Οἱ Δωριεῖς τὰ εὐκτικὰ τῶν ῥημάτων ἄνευ συνδέσμου τινὸς προφέρονται.* Oppianus:

— *ἀείδω· βάλλοιμι δ' ἐπὶ σκοπόν.*

Theocritus Idyll. VI. vers. 22:

Κ' οὔ μ' ἔλαϑ', οὐ τὸν ἐμὸν τὸν ἕνα γλυκὺν, ᾧ ποϑόρημι.

[*ποϑόρημι* est video. Valckenarius: „Scribendum puto, *ᾧ ποϑορῶμι* cum D. Heinsio; atque ita Ed. Brunck.“ Mihi indicativus, ut accommodatior philosophiae Cyclopum, unice tenendus videtur. SCHAEF.] Idem Idyll. VII. 154:

— — — *ἃς ἐπὶ σωρῷ*
Αὔϑις ἐγὼ πάξαιμι μέγα πτύον.

Vide ad priorem locum Doctissimum Heinsium.

* EKEI, Ibi. 475

Cogente contextu saepissime suppletur. Actor. XIII, 1: *Ἦσαν δέ τινες ἐν Ἀντιοχείᾳ, κατὰ τὴν*

οὖσαν ἐκκλησίαν προφῆται καὶ διδάσκαλοι. Supple *κατὰ τὴν ἐκεῖ οὖσαν ἐκκλησίαν.* Alia exempla adnotavit Noldius in Concord. p. 767. (d) SCHOETTG.

* Unum tantum locum adtulit Schoettgenius. Fuit autem de hac ellipsi disputatum inter cl. Ikenium et *τὸν δεῖνα.* Adde ergo Act. I, 4. *περιμένειν* (*ἐκεῖ*). c. XII, 19. *διέτριβεν* (*ἐκεῖ*). c. XXII, 12. *τῶν κατοικούντων* (*ἐκεῖ*) *Ἰουδαίων.* F. ST.

(d) Marcus evang. cap. VIII, 1: *παμπόλλου ὄχλου ὄντος*, scil. *ἐκεῖ.* MICH.

* EKEI vel EKEIΣE, Illuc.

Subaudiri potest haec vox apud Homer. Iliad. Γ. v. 145.

Αἶψα δ' ἔπειτ' ἵκανον, ὅθι Σκαιαὶ πύλαι ἦσαν.

Quemadmodum etiam apud Latinos eo vel illuc supprimuntur. Virgil. Eclog. III. 88.

Qui te, Pollio, amat, veniat quo te, quoque gaudet.

pro eo, quo. Terentius Heautontim. Act. V. Sc. I. v. 73. Et redigam, ut, quo se vertat, nesciat: pro eo, ut, quo se vertat, nesciat. SCHWEB.

* ENTAYΘA.

Quod in Bossio notatum non vides, supplet Scholiastes Thucyd. V. 1. in *οὕτως ὡς ἕκαστος ὥρμητο.* F. ST.

* ENTOΣ vel EΣΩ, Intra vel Intus.

Hae particulae non incommode subaudiri possunt in verbis, quae ab Atticis in primis Genitivis iunguntur, quamquam Praepositiones cum iis coniunctae alium casum requirant. E. g. Euripides Phoen. v. 454. *Τόνδ' εἰσεδέξω τειχέων.* ubi schol. Graec. *ἀντὶ τοῦ εἴσω ἐδέξω.* Sophocles Aiac. v. 1291. *Ἑρκέων — ἐγκεκλεισμένους.* ubi itidem schol. Gr. *λείπει ἐντός. Ἢ ἐν ἀντὶ τοῦ ἐντὸς, ἵν' ᾖ ἐντὸς κεκλεισμένους.* Vid. Dorvillius ad Chariton. L. III. c. IX. p. 345. Vel, si mavis, subaudi *εἰς μέρος* et *ἐν μέρει.* SCHWEB.

Digitized by Google

* ΕΠΕΙΔΗ.

Scholiastes Thucyd. I. 86. in *οἴδ' οὐκέτι μέλλουσι* notat: *ὑπακουσέον τὸ ἐπειδή.* F. ST. V. supra ad *Γάρ.* SCHAEF.

* ΕΠΕΙΤΑ vel ΕΙΤΑ, Deinde.

Locum habet haec ellipsis Rom. II. v. 9. *Ἰουδαίου τε πρῶτον, (ἔπειτα) καὶ Ἕλληνος.* Pleno sermone apud Demosthenem: *Πρῶτον μὲν θεοῖς εὔχομαι πᾶσι* etc. *ἔπειτα δέ.* Et Aristophan. Nebulis v. 609. *Πρῶτον μὲν χαίρειν Ἀθηναίοισι καὶ τοῖς ξυμμάχοις, Εἶτα θυμαίνειν ἔφασκε.* Vid. Camerar. in Notat. Figurar. ad h. l. SCHWEB.

* ΕΡΩΤΙΚΩΣ, Amatorie.

Deficit haec vox saepius apud auctores in *διαλέγεσθαι, ὁμιλεῖν, ἐντυχεῖν, πλησιάσαι.* Xenophon K. A. L. III. p. 217. *Καλαῖς καὶ μεγάλαις γυναιξὶ καὶ παρθένοις ὁμιλεῖν.* Plene apud Aristaenet. L. II. ep. 7. *Ἐρωτικῶς ὁμιλούντων ἀλλήλοις.* L. II. ep. 8. *Πῶς ἐρωτικῶς οὖν διαλέξομαι γυναικί.* Vid. cl. Abresch. Lect. Aristaenet. p. 50. SCHWEB.

* ΕΥ, Bene.

In verbo *πάσχειν*, quando notat beneficium aliquod accipere. Theognis vers. 111:

Οἱ δ' ἀγαθοὶ τὸ μέγιστον ἐπαυρίσκουσι παθόντες,
Μνῆμα δ' ἔχουσ' ἀγαθῶν, καὶ χάριν ἐξοπίσω.

pro *εὖ παθόντες.*

Boni plurimum fruuntur beneficio accepto,
Memoriam autem habent beneficiorum, et
gratiam referunt.

Supplet ita Libanius epist. 69. p. 216: *Βουλοίμην γὰρ ἂν εὖ πάσχειν τοὺς ἐμοὶ φιλτάτους:* Vellem enim, ut amici mei beneficiis adficerentur. Possumus etiam subaudire *ἀγαθὸν*, ut habet Artemidorus L. IV, 67: *Καὶ ἀγαθὸν καὶ*

Digitized by Google

κακόν τι πάσχουσι. Plura exempla collegit Hombergius in Parergis sacris ad Galat. III, 4. et Marc. V, 5.

Item in *μαρτυροῦμαι* et *μαρτυρούμενος*, 476 quod eum notat, de quo bona testantur homines. Actor. VI, 3: *Ἐπισκέψασθε οὖν ἄνδρας ἐξ ὑμῶν, μαρτυρουμένους, ἑπτά*: Circumspicite ergo viros inter vos, qui bono gaudent testimonio, septem. Sic c. X, 22. Cornelius Centurio dicitur *μαρτυρούμενος ὑπὸ ὅλου τοῦ ἔθνους τῶν Ἰουδαίων*, pro *εὖ μαρτυρούμενος*. Conf. Lucas in evang. c. IV, 22. Aelianum Var. Hist. I, 30.

Porro in verbo *ποιεῖν*, quod hebraico more idem est, ac bene facere. 1 Thess. V, 25. *Πιστὸς ὁ Θεὸς, ὁ καλῶν ὑμᾶς, ὃς καὶ ποιήσει*: Fidelis est Deus, qui vocavit nos, qui etiam (bene) faciet, *er wirds gut machen.* Translata est haec significatio ex lingua Hebraea, ubi similia in verbo עשׂה occurrunt Psalm. XXII, 32. XXXVII, 5. LII, 11. Iesaiae c. XLIV, 23. XLVI, 4. SCHOETTG.

* Item in *ἔχειν*. Sophocles Aiac. v. 157.

Πρὸς γὰρ τὸν ἔχονθ' ὁ φθόνος ἕρπει.

ubi schol. Gr. *λείπει τὸ εὖ*. Conf. v. *χρήματα*. Item in *βούλεσθαι*. Homer. Iliad. P. v. 331.

Ἡμῖν δὲ Ζεὺς μὲν πολὺ βούλεται ἢ Δαναοῖσι.

sub. *πολὺ μᾶλλον εὖ βούλ.* [Μᾶλλον hîc subaudiendum: non item *εὖ*, cum *νίκην* sequatur. *ἡμῖν βούλεται νίκην*, nobis destinat victoriam. v. Heyn. T. V. p. 313. SCHAEF.] Sic bene etiam Latini per ellipsin interdum omittunt. Caesar B. G. L. I. c. 18. Favere et cupere Helvetiis. pro bene cupere. SCHWEB.

* ΕΩΣ, Usque.

In infinitivis; qui Graecismus et apud Latinos non est infrequens. Alciphron I, 10. pag. 40: *Ἀνα-*

Digitized by Google

μείναντες οὖν ἀπολῆξαι τὸ κλυδώνιον. pro ἕως τοῦ ἀπολῆξαι. Exspectantes ergo, (donec) cessent fluctus. SCHOETTG.

H.

H, Quam.

Ut apud Latinos quam, (e) ita apud Graecos ἤ aliquando omittitur. (f) Pausanias Arcad p. 639. οὐ πλέον τῆς πόλεως ϛαδίους ἀπέχοντα ἑπτά. pro: οὐ πλέον ἢ ϛαδίους ἑπτά. [Plato Apol. Socr. c. 1. ἔτη γεγονὼς πλείω ἑβδομήκοντα. SCHAEF.] Idem Achaic. p. 576: ἐλείπετο οὐδὲν 477
ἔτι αὐτὴν Φονεύεσθαι. pro ἢ Φονεύεσθαι, ut Sylburgius. [imo Kuhnius. SCHAEF.] Possis ceteroqui dicere, λείπεσθαι dictum per Ellipsin articuli, puo τοῦ λείπεσθαι. (g)

* Euripides Alcest. v. 896.

τί γὰρ ἀνδρὶ κακὸν μεῖζον, ἁμαρτεῖν
πιϛῆς ἀλόχου;

Wakefieldius: „Hanc ellipsin arbitror rarissime inveniri; μεῖζον ἁμαρτεῖν utique pro μεῖζον ἢ ἁμαρτεῖν· vel μεῖζον τοῦ ἁμαρτεῖν: nec tamen loci rationes ullam depravationis suspicionem patiuntur.“ Placetne sic interpungere?

ἔμνησας, ὅ μου Φρένας ἤλκωσεν,
(τί γὰρ ἀνδρὶ κακὸν μεῖζον;) ἁμαρτεῖν
πιϛῆς ἀλόχου.

memoras, amisisse me fidam coniugem. Mihi quidem ista ellipsis vix ferenda videtur. SCHAEF.

(e) De particula quam, compendii caussa omissa a Latinis, videatur Scaliger ad Varronem de R. R. Lib. I. pag. 201. editionis Dordrechtanae. LEISN.

* Potissimum post plus, amplius, minus, particulam quam deficere, pluribus exemplis comprobarunt Tursellinus de Particul. c. XXI. et Sanctius in Minerva L. IV. c. VII. Sic Livius L. XXIV. c. XVII. Plus duo millia. Plinius Panegyr. c. XXVIII. Paullo minus,

Digitized by Google

Patres conscripti, quinque millia ingenuorum fuerunt. SCHWEB.

(f) Sic Ioannes in Apocalypsi c. XX, 5: οὐκ ἀνέζησαν (ἤ, vel πρὶν ἤ,) ἕως τελεσθῇ τὰ χίλια ἔτη. Potest et πρὶν ἤ subaudiri ex Lucae c. II, 26. Sic Matth. c. XVII, 9. MICH.

(g) Ἤ, quando notat aut, omittitur, ubi plura adsunt disiuncta, ut I Corinth. XIV, 26. qui locus paullo ante adscriptus est. vid. Devarius p. 155. SCHOETTG.

* HN, Si.

Euripides Hec. v. 1018.

ἀλίμενόν τις ὡς ἐς ἄντλον πεσὼν
λέχριος, ἐκπέσῃ φίλας καρδίας,
ἀμέρσας βίον.

Porsonus: „Poteris quidem legere ἐκπεσεῖ, sed melius ἐκπέσῃ, ut ἤν vel ὅταν subaudiatur.“ Vellem hanc ellipsin aliis exemplis firmasset. SCHAEF.

I.

INA, Ut.

Ante subiunctivum saepe deest. Euripides Phoeniss. vers. 729:

Βούλει τράπωμαι δῆθ' ὁδοὺς ἄλλας τινάς;
Vis (ut) me convertam ad alias aliquas vias.

Ubi Scholiastes: Βούλει ἵνα διανοήσωμαι μεθόδους ἄλλας. (h)

* Sic Homerus Il. Ψ. v. 71.

Θάπτε με ὅττι τάχιστα, πύλας ἀΐδαο περήσω.

pl. ἵνα περήσω. v. schol. min. Hanc ellipsin sequuntur etiam Latini, qui et alibi, et maxime ante verba optandi, rogandi, hortandi, iubendi, coniunctionem ut omittere solent. Sic Horatius L. I. Od. XXXVIII. 5.

Simplici myrto nihil allabores
Sedulus curo.

Idem L. I. Od. XXXI. 18.

Latoe dones, et precor integra
Cum mente.

Digitized by Google

Cicero L. III. ep. 13. Velim ita fortuna tulisset. Frontinus Strateg. L. I. c. IV. §. 7. Praecipit ipsam oram maris legerent. Plura exempla vid. in cl. Oudendorpii not. ad h. l. et Caesar. B. G. L. IV. c. 16. SCHWEB.

* Aeschylus Prom. v. 786. Br. *ἑλοῦ γὰρ ἢ πόνων τὰ λοιπά σοι Φράσω σαφηνῶς, ἢ τὸν ἐκλύσοντ' ἐμέ.* Mirâ structurâ, ac nisi soloecâ, certe *σολοικοφανεῖ*, Epigr. adesp. CCXLIX.

Κύπρι, θέλεις οὕτως ἐς κρίσιν ἐρχόμεθα;

Item Lucianus Tom. III. p. 250. *ἢ ἐθέλεις ἐγὼ αὖθις ἐπάνειμι* —; p. 265. *ἢ ἐθέλεις καταριθμήσομαι* —; — Homerus Il. VI. v. 340.

ἀλλ' ἄγε νῦν ἐπίμεινον, Ἀρήϊα τεύχεα δύω.

Conf. Porson. ad Euripid. Phoeniss. v. 90. SCHAEF.

(h) Matth. c. VIII, 4: *Ὅρα, μηδενὶ εἴπῃς*, pro *ἵνα μηδενὶ εἴπῃς*: Vide, (ne) cui dicas. (i) Anacreon Oda 12: 478

Τί σοι θέλεις ποιήσω;

pro *τί θέλεις, ἵνα ποιήσω σοι;* Adde Matth. XX, 32. et Noldium p. 521. (k) SCHOETTG.

(i) Epist. ad Hebr. c. VIII, 5: *ὅρα, ποιήσῃς* etc. Matthaeus c. IX, 30: *ὁρᾶτε, μηδεὶς γινωσκέτω.* cap. VII, 4: *ἄφες (ἵνα) ἐκβάλω:* cap. XIII, 28. cap. XXVII, 17. Lucas in evang. c. XXII, 9. Marc. c. XV, 9: *θέλετε ἀπολύσω.* MICH.

(k) Item Ioannem evang. c. XVIII, 39. et Pasorem in Lexico Novi Testam. sub *ἵνα.* MICH.

K.

KAI, Etiam.

Deesse aliquando animadvertimus copulam *καὶ*, non tantum inter duo nomina aut verba, (l) verum etiam post *ἀλλὰ*, quando in priore membro praecessit *οὐ μόνον.* Oppianus Κυνηγ. I. vers. 159:

— — *οὐ μόνον, ὅττι χερείονές εἰσι πόδεσσι*
Θηλύτεραι τελέειν δολιχὸν δρόμον ἐν ξυλόχοισιν·
Ἀλλ' ὅτ' ἀλεύασθαι χρειὼ φιλοδέμνιον ἦτορ.

— non solum, quia deteriores sunt pedibus

Digitized by Google

479 Foeminae ad conficiendum longum cursum in sylvis:
Sed quia declinare necesse est coitus appetens cor.

Ubi *οὐ μόνον — ἀλλ' ὅτ'* pro *οὐ μόνον — ἀλλὰ καὶ ὅτι.* (m) [V. Oudendorp. ad Thom. Mag. p. 376. qui tamen in Aeschineo loco fallitur, ubi si post *ἀλλὰ* inseras *καὶ*, non ellipsis expletur, sed fit pleonasmus. SCHAEF.]

* Deest etiam particula *καὶ* in illa loquutione: *ἀνδρῶν, γυναικῶν*, pro *ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν*, apud Aristophanem Ran. 157. Sophocles Antigon. Lycophr. Alex. 683. LEISN. qui exscripsit Kusteri notam ad Aristophan. l. c. Add. quae monuimus ad Longi Pastor. p. 403. it. Reitz. ad Lucian. T. II. p. 130. SCHAEF.

* In lapidibus pluribus numinibus dicatis, ut *Διῖ (καὶ) Ἡλίῳ (καὶ) μεγάλῳ Σαράπιδι.* Vid. Obs. Crit. Vol. VI. Tom. II. p. 481. F. ST.

* Eadem ellipsi gaudent etiam Latini, qui post non solum, non modo, saepe particulam etiam omittunt. Caesar B. G. L. I. c. 43. Non modo sui nihil deperdere, sed gratia — auctiores velit esse. Idem L. II. c. 21. Non modo ad insignia adcommodanda, sed ad galeas inducendas. Frontin. L. I. c. 2. Non mutavit tantum statum belli, sed subiecit ditioni suae hostes. Ellipsis coniunctionis et etiam est in figura, quam *ἀσύνδετον* vocant. Nepos in Hamilc. c. IV. §. 1. Equis, armis, viris, pecunia totam locupletavit Africam. SCHWEB.

(l) Qualia exempla magno numero collegit Noldius p. 320. SCHOETTG.

(m) Plura e N. T. congessit Noldius p. 322. SCHOETTG.

Digitized by Google

ΚΑΙ ΠΕΡ, Etsi.

Deest saepe in participiis *καί περ*, quando subsequitur *ὅμως*, tamen, quae vocula respondet *καί περ*, vel *εἰ καί*. Aelianus Var. Hist. I, 7. de apris: Quum per imprudentiam hyoscyamum comederunt, *τὰ ἐξόπισθεν ἐφέλκουσι*, attrahunt posteriora, resolutione et paralysi ita affecti. *Εἶτα, σπώμενοι, ὅμως ἐπὶ τὰ ὕδατα παραγίνονται, καὶ ἐνταῦθα τῶν καρκίνων ἀναλέγουσι.* h. e. Deinde, (licet) attrahendo (sese, vel posteriora) tamen ad aquas perveniunt, ibique cancros colligunt. Idem Lib. XII. c. 1. *ἀλγοῦσα, ὅμως* etc. (n)

(n) Conferatur Dukerus ad Thucydidis Lib. I, c. 11, p. 10. et Lib. I, c. 9, p. 9. LEISN.

* ΚΑΚΩΣ, Male. 480

Sub verbo *πάσχειν* subauditur, et notat mala perferre. Cebes c. 18: *Ὑποδέξονται γὰρ αὐτὸν ἀσμένως πάντες, καθάπερ τὸν ἰατρὸν οἱ πάσχοντες*: Suscipient autem eum omnes libenter, quemadmodum aegroti medicum. Arrianus I. p. 51: *Παθὼν μὲν οὐδὲν πρὸς Ἀλεξάνδρου*: Nihil quidem (mali) ab Alexandro perpessus. [Horum similiumque locorum oratio ipsa per se integra est, nullaque in iis ellipsis obtinet. SCHAEF.] Supplet autem Libanius epist. 35: *Στρατήγιος ἐπὶ τῆς σῆς ἀρχῆς πάσχει κακῶς*: Strategius mala sub tuo imperio patitur. Confer Artemidorum et Hombergium locis supra adductis. (o) SCHOETTG.

* Subauditur etiam haec vox in *διαθεῖναι*, quando absolute positum in malam partem accipitur. Expressa voce *κακῶς* occurrit apud Polybium T. I. p. 837. *Κακῶς διετίθεσαν τοὺς βαρβάρους.* T. II. p. 1338. *Κακῶς διετίθει τὴν χώραν.* Diodor. Sic. p. 230. D. *Διέθεσαν κακῶς.* vid. not. ad

Onosandr. c. V. p. 30. SCHWEB. In Onosandri loco malim subaudire *τι*. SCHAEF.

(o) Addendum etiam est verbo *πράττειν*. Euripides Alcest. v. 1029:

Πράξας δ', ὅ μὴ τύχοιμι, νοσήσαιμι γὰρ,
Δίδωμι rel.

Alcesten Hercules, ignota forma latentem, Admeto tradit servandam, dum a Diomedis nece, re bene gesta, ipse redierit:

Ἕως ἂν ἵππους δεῦρο Θρηκίους ἄγων
Ἔλθω, τύραννον Βιζόνων κατακτανών.

Quod si praeter spem sibi forte successerit, famulam Admeto esse istam feminam.

Πράξας δ' rel.

Ergo hoc modo erunt componenda ista: Πράξας δὲ κακῶς τὸ πρᾶγμα (ὅ μὴ τύχοιμι, εἴθε γὰρ νοσήσαιμι) Δίδωμι rel.
481 Male autem re a me gesta, (quod evenire nobis non sinat Iupiter, sed redire cum gloria,) hanc tibi trado. BERNH. Imo sic exple: *πράξας δ' ἐκεῖνο, ὅ μὴ τύχοιμι*. Bene Wakefieldius: „si tamen id patiar, quod utinam mihi non contingat pati." Sophocles Oedip. Col. v. 1704. ἔπραξεν οἷον ἤθελε. Vid. Spanhem. ad Aristophan. Plut. v. 486. SCHAEF.

* ΚΑΛΩΣ, Bene.

Vide supra in Εὖ. SCHOETTG.

M.

* ΜΑ, Certe, Omnino.

Hanc particulam iu formulis iurandi, Attico more, interdum suppressam latere, censet Scholiastes Graecus ad Sophoclis Electr. p. 127. edit. Steph. Ἀλλ' οὐ τὰν Διὸς ἀςραπάν. Simul autem in eiusmodi *τὸ ὀμνύειν*, vel *μαρτύρεσθαι* subaudiri debere, supra docuit Auctor in v. *ὀμνύειν*. Vid. de hac particula cl. Hoogeveen ad Viger. c. VII. s. XI. p. 350. SCHWEB. V. not. ad Longi Pastoral. p. 416. s. SCHAEF.

Digitized by Google

ΜΑΛΛΟΝ, Potius.

Μᾶλλον adverbium saepe per Ellipsin omittitur, (p) ut in Evangelio Lucae c. XV, 7: *Λέγω ὑμῖν, ὅτι οὕτω χαρὰ ἔξαι ἐν τῷ οὐρανῷ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι, ἢ ἐπὶ ἐννενήκοντα ἐννέα δικίοις.* pro *μᾶλλον ἤ*. Dico vobis, (maiorem) fore in coelo laetitiam ob unum sontem, qui redeat ad frugem, quam ob nonaginta novem insontes. Matthaeus c. XVIII 6. (q) et Lucas in evangel. cap. XVII, 2: *Λυσιτελεῖ αὐτῷ, εἰ μύλος ὀνικὸς περίκειται περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ ἔρριπται εἰς τὴν θάλασσαν, ἢ ἵνα σκανδαλίσῃ ἕνα.* i. e. *λυσιτελεῖ αὐτῷ μᾶλλον ἤ.* Satius esset ei, circumiecta eius collo asinaria mola, in mare deiici, quam vel minimum horum offendere. Et cap. XVIII, 14: *Λέγω ὑμῖν, κατέβη οὗτος δεδικαιωμένος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, ἢ ἐκεῖνος,* i. e. *μᾶλλον ἢ ἐκεῖνος.* Dico vobis, descendit hic domum suam iustificatus (magis,) quam ille.

Paulus 1 Cor. XIV, 19: *Ἀλλ' ἐν ἐκκλησίᾳ θέλω πέντε λόγους διὰ τοῦ νοός μου λαλῆσαι, ἵνα καὶ ἄλλους κατηχήσω, ἢ μυρίους λόγους ἐν γλώσσῃ.* ubi *θέλω* pro *μᾶλλον θέλω.* Sed in concio- 482
ne (malo) quinque verba sic eloqui, ut intelligatur oratio mea, ut et alios eruditam, quam ignoto sermone sexcenta verba. Genes. XLIX. 12: *Λευκοὶ οἱ ὀδόντες αὐτοῦ, ἢ γάλα.* Lacte candidiores dentes eius. (r) Homerus Iliad. A. vers. 117:

Βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι.
Volo ego populum salvum esse, quam perire.

i. e. *μᾶλλον βούλομαι,* malo. Theognis:

Βούλεο δ' εὐσεβέως ὀλίγοις σὺν χρήμασιν οἰκεῖν,
Ἢ πλουτεῖν, ἀδίκως χρήματα πασάμενος.
Velis pie exiguis cum opibus degere,
Quam divitem esse, iniuste paratis opibus.

Digitized by Google

Thucydides L. II. c. 11: Τῇ δυνάμει πίσυνοι, ἢ τῇ γνώμῃ ἐπέρχονται, i. e. τῇ δυνάμει μᾶλλον πίσυνοι. Potentia (magis) freti, quam animo accedunt. (s)

Longinus Sect. 35: τοῖς ἁμαρτήμασι περιττεύει, ἢ ταῖς ἀρεταῖς λείπεται. Vitiis (magis) abundat, quam virtutibus deficit. ubi non opus est, ut cum Tollio legas, περιττεύει μᾶλλον. Quam ellipticam loquendi formam imitati sunt Latini. Plautus Rudent. IV, 4, 7: Tacita bona est mulier semper, quam loquens. Sallustius de bello Catilinario: Fortuna res cunctas ex libidine, quam ex vero celebrat. Livius
483 L. XXIII, 43: Ipsorum, quam Annibalis interesse. In quibus magis vel potius deest. (u)

* Inter Graecos scriptores maxime apud Themistium frequens est haec ellipsis. E. g. Orat. p. 14. A. Τῶν χρησίμων, ἢ τῶν ἀχρήστων πεφροντικέναι. Sic etiam Homerus Iliad. P. v. 331.

Ἡμῖν δὲ Ζεὺς μὲν πολὺ βούλεται, ἢ Δαναοῖσι.

plene πολὺ μᾶλλον εὖ βούλεται. [Noli εὖ subaudire: nam sequitur νίκην. SCHAEF.] Ex Latinis auctoribus hanc ellipsin potissimum sectatus est Tacitus. E. g. de Mor. Germ. c. VII. Consilii, quam formidinis arbitrantur. et alibi. Sic etiam Cicero ad Div. L. IV. ep. XIII. Saepius mihi veniebat in mentem queri, quod ita viverem, quam gaudere, quod viverem. [Hîc nihil elliptici est. SCHAEF.] Alia exempla vide sis in not. Burmanni ad Vellei. Paterc. L. II. c. 129. SCHWEB. Add. Valckenar. ad Herodot. p. 216, 63. Tyrwhitt. ad Aristotel. de Poët. p. 164. SCHAEF.

(p) Vide Georgium in Vindiciis Novi Testamenti pag. 188. sq. MICH.

(q) Adde etiam vers. 8. 9. capitis citati. Septuaginta Interpretes in Psalm. CXVII. (in Hebr. CXVIII.) 8. 9. MICH.

(r) Subticetur quoque in Verbis, non simplicem actum, sed augmentum notantibus; ut Ioanni in evangel. c. XIX,

Digitized by Google

12: Ἐκ τούτου (μᾶλλον) ἐζήτει ὁ Πιλάτος ἀπολῦσαι αὐτόν. cap. XIII, 27. εἰςῆλθεν (μᾶλλον) εἰς ἐκεῖνον ὁ σατανᾶς. MICH.

(s) Ex huius Ellipseos observatione lux affunditur Terentio in Prol. Eunuchi:

Si quisquam est, qui placere se studeat bonis,
Quam plurimis, et minime multos laedere;
In his poëta hic nomen profitetur suum.

Ita Menander: καλὸν τὸ νήφειν, ἢ τὰ πολλὰ κραιπαλᾶν. Bonum est (potius), sobrium esse, quam saepe esse ebrium. Conf. Sanctius in ellipsi τοῦ Magis et Prius. Gronovius ad Liv. L. XXVII, 20. I, 25. et Iensius in Lection. Lucian. II, 20. pag. 281. (t)

Interdum μᾶλλον ἢ simul omittitur. Xenophon in Memorab. III, 13. §. 3. ψυχρὸν, ὥςε λούσασθαι, i.e. ψυχρὸν μᾶλλον, ἢ ὥςε etc. [Vid. Wyttenbach. in Bibl. Crit. III. 2. p. 65. SCHAEF.] Μᾶλλον etiam omittitur post ὅσῳ. Vid. Observ. Miscellan. Vol. II. p. 159. et Dukerus ad Thucyd. VI, 86. LEISN. 484

(t) Addidit adverbium Paulus in priore ad Corinthios epistola c. IX, 15: καλὸν γάρ μοι μᾶλλον ἀποθανεῖν, ἢ τὸ καύχημά μου ἵνα τις κενώσῃ. BERNH.

(u) Adde, quos citat Ioan. Henr. Maius fil. Observ. Sacrar. L. I. p. 26. SCHOETTG.

* ΜΕΝ, Quidem.

Deficit haec particula interdum, ubi in posteriori periodi membro est δὲ, absque praecedente μέν. Iacob. epist. c. II. 11. Εἰ δὲ οὐ μοιχεύσεις, φονεύσεις δέ. Sic particula quidem latere videtur in illis Virgilii Ecl. I. 28.

Libertas, quae sera tamen respexit inertem.

Livius L. II. c. 45. Matura res erat, tergiversantur tamen. SCHWEB.

* ΜΗ.

Homerus Il. I. v. 262.

οὐ γάρ πω τοίους ἴδον ἀνέρας, οὐδὲ ἴδωμαι.

Schol. Venet. ὅτι παραλέλειπται ἡ μὴ ἀπαγόρευσις. ἔξι γὰρ, οὐδὲ μὴ ἴδωμαι, ὅμοιον τῷ· πληθὺν δ' οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι, οὐδ' ὀνομήνω. Odyss. XVI. v. 437.

Digitized by Google

οὐκ ἔσθ' οὗτος ἀνὴρ, οὐδ' ἔσσεται, οὐδὲ γένηται.

ubi multum miror *γένηται* Wyttenbachio Annot. ad Herodot. in Select. Princip. Historic. p. 342. videri vim praeteriti habere: opinor, ut iste versus tria simul tempora indicet. Imo *οὐδὲ γένηται* est i. q. *οὐδὲ μὴ γένηται*, h. e. *οὐδὲ γενήσεται*. Quod si quem offendant iuncta, *οὐδ' ἔσσεται, οὐδὲ γενήσεται*, comparet Odyss. XVIII. v. 78.

Νῦν μὲν μήτ' εἴης, βουγάϊε, μήτε γένοιο.

SCHAEF.

* MH, Numquid?

In principio interrogationum: ut Matthaeus in evangel. cap. XI, 7. sq. *Τί ἐξήλθετε εἰς τὴν ἔρημον θεάσασθαι; κάλαμον; — ἄνθρωπον; — προφήτην*; pro *μὴ κάλαμον*; SCHOETTG. V. supra ad Εἰ. SCHAEF.

* ΜΗΔΕ, ΜΗΤΕ.

V. infra ad Οὐδέ. SCHAEF.

* MONON, Tantum. (x)

Subauditur in priori alicuius propositionis membro. Sic Paulus 1 Timoth. V, 23: **Μηκέτι ὑδροπότει**: Noli in posterum aquam (tantum) bibere: *ἀλλ' οἴνῳ ὀλίγῳ χρῶ*. Matthaeus cap. XXIV, 8: **Πάντα γὰρ ταῦτα ἀρχὴ ὠδίνων**: Haec omnia (saltem) initium sunt dolorum. (y) Plura Noldius pag. 49. 499. (z) SCHOETTG.

* Aliquot saltem exempla, quae mihi se obtulerunt, addam. Sic D. Paull. in Epist. ad Philem. v. 17. *Οὐκ ἔτι ὡς δοῦλον, ἀλλ' ὑπὲρ δοῦλον — ὑπολαβοῦ*. Rom. c. III. 28. *Λογιζόμεθα οὖν, πίζει δικαιοῦσθαι ἄνθρωπον*. Euripides in Phoen. v. 1489. *Οὐκ εἰς ἀκοὰς ἔτι δυστυχία Δώματος ἥκει*. vid. cl. Valckenaer, et quos ibi laudat auctores. Onosand. c. VII. *Οὐ γὰρ δὴ δρᾶσαι μὲν χρήσιμον, φυλάξασθαι δὲ, μὴ παθεῖν οὐκ ἀναγκαῖον*. vid. not. ad h. l. p. 40. Dio Chrysostom. Orat. XXXII. p. 459.

Digitized by Google

Οὐ (μόνον) Φιλοκάλως ἔχοντες, ἀλλ' ἁπλῶς Φιλέλληνες. Homer. Iliad. Θ. v. 228. Εἶδος (μόνον) ἀγητοί. vid. schol. Gr. Nec Latini scriptores ab hac ellipsi abhorrent. Frontin. Strateg. L. II. c. XIII. 5. Eumque non armis (tantum), sed vulneribus oneratus tranavit. Plinius in Paneg. c. VIII. Nec iudicia hominum, sed deorum etiam in consilium assumsit. Livius L. XXXIX. c. 28. Nec cum Maronitis, inquit, mihi aut cum Eumene disceptatio est, sed etiam vobiscum, Romani. SCHWEB.

(x) Vide supra de ellipsi Nominum voce μόνον. MICH.

(y) Paulus ad Roman. c. IV, 9: ἐπὶ τὴν περιτομὴν (μόνον), ἢ καὶ ἐπὶ τὴν ἀκροβυσίαν; Ad Corinth. epist. I, cap. XIV, 22: οὐ τοῖς ἀπίστοις (μόνον), ἀλλὰ (καὶ) τοῖς πιστεύουσιν. Ioannes evang. c. XII, 44. Lucas in Actis Apostol. 485
c. V, 4. in evangel. c. XIV, 12. 13. Marcus c. IX, 37. MICH.

(z) Adde: Et Dukerus ad Thucydidem libro IV, c. 92. LEISN.

O.

* ΟΜΟΙΩΣ.

Omitti videtur cl. Abresch. Animadv. ad Aeschyl. p. 281. in hoc Sophoclis Electr. 679. θανόντ' Ὀρέσην νῦν τε καὶ τότ' ἐννέπω. coll. vs. 913. καὶ νῦν θ' ὁμοίως καὶ τότ' ἐξεπίσαμαι. F. ST.

ΟΜΩΣ, Tamen.

Quemadmodum καί περ vel εἰ καὶ subinde deest ante ὅμως, quod modo observavi, ita etiam ὅμως, post εἰ καί, ut Aelianus in Var. Hist. XI, 37. Si quis Locrensium Epizephyriorum aegrotans merum bibisset, non iubente medico, εἰ καὶ περιεσώθη, θάνατος ἡ ζημία ἦν αὐτῷ: etsi convaluisset, (tamen) mortis supplicium ipsi erat constitutum. Plenius diceres: εἰ καὶ περιεσώθη, ὅμως θάνατος ἡ ζημία ἦν αὐτῷ. (a)

* Sic etiam ad Philipp. II. 17. Ἀλλ' εἰ καὶ σπένδομαι — (ὅμως) χαίρω καὶ συγχαίρω πᾶ-

Digitized by Google

σιν ὑμῖν. Xenophon Ephes. p. 4. *Καίτοι καλοῦ ὄντος τοῦ κατὰ τὰς παρθένους θεάματος, (ὅμως) πάντες ἰδόντες Ἀβροκόμην, ἐκείνων ἐπελάθοντο.* Ad eundem modum Latini quoque post particulas cum, quamquam, etsi cet. similia saepius tamen omittere solent. Sic Hirtius de Bell. Alex. c. 50. Qui, cum in illa societate versarentur rapinarum, nihilo minus (tamen) oderant eum, cuius nomine peccabant. Iustinus L. IX. c. 2. Cum virtute et numero praestarent Scythae, astu (tamen) Philippi vincuntur. SCHWEB. Add. Abresch. Lect. Aristaen. p. 46. SCHAEF.

(a) Adde Ioann. c. XII, 37. (b) et vide supra in voc. ἀλλά. SCHOETTG.

(b) Item epist. I. ad Corinth. V, 2: *καὶ ὑμεῖς*, pro *καὶ ὅμως ὑμεῖς*, et tamen vos. MICH.

ΟΠΩΣ, Ut.

Post *ὅρα*, *σκόπει* et similia omittitur saepe *ὅπως* vel *ἵνα*, ut apud Latinos post fac, cura etc. omitti solet ut. In Epist. ad Hebr. VIII, 5: *Ὅρα γάρ, φησὶ, ποιήσῃς πάντα κατὰ τὸν τύπον τὸν δειχθέντα σοι ἐν τῷ ὄρει*: Vide enim, inquit, 486 facias omnia ad formam monstratam tibi in monte. ubi *ὅρα ποιήσῃς* pro *ὅρα ὅπως ποιήσῃς*.

* Ellipsin particulae ut apud Latinos exempla ubivis obvia facile comprobare possunt. Sic Cicero ad Div. L. III. ep. XIII. Velim (ut) ita fortuna tulisset. Idem L. XV. ep. III. Tu velim, ut consuesti, nos absentes diligas et defendas. Terentius Andr. Act. II. Sc. III. v. 29. Cave, te esse tristem sentiat. SCHWEB. Terentianus locus subaudiri poscit, non ut, sed ne. SCHAEF.

* ΟΤΑΝ.

V. supra ad Ἤν. SCHAEF.

* ΟΤΕ.

V. supra ad Ἄλλοτε. SCHAEF.

Digitized by Google

* ΟΤΙ, Quod, Quia.

Quando ratio superiorum reddenda est, tunc aliquando omittitur. Ioann. cap. XIX, 12: *Ἐὰν τοῦτον ἀπολύσῃς, οὐκ εἶ φίλος τοῦ Καίσαρος. πᾶς ὁ βασιλέα ποιῶν ἑαυτὸν, ἀντιλέγει τῷ Καίσαρι.* Pro *ὅτι πᾶς* etc. Confer 2 Corinth. XIII, 1. Sic *ὅτι*, quod, Marc. V, 19. (c) SCHOETTG.

(c) Ne locus desideretur ex profanis, apponam locum Thucyd. V, 61: *Καὶ προςβολὰς ἐποιοῦντο, βουλόμενοι ἄλλως τε προσγενέσθαι σφίσι, καὶ ὅμηροι ἐκ τῆς Ἀρκαδίας ἦσαν αὐτόθι ὑπὸ Λακεδαιμονίων κείμενοι.* Quo de loco ita Stephanus in Append. ad Scripta de Dial. Attic. pag. 106: „Nemo, qui attente locum hunc consideraverit, ellipsin particulae *ὅτι* pro quoniam ante verbum *ἦσαν* ei inesse negabit.“ LEISN.

ΟΥ, Non.

Notum est, *οὐχ ὅτι, μὴ ὅτι, οὐχ ὅπως* et *οὐχ οἷον* ampliationibus inservire. Observabimus hic solummodo, si ampliatio tendat in negativam, subaudiri *οὐκ*, h. e. si post *οὐχ ὅτι, οὐχ ὅπως* etc. quae sign. non solum, in sequenti commate ponatur *ἀλλ' οὐ*, vel *ἀλλὰ*, cum verbo aliquo vel sententia opposita praecedenti in *οὐχ ὅτι*, tum illa per Ellipsin dici pro *οὐχ ὅτι οὐ, οὐχ ὅπως οὐ*: non solum non, non modo non. [Sed neque *ὅτι* valet *μόνον*, neque *ὅπως*. Praestat igitur aliorum ratio post negationem subaudientium *λέγω*. Sic nos dicimus *Nicht daſs*, h. e. *Ich sage nicht daſs*. Tyrwhittus ad Aristotel. de Poët. p. 128. „P. 12. v. 9. *οὐχ ὅτι εὖ*. Formulam hanc pluribus illustravit diligentissimus Hoogeveen. T. II. p. 960. qui recte, opinor, statuit ellipsin esse *τοῦ λέγω*, quae sic suppleri debet: *οὐ λέγω ὅτι εὖ*. Exemplis ab eo allatis haec pauca, quae in schedis meis notata invenio, ex probatis scriptoribus adiiciam. Xenoph. *Ἀπομ.* L. II. c. 9. *καὶ οὐχ ὅτι μόνος ὁ Κρίτων ἐν ἡσυχίᾳ ἦν, ἀλλὰ καὶ οἱ Φίλοι αὐτοῦ.* (ubi

male Cl. Ernesti *τὸ ὅτι* alienum ab hoc loco et delendum censet.) Demosth. *κ. Τιμοκ.* p. 367. Edit. Taylor. *οὐχ ὅτι τῶν ὄντων ἀπεξερήμην ἄν, ἀλλ'*
487 *οὐδ' ἂν ἔζην.*" SCHAEF.] Isocrates Plataic. pag. 586: *Οὐχ ὅπως τῆς κοινῆς ἐλευθερίας μετέχομεν, ἀλλ' οὐδὲ δουλείας μετρίας ἠξιώθημεν τυχεῖν*: h. e. Non modo (non) participes sumus communis libertatis, sed ne moderatam quidem servitutem impetrare potuimus. Dio Cassius L. XXXVI. p. 28: *καὶ διὰ τοῦτο οὐχ ὅπως αὐτὸν ἐδέξατο, ἀλλὰ καὶ τοὺς προπεμφθέντας ὑπ' αὐτοῦ συνέλαβε καὶ κατέδησε*: Et propterea non modo (non) ipsum suscepit, sed et eos, qui ante missi erant ab eo, prehensos in vincula coniecit. Polybius: — *Φάλαγξ — οὐχ οἷον ὠφελεῖν δύναιτ' ἂν τοὺς φίλους, ἀλλ' οὐδὲ αὐτὴν σώζειν*: — phalanx — non solum (non) amicis prodesse, sed ne se quidem ipsa servare posset. Athenaeus: *Οὐχ ὅτι ἡμῶν τινὰ προσβλέποντες, ἀλλ' οὐδὲ ἀλλήλους*: Non solum (non) nostrum aliquem aspicientes, sed ne se invicem quidem. Vide Budaeum Comment. ling. Graec. p. 911.

Imitati hoc etiam sunt Latini, qui pari Ellipsi dixere: Non modo, sed ne, pro: Non modo non, sed ne. Cicero ad Fam. I, 9. Non modo praemiis, quae apud me minimum valent, sed ne periculis quidem compulsus ullis. i. e. non modo non praemiis compulsus. [Imo compulsus ad solum periculis refer: ad praemiis per zeugma subaudi invitatus. SCHAEF.] Cuiusmodi exempla plurima congessit eruditissimus Muretus Var. Lect. X, 7. et Vechnerus Hellenol. p. 83.

* ΟΥΔΕ, ΟΥΤΕ, Neque.

Saepe subaudiendum, sequente altero *οὐδὲ* s.

Digitized by Google

οὔτε. Pindarus Pyth. X. v. 46. ναυσὶ δ' οὔτε πεζὸς ἰὼν Εὔροις ἂν κ. τ. λ. ubi Marklandus ad Euripid. Iphig. Taur. v. 1368. malit οὐδέ: non opus. Aeschylus Agam. v. 543. Sch. mai. Πάρις γὰρ οὔτε συντελὴς πόλις Ἐξεύχεται τὸ δρᾶμα τοῦ πάθους πλέον. ubi Stanleius monuit. Euripides Troad. v. 481. οὔς Τρῳὰς, οὐδ' Ἑλληνὶς, οὐδὲ βάρβαρος Γυνὴ τεκοῦσα κομπάσειεν ἄν ποτε. al. οὐ Τρ. „Sed οὐ subaudiri potest, aliis negativis sequentibus. Sic Aristoph. γῇ δ', οὐδ' ἀὴρ, οὐδ' οὐρανὸς ἦν. Aves v. 695." Musgravius. Theocritus Epigr. VI. v. 5. τί τὸ [l. τοι, hîc et v. 1., e Cod. Vat.] πλέον, ἀνίκα τήνας Ὀξέον οὐδὲ τέφρα λείπεται οἰχομένας; quod male tentarunt. [Sic Latini ossa et cineres saepe iungunt. V. Lactant. Inst I. 9. extr.] Palladas CVIII. Ἐλπίδος οὐδὲ Τύχης ἔτι μοι μέλει. Aenigma XIV. Τῆς Φύσεως ὅσα γαῖα φέρει τροφὸς, οὐδ' ὅσα πόντος. Herodotus II. c. 52 ἐπωνυμίην δ' οὐδ' ὄνομα ἐποιεῦντο οὐδενὶ αὐτέων. L. IV. c. 28. ἡμίονοι δὲ οὐδὲ ὄνοι ἀνέχονται τὴν ἀρχήν. L. V. c. 92, 2. ἐκ δέ οἱ ταύτης τῆς γυναικὸς οὐδ' ἐξ ἄλλης παῖδες ἐγίνοντο. Lucianus T. II. p. 90. ἕντερον δὲ ἐν αὐτῇ οὐδὲ ἦπαρ φαίνεται. p. 126. δένδρον δὲ οὐδὲ ὕδωρ ἐνῆν. (T. III. p. 386. assentior Gesnero corrigenti σπουδαῖον μὲν οὐδὲν, οὐδὲ ἀγοραῖον.) Idem valet in μηδὲ s. μήτε. Pythagorae Aur. Carm. v. 26. πρῆξαι μήτ' εἰπεῖν. Sophocles Philoct. v. 770. πρὸς θεῶν, ἐφίεμαι Ἑκόντα μήτ' ἄκοντα —. Sic intelligam Euripid. Hec. v. 376. μῆτερ, σὺ δ' ἡμῖν μηδὲν ἐμποδὼν γένῃ Λέγουσα μήτε δρῶσα. i. e. μήτε λέγουσα μήτε δρῶσα. Eiusdem ellipsis exempla etiam in Latinis scriptoribus occurrunt. Virgilius Aen. I. v. 544. quo iustior alter, Nec pietate fuit nec bello maior et armis. Vid. Wakefield. ad Sophocl. Philoct. v. c. SCHAEF.

ΟΥΤΩ, Sic.

Οὕτω subinde deest ante (d) ὡς et ὥστε.

Digitized by Google

Xenophon I. Memorab. Ἐμίσει τὸν Σωκράτην, ὥστε καὶ etc. h. e. οὕτως ἐμίσει, ὥστε: (Ita) oderat
488 Socratem, ut etc. Aelianus in Var. Hist. VI, 12: Theopompus dicit, ex nimia meri potatione αὐτὸν (de Dionysio loquitur) διαφθαρῆναι τὰς ὄψες, ὡς ἀμυδρὸν βλέπειν. i.e. οὕτω διαφθαρ. (sic) corruptos fuisse eius oculos, ut caecutiret.

Item, (e) quando est correlativa, respondens voculae ὡς. ut Matth. c. VI, 10: Ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. pro οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. Act. Apost. VII, 51. (f) Paulus ad Roman. cap. I, 28. Καθὼς οὐκ ἐδοκίμασαν τὸν Θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς etc. pro οὕτω παρέδωκεν. Thucydides L. VIII. c. 1. καὶ ὡς ἔδοξεν αὐτοῖς, καὶ ἐποίουν ταῦτα. i. e. οὕτω καὶ ἐποίουν. ut visa haec ipsis sunt, (ita) etiam fecerunt. (g)

* Sic etiam Onosand. c. XXX. Ὥσπερ γὰρ ἀγαθὸν ἰατρὸν προκατανοήσαντα νόσον σώματος, ἀντεπάγειν τὰ ἀλεξήματα, (οὕτω) καὶ τὴν δύναμιν ἐκτάττειν. Ad Ephes. III. 5. Οὐκ ἐγνωρίσθη τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων (οὕτως), ὡς νῦν ἀπεκαλύφθη. Aristaenet. L. II. ep. 10. Ὡς ἀτυχὴς, οὐ γέγονα τὴν γραφικὴν ἀφυής. pro οὐχ οὕτω γέγ. Sic etiam Latini particulam sic vel ita saepe suppressam habent. Frontinus L. I. c. I. 5. Videri voluit, (ita) captum sese gratia locorum, ut ad mores Alexandrinos vitamque deficeret. Caesar de B. G. L. VII. c. 28. Quos ille, multa iam nocte, (ita) silentio ex fuga excepit — ut procul in via — deducendos curaret. Virgilius Ecl. V. 33.

Ut gregibus tauri, segetes ut pinguibus arvis,
Tu decus omne tuis.

pro sic tu es decus. SCHWEB.

* Add. locus Aristonis correctus a me in Me-

Digitized by Google

let. Crit. in Dionys. I. p. 73. Conf. Palairet. Observat. in N. F. p. 81. SCHAEF.

(d) Deest οὕτω etiam ante ἵνα, ut in epist. ad Hebr. c. XII, 27: ὡς (οὕτως) πεποιημένων, ἵνα μείνῃ τὰ μὴ σαλευόμενα. MICH.

(e) Χαμαὶ, humi; in τιθέναι τὰ γόνατα. Lucas in Actis Apostol. c. VII, 60. Marc. evang. c. XV, 19. In πίπτειν. Matth. c. II, 11: καὶ πεσόντες προσεκύνησαν etc. coll. Ioan. evang. c. XVIII, 6. MICH.

(f) Ioan. evang. c. XX, 21. MICH.

(g) Plura suppeditat Noldius p. 437. SCHOETTG.

* Adde Ioan. epist. I, c. II, vers. 18. MICH.

Π. 489

* ΠΟΤΕ, Olim.

Ποτὲ, olim, passim subauditur. Sic Paulus in epist. ad Ephes. c. IV, 28: ὁ κλέπτων. Iacobus in epist. c. V, 11: τοὺς ὑπομένοντας. Matthaeus in evang. c. X, 3: τελώνης. cap. I, 6: ἐκ τῆς τοῦ Οὐρίου. MICH.

* Vid. supra ad Ἄλλοτε. SCHAEF.

T.

* ΤΟΣΑΚΙΣ, Toties.

Hanc vocem subaudiendam esse censet Camerarius de not. Figur. ad 1 Cor. c. XI. 26. Ὁσάκις γὰρ — (τοσάκις) τὸν θάνατον τοῦ κυρίου καταγγέλλετε. SCHWEB.

* ΤΟΤΕ, Tunc.

Deest in futuris. 1 Corinth. IV, 19. Ἐλεύσομαι δὲ ταχέως πρὸς ὑμᾶς καὶ γνώσομαι. pro καὶ τότε γνώσομαι. et (tunc) cognoscam. SCHOETTG.

X.

* ΧΑΜΑΙ, Humi.

V. Michael. supra ad Οὕτω. SCHAEF.

Digitized by Google

Ω.

* Ω, Interiectio.

Omittitur in exclamationibus. Xenophon in Κύρου Παιδ. L. II: Καὶ εἶπε πρὸς ἑαυτὸν, τῆς τύχης etc. Secumque ipse, o infortunatum me, dixit. ἀντὶ τοῦ, ὦ τῆς τύχης, vel, Φεῦ τῆς τύχης. Aristophanes in Nubib. 153: ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τῆς λεπτότητος τῶν Φρενῶν. Vid. Budaeus Comment. Graec. ling. p. 1245. seq. LEISN.

* Sic in aliis quoque: τοῦ θράσους, τῆς ἀναιδείας, ἀναισχυντίας, μανίας. vid. Henr. Steph. de Dial. p. 52. 53. Genitivus autem hic non pendet a particula ὦ vel Φεῦ, sed a suppresso substantivo χρῆμα: plene ὦ χρῆμα τοῦ θράσους, τῆς ἀναιδείας, cet. [Aristophanes Lysistr. v. 967. ὦ Ζεῦ, δεινῶν ἀντισπασμῶν. Brunckius: „Sic distingui oportet. Genitivi pendent a suppresso admirationis adverbio ὦ. Sic Nub. 153.

ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τῆς λεπτότητος τῶν Φρενῶν.

Loquendi formam imitantur Latini. Plautus Most. III. 3. 9.

Dî immortales, mercimŏni lepidi!"

Acharn. v. 1199. τῶν τιτθίων, ὡς σκληρὰ καὶ κυδώνια. Idem: „τῶν τιτθίων. Comma hîc poni debuit. Pendet genitivus a suppresso admirandi adverbio ὦ." Sed neque substantivum χρῆμα, quod Schwebelio placet, neque omnino quicquam ad tales genitivos subaudiendum: quamquam saepius alia alibi vocula praeponitur. Sic etiam nos in vernacula lingua genitivo nunc solo nunc voculam vel θαυμασικὴν vel σχετλιασικὴν praeponentes utimur. Alia ex Graecis exempla si quis requirat, consulat Bergler. ad Alciphron. p. 185. Toup. Emendat. in Suid. T. I. p. 11. Valckenar. Adnotat. in Adoniaz. Theocriti p. 370. C. SCHAEF.] Exemplum huius ellipseos ante Nominativum occurrit in epist. ad Roman. c. VII.

Digitized by Google

24. Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος. Ante Vocativum, apud Hesiodum Ἔργ. 286. — μέγα νήπιε Πέρση. Sic Virgil. Ecl. I. 1. Tityre: pro o Tityre. Idem Aeneid. L. VIII. 688.

— sequiturque (nefas) Aegyptia coniunx.

pl. o vel proh nefas! Plinius L. IV. ep. 21. Tristem et acerbum casum! SCHWEB.

* ΩΔΕ, Huc.

In quibusdam verbis, ut sensus postulat. Actor. XIX, 36. Ἠγάγετε γὰρ τοὺς ἄνδρας τούτους: Duxistis enim viros istos. scil. ὧδε, huc. SCHOETTG.

ΩΣ, Ut. 490

Deficit denique frequenter adverbium ὡς, in (h) nominibus. Homerus Iliad. B.

Ὄτριχας, οἰέτεας, ϛαφύλῃ ἐπὶ νῶτον ἑΐσας.
Simili pilo, coaevas, (tanquam) ad perpendiculum tergo similes.

Ubi Eustathius: ἔχει δὲ ἔλλειψιν τοῦ ὡς παραβολικοῦ ἐπιῤῥήματος· ὤφειλε γὰρ εἶναι, ὡς ϛαφύλῃ. 1. Petr. cap. II, 4: — — πρὸς ὃν προσερχ. λίθον ζῶντα, h. e. ὡς λίθον ζῶντα. (i) Homerus Iliad. E.

Δαΐε οἱ ἐκ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος ἀκάματον πῦρ.
Ardebat ipsi ex galea et scuto (tanquam) ignis perpetuus.

Ubi Eustathius, ἀκάματον πῦρ pro ὡς ἀκάματον πῦρ dici, notat. Comicus in Pluto v. 295:

— — τράγοι δ' ἀκρατισῖσθε.
— — ut hirci intemperantius lascivite.

Ad quem locum Scholia: Λείπει τὸ ὡς. ὡς τράγοι. Idem v. 314. p. 35:

— Σὺ δ' Ἀρίϛυλλος ὑποχάσκων ἐρεῖς,
Ἕπεσθε μητρὶ χοῖροι.
— Tu (ut) Aristyllus subhians dices,
Sequimini matrem porci. (k)

[Diodorus Sic. XIV. c. 27. ὥϛε τοὺς Ἕλληνας ἐναγ-

Digitized by Google

κυλοῦντας τὰ ῥιπτόμενα βέλη, τούτοις σαυνίοις χρωμένους ἐξακοντίζειν. Parum recte H. Stephanus, sequente Rhodomano: „Videtur deesse *ὡς* ante *σαυνίοις*." Rectius Wesselingius: „Ego subintelligi posse puto, ut in his Xenophontis (Anab. IV, 2, 28.), *ἐχρῶντο δὲ αὐτοῖς οἱ Ἕλληνες ἐπιλαβόμενοι ἀκοντίοις ἐναγκυλῶντες.*" Alios citavi ad Longi Pastor. p. 375. s. quibus add. Portus Diction. Doric. v. Ὡς. SCHAEF.]

* Sic latini scriptores. Horatius de Arte Poët. vers. 133:

491 Nec verbum verbo curabis reddere fidus
Interpres.

i. e. tanquam fidus interpres. Et Epist. I, 2. vers. 26:

Vixisset canis immundus, vel amica luto sus.

LEISN.

* Sic etiam apud Aelianum L. I. c. 30. Ὁ *μὲν ἵππευε σὺν τῷ βασιλεῖ τὸ μειράκιον.* [Appositio hîc est, nec subaudiendum ὡς. SCHAEF.] Theocrit. Id. X. 36. Οἱ *μὲν πόδες ἀχράγαλοι τεῦ.* Homer. Odyss. Γ. v. 408. Λευκοὶ, *ἀποξίλβοντες ἀλείφατος.* ubi schol. Gr. *λείπει τὸ ὡς.* Ex Latinis adde sequentia exempla. Horat. de A. P. 476.

Non missura cutem, nisi plena cruoris hirudo.

pro tamquam hirudo. Idem L. I. ep. II. v. 42.

— vivendi recte qui prorogat horam
Rusticus exspectat, cet.

pro ut rusticus. SCHWEB.

Et in verbis: ut *ἔλπομαι* et *οἶμαι*, pro *ὡς ἔλπομαι* et *ὡς οἶμαι*, ut spero, ut puto. *Φασὶ* pro *ὥς φασιν*, apud Aelianum in Var. Hist. I, 15: — *ἀπελαύνων αὐτῶν τὸν φθόνον, φασὶν*, i. e. *ὥς φασιν*: — arcens ab iis invidiam, (ut) aiunt.

* Sic etiam apud Polybium est *δοκῶ*, pro *ὡς*

Digitized by Google

δοκῶ, T. I. p. 900. Theocrit. Id. XI. v. 2. ἐμὶν δοκεῖ, pro ὡς ἐμοὶ δοκεῖ. coll. Idyll. XIV. v. 7. In Φασὶν expressam habet particulam ὡς idem Idyll. XV. 137. Ἡμιθέων, ὡς Φαντὶ, μονώτατος. Sic ἐλλιπῶς etiam Latini loquuntur. Cicero ad Div. L. IV. ep. V. Licitum est tibi, credo, pro tua dignitate. Idem L. V. ep. XV. Litterae, credo, quibus utor assidue. SCHWEB.

Postremo ante infinitivum εἰπεῖν et simil. non raro omittitur ὡς vel ὥστε, ut συνελόντι εἰπεῖν: (l) ἑνὶ δὲ λόγῳ εἰπεῖν: ut uno verbo dicam. Frequenter additur, ut ὡς εἰπεῖν, ὡς ἔπος εἰπεῖν.

* Ὡς εἰπεῖν pleno sermone frequenter apud scriptores occurrit, e. g. Athenagor. in Legat. pro Christ. c. XXVI. et Onosandr. c. XX. vide sis ibi not. Hanc infinitivi constructionem cum ὥστε rarius imitantur Latini; nisi quod Linacer aliquot exempla affert, in quibus constructio haec locum ipsi habere videtur. vid. ipsum de emendat. structur. Lat. sermonis p. 244. edit. Steph. SCHWEB.

(h) Item in protasibus, quarum apodosis fit per οὕτω: ut Iacobus in epist. c. I, 11. c. III, 3. 4. MICH.

* In protasi deficit, sequente expresso sive etiam latente οὕτω, ut observat Abresch Animadv. ad Aeschyl. p. 281. et p. 500. adfert locum Pindari Pyth. Od. VIII. 131. ἐν δ' ὀλίγῳ, pro ὡς δ' ἐν ὀλίγῳ, βροτῶν τὸ τερπνὸν αὔξεται, οὕτω δὲ καὶ πιτνεῖ χαμαί. Idem, ex eius sententia, obtinet I Cor. XV, 45. Vid. Lect. Arist. p, 269. F. ST.

(i) Sap. V, 18: Ἐνδύσεται θώρακα δικαιοσύνην, pro ὡς θώρακα. SCHOETTG.

(k) Exempla alia congessit Noldius Concord. Partic. p. 379. et Gataker. Advers. Misc. II, 20.

Item, quando notat qua ratione. Petrus epist. II. c. III, 4: Πάντα οὕτω διαμένει ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως, pro ὡς ἀπ' ἀρχῆς: Omnia ita permanent, (sicut) ab initio creaturae. SCHOETTG.

(l) Paeanius L. X, cap. 4. n. 7. MICH.

* ΩΣΤΕ, Ut. 492

Omittitur saepissime, quando verbum cum in-

Digitized by Google

finitivo construitur. Alciphron epist. I, 1. pag. 8. *ἀπηνεγκάμεθα γαμεταῖς καὶ παιδίοις ὄγκον οὐκ ὀλίγον ἔχειν τῶν λεπτοτέρων ἰχθύων*: Attulimus uxoribus et liberis non exiguam molem minutiorum piscium habere, pro: ut haberent. Plura ibi clariss. Berglerus.

Imitantur et Latini. Virgilius:

— — suo dat habere nepoti.

pro: ut habeat. SCHOETTG.

* Passim ante infinitivum *ὥςε* paullo durius deest. Tale est illud Herodoti L. I. c. 13. *συνέβησαν ἐς τωὐτὸ — —, τόνδε βασιλεύειν.* Vicissim *ὥςε* additum reperias, ubi non desideres. Cuiusmodi est hoc eiusdem L. I. c. 74. *συνήνεικε ὥςε — τὴν ἡμέρην ἐξαπίνης νύκτα γενέσθαι.* Vulgari modo c. 73. *συνήνεικε ἐλεῖν σφέας μηδέν.* Similia haec Sophoclis. Philoct. v. 656. *ἆρ' ἐστὶν ὥςε κἀγγύθεν θέαν λαβεῖν, κ. τ. λ.* Electr. v. 1454. *πάρεστ' ἄρ' ἡμῖν ὥςε κἀμφανῆ μαθεῖν.* quae item interrogatio dubitantis prae gaudio videtur. SCHAEF.

ELLIPSI PLVRIVM VOCVM.

§. I.

Hactenus de Ellipsi unius Vocis. Pauca iam addenda de Ellipsi duarum vel plurium Vocum.

* „Ellipsis duarum pluriumve vocum generatim.

„Apud Xenophontem Memorabilium L. I, 2. „§. 60. *Ἀλλὰ πᾶσιν ἐπήρκει ἀφθόνως τῶν ἑαυτοῦ,*

Digitized by Google

„supple τι τῶν ἑαυτοῦ χρημάτων. Aristophanes „Nubib. v. 1393: οἶμαί γε τῶν νεωτέρων τὰς „καρδίας πηδᾶν, ὅ,τι λέξει. scil. βουλομένων εἰ„δέναι. Credo adolescentum exilire pe„ctora, (scire cupientium,) quid sit dictu„rus. [V. supra ad verbum Ἀκούω p. 581. „SCHAEF.]

„Apud Callimachum hymno in Dian. v. 243. in „verbo πλήσσειν, pro saltare, subintellige γῆν „ποσὶν, quod plene Horatius dixit: pede ter„ram quatere, vel pulsare. Conf. Homerum „Odyss. Z. 318.

„Aristophanes Eccles. v. 1134. Καὶ τῶν κρι„τῶν εἰ μή τις ἑτέρωσε βλέπει, i. e. ἑτέρωσε, ἢ „εἰς δίκην: Si quis iudicum non aliud, „(quam ius,) respicit. [Praecessit: καὶ τῶν „θεατῶν εἴ τις εὔνους τυγχάνει. (Conf. Erfurdt. „in literis ad me nuper scriptis additisque Euripi„dis Porsoni Tomo I. p. 570. Add. Sophocl. Electr. „v. 313. νῦν δ' ἀγροῖσι τυγχάνει. Subaudiemusne „hîc arcessitum ex antecedentibus participium ὤν? „Non puto.) Facile igitur apparet, etiamsi nihil „subaudias, quid valeat ἑτέρωσε. Omnino tales locu„tiones non ellipticae sunt, sed per ἀξεϊσμὸν dictae. „Suidas T. II. p. 80. ἐπὶ τῶν ποτὲ εὖ, εἶτα ἕτέρως „γεγονότων. Vid. Valckenar. Diatr. in Eurip. Fragm. „p. 112. et Lennep. ad Phalar. p. 112. s. SCHAEF.]

„In ἑκατοστὴ, centesima, deest μερὶς ἀρχαίου, 494
„ut sit centesima pars sortis, scil. usura.

„Quum Graeci nolebant ire ad coenam vel con„vivium invitati, his fere loquendi modis uteban„tur: Κάλλιστα, ἐπαινῶ, et πάνυ καλῶς. Plutar„chus citante Casaubono ad Laërtii L. II, 76. Αὐτῷ „δὲ τῷ ἐπαινεῖν ἀντὶ τοῦ παραιτεῖσθαι νῦν κέ„χρηται, καθάπερ ἐν τῇ συνηθείᾳ καλῶς Φαμὲν „ἔχειν, καὶ χαίρειν κελεύομεν, ὅταν μὴ δεώμεθα, „μηδὲ λαμβάνωμεν. Aristophanes Ran. vers. 510:

Digitized by Google

„— ἀλλ' εἴσιθι. Ξα. Κάλλιστ', ἐπαινῶ. Et paullo „post vers. 515: ἀλλ' εἴσιθ' ἅμ' ἐμοί. Ξα. Πάνυ „καλῶς. conf. vers. 915. et ibi Scholiastes. Eodem „sensu Latini: Benigne. Gratia est. Facio gratiam. „[Sic Horatius L. I. Sat. VI. v. 16. Iam satis „est. at tu quantumvis tolle. benigne. „SCHWEB.] Non autem est dubium, has loquutio- „nes esse ellipticas. Quum enim dicunt καλῶς, „hoc sibi volunt: Bene facis, laudo tuam li- „beralitatem, sed facio beneficii a te „oblati gratiam. Recuso oblatum bene- „ficium.

„Quum δεκάτη notat nominalia, tum „compendiose τὸ δεκάτη dictum est pro: ἡ δεκάτη „τῶν ἡμερῶν ἀπὸ τῆς γενέσεως. vid. Aristophanes „Avib. v. 923. et 494. Scilicet infantibus olim apud „Graecos nomina decimo e nativitate die imponi „solita. Vide Maussacum ad Harpocrat. voc. Ἑβδο- „μευομένου.

„Quum verbum Φοιτᾶν de frequentatio- „ne scholarum adhibetur, elliptice ponitur pro: „Φοιτᾶν εἰς διδασκάλου οἶκον vel διατριβήν. Vid. „Wolfius ad Libanium p. 74.

495 „Aristophanes Ἐκκλησ. v. 730:

„— — — ἢ χύτρα δεῦρ' ἔξιθι.
„Νὴ Δία μέλαινά γ', οὐδ' ἂν εἰ τὸ Φάρμακον
„Ἑψοῦσ' ἔτυχες, ᾧ Λυσικράτης μελαίνεται.

„Quae verba Kusterus sic vertenda putat: Per „Iovem nigra sane; adeo, ut non fores „nigrior, etiamsi pigmentum coxisses, „quo Lysicrates comas denigrat. Nimi- „rum, addit Kusterus, elegans hic latet ellipsis, „nondum a quoquam, quod sciam, observata. Inte- „gra enim oratio foret: Νὴ Δία μέλαινά γ', (ὥζε „οὐκ ἂν εἴης μελαντέρα) οὐδ' εἰ τὸ Φάρμακον etc. „[Hoc Aristophanis loco (quem cum Brunckio sic „interpunge: οὐδ' ἄν, εἰ τὸ Φάρμακον —) abuti-

Digitized by Google

„tur Marklandus ad Euripid. Iphig. Taur. v. 582. ubi „sine controversia cum Porto scribendum: *θέλοις „ἄν, εἰ σώσαιμί σ', —*. Ceterum cur Kusterus „elegantem dixerit illam ellipsin, ignoro: mihi qui„dem videtur paullo durior. Certe elegantius, si „qua est in his elegantia, ubi potius proprietas *τῆς „συντάξεως* obtinet, elegantius igitur structus est „non multum dissimilis Sophoclis locus Electr. v. „365. *οὐδ' ἂν σὺ, σώφρων γ' οὖσα.* i. e. *οὐδ' ἂν „σὺ αὐτῆς τυχεῖν ἤρας, εἰ σώφρων ἦς.* SCHAEF.]

„Thucydides L. I, 65: *Ἔς τε τὴν Πελοπόννη„σον ἔπρασσεν, ὅπη ὠφέλειά τις γενήσεται.* Per „legatos in Peloponnesum missos egit, ut „aliquod auxilium mitteretur. Integer lo„cus, si dicas: *ἔς τε τὴν Πελοπόννησον ἄνδρας „πέμπων ἔπρασσε.*

„Porro saepenumero in *ἡ οἰκουμένη* non so„lum *γῆ*, sed etiam accusativus vel alius casus eius „gentis, de qua sermo est, subaudiendus est cum „praepositione, ita, ut modo *ἡ οἰκουμένη* sit *ἡ οἰ„κουμένη γῆ ὑπὸ τοὺς Ῥωμαίους*, id quod diserte „addit Herodianus V, 2, 4. modo *ἡ οἰκουμένη ὑπὸ „τοὺς Ἰουδαίους*, vel *ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων* etc. Iudi„cent alii, an haec observatio aliquid conferat ad ex- 496
„pediendas difficultates loci in Lucae evang. c. II, 1.

„Quum Graeci dicunt: *ἰέναι τὴν ἐπὶ θάνατον*, „compendium sermonis est, pro: *τὴν ἐπὶ θάνατον „φέρουσαν ὁδόν.*

„Quum Gregorius *περὶ θεολογίας*: *ὦ τοῦ „θαύματος*, inquit, *λόγῳ κρατουμένην Φύσιν τὴν „ῥέουσαν.* o rei miraculum, naturam flu„xam verbo Dei cohiberi! oratio defectiva est, „quia subiicitur accusativus genitivo. [Non est *ἔλ„λιπής.* In *θαυμασμοῖς* enim Graeci nunc genitivo „utuntur, nunc accusativo. SCHAEF.] Perinde est, „ac si dixisset: *ὦ τοῦ θαύματος, ὃ θαυμάζω σκο„πῶν*, vel *ὃ θαυμάζω λογιζόμενος.* Cicero pro Ro-

tized by Google

„scio Amerino: O Dii immortales, rem mi-
„seram et calamitosam!“ LEISN.

§. II.

Omittuntur aliquando duae voces. (a)

Ex. gr. ante *ἀλλὰ καὶ* (b) deest *οὐ μόνον*. Aelianus Var. Hist. XI, 14. de Xerxe, quod *ἐν Λυδίᾳ ἰδὼν φυτὸν εὐμέγεθες πλατάνου, καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην κατέμεινεν, οὐδέν τι δεόμενος, καὶ ἐχρήσατο ϛαθμῷ τῇ ἐρημίᾳ τῇ περὶ τὴν πλάτανον, ἀλλὰ καὶ ἐξῆψεν αὐτῆς κόσμον πολυτελῆ.* In Lydia quum vidisset proceram platanum, et integrum ibi commoratus est diem, nulla postulante necessitate, et castra posuit in solitudine circa platanum: sed et pretiosum ex ea ornatum suspendit.
497 Ubi alias dicendum fuisset, *οὐ μόνον*, non solum, tam diu circa platanum commoratus est: sed etiam pretiosum ornatum ex ea suspendit. Idem L. IV. c. 8: *Καὶ σὺν ὀλίγοις παμπόλλους μυριάδας κατηγωνίσατο, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀρχὴν μείζω ἐποίησε.* pro *οὐ μόνον, ἀλλὰ καί.* Et cum paucis multas omnino myriadas superavit (non solum,) sed et imperium fecit maius. [Diodorus Sic. V. c. 84. *διόπερ ἐν ταῖς νήσοις, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν Ἀσίαν κ. τ. λ.* Wesselingius: „Idem *ἀλλὰ καὶ* hoc quidem loco atque imo vero, sicuti L. XIII, 94. Potuisset *διόπερ οὐ μόνον ἐν ταῖς νήσοις, ἀλλὰ καί.* Sed hoc arbitrarium.“ Synesius p. 35. C. *ἄνδρα τὰ πρῶτα τῶν Ἀριϛοτέλους ὁμιλητῶν, ἀλλὰ καὶ ἀϛρονομίας εὖ ἥκοντα.* Xenophon Ephes. p. 2. in. *ἦν δὲ περισπούδαϛος ἅπασιν Ἐφεσίοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς τὴν ἄλλην Ἀσίαν οἰκοῦσι.* Abreschius, cuius notam omittere Locellae placuit: „Eadem est ellipsis in Luc. c. XVI. comm. 20. Ioseph. Ant. Iud. L. VIII. c. 14. §. 2. *πλοῦτος δ' ἦν*

Digitized by Google

οὐκ ὀλίγος, ἀλλὰ καὶ χρυσοῦ πλῆθος. Et Conon. Narrat. c. XXIX. Ὁ πατὴρ ἀκρίτως λάρναξι Τέννην κατακλείει, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἡμιθέαν.“ Miscell. Observat. Crit. T. X. p. 201. SCHAEF.] Lucas in Evang. c. XVI, 20: Πτωχὸς δέ τις ἦν, ὀνόματι Λάζαρος, ὃς ἐβέβλητο πρὸς τὸν πυλῶνα αὐτοῦ ἡλκωμένος, καὶ ἐπιθυμῶν χορτασθῆναι ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τοῦ πλουσίου, ἀλλὰ καὶ οἱ κύνες ἐρχόμενοι ἀπέλειχον τὰ ἕλκη αὐτοῦ. Supple: ὃς οὐ μόνον ἐβέβλητο. — qui (non solum) proiectus erat ante ianuam divitis sauciatus etc. sed etiam canes veniebant, et eius ulcera lingebant. (c)

Ἐπὶ θανάτῳ vel εἰς θάνατον intelligitur saepe in τῷ ἄγεσθαι (d) et ἀπάγεσθαι. Act. Apostol. XII, 19: Ἡρώδης δὲ ἐπιζητήσας αὐτὸν, καὶ μὴ εὑρὼν, ἀνακρίνας τοὺς φύλακας, ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι. ubi τὸ ἀπαχθῆναι Beza vertit ad supplicium rapi. Plene Aelianus Var. Hist. I, 30: Ἰδὼν δὲ πόρρωθεν ἀγομένους τινὰς ἐπὶ θανάτῳ. mox: κατά τινα δαίμονα τῶν ἀγομένων ἀγαθόν. Sic ἀπάγεσθαι absolute apud Diogenem Laërtium L. VIII. segm. 85. Ἄγεσθαι εἰς θάνατον est in versione Graeca Proverbiorum Salomonis c. XXIV, 11: Ῥῦσαι ἀγομένους εἰς θάνατον. Sic Latini aliquando plene dicunt: duci ad supplicium; aliquando elliptice: duci. Plinius ad Traianum Epist. de Christianis: Confitentes iterum ac tertio 498
interrogavi, supplicium minatus; perseverantes duci iussi. (e)

(a) Duas omissas esse voces in epist. ad Roman. c. XVI, 10. et ratio docet, et usus loquendi Paulo familiaris. Dicit l. c. Apostolus: Ἀσπάσασθε τοὺς ἐκ τῶν Ἀριστοβούλου. Sed integra oratio ita erit constituenda: Ἀσπάσασθε τοὺς ἐκ τῶν Ἀριστοβούλου οἰκετῶν ἁγίους, vel ἀδελφούς. Supplemus e versu 14. et 15. ubi dicitur: τοὺς σὺν αὐτοῖς ἀδελφοὺς, et τοὺς σὺν αὐτοῖς πάντας ἁγίους. BERNH.

Digitized by Google

(b) Immo et ante ἀλλὰ absolute positum a Paulo in posteriore ad Corinthios epistola, cap. I, 9.

Idem Apostolus ad Roman. cap. VI, 5: (οὐ μόνον τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ) ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐσόμεθα.

Sic et οὐ μόνον subintelligitur in καὶ πάντες δὲ, quippe quod idem est ac, οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ πάντες. Lucas in Actis Apostol. c. III, 24. et c. V, 32. Paulus ad Timoth. epist. II, c. III, 12. MICH.

(c) Verba ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἰδίῳ subintelliguntur in hoc loco Ioan. c. X, 8: Πάντες ὅσοι πρὸ ἐμοῦ ἦλθον, κλέπται εἰσὶ καὶ λῃσταί. Nimirum vox ἔρχεσθαι denotat venire tanquam doctorem, ex locutione Talmudica:
499 אתא ר' דימי בשם ר' יוסי, venit R. Dimi nomine R. Iose, h. e. ea docuit, quae a R. Iose audiverat. Christus utitur eadem locutione Ioann. c. V, 43: Ego veni in nomine Patris mei, h. e. ea docui, quae in sinu divinitatis audivi: alius veniet ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἰδίῳ, nomine proprio, h. e. talia docebit, quae ipse auctoritate propria invenerat. Et de his loquitur Christus Ioan. cap. X, 8. eosque iure vocat κλέπτας καὶ λῃστάς.

In verbo δανείζειν omittuntur verba ἐπὶ τόκῳ, foenerari: nam prima et originaria significatione δανείζειν notat gratis mutuari, quod tamen postea mutatum est. Vide Duportum ad Theophrasti Charact. c. 9. p. 333, 334.

Εἴ τις ἄλλος formula semper aliquid subaudiendum relinquit, quod aliquando ἀπὸ κοινοῦ repetendum, vel quocunque modo e contextu supplendum: aliquando etiam sola voce ἐστὶ omissa. Theophrastus Charact. c. 3: καὶ περ, εἴ τις ἄλλος, ἔχεις πρὸς ἔτος μέλαιναν τὴν τρίχα: quamvis, si quis alius, pro annorum conditione nigrum capillum habes. Εἴ τις ἄλλος, supple ἔχειν δύναται, si quisquam alius habere possit. SCHOETTG.

* Lucianus in Deor. Dial. Ἐγὼ δὲ, εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο, οὔτε ἐδούλευσα, ὥσπερ σύ. i. e. εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο σου διαφέρω. Livius L. XLV, 37: Non triumphum im-
500 pedire debuit, quem, si nihil aliud, senatus iustum esse iudicaverat. Supple: si nihil aliud iustum esse probat, vel vincit etc. Idem Livius L. XXXIII, 44: Pro Rege, si nihil aliud, longinquo vicinum tyrannum dominum habiturum Graeciam. Supple: si nihil aliud spectandum est, aut simile. Xenophon Memor. II, 3, 17: τί γὰρ ἄλλο, ἔφη ὁ Σωκράτης, ἢ κινδυνεύσεις ἐπιδεῖξαι, σὺ μὲν χρηστός τε καὶ φιλάδελφος εἶ-

Digitized by Google

ναι etc. Conf. Thucydidem III, 85. L. III, 39. et 58. Aristophanem in Equitib. v. 1103. Iensium in Lection. Lucian. p. 272. LEISN.

(d) Ἄγεσθαι notat etiam ad iudicem duci; de quo vide, quae notavit Duportus ad Theophrasti Charact. c. 6. p. 314, 315. De voce ἄξιος observant Hombergius et Knatchbull ad Matth. X, 11. subintelligi saepe τὸ νοούμενον. Sic in loco Matthaei: Si domum introëatis, exquirite, quis in ea sit ἄξιος, dignus, scil. apud quem maneatis. Matth. cap. XXII, 8. Invitati non erant ἄξιοι, scil. qui ad tam insignes nuptias invitarentur. Loca plura dabunt Auctores citati. SCHOETTG.

* Καλεῖσθαι notat etiam in ius vocari. Aristophanes Σ. v. 1410. 1425. Ἐκκλησ. v. 859. et ἕλκεσθαι Nub. v. 1000. LEISN.

(e) His subiicere placet exemplum ellipsios a Casaubono observatae in Exercitat. Anti - Baronianis pag. 416. 501
Edit. Genev. ubi ita: Quoties τὸ ἐπιφώσκειν sive ἐπιφαύσκειν et ἐπιφαίνειν non de sideribus, sed de tempore dicuntur, compendium id est sermonis, quod ut redigatur ad orationem plenam, necessario quaedam sunt supplenda. Nam e. g. si dicas ἡμέρα ἐπιφώσκει, et de artificiali die intelligas, supplendum erit sic, quod deest: ὁ ἥλιος ἐπιφώσκει, οὗ ἐπιφώσκοντος γίνεται ἡμέρα. Quum vero dicit Lucas c. XXIII, 54. καὶ ἡμέρα ἦν παρασκευὴ, καὶ σάββατον ἐπέφωσκεν, sic accipiendum, ut si dixisset, καὶ ἐπέφωσκεν ἡ σελήνη ἡ ἄγουσα τὸ σάββατον. i. e. illuxit luna, (qua exoriente) simul exoritur dies naturalis sabbati. LEISN. quem conf. in praefat.

* Hoc loco non alienum videtur, notabiliores quasdam ellipticae orationis formulas in tironum gratiam adiicere. Sic in elliptico illo τῷ, quod plurimis in locis apud Homerum occurrit, plena oratio est constituenda ἐπὶ τούτῳ τῷ αἰτίῳ. Homer. Iliad. B. v. 296.

— — — τῷ οὐ νεμεσίζομ' Ἀχαιοὺς
Ἀσχαλάαν.

Interdum etiam recte subauditur τρόπῳ. v. Τρόπος. [Myro III. v. 7. τὸν καὶ, νικήσας πατέρα Κρόνον, εὐρύοπα Ζεὺς Ἀθάνατον ποίησε. Citans haec Eustathius ad Iliad. p. 1351, 34. (1484, 50.) τὸ, ἤγουν διὸ καὶ νικήσας Κρόνον κ. τ. λ. Legit

Digitized by Google

igitur τῷ. Ceterum hoc τῷ, ubicunque legitur, neutrius est generis. SCHAEF.]

In τὶ apud Homerum Iliad. I. v. 374. plena oratio est κατά τι πρᾶγμα. In ἀντὶ τοῦ, cuius ellipseos exempla multa apud Scholiastas Graecos, subaudiendum est οὕτως ἔχοντος λόγου: ut adeo plena oratione foret: ἀντὶ τοῦ οὕτως ἔχοντος λόγου: vel ἀντὶ τοῦ λέγεσθαι εἰωθότος. vid. Henr. Stephan. in Proparasc. ad lection. schol. Gr. in Thucydid. p. 584. ubi et alia multa de elliptica Scholiastarum Graecorum loquendi ratione affert. [Nihil in his elliptici est: articulus enim ille neutrius est generis, ac quae sequuntur, vicem gerentia nominis, τὸ materialiter, ut aiunt, habent praepositum. Aliter res se habet, vereque obtinet ellipsis, ubi articulus non neutrius est, sed aut masculini, aut feminini generis. Conf. Hoogeveen. ad Viger. I. XVIII. 24. SCHAEF.] In λόγῳ apud Sophoclem in Electr. p. 123. edit. Steph. et ἑνὶ λόγῳ, ut uno verbo dicam, [Nos: *mit Einem Worte*, ubi nihil subaudimus. SCHAEF.] quod et alibi saepe, et apud Athenagoram in Legat. pro Christ. c. I. occurrit: pro quo plenius idem habet c. XXVI. ὡς εἰπεῖν λόγῳ. Integra oratio est, ὥξε ἑνὶ λόγῳ εἰπεῖν. Item in συντομώτατόν γε εἰπεῖν, quo utitur Alexis Comicus, supplendum est ὥξε κατὰ συντομώτατόν γε λόγον εἰπεῖν. In συντεμόντι apud Athenaeum L. XIII. p. 588. E. ad constituendam plenius orationem addatur necesse est ὥξε συντεμόντι λόγῳ εἰπεῖν. Luculentum integrae orationis in hac loquendi formula, dummodo ὡς vel ὥξε addatur, exemplum suggerit Herodotus L. III. c. LXXXII. Ἑνὶ δὲ ἔπει πάντα συλλαβόντα εἰπεῖν. Sic etiam in ellipticis locutionibus τὸ λοιπὸν, τὸ ὅλον, τὸ κεφάλαιον, suppleri debet ὥξε τὸ λοιπὸν, τὸ ὅλον, τὸ κεφάλαιον εἰπεῖν. In eiusmodi formulis, Graecorum more, Latini quoque ἐλλειπτικῶς loqui amant.

Digitized by Google

Sic Cato de R. R. c. CLVII. 7. Uno verbo, omnia sana faciet. pro quo alias: ut uno verbo dicam: vel, ut Plautus Rud. Act. III. Sc. II. 39. Uno verbo absolvam. Plurium etiam vocum ellipsis est in variis salutandi formulis apud veteres usitatis, *χαίρειν*, *εὖ πράττειν*, *εὖ διάγειν*, *ὑγιαίνειν*, de quibus videri possunt schol. Gr. ad Aristophanis Nub. v. 609. Nimirum subaudiri potest in iis, et nomen scribentis, et illius ad quem scribitur; ut adeo integra oratio haec foret, e. g. *Τρύφων Θέωνι λέγει* vel *εὔχεται χαίρειν*. Eadem vero ratio est etiam in illa valedicendi formula, *ῥωννύειν*, *ἀπαρεμφάτως* posita. Plene enim diceretur *Τρύφων Θέωνι λέγει* vel *εὔχεται ῥωννύειν*. vid. Apollonius Dyscol. de Synt. L. III. p. 232. sqq. Regnat in primis Ellipsis in Proverbiis, quae si integra referrentur, omnem amitterent gratiam atque venustatem. E. g. *Ἐς τὴν Ἀθηνᾶν. Ἐκ παντὸς ξύλου. Οἶνος καὶ ἀλήθεια.* de quibus aliisque quam plurimis vide in Proverbiis Graecorum a Schotto editis Antverp. A. 1612. 4. Praeterea perfrequens est Ellipsis plurium vocum in illa *βραχυλογίᾳ Λακωνικῇ*, qua Lacones prae aliis Graeciae populis insignes fuerunt, cuiusque Plutarchus in Lycurgo ac Lysandro, Plato in Protagora aliique meminerunt. Non enim solum in vita communi breves atque concisi fuerunt, e. g. *Ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τᾶς*, quae verba matres Lacaenae filiis in bellum proficiscentibus adclamare solebant: vid. v. *Ἀσπίς*: sed etiam in epistolis quoque et privatim et publice scriptis mirae brevitati studuerunt; ut variis exemplis comprobat Scholiastes Graecus Dionis Chrysostomi ad Orat. LXIV. Victis enim ad Plataeas Persis, ita Spartam scripserunt: *Τοὶ Πέρσαι δουλεύοντι.* Cum bello Peloponnesiaco Athenienses devicissent, Athenasque in potestatem redegissent: *Ἐαλώκαντι ταὶ Ἀθῆναι.* Ad quemdam

Digitized by Google

insultantem ipsis: *Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ.* Socrate in carcerem coniecto, amicis scribebant: *Σωκράτης κατεδικάσθη.* Eiecto in exilium Xenophonte: *Ξενοφῶν ἐφυγαδεύθη.* Ac rursum: *Φερεκύδης τέθνηκε.* Adde Plutarchum in Apophthegmatibus Laconicis et Meursium Miscellan. Lacon. L. III. c. 3. et 4. [it. Valckenar. Adnotat. in Adoniaz. Theocriti p. 257. sqq. SCHAEF.] Ad Ellipsin merito etiam referunt Rhetores genus illud *βραχυλογίας*, quod *ἀνταπόδοτον* vocatur, in quo nimirum *ἀπόδοσις*, seu membrum illud, quod priori respondeat, reticetur. Sic Luc. c. XIII. 9. *Κἂν μὲν ποιήσῃ καρπόν· εἰ δὲ μήγε, εἰς τὸ μέλλον ἐκκόψεις αὐτήν.* Athenaeus L. VIII. c. 15. *Εἰ μέν τι δώσεις· εἰ δὲ μή, οὐκ ἐάσομεν.* Thucydides L. III. c. 3. *Καὶ ἦν μὲν ξυμβῇ ἡ πεῖρα· εἰ δὲ μή, Μιτυληναίοις εἰπεῖν* cet. Aristophanes *ΘεσμοΦ.* v. 543. *Εἰ μὲν οὖν τίς ἐξιν· εἰ δὲ μή, ἡμεῖς* cet. Vid. Vossii Institut. Orat. L. IV. c. 12. In eiusmodi autem locutionibus, pro contextus ratione, modo *καλῶς ἔχει*, modo *κακῶς ἔχει* subaudiri solet. Posterioris saltem generis exemplum addam ex Homer. Iliad. Θ. v. 423.

Ἀλλὰ σύγ', αἰνοτάτη, κύον ἀδδεὲς, εἰ ἐτεόν γε
Τολμήσεις Διὸς ἄντα πελώριον ἔγχος ἀεῖραι.

sub. *κακῶς σοι ἔξαι*: ut dicit ipse Homerus Iliad. I. v. 547. *Κουρήτεσσι κακῶς ἦν.* Sicuti *ἀνανταπόδοτον*, ita vero etiam Schema illud, cui peculiariter nomen *ἀποσιωπήσεως* a Rhetoribus tribuitur, ad Ellipsis referri solet. Sic Demosthenes de Coron. T. I. p. 313. B. *Ἀλλ' ἐμοὶ μέν. οὐ βούλομαι δὲ δυσχερὲς εἰπεῖν.* ad quae verba Ulpianus p. 66. *Τὸ σχῆμα ἀποσιώπησις.* Vid. Tiberius de Schemat. apud Demosthen. p. 185. Hermogenes de Form. Orat. p. 288. Sic Virgilius Aen. L. I. v. 139.

Quos ego. Sed motos praestat componere fluctus.

vid. ad h. l. Servius et Vossius Institut. Orat. L. V.

Digitized by Google

c. 5. Henr. Stephanus de Dial. p. 24. In legibus constituendis legislatores plerumque utuntur Infinitivis, e. g. *Θεοὺς καρποῖς ἀγάλλειν. Θεοὺς τιμᾶν. Τοὺς ἱκέτας εἶναι ἀσφαλεῖς.* cet. in quibus vel subauditur *θεσμὸς* vel *νόμος ἔξω*, vel *ἐγὼ λέγω* l. *προστάσσω ὑμῖν.* Prioris generis supplementum est in antiquissima illa Triptolemi lege, quam temporis iniuria in templo Cereris Eleusine collapsam Draco restituit: *Θεσμὸς αἰώνιος τοῖς Ἀτθίδα νεμομένοις κύριος τὸν ἅπαντα χρόνον, Θεοὺς τιμᾶν καὶ ἥρωας ἐγχωρίους ἐν κοινῷ,* cet. cuius meminit Porphyrius de Abstinent. L. IV. §. 22. Posterioris autem generis exemplum praebet ipsa Scriptura S. Actor. X. v. 48. *Προσέταξέ τε αὐτοὺς βαπτισθῆναι ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου.* et ipse dulcissimus noster Servator dicit Matth. V. v. 34. *Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν· Μὴ ὀμόσαι ὅλως.* Sunt etiam multa veterum scriptorum loca, in quibus plures voces, immo integrae interdum Periodi ex antecedentibus in Ellipseos supplementum sunt repetendae. Sic tota *ἀπόδοσις* ex antecedentibus est adsumenda in illis Plutarchi de pueror. educat. c. VIII. *Ὥσπερ γὰρ περιπλεῦσαι μὲν πολλὰς πόλεις καλὸν, ἐνοικῆσαι δὲ τῇ κρατίστῃ χρήσιμον.* [Locus corruptus est. Schneidero videtur *ἀπόδοσις* excidisse. Wyttenbachius: „Malim *περιπλεῦσαι μὲν γάρ*: ita nil desiderabitur ad sententiae absolutionem.“ Lenissime corrigas *ὥσπερ γε περιπλ.* In Dionys. Hal. Antiqu. Rom. T. II. p. 699. bene habet Cod. Vat. *ὥσπερ γε τούς.* Aristophanes Nub. v. 673. *ὥσπερ γε καὶ Κλεώνυμον.* SCHAEF.] Aelian. V. H. L. III. c. 32. *Ὁ δὲ οὐδὲν ἔφη διαφέρειν τῷ μέλλοντι βασιλεύειν, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τέχνῃ κιθαρίζειν μέλλοντι.* sub. *διαφέρει οὐδέν.* Ibidem L. XIV. c. 36. *Καὶ Κάτωνα δέ.* suppl. ex iis, quae antecesserunt, *θαυμάζομεν, πατέρας δὲ αὐτῶν οὐκ ἴσμεν.* Sic apud Sophoclem Electr. v. 1281. *Εἴ σε θεὸς ἐς μέλαθρα;*

Digitized by Google

ubi ex v. 1277. repeti debet *ὥτρυνε μολεῖν*, ut nimirum ita sit integra oratio: *Εἴ σε θεὸς ὥτρυνε μολεῖν ἐς τὰ ἡμέτερα μέλαθρα.* Thucydid. L. VII. c. 69. *Ἐπειδὴ καὶ τοὺς Ἀθηναίους ἠσθάνοντο.* supple ex prioribus cum Schol. Gr. *πληροῦντας τὰς ναῦς.* Adde Dorvillii not. ad Chariton. L. III. c. 3. v. 15. ubi plura talis ellipseos exempla affert. In epist. ad Roman. c. XIII. v. 7. *Ἀπόδοτε οὖν πᾶσι τὰς ὀφειλάς· Τῷ τὸν Φόρον, Φόρον.* Quem locum ita supplet Camerarius in libro Figurarum N. Test. *τῷ προσήκοντι λαβεῖν τὸν Φόρον, ἐκείνῳ ἀπόδοτε τὸν Φόρον.* Atque similiter sequentia membra vult compleri. Et ibidem c. XII. v. 6. ita supplet idem vir doctissimus: *εἴτε προφητείαν ἔχει τις, ἐχέτω αὐτὴν*, vel *χρήσθω αὐτῇ κατὰ τὴν ἀναλογίαν πίστεως· εἴτε διακονίαν ἔχει τις, ἐν τῇ διακονίᾳ μενέτω, ἤγουν πιστὸς ὢν διατελείτω.* Sic apud Onosandrum c. I. voces, *Φημὶ τοίνυν αἱρεῖσθαι τὸν στρατηγόν*, in reliquis omnibus capitis huius paragraphis sunt repetendae: e. g. *Σώφρονα, Ἐγκρατῆ, Νήπτην*, cet. Et in eodem capite §. XI. in verbis, *οὐ μὴν χρή γε τὸν πένητα, οὐδὲ τὸν πλούσιον· ἀλλὰ καὶ τὸν πλούσιον καὶ τὸν πένητα*, adsumendae sunt ex prioribus voces, *αἱρεῖσθαι* et *παραιτεῖσθαι.* Item in Periodis, in quibus prius membrum removetur, post particulas *εἰ δὲ μὴ* absolute positas ad sensum perficiendum prioris membri verba debent repeti. Ut exemplis rem illustremus. Matth. VI. 1. *Προσέχετε τὴν ἐλεημοσύνην ὑμῶν μὴ ποιεῖν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, πρὸς τὸ θεαθῆναι αὐτοῖς· εἰ δὲ μή γε*, sub. *προσέχετε* cet. Luc. X. 6. *Καὶ ἐὰν μὲν ᾖ ἐκεῖ ὁ υἱὸς εἰρήνης — εἰ δὲ μή γε*, sub. *ᾖ ἐκεῖ ὁ υἱὸς εἰρήνης.* cet. Onosander c. VI. *Λαμβανέτω δὲ τὴν θεραπείαν — ἐν μέσῃ τῇ δυνάμει χωρίς· εἰ δὲ καὶ μή*, supple ex antecedentibus, *θέλεις τὴν θεραπείαν λαβεῖν ἐν μέσῃ* cet. et in eodem capite p. 38. *Ἐκ γὰρ τῆς πολεμίας, εἰ μὲν εἴη δασυλλὴς καὶ εὐ-*

Digitized by Google

δαίμων, τροφὴν ἕξει καὶ ἀφθονίαν· εἰ δὲ μὴ, sub. εἴη δαψιλὴς καὶ εὐδαίμων. Haec supplementa ex antecedentibus repetita recte se habere, cum ipse contextus, tum etiam exempla facile comprobabunt. Sic Matth. X. 13. Καὶ ἐὰν μὲν ᾖ ἡ οἰκία ἀξία, ἐλθέτω ἡ εἰρήνη ὑμῶν ἐπ' αὐτήν· ἐὰν δὲ μὴ ᾖ ἀξία. cet. Homerus Iliad. A. v. 135. et 137.

Ἀλλ' εἰ μὲν δώσουσι γέρας μεγάθυμοι Ἀχαιοὶ —
Εἰ δέ κε μὴ δώωσιν.

Interdum scriptores ad evitandam earumdem vocum repetitionem voce generaliori, γίγνεσθαι utuntur. Sic Dionysius Halic. Ant. Rom. L. VII. p. 465. Εἰ μὲν οὖν ἐπὶ τῶν πρώτων λόχων — Εἰ δὲ μὴ τοῦτο γένοιτο. cet. [Omisso hoc verbo, Heliodorus p. 151. Cor. εἰ μὲν περισωθείης, —· εἰ δ', ὅπερ καὶ ἀκοὴν λάθοι τὴν ἐμὴν, —. SCHAEF.] Eadem loquendi forma utuntur etiam Latini. Cicero ad Div. L. XIV. ep. 3. Si perficitis, quod agitis, me ad vos venire oportet. Sin autem. supple minus perficiatis, quod agitis. Idem L. XIV. ep. 4. Ut, si res a nobis abesset, liberti nostri essent, si obtinere potuissent: sin (res non abesset), ad nos pertinerent. Paullo ante idem in eadem epistola plene scripsit: Si est spes nostri reditus, eam confirmes, et rem adiuves. Sin, ut ego metuo, transactum est. i. e. sin minus est spes nostri reditus. In affectibus quoque perfrequens est ellipsis cum singularum vocum, tum saepe integrarum sententiarum, ut exempla apud Tragicos potissimum obvia satis declarare possunt. vid. cl. Valckenaer ad Euripidis Phoeniss. v. 354. Hac de Ellipsi Eustathius quoque ad verba Homeri Odyss. Π. v. 381. Μή τι κακὸν ῥέξωσι, ita scripsit: Θυμοῦ δὲ σχῆμα τοῦ πολλοῦ, μὴ ἐῶντος λαλεῖν ἀνελλιπῶς. Sic Virgilius Aen. L. IX. v. 427. Me, me, (adsum qui fui) in me conver-

Digitized by Google

tite ferrum. Ad quae verba Servius: subaudis interficite: et est interrupta elocutio dolore turbati. Adde cl. Abresch. in lection. Aristaenet. p. 203. et Ferrarium de Acclamat. vet. I. 21. et VII. 9. In responsionibus quoque ad interrogationes factis ut plurimum latet unius pluriumve vocum ellipsis. Sic Xenophon L. I. K. II. c. III. §. 5. *Καὶ τίνι δὴ σὺ τεκμαιρόμενος, ὦ παῖ, λέγεις; Ὅτι σὲ, Φάναι, ὁρῶ*, cet. ubi in responsione ad haec verba repeti debet: *τούτῳ δὴ τεκμαιρόμενος λέγω*, cet. Philostratus de vit. Sophist. L. I. c. 7. *Ἐρομένου δὲ αὐτὸν Βαρβάρου, τοῦ ὑπάτου, τίσι διδασκάλοις ἐχρήσατο, Τῷ δεῖνι μὲν, καὶ τῷ δεῖνι, ἔφη.* sub. *ἐχρησάμην*. Expressae Ellipseos exemplum legimus apud Xenophontem L. I. K. II. c. VI. §. 12. *Τί γὰρ, ἔφη, τῶν ἄλλων — μέμνησαι;* respondet: *καὶ γὰρ, ἔφη, μέμνημαι, ὅτι ἐγὼ* cet. In formula *εὖ οἶδ' ὅτι*, vel etiam absque particula *εὖ* in *οἶδ' ὅτι*, quae reliquae orationi, ad maiorem rei adfirmationem, interseritur, rectius quaedam subintelliguntur ex antecedentibus, quam ut verborum ordo mutetur. Xenophon Hist. Gr. L. VI. c. I. §. 4. *Ἀκούετε μὲν οὖν, εὖ οἶδ' ὅτι, καὶ ὑμεῖς Ἰάσονος ὄνομα.* ubi post *ὅτι* optime repetitur *τὸ ἀκούετε*. Probat et supplet ellipsin Paulus Actor. Apost. c. XXVI. 27. *Πιστεύεις, βασιλεῦ Ἀγρίππα, τοῖς προφήταις; οἶδα ὅτι πιστεύεις.* Plura exempla vide in notis cl. Hoogeveen ad Viger. C. V. S. 8. p. 223. cui ipsi hanc observationem debemus. [Aristophanes Lysistr. v. 59. *ἀλλ' ἐκεῖναί γ', οἶδ' ὅτι, Ἐπὶ τῶν κελήτων διαβεβήκασ' ὄρθριαι.* v. 154. *σπονδὰς ποιήσαιντ' ἂν ταχέως, εὖ οἶδ' ὅτι.* v. 764. *ἀργαλέας, εὖ οἶδ' ὅτι, Ἄγουσι νύκτας.* Pac. v. 365. *Ἑρμῆς γὰρ ὢν κλήρῳ ποιήσεις, οἶδ' ὅτι.* Brunckius, *οἶδ' ὅ τι* corrigens, „Male vulgo, inquit, coniunctim *ὅτι*. Quum sortibus ducendis sis praeses, scio quid facturus sis. Id

Digitized by Google

est: spero propitium te mihi futurum esse.“ Fallitur. Recte vertit Berglerus: Cum enim sis Mercurius, sorte dirigenda id efficies, sat scio. Similis locutionis, item trimetros finientis, *σάφ' οἶδ' ὅτι*, exempla aliquot vide in Meletem. Crit. in Dionys. Hal. I. p. 92. SCHAEF.] In *ἔχει δὲ*, quo ab initio periodi utuntur Oratores absolute posito, quodque idem significat, ac *ἔχει δὲ οὕτως*, ellipsis latet: plene enim foret *ἔχει δὲ ταῦτα οὕτως*. vid. Vigerum C. V. S. VI. p. 198. Sic etiam in *εἶεν*, transitionis ut plurimum ab una ad alteram orationis partem formula, suppleri possit *ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα*. Themistius Orat. XVIII. p. 217. A. Εἶεν. *Ὅστις δὲ ἐπὶ τοξικῇ ἐλλόγιμος εἶναι ἔρωτα ἔχει*. Esto autem rem ita se habere. Quisquis vere cet. Cebes p. 37. Εἶεν, *ἔφην ἐγώ. ὡς καλὸν λέγεις τὸν τόπον εἶναι*! Possit etiam hunc in modum suppleri: *εἶεν ταῦτα μὲν οὕτως ἔχοντα*. uti est apud Cebetem p. 9. *Ἀλλ' ἔχειν, ἔφη, οὕτως ἔχοντα*. Nec minus in *ἐμφαίνει*, quando affirmando absolute ponitur, subaudiri solet *οὕτως ἔχειν*. Elliptice occurrit apud Cebetem p. 35. edit. Gron. *Ἐμφαίνει, νὴ Δία*. Pro quo idem plene habet p. 37. *Ἐμφαίνει οὕτως ἔχειν*. Quando ex pluribus unius tantum mentionem faciunt scriptores, ceterorum numero in adiectivo ordinali implicite latente, supplemento plurium vocum opus est ad constituendam integram orationem. E. g. II. Petr. II. 5. *Ὄγδοον Νῶε δικαιοσύνης κήρυκα ἐφύλαξεν*. pro quo plena est oratio: *ἑπτὰ ἐφύλαξε, καὶ ὄγδοον Νῶε*. Ita sane legitur apud Homerum Iliad. T. v. 246.

Ἐκ δ' ἄγον αἶψα γυναῖκας ἀμύμονας, ἔργ' εἰδυίας,
Ἕπτ', ἀτὰρ ὀγδοάτην Βρισηΐδα καλλιπάρῃον.

et Iliad. B. v. 313.

— — — πετάλοις ὑποπεπτηῶτες
Ὀκτώ· ἀτὰρ μήτηρ ἐνάτη ἦν, ἣ τέκε τέκνα.

[Vid. Wesseling. ad Diodor. Sic. T. II. p. 330. Athe-

Digitized by Google

naeus T. II. p. 246. *οὗ τύχοι τῆς πόλεως ἀλύων ἐφαίνετο δεύτερος καὶ τρίτος.* ex certa Casauboni emendatione. Obiter succurram Luciano, eâdem mendâ, quam ille ex Athenaeo eluit, vitiato. T. III. p. 327. *διὰ τοῦ γυμνασίου αὐτῶν ἐπήκουον ἅμα Κυνικοῦ τινος.* Corrigo *δ. τ. γ. ἀλύων ἐ. ἅ. Κ. τ.* SCHAEF.] In *τί οὖν, τί δή*, quae saepius absolute occurrunt, subaudiri possunt voces *ταῦτα ἐθέλει εἶναι.* Sic apud Maximum Tyr. Dissertat. XIV. §. 6. *Τί σοι ταυτὶ ἐθέλει*; ubi sub. *εἶναι.* Hisce addere lubet sequentes e contextu maximam partem supplendas Ellipses notabiliores. Thucydides L. I. c. 2. *Νεμόμενοί τε τὰ αὑτῶν ἕκαστοι, ὅσον ἀποζῆν.* supple *ὅσον ἐς τὸ ἀποζῆν μετρίως ἄν που ἀρκέσειεν.* Sophocles in Aiac. v. 742. *Δραμοῦσα τοῦ προσωτάτου.* sub. *δραμοῦσα δρόμον τοῦ προσωτάτου τόπου.* [Suspicor *τοῦ προσώτατα.* In Xenophont. Anab. V, 4, 30. revocandum *ἐπορεύοντο τοῦ πρόσω.* Legas ibid. I, 3, 1. *ἰέναι τοῦ πρόσω.* ubi mire fluctuatur vir egregius, qui Anabasin nuper expolivit. SCHAEF.] Theocritus Idyll. I. v. 15. *Τὸ μεσαμβρινόν.* sub. *κατὰ τὸ μεσαμβρινὸν μέρος τῆς ἡμέρας.* Idem Idyll. II. 68. *Ἐν δὲ λέαινα.* sub. *ἐν τούτοις δὲ τοῖς θηρίοις ἦν λέαινα.* In *τὸ νῦν, τὰ νῦν*, sub. *κατὰ τὸ νῦν ἔχον πρᾶγμα*, et in plurali *κατὰ τὰ νῦν ἔχοντα πράγματα.* Ex parte ellipsin suppletam legimus Actor. XXIV. 25. *Τὸ νῦν ἔχον πορεύου.* In formula illa convivali, cuius varia exempla exstant apud Athenaeum Deipnosoph. L. X. c. VIII. *Ἴσον ἴσῳ*, supplendum videtur *οἴνου ἴσον μέρος κεράσας ὕδατος ἴσῳ μέρει.* In *τὰ ὅλα*, cum hanc rerum universitatem vel etiam hunc terrarum orbem significat, sub. *ὅλα τὰ μέρη τοῦ κόσμου.* Pleno sermone effert Macarius Homil. XIV. p. 178. edit. Morel. *Οἱ δὲ ἀπόστολοι ἥλιοι ἦσαν ἐκλάμποντες εἰς ὅλα τὰ μέρη τοῦ κόσμου.* De altera eaque elliptica vocis huius significatione

Digitized by Google

vid. v. Πρᾶγμα. In τὰ ἐνδεχόμενα, contingentia, vel generaliori significatione, quae aliquid in se recipere possunt, sub. ἄλλως ἔχειν, quas voces modo addere modo supprimere solent scriptores. Sic pleno sermone habet Aristoteles Eth. L. VII. c. I. Ἐν μὲν, ᾧ θεωροῦμεν τὰ τοιαῦτα τῶν ὄντων, ὧν αἱ ἀρχαὶ μὴ ἐνδέχονται ἄλλως ἔχειν, ἓν δέ γε, ὧν τὰ ἐνδεχόμενα. quod observat ad Viger. C. VI. S. III. cl. Hoogeveen. In illis Thucydidis L. III. c. 6. Τὸ πρὸς νότον τῆς πόλεως, sub. μέρος κείμενον. In illis Matth. c. I. Βίβλος γενέσεως. et Marc. I. 1. Ἀρχὴ τοῦ εὐαγγελίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. sub. ἥδ' ἐστί. In τοῖς δοκοῦσι in epist. ad Galat. c. II. 2. sub. εἶναί τινας ἄνδρας μεγάλους, qui magnae in rebus divinis auctoritatis habebantur. coll. v. μέγας. In illis οὐ μόνον δὲ in epistol. ad Roman. c. IX. 10. sub. ταῦτα οὕτως ἔχει. Plura, ne iusto prolixiores quibusdam videamur, non addemus. Qui proprio Marte ingenii vim in eruenda ac supplenda elliptica oratione exercere cupiunt, studio adcuratiori Divi Pauli epistolas in primis evolvant, quae ipsis luculentissimam exemplorum copiam suppeditabunt. Ecquis vero eorum, quibus aeterna salus curae cordique est, mente adeo erit perversa, ut divina oracula, τὰ δυνάμενα ἡμᾶς σοφίσαι εἰς σωτηρίαν διὰ πίστεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, diurna nocturnaque manu versare non in summa habeat voluptate? SCHWEB.

§. III.

Deest aliquando integrum orationis membrum, modo prius, modo posterius.

Οὐ μωρόν ἐστιν; οὐ σκαιόν; Nonne stultum vel stolidum est? Οὐκ ἄθλιόν ἐστι; Nonne miserum est? Οὐ θαυμαστόν; Nonne mi-

Digitized by Google

rum? Τίς ἂν ἀκούων ἀνάσχοιτο; et quae sunt similia, intelliguntur saepe in loquutionibus Infinitivi modi, cum affectu aliquo aut indignatione prolatis. Comicus in Nubib. vers. 267: Τὸ δὲ μὴ κυνῆν οἴκοθεν ἐλθεῖν ἐμὲ τὸν κακοδαίμον' ἔχοντα; i. e. Nonne stultum est, quod miser ego domo huc advenerim nudo capite, sive capitis tegumentum non habens? Ad quae
502 verba Scholia: Οὐ μωρὸν δηλονότι, οὐκ ἀνόητον; ἐλλιπῶς γὰρ εἴρηται. Eiusdem Comici Schol. ad Plutum v. 469. p. 49. Ἰσέον, inquit, ὅτι ἡ Ἀττικὴ ἔλλειψις ἤτοι ἐν ἀρχῇ γίνεται, ὡς τὸ, ὅπως μὴ ποιήσῃς τόδε· νοουμένου ἔξωθεν τοῦ σκόπει· ἢ ἐν τῷ τέλει, ὡς ἔχει τὸ ἐν Νεφέλαις, Τὸ δὲ μὴ κυνῆν οἴκοθεν ἐλθεῖν ἐμὲ τὸν κακοδαίμον' ἔχοντα· κἀκεῖ γὰρ νοεῖται ἔξωθεν τὸ, οὐ σκαιόν etc. Xenophon Κύρ. Παιδ. XI, 10: Τῆς τύχης, τὸ ἐμὲ νῦν κληθέντα δεῦρο τυχεῖν; O fortunam adversam, quod ego nunc huc vocatus sim! supple: οὐκ ἄθλιόν ἐςι; nonne miserum est? [Euripides Med. v. 1047. ἀλλὰ τῆς ἐμῆς κάκης, Τὸ καὶ προέσθαι μαλθακοὺς λόγους φρενί. In Luciano T. III. p. 312. scribendum: Ὦ τῆς ἀγριότητος, τὸ μηδὲ ἐπικλασθῆναι δακρυούσης. Vid. Brunck. ad Aristophan. Av. v. 5. SCHAEF.] (f) Indignabundis maxime convenire hoc genus orationis ἐλλειπτικῆς, docet etiam Scholiastes Aristophanis p. 63. ad haec in Pluto vers. 593. verba: Τὸ γὰρ ἀντιλέγειν τολμᾷν ὑμᾶς. Quod vos ausitis contradicere. Ὅτι σχῆμα, inquit, κεῖται καινὸν ἐλλειπτικὸν ἐνταῦθα τόδε· τὸ γὰρ λέγειν τολμᾷν ὑμᾶς, ὡς οὐ πάντ' ἐςι τἀγάθ' ὑμῖν διὰ τὴν πενίαν. Λείπει γὰρ φανερῶς ἐνταῦθα ἔννοιά τις ἀκεραία τοιαύτη· τίς ἂν ἀκούων ἀνάσχοιτο; ἢ, πῶς οὐκ ἂν εἴη Φορτικόν; ἢ, πῶς οὐκ ἀντιλέγοιτο; ἢ τοιοῦτόν τι, ἵνα λέγῃ ἡ Πενία, ὅτι τὸ γὰρ τολμᾷν ὑμᾶς λέγειν, ὡς οὐ δι' ἐμὲ ὑμῖν τὰ

ἀγαθὰ, πῶς ἂν εἴη Φορητὸν ἀκούεσθαι; καὶ σημείωσαι τὸ τοιοῦτον εἶδος τῆς ἐλλείψεως, ἐνδεικτικὸν ὂν θυμικοῦ ἤθους καὶ ἐγκοπτομένης τῆς τελείας Φράσεως διὰ τὸ πολὺ τῆς ὀργῆς. (g)

Similis est, quam subiungam, oratio elliptica, in qua ante conditionem negativam requiritur, Οὐ δυνατόν ἐςι, fieri non potest. ut Lucas Evang. c. IX, 13. Δότε αὐτοῖς ὑμεῖς Φαγεῖν. Οἱ δὲ εἶπον· 503
Οὔκ εἰσιν ἡμῖν πλεῖον ἢ πέντε ἄρτοι καὶ δύο ἰχθύες· εἰ μή τι πορευθέντες etc. Ubi ante εἰ μὴ requiritur: οὐ δυνατόν ἐςι, vel οὐ δυνάμεθα. hoc sensu: Date vos ipsis edere. Illi vero dixerunt: Non sunt nobis plus, quam quinque panes et duo pisces. (Facere hoc non possumus,) nisi, profecti aliquo, emamus etc. Loquutionem hanc ellipticam usurpari plerumque, quoties, absurdi quid sequi, significatur, notavit ad eum locum Beza.

(f) Πόθεν γάρ; pro πόθεν ταῦτα γίνεσθαι δυνατόν; Lucianus Timone pag. 73. ibi Lamb. Barlaeus. SCHOETTG.

(g) Similis locus est apud Aristophanem in Avibus vers. 7. ubi pariter omittitur οὐχὶ δεινόν; estne indignum? vel οὐκ εὖηθες, ἢ οὐ μωρίας πλέον; vel etiam τίς ἀνάσχοιτο; aut πῶς οὐκ ἂν τιμωρίας ἄξιον; ἤ τι τοιοῦτο. Sic apud Virgilium Aeneid. I, 41. Iuno:

— — Mene incepto desistere victam?

Sic saepe Terentius, v. c. Eunuch. IV, 3, 2. III, 5, 5. II, 3, 94. II, 1, 19. LEISN.

§. IV.

In Loquutionibus Conditionalibus intelligendum saepe relinquitur εὖ, vel καλῶς ἔχει. (h)

[†Cyrus moribundus ad filios apud Xenophontem Κύρ. Παιδ. lib. VIII: Εἰ ἐγὼ ἱκανῶς διδάσκω 504
ὑμᾶς, οἵους χρὴ πρὸς ἀλλήλους εἶναι· (supple, καλῶς ἔχει) εἰ δὲ μὴ etc. Si ego satis doceo

vos, quales erga vos invicem esse oporteat, (bene se res habet:) sin vero minus, etc. Plato in Protagora: *Καὶ εἰ μὲν ἑκὼν πείθηται· εἰ δὲ μὴ* —. Et si sponte pareat; sin minus —. Ubi ante *εἰ δὲ μὴ* requiritur ad sensum, *εὖ ἔχει*, bene habet. Occurrit eadem Ellipsis etiam in Novo Testamento, evangelii Lucae cap. XIII, 9: *Κᾶν μὲν ποιήσῃ καρπόν· εἰ δὲ μή*: Et si quidem fecerit fructum; sin autem. Sensus est: Si fructus protulerit, *καλῶς ἔχει*, bene se habet; si vero non etc.] (i)

Ἔασον vel *ἐάσατε.* Aristophanes in Pluto v. 468. pag. 49:

— — *Κᾶν μὲν ἀποφήνω, μόνην*
Ἁγαθῶν ἁπάντων οὖσαν αἰτίαν ἐμὲ
Τμῖν, δι' ἐμέ τε ζῶντας ὑμᾶς· εἰ δὲ μή,
Ποιεῖτον ἤδη τοῦθ', ὅ,τι γ' ἂν ὑμῖν δοκῇ.
— Et si demonstravero, solam
Me bonorum omnium esse caussam
Vobis, et meo beneficio vos vivere; sin minus,
Facite, quodcunque vobis videatur.

Ad quem locum vetus Scholiasta: *Ἰσέον*, inquit, *ὅτι ἡ Ἀττικὴ ἔλλειψις γίνεται — ἐν τῇ μέσῃ, ὡς τὸ παρὰ Θουκυδίδῃ κατ' ἀρχὰς τοῦ τρίτου τῆς συγγραφῆς· καὶ ἦν μὲν ξυμβῇ ἡ πεῖρα· εἰ δὲ μή, Μιτυληναίοις εἰπεῖν, ναῦς τε παραδοῦναι, καὶ τείχη καθελεῖν. τὸ δὲ σχῆμα καλεῖται ἀναντα-*
πόδοτον, ᾧ καὶ νῦν Ἀριστοφάνης ἐχρήσατο. οὐ
505 *γὰρ ἀποδέδωκε τὴν σύνταξιν ἐνταῦθα. ἔδει γὰρ εἰπεῖν, κᾶν μὲν ἀποφήνω μόνην ἐμὲ ἀγαθῶν οὖσαν αἰτίαν, ἐάσατε· εἰ δὲ μή, ποιεῖτον, ὅ,τι ἂν ὑμῖν δοκῇ.* Et Scholiastes Thucydidis ad locum illum: *Τὸ σχῆμα*, inquit, *καλεῖται ἀνανταπόδοτον. Ὅμηρος, Ἀλλ' εἰ μὲν δώσουσι γέρας. Ὁ νοῦς οὕτω, καὶ εἰ μὲν κατορθωθῇ τὸ ἐλπιζόμενον, καὶ τῇ πείρᾳ αὐτῇ καταλάβωσιν αὐτοὺς ἔξω, καλῶς ἂν ἔχοι τοῖς Ἀθηναίοις τὰ πράγματα.* (k)

Digitized by Google

Plato de legib. Lib. IX. p. 652: *Καὶ ἐὰν μέν σοι δρῶντι ταῦτα λωφᾷ τι τὸ νόσημα· εἰ δὲ μὴ* etc. Idem in Protagora pag. 289. ed. Bas. *Καὶ εἰ μὲν ἐκὼν πείθηται· εἰ δὲ μὴ* etc. Et si sponte sua pareat; sin minus (n)

Xenophon *Κύρ. Παιδ.* Lib. VIII: *Εἰ ἐγὼ ἱκανῶς διδάσκω ὑμᾶς, οἵους χρὴ πρὸς ἀλλήλους εἶναι,* (supple *καλῶς ἔχει·*) *εἰ δὲ μή* etc. Si ego satis doceo vos, quales erga vos invicem esse oporteat, (bene se res habet:) sin vero minus etc. Aristides in Panathen. p. 234: *Ὅτι εἰ μὲν δέχεσθε ἐπὶ τούτοις· εἰ δὲ μή.* et p. 332: *Καὶ τοῦτο εἰ μὲν ὅλως ὁμολογεῖται· εἰ δὲ μή.* (o)

Regum libro priore (p) cap. XII, 14: *Ἐὰν Φοβηθῆτε τὸν κύριον, καὶ δουλεύσητε αὐτῷ, καὶ ἀκούσητε τῆς Φωνῆς αὐτοῦ, καὶ μὴ ἐρίσητε τῷ ϛόματι κυρίου, καὶ ἦτε καὶ ὑμεῖς καὶ ὁ βασιλεὺς ὁ βασιλεύων ἐφ' ὑμῶν ὀπίσω κυρίου πορευόμενοι· ἐὰν δὲ μὴ ἀκούσητε τῆς Φωνῆς κυρίου, καὶ ἐρίσητε τῷ ϛόματι κυρίου, καὶ ἔξαι χεὶρ κυρίου ἐφ' ὑμᾶς καὶ ἐπὶ τὸν βασιλέα ὑμῶν.* Quem locum 506
melius intellexerunt, et distinxerunt Graeci Interpretes, quam Latini, Belgae aliique, qui fere sic: Si timentes Iehovam, colueritis eum et auscultaveritis voci eius, neque rebellaveritis praestituto Iehovae: utique permanebitis tum vos, tum etiam rex ipse, qui regnat super vos, sequentes Iehovam Deum vestrum. Sed si non auscultaveritis voci Iehovae, sed rebellaveritis praestituto Iehovae: utique erit manus Iehovae contra vos, et contra patres vestros. Sed rectius Septuaginta Interpretes hoc modo: Si timueritis Dominum, et servieritis ipsi, et audiveritis vocem eius, et non adversati fueritis ori eius, et fueritis tum vos, tum rex vester, qui

Digitized by Google

regnat super vos, ambulantes post Dominum, (bene se res habet:) sin vero minus audiveritis vocem Domini, et adversati fueritis ori eius, erit manus Domini adversus vos et regem vestrum. Probe intellexere doctissimi Interpretes ellipticam loquendi formam, quae in Aldina suppletur hoc modo: *οὐκ ἔξαι χεὶρ κυρίου ἐφ' ὑμᾶς.* Sed illud supplementum non est ab interpretibus ipsis profectum. Vera et genuina est Codicis Vaticani lectio.

Additur *εὖ ἔχει* apud Theophrastum Charact. Ethic. cap. *περὶ Ἀναισχυντίας. Καὶ ἐὰν μὲν λάβῃ, εὖ ἔχει· εἰ δὲ μὴ, ἁρπάσας ἀπὸ τῆς τραπέζης χολίκιον, ἅμα γελῶν ἀπαλλάττεσθαι.* Quod si auferre queat, bene se habet: sin vero minus, rapiet e mensa aliquod intestinum, et cum risu discedet.

507 Sic Marcus evang. cap. XI, 32: *Ἀλλ' ἐὰν εἴπωμεν· Ἐξ ἀνθρώπων· ἐφοβοῦντο τὸν λαόν.* Sed si dixerimus: Ex hominibus: timebant populum. Ubi post illa: *ἐξ ἀνθρώπων*, deest membrum posterius, scil. *κακῶς ἕξει*, vel *τί γενήσεται ἡμῖν*; vel simile. nisi malis cum Bera hic statuere transitum orationis rectae in obliquam. (q)

* Locutionibus conditionalibus recte, opinor, *εὐκτικὰς* a particula *εἰ* incipientes adnumerant, sic ut subaudiant *καλῶς ἂν ἔχοι*, aut alia simili ratione defectum expleant. V. Hoogeveen. Doctr. Partic. T. I. p. 334. sqq. Itaque non multum mirer, sicubi *τῷ εὐκτικῷ εἰ* addatur socia particula *ἄν* s. *κε*, cum satis constet, locutionum huiusmodi conditionalium utrique membro *ἄν* s. *κε* iungi posse, quod multis exemplis ostendi Meletem. Crit. I. p. 50. s. Ad hunc modum Hermannus cum aliis dedit in Homer. H. in Apoll. v. 51.

Δῆλ', εἰ γάρ κ' ἐθέλοις ἕδος ἔμμεναι υἷος ἐμοῖο.

Vere fortasse: quamquam non ausim assentiri viro

Digitized by Google

doctissimo inter κε et ἄν discrimen intercedere statuenti. Ceterum perraram esse puto talibus locis illarum particularum iunctionem, vellemque Hermannus certa eius exempla commemorasset: quod enim citat ex Odyss. XV. v. 544. longe diversi generis est. SCHAEF.

Priore ad Timotheum epistola, cap. I, 3: *Καθὼς παρεκάλεσά σε, προσμεῖναι ἐν Ἐφέσῳ, πορευόμενος εἰς Μακεδονίαν, ἵνα παραγγείλῃς τισὶ μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν, μηδὲ προσέχειν μύθοις* etc. Sicut te monui, ut maneres Ephesi etc. Supple: *Οὕτω καὶ νῦν παρακαλῶ*, Ita et nunc moneo. (r)

(h) Tale Ellipsios exemplum apud antiquissimum scriptorem, Homerum Ἰλιάδ. A. vers. 135. occurrit:

Ἀλλ' εἰ μὲν δώσουσι γέρας μεγάθυμοι Ἀχαιοὶ,
Ἄρσαντες κατὰ θυμὸν, ὅπως ἀντάξιον ἔσαι·
Εἰ δέ κε μὴ δώωσιν, ἐγὼ δέ κεν αὐτὸς ἕλωμαι.

Ad quem locum Eustathius: *Χωλεύει ἡ σύνταξις, καὶ μένουσα ἐκκρεμὴς οὐκ ἀπήρτισαι. Λείπει γὰρ τὸ ἐφησυχάσω, ἢ παύσομαι, ἢ τοιοῦτόν τι.* Lege reliqua, in quibus similia exempla ex Aristophane, Menandro, Sophocle [Brunckius ad Sophocl. Fragm. e *Νίπτροις ἢ Ὀδυσσεῖ Ἀκανθοπλῆγι.* „II. Scholiastes MS. Homeri ad Iliad. A. 135. *Καὶ Σοφ. ἐν Ὀδυσσεῖ Ἀκανθοπλῆγι·*

Εἰ μέν τις οὖν ἔξεισιν· εἰ δὲ μὴ, λέγε.

Ad eumdem Homeri locum, ubi variis exemplis ellipsin illustrat, Eustathius hunc e Sophocle senarium profert, sed omisso dramatis titulo." Vid. Valckenar. Adnotat. Crit. in N. F. p. 402. SCHAEF.] adfert.

Casaubonus praeterea ad Athenaeum in Deipnosophistarum Lib. V, 2. demonstrat, Hippocratem hac figura saepe esse usum. Conf. Aristophanes Ἐκκλησ. v. 973. Θεσμοφ. v. 543. Thucydides III, 3. IV, 13. Corinthus de Dial. et Stephani Animadv. in lib. de Dial. p. 23. Budaeus ad Lib. 2. de Orig. Iuris. Vossius Instit. Orat. IV, 1, 12. Henr. Stephani Annot. in Xenophont. pag. 39. Kusterus ad Aristophanis Plut. v. 468. Clarkius ad Homeri Ἰλιάδ. A. v. 135. sq. 508

Nec Latini scriptores ab hoc ellipsios genere abhorruerunt. Virgilius in carmine, quod Ciris inscribitur, v. 241:

Digitized by Google

Quodsi alio quovis animo iactaris amore:
Nam te iactari, non est Amathuntia nostra
Tam rudis, ut nullo possim cognoscere signo.

Ita Clarkius ad Homeri l. c. explicandum putat Terentium Eunuch. III, 4. lin. ult. et Adelph. I, 2. lin. penult. Nonnemo etiam Plautum Asinar. I, 1, 104.

Est autem operae pretium, lectores monere, in talibus non solum subaudiendum esse εὖ seu καλῶς ἔϛαι et ἔχει; sed esse et alias rationes supplendi illam ellipticam figuram Atticam, qua post εἰ, ἦν, ἄν, et ἐὰν μὲν supplendum aliquid relinquitur, ut recte monet vir doctus in Observat. Miscell. Vol. III. Tom. I. p. 145. Nam optimi scriptores
509 supplent interdum etiam per sequentia: ταῦτα δὴ τὰ κάλλιϛα. ταῦτα ἄριϛα. ταῦτα βέλτιϛα. ταῦτα κράτιϛα. τοῦτο ἄριϛον. Vide locos apud Herodotum Lib. VIII. 80. Thucydidem Lib. I. pag. 55. Platonem Theag. extrem. Aristidem T. II. p. 100. et Gregorium Nazianzenum Orat. XXXVI. p. 586. edit. Colon.

Addit idem vir doctus in Observ. Miscell. l. c. diversam ab his supplendi rationem suppeditari a Lysia Orat. XXVII. pag. 170. editionis Aldinae: ἂν μὲν ἐμοὶ πειϑῆτε, εὖ περὶ αὐτῶν βουλεύσεσϑε· εἰ δὲ μὴ, χείροσι τοῖς ἄλλοις πολίταις χρήσεσϑε. Ut et a Xenophonte Exped. Cyri Lib. III. p. 180. Εἰ μὲν οὖν ἄλλος τις βέλτιον ὁρᾷ, ἄλλως ἐχέτω· εἰ δὲ μὴ, Χειρίσοφος μὲν ἡγοῖτο etc. Praeter haec etiam παύσομαι, vel ἐφησυχάσω interdum suppleri posse, Eustathius ad Homeri l. c. paullo ante monuit. LEISN.

(i) Revocavimus haec ex prima editione. Vide supra de Ellipsi Verborum notam nostram a). SCHOETTG.

(k) Aliquoties apud Ioannem Evangelistam et Apostolum coniunguntur particulae ἀλλ' ἵνα, quod ubi fit, observavimus, semper totam aliquam constructionem (l) subintelligi. Exemplis res fiet clarior.

In Evangelio cap. I, 8. de Ioanne Baptista haec habentur: οὐκ ἦν τὸ φῶς, ἀλλ' ἵνα μαρτυρήϑῃ περὶ τοῦ φωτός.
510 Haec quidem ego ita supplenda censerem: ἀλλ' εἰς τοῦτο ἦλϑεν, ἵνα μαρτυρήϑῃ περὶ τοῦ φωτός: sed hac de caussa venit, ut testimonium perhiberet de luce. (m)

Sic cap. XIV, 30. 31: Non loquar amplius multa vobiscum: venit enim princeps mundi, et in me non habet quicquam. Ἀλλ' ἵνα γνῷ ὁ κόσμος.

Digitized by Google

Sed (ideo tantum contra me venit princeps mundi, et Iudaeos ad me crucifigendum impellit,) ut cognoscat mundus, quod ego diligo patrem, et quemadmodum mihi praecepit, sic facio. Adde c. XV, 25.

In epistola priore cap. II, 19. ubi de Antichristis loquitur, haec habet: Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, utique nobiscum permansissent. Ἀλλ' ἵνα φανερωθῶσιν, ὅτι οὐκ εἰσὶ πάντες ἐξ ἡμῶν. Recte haec vidit Beza, qui ita vertit: Sed (egressi sunt ex nobis,) ut patefieret, non omnes esse ex nobis.

Imitatur etiam Marcus cap. XIV, 49. qui quomodo supplendus sit, adparet ex Matthaeo c. XXVI, 56. Vide et Cloppenburgium Collat. Crit. n. 14. SCHOETTG.

(l) Adde: vel formulam hanc, τοῦτο γέγονε, vel γίνεται. MICH.

(m) Numquid et Ioannes in evang. c. XIII, 18: ἀλλ' ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ. Forte tamen illic Christus verba ex Psalmis allegata tanquam sua ipsius allegat etc. MICH.

(n) Sic Lucas in evangel. c. XIII, 9: Κἂν μὲν ποιήσῃ 511
καρπόν· εἰ δὲ μήγε, εἰς τὸ μέλλον ἐκκόψεις αὐτήν. cap. XXII, 42: εἰ βούλει παρενεγκεῖν τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ· πλὴν etc. MICH.

(o) Adde Duportum ad Theophrasti Charact. c. 9. p. 349. SCHOETTG.

(p) Sive potius, Samuelis libro priore. MICH.

